15.2.83

15.D.2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS SELDENI

DE

JURE NATURALI

ET

GENTIUM

Juxta

Disciplinam Ebræorum

LIBRI SEPTEM.

VVITTENBERGÆ,

Apud GODOFREDUM ZIMMERMANNUM.

M. DCC. XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRI VIRO

JOANNI CAPELLANO

JO. HENRICVS BOECLERVS

S. P. D.

Venit ad Te hæc epiſtola, nihil aliud quàm obſequium grati Tuisque meritis æternum dediti animi nuntiatura; occaſione officii non tam eleganter lecta, quàm cupide arrepta. Sive mavis credere, VIR AMPLISSIME, ex eo genere literarum has perferri, quo, quicquid uſpiam in rarioribus ſtudiis geritur aut paratur, ad Te, tanquam omnis doctrinæ & elegantiarum arbitrum, perſcribi, ratio & mos eſt. Quamquam ſic quoque non ſpecioſa eſt mea cauſa, ſi apud alium iudicem ageretur. De alieno enim officioſus ſum, non de meo: neque quicquam ex editione hujus libri, cui bona omina præ-

præfamur, ad me pertinet, niſi quod à pluribus annis, Bibliopolis, ad redonandum luci publicæ utiliſſimam commentationem, auctor & pæne exactor fui. Erit autem forte, ut non modo veniam fatenti dare, donec copiolas meas, ſatis illas quidem tenues, ſolicitavero, ſed de alienis, ſine controverſia præclaris, monumentis, ſermocinantem libentius etiam ferre, partem conſilii & comitatis habeas. Equidem SELDENI opera laudare velle, nihil aliud eſſet, quàm Soli teſtimonium ſplendoris meditari, quem ipſe, potentiſſimus ſui teſtis, nullo loco ſegniter conſpici patitur. Pridem obtinuit hoc nomen, ut non tam hominis inter eruditos eminentis, quam doctrinæ reconditæ vulgoque inacceſſæ elogium haberetur. Excepta ſunt, quæcunque edidit volumina, illo applauſus genere, quod Muſarum & Gratiarum permixto pollentique genio invaleſcit: tradita per gentes; conſecrata per bibliothecas; iterata typis; niſi quod illuſtriſſimum hoc DE JURE NATURÆ ET GENTIUM JUXTA DISCIPLINAM EBRÆORUM opus, ſicut avidis emtorum manibus diſtractum, ac quodam modo direptum fuit: ita qui deſiderio & voto, reproduci illud ac denuo publicari jamprider[illegible]intium, aures & operam commodaret, vix ac ne vix quidem potuit reperiri

riri Editor: varietate literarum & formarum, plerosque, ut videtur, deterrente. Superandus tandem & hic labor erat; cum præsertim pulcerrima Juris pars exquisitis literis ac ingenio singulari tradita, reipublicæ humani generis vel gerendæ vel ornandæ, usum ac decus præcipuum polliceretur. Quamvis enim vix patiantur sibi hoc persuaderi, qui vel jus in armis ferunt; vel certæ gentis legibus omnes gentes, externo legislatori nunquam obnoxias, constringere parant; vel contenti eminentibus & communibus sententiis, consiliorum ac disceptationum dubia, exacta juris forma ac regula expedire, parum assueverunt: potior tamen nobis debet esse auctoritas eorum judicum, quos in hoc Tribunali alte constitutos, Deos dixit ipsa Dei veritas. Hi animadvertunt, sublato Divini Iudicii metu, & remotâ reverentiâ Juris Naturalis, cujus non vindex minus quàm auctor Deus est, ipsa reipublicæ uspiam in terris servandæ tuendæque, munimenta ac præsidia everti. Terrore humani imperii ac metu civitatem hactenus contineri dixeris, ne societas plane sit dissociabilis: ut autem beata esse serio & diligentius velit, citra respectum supremi imperii, nemo expectabit opinor. Jam inter populos nullius communis imperii vinculo conjunctos, solique Deo secundâ potestate

præditos, quæ humani ratio commercii, quæ pacis fides, quod controverſiarum moderamen, quod armorum temperamentum, excogitari poterit, ſi jus non dicere orbi terrarum, Officia nationibus, præmia obſequio, pœnas imparentiæ, diſpertiri credatur, illa rerum ſuprema poteſtas, extra cujus voluntatem, nec jus, nec juris fructus, id eſt ſive ſocialitas ſive humanitas & ab hoc ducta principio, inter mortales felicitas, eſt? Et, quando depravatione conſtietudinum, nihil non obſcurari, ac in deterius flecti cernimus, præclare inprimis de humano genere mereri putandi ſunt, qui inſtaurarum eunt. ea, quibus ſolis, diſtracta errore, congregatur, ſibique & Deo reconciliatur mortalitas. Potuerunt ipſis manibus deprehendere, quid Deo, quid humanitati in hoc genere deberent, propiora ſæcula. itum eſt ad alterum, & quaſi novum genus hominum: quæſitæque & repertæ ſunt terræ, in quibus confuſo Naturæ & Rationis diſcrimine, cum humani cultus veſtigia, brutarum animantium conſuetudini vix eſſent diſſona, prima eademque ſumma humanitatis & commercii & victoriæ lex fuit, animalis Naturæ & Deo parentis exempla ac ſpecimina hoſpitibus ingerere, & præterpropter humanitatem vitæ oberrantia agmina, in jus & hominem cogere. Diffuſam argumento, diſtinctam

Digitized by Google

ſtinctam profectuum gradibus, nec raro involutam auctorum ſententiis ſapientiam, quàm non ſufficiat fidentius aggredi, Fernandus forte Vaſquius documento eſſe queat. qui cum tanto inſtructu apparatuque hunc locum ſibi excolendum ſumſiſſet, ut inſtar bibliothecæ nonnullis videretur præſtare, factum tamen facile opineris, ut negligentius pleraque cumulando, ordini & diſcretioni inter diſputandum parum ſerviendo, placita aliorum non ſatis examinando, ſua ſæpius aſſeverando quàm probando, componendo denique, quæ conſtare ſibi invicem non poterant, haud pauca de arduis intricaverit potius quàm expediverit. Quare majorem ſibi curam & cautionem adhibendam judicarunt, Hugo Grotius, & ejus exemplo ac æmulatione, ad certæ de Philoſophia Barbarica ſuperſtitis diſciplinæ modulum, Britannorum doctiſſimus, Janus Seldenus. Tam egregii electiſſimorum ingeniorum certaminis ſicut prima auſpicia & ſucceſſum, Galliæ veſtræ deberi, eruditis conſtat: ita ne nunc quidem, aliena veſtris conſiliis & temporibus videri poteſt commemoratio iſthæc, & Tui nominis ornando præſcripta operi prædicatio. Illi enim doctrinarum & omnis elegantiæ principatui, quem à multo tempore nemo Vobis ambiguum facere in animum induxit, is nunc è felici-

 tate

tate temporum acceſſit gloriæ cumulus, ut MAXIMI REGIS, Avita & Patria, quamquam incomparabile educta faſtigium decora, plus quàm ſupergreſſi, animis paria gerentes ſtudia, quemadmodum in ceteris *R*eipublicæ & ſæculi artibus, ita in Literis ornandis amandisque, veſtrum candorem, gravitatem, benignitatem, longe lateque cunctis in præſens nationibus & gentibus, in poſterum ſeris ætatibus luculenta & decora induſtria approbare conſpiciamini. In his curis, quibus nec ad immortalitatem nominis quicquam ſplendidius, nec ad demerendum genus humanum uberius, ulla viderunt tempora, eam Tibi perſonam Fortuna Publica impoſuit, quam ſine exquiſita doctrina, & ſumma virtute, nemini vel momento gerere, fas fuerit. Qui caperet conſilium novi & magni exempli conſilium omni virtute regali magis regium; unus fuit, hoc, quid dico hoc? omnibus quotquot fuere ſeculis, Rex, Regum norma, Regum ſplendor, LUDOVICUS Dei munus, Dei pignus, Dei imago. Reſpondit magnitudini tantarum cogitationum, proviſu, obſequio, ſuffragatione huic Principi, huic ſæculo nata mens ad omnia MÆCENATIS GALLICI COLBEHTI, æternitati Patriæ deſtinata ac deſtinanda præſidia, exſomnis, ſollers, intenta, operoſa. Quod Mæcenati fuit Maro, id CAPELLANUM COLBERTO eſſe

Digitized b

esse dicerem, nisi plus in exempli novitate vel negotii vel elegantiæ appareret. Inter Regis Herois Oculos, inter Herculis Musagetæ Amicos, inter instrumenta beatioris & cultioris ævi, nomen & famam mereri, magnum & pulcrum est, sed nulla parte majus pulcriusve, quàm in censu ingeniorum per terrarum orbem agendo, in munificentiæ Regiæ vel dispensandis consiliis, vel diffundendis fontibus, vel incitandis miraculis. Plena quidem hæc & singularis est felicitas, adesse Principi, quotiens dulcissimam meritorum Principalium seriem explicat, & Divinitaris ritu, beneficiis disjuncta locorum spatia jungit, & conquirit undique, quos felices faciat. Quis ex omni rerum memoria honor, quis dignationis aulicæ gradus, nominabitur, quem malit, si fata liceat sibi suo temperare arbitrio, indipisci, quisquis civili bonitatis naturalis genio, ita regitur, ut non virtutis modo & sapientiæ sed fortunæ quoq; summam putet, bene de plurimis mereri? Quam non sit iners in pectore meo sensus illius laudis Tuæ, Vir Amplissime, vix est, ut hoc loco, id est, in transitu, digne queam verbis exprimere. quanquam non meriti modo Tui magnitudo, sed mea insuper, tot aliis quoq; in publicum decus eminentibus tuis laudibus incitata pietas, omnem, quæ solenni gratiarum actioni intercedit, moram abrumpi postulat. nisi hoc

quoque

quoque æquitatis Tuæ ac indulgentiæ fors pati velis extare teſtimonium, ut obſidis locum tantiſper expleat hæc epiſtola, dum accuratius, quantum Tibi debeam, cujus munere meum nomen inter eos cõparuit, quos Regum Benigniſſimi munificentia, & Mæcenatis redivivi, propitia voluntas, bearet, profitear. Teneat interim gratiæ Tuæ locum, quem ſemper tenuit, SELDENUS, ipſo operis ſui argumento curis cordique Tuo proximus. Nam &, ſi priſtina recordamur, IUSTITIA, non inter Virtutes modo REGUM CHRISTIANISSIMORUM, ſed inter Nomina viguit: & inter miracula ſæculi, quæ Gallia cotidie edit, primore loco celebratur, quod Rex armis, viris, animis, opibus, inſtructiſſimus feliciſſimusque, etiam laceſſentibus nonnunquam cauſis, magnitudinem ſuam IUSTITIA mavult, quàm armis inter Chriſtianos tueti, & de pace potius, ac amicitia Principum, quàm de clade & incomodis, triumphare: fortis interea & expeditus in barbaros & Chriſtiani nominis hoſtes, quos debellare, ut Iuſtitiæ, ita Gloriæ apex eſt. Vale, Vir Ampliſſime, & Regis Tui gloria diu fruere. Scr. Argentorati 10. Martii 1665.

PRÆ-

PRÆFATIO,

quæ etiam

INSTITUTI OPERISQVE

Eſt Summula.

Titulus, quantum ſcio, planè novus eſt; etiam hactenùs tam inauditus, quàm incompertus. Nec ſolùm in molem prægrandem excrevit Volumen, verùm & ipſe Librorum ac Capitum Elenchus paginas non ita paucas occupat. Unde fit, ut nec ocius tranſeunti, nec oſcitanter evolventi, nec levitèr intuenti facilè ſatis queat excogitari, quidnam Operis fuerit Subjectum ſeu Materies, aut qualisnam aut unde Ratio Inſtituti. Meritò igitur viſum eſt ea heic velut in Tabella contractiori exhibere. De *Jure Naturali* & *Gentium* quidem agitur; ſed non ſimpliciter ſic dicto. Adjicitur, *juxta Diſciplinam Ebræorum*; quæ Tituli eſt Novitas. De *Jure* tum

Natu-

Digitized by Google

Naturali, tum *Gentium*, quomodolibetcunque aliàs ſumto, ac de Obligatione & Permiſſione circa utrunque verſantibus, anxiùs diſquirunt acriusque diſceptant crebrò, Ethici, Politici, Jurisconſulti, Theologi. Nec defuere, quibus omninò placuit illud veterum, aliquot

Nec Natura poteſt Juſto ſecernere iniquum.

Ceterùm ex eis in quæ plerique Scriptorum, aliàs etiam de Jure hoc diverſimodè diſſidentium, conſentire ſolent, nullo labore elicitur, Naturalis, qualecunque id demùm fuerit, peritiam (id eſt, Juris ejus, quod cunctorum hominum ab ipſis rerum ipſiusque Naturæ creatæ initiis Commune fuit, ſeu Univerſorum cordibus, ut dici ſolet, inſcriptum) non minùs nec alio fermè modo Juris Univerſi Divini Humanique, quod citra initia illa Poſitivum eſt, atque Morum ſcientiæ exactiori conducere, quàm Sapientiam, quam appellitant Primam ſeu Metaphyſicam, reliquis Philoſophiæ membris, quæ ſua ex illa mutuò accipiunt Principia, ſeu quàm artes purè Mathematicas eis, quæ ſunt mixtæ, aut Epochas in Temporum motuumque ratione, inſequentium calculo, Neque abſonum eſt dicere, ab Jure illo cetera multifariam ſuperinducta, velut ſurculos per inſitionem accedentes, à trunco, cui inſeruntur, ſuſtentari alique. De eo autem interea quod eſt, Qualia & Quot ſint, ac Quousque extendantur contrahanturve Juris iſtius capita, atque undenam

denam petenda, diſſenſus eſt ſanè multiplex. *Gentium Jus* interdum pro *Jure* item *Naturali* ſumitur. Quoties nimirùm *Primævi* ſeu *Primarii* nomine indigitatur. Sed verò quatenus *Iuris Gentium* vocamine, Mores & Jus pluribus Gentibus, nec interim Univerſis nec Semper, ſive ex Numinis Juſſu Imperativum, ſive ex Pacto aut Conſuetudine Interveniens denotatur, (quale *Secundarium* nuncupari ſolet) *Naturalis* illud, non aliter atque Cæſareum, Pontificium, Provinciale, Municipale Jus, plane eſt additamentum. Atque ex hac duntaxat notione in Titulo uſurpatur. Et *Jus Naturale* ita ſignificat heic, quod *Jus Mundi* ſeu Univerſale; *Gentium Ius* id, quod Gentibus aliquot peculiare. Lucanus;

Sed neque Jus Mundi valuit, neque fœdera ſancta
Gentibus ——

Jam verò *Naturalis* vocabulum, in Titulo, id tantùm indicat, quod ex *Ebræorum*, ſeu *Eccleſiæ* aut *Reipublicæ* veteris *Ebraicæ*, Placitis, Sententiis, Moribusque, tam in Foro quam in Scholis, receptis avitisque, pro *Iure Mundi* ſeu omnium Hominum omnimodarumque tum Gentium tum Ætatum Communi, etiam ab ipſo rerum conditu, eſt habitum; ut ſcilicet à Totius Naturæ creatæ Autore ſeu Numine Sanctiſſimo, Humano generi, ſimulatque creatum eſt, indicatum, infuſum, imperatumque. Hoc מצוות בני נח *Præcepta* ſeu *Jus Filiorum* ſeu *Poſterorum Noachi* appellitant Ebræi; ut-

pote quo nomine Genus Humanum, à Noacho ſecundò, quemadmodum fermè ab Ada primò, propagatum, innuere, eis eſt ſolenne. Capita hujus Juris Septena, quæ Illuſtriora ſunt, à ſcriptoribus Chriſtianis ſubinde habes, ſed nec ſine craſſiſſimo ſubinde errore, generatim memorata. Nullibi autem explicata. Ea ſunt de *Cultu Extraneo* ſeu *Idololatria*, de *Blaſphemia*, de *Homicidio*, de *Inceſtu* ac *Concubitu illicito*, de *Furto*, de *Eſu membri* ſeu *partis ab animali hactenus viventi diſcerptæ*, & de *Iudiciis* ſeu *Regimine Forenſi* atque *Obedientia*, quam *Civilem* vocitamus, *Gentium* autem *Ius* in Titulo accipitur pro eo, quod ſive ex ſingulari Numinis Imperio, ſive ex Pacto ſeu Conſuetudine Interveniente, Ebræis aliisque Gentibus ſive vicinis ſive aliis (nec interim univerſis nec ſemper) commune habebatur; veluti in Contractibus, Nuptiis, Servitute, Federibus, Proſelytorum Admiſſione ac Regimine, Captivis, Tributis, id genus reliquis. *Inſtituti* autem Ratio ita ſe habet, ut præmittatur primò Diſſertatio de neceſſario, in rebus difficilioribus ſeriò perpendendis diſpiciendisque, diligentioris ac multiplicis Aliorum Sententiarum, utcunque inter ſe plurifariam diſcrepantium, Indaginis atque Examinis uſu. Quem ſanè ſi qui negligentiùs aut ignaviùs rejiciant, ut ſui ipſorum commentis nimiùm fallantur illi ſæpiùs, neceſſe eſt; perinde ferè atque Antipheron ille, cui proximus aër perpetuò ſpeculum adeoque perpetuo ac ſolum ſui fuiſſe fertur.

Digitized by Google

fertur. Agitur dein de *Gentis Populive Ebraicæ Vetuſtate*, *Dignitate* ac *Prærogativâ* olim præ cunctis aliis eminentiſſimâ, ac de *Barbaricæ Philoſophiæ* (cujus Ebraica pars eximia) veluti Occidentis Magiſtræ præſtantia. Diſcutiuntur etiam *Placita* Scriptorum diverſimoda de *Iuris*, qualecunque id fuerit, *Naturalis Fonte*, *Ortu*, *Sedibus*, adeoque de eo quod eſt, unde petendum ſeu ediſcendum Jus illud. Atque enumeratis, tum ex Ebræis tum è Chriſtianis aliquot *Capitibus Iuris Naturalis*, quod Noachidarum Ebræis dicitur, *Illuſtrioribus*, abſolvitur Liber Primus. Sequentibus libris, Talmudicè & Rabbinicè ſigillatim explicantur Capita illa; ſed ſparſim & pro re nata, quicquid *Iuris* heic *Gentium* nomine venerit. Neque enim aliam eſſe idoneam methodum cenſui. Præterea, non rarò tum interſeritur doctrina Talmudica de Juris Ebræorum Civilis ſeu ſimpliciter Iſraelitici, ad res ſive ſacras ſive profanas attinentis, Capitibus aliquot, tum alia aliunde obſervanda adhibentur: ut inde eorum de Jure ſive Naturali ſive Gentium ſenſus, inter legendum, explicatior reddatur.

Hinc Liber Secundus Interdicta priora Bina de *Idololatria* & *Blaſphemia* complectitur, ubi item *Proſelytorum Iuſtitiæ*, *Proſelytorum Domicilii*, *Libertinorum*, *Servorum* in Judaiſmum cooptatorum *Initiamenta*, *Status* ac *Conditio*, ſeu *Peregrinitatis Iura*, velut inſequentibus neceſſariò prævia, enarrantur. Accedunt

dunt *Cœleſtium, Humanarum, aliarum imaginum* tum *formatio* tum *uſus*, quâ licitus, quâ illicitus, tam *Originariis* quàm *Proſelytis*; *Publicanorum* ibi qualitas; *Luci Plantatio*; *Figuræ*, ad Neomeniarum tempus ex teſtium deſignatione decernendum, *Lunares*; *Icones Cæſareæ*; *Nummi*, ex eis qui Ebræis in uſu, *illis inſigniti*; *Ebraici* item; *Numiſmata Rhodia* quæ velut pars pretii D. N. Jeſu Chriſti Romæ & Pariſiis oſtentantur; *Moſis figura*; *Vitis Aurea*; *India* in *velis Judaicis* picta apud Claudianum; *Profanatio Nominis Divini* ac ejusdem *Sanctificatio*; *Peccatum* illud quod in lege ſacra dicitur ביד רמה fieri, ſeu *manu elatâ*; *Filii Dei nomen*; *Veſtium* blaſphemiæ auditæ causâ *dilacerandarum ritus*; ſententiæ Ebræorum aliquot *de Gentium Diis non blaſphemandis*.

Libro Tertio diſpicitur, *utrùm ad Cultum aliquem Divinum* & ad *qualem*, Genus Univerſum humanum quod reliquum erat, ſeu *Gentiles obligari vellent Ebræi*. *Qualis* item *Cultus Gentilibus permiſſus*, *qualis interdictus*, ſive ad Templum Hieroſolymitanum ſive alibi in ditione Iſraelitica; Et fuſiùs quid ſtatuerint Ebræi de *Sabbati* ſeu *Septimi diei cultu*, quâ ad *Gentiles*, ſeu alios præter ſeipſos, quovismodo attinere poſſet. *Cultus ante legem Moſaicam* adjicitur *Divinus*; *Templi Hieroſolymitani*, quantum ad loca Gentilibus vetita ſeu permiſſa, *deſignatio*; *interdicta eis*, nondum in Judaiſmum ritè cooptatis, *legum Moſaicarum*

earum observatio. Opinio eorum qui *non Resipsas* sed *Pretia* tantùm rerum, *à Gentilibus* nondum in Judaismum cooptatis, *offerenda* temerè asseruerunt, discutitur. *Sabbati* adjungitur *Institutionis Tempus, Annus, Dies, Locus, Ratio, Iter* etiam *Sabbaticum*, & *Primum Sabbatum* festi nomine, ex Imperio juxta eos divino, celebratum. *Fl. Iosephi* & *Philonis* loca insigniora de *Sabbato* expenduntur, intertextis de *Calendario Romano, Græco*, aliis, uti & de *Orbe Nundinali* quæ lucem heic præbeant. Quæ item ex *Hesiodo, Homero, Lino, Callimacho, Aristobulo, Clemente Alexandrino, Luciano, Agellio, Suetonio, Censorino, Ovidio, Tibullo, de* Diei *septimi* seu *Saturni inter Gentiles* observatione, uti & è *Tertulliano, Lampridio, Seneca*, afferri solent, explicantur. *Ogdoades* etiam *Dierum*, ac *Hebdomades*, *Denominatio Planetaria* quæ *Hebdomadica* est, ejusque *Ortus, Ratio, Usus, Heptazonus, Planetarum Ordo*, juxta veteres, in Systemate mundi, & *Horarum Vetustas*, in eodem tractantur.

Quartum Librum occupat Interdictum *Homicidii*, quatenus sive ex Jure Naturali penderet sive cum Gentium Jure in ditione Israelitica esset commissum. Conjunguntur *Iura Tutelæ Sui Aliorum, Zelotarum, Asyli* tum in *Urbibus Levitarum* tum in *Altari, Vindicis Sanguinis, Anathematum* ædes sub *ratione* Pœnæ aut *Quasi*, id genus alia quæ Interdictum hoc seu ejusdem *Laxamentum Temperamentum* ali-

aliquod reſpexêre aut reſpicere viſa fuerint, *Excommunicationis Jura* (id eſt: ejus *Formula*, *Cauſa*, *Ritus*, *Effectus*) *Negotiatores* & *Nummularii* à D. N. JESU CHRISTO è Templo ejecti, *Arcæ Tredecim totidemque Menſæ* in Templo ad recipienda tum allata tum oblata, *Hoſtiæ Humanæ*, *Apoſynagogi* in Evangelio, *Jepthæ Votum*.

LIBRI QUINTI Materies eſt *Inceſtus* ac *Illicitus* juxta Ebræos *Concubitus*, ſive ex Jure Naturali ſive ex Moſaico, interdictus; *Matrimonium* item *ex Jure Naturali*; uti & *Matrimonia Proſelytis*, *Libertinis*, *Servis*, *Ancillis inter ſe* aut *cum Originariis*, quà *vetita*, quà *permiſſa*; *Innuptarum concubitus*; *Merces meretricia*; *Ritus Nuptiales*; *Polygamia* ac *Divortium*; *Concubinæ*; *Primorum parentum liberi*; *Cognationis* ac *Affinitatis* gradus quà *Matrimonium* ſpectâſſe volunt; *Captivæ* ex lege Singulari *Coitus*; *Salomonis Uxorum Conditio*; *Natales* quà ex diverſa perſonarum coeuntium qualitate pependerint; De *Herodis Magni Natalibus*, Patrum veterum ſententiæ defenſio; *Semijudæi* ſeu *Proſelyti imperfecti*; *Agrippæ Regis Junioris fraternitas Ebræa*; cognata alia. Quæ verò præterea ad rem Matrimonialem inter Originarios ſeu ex Iure ſimpliciter Ebræorum, civili ſeu Moſaico, reliqua ſpectant, toto ea denique ſæculo hoc loco damus in *Uxore noſtra Ebraica*, quæ typo præſtolatur.

SEXTUS LIBER Interdictum *Furti* explicat, quà Naturale habitum eſt, quà item *Jus Gentium* cum

cum eo miſtum; adeoque agit de *Fide ſervanda*, *Adquiſitione* ac *Translatione* Dominii tam *Perſonarum* quàm *Rerum* cum ejusdem *Modis* ac *Temperamentis*, *Contractuum Formulis* ac *vi*, *Mendacio*, *Occupationis* titulo, *Rebus derelictis*, *Deperditis*, *Iure Pauperum* ſeu *Mendicorum*, *Angulo ſegetis*, *Spicilegio*, *Racematione*, *Uvis deciduis*, *frugibus per Oblivionem* in agro *relictis*, *Decimâ Pauperis*, *Eleemoſynis*, *Pauperum neceſſitate*, quà aliorum dominium ſpectare poſſet, ſeu eo quod dici ſolet *utrùm furari liceat propter neceſſitatem*, *Servitute*, *Manumiſſione*, *Uſuris*, *Bonis aleâ* ſeu certamine quovis alio *lucrifactis*, *Piſcium* ac *Columbarum* capturâ, *Columbariis*, *Bello Indicendo*, *Deditione*, *Federibus*, *Victoria*, *Tributis*, *Regionibus ſubactis*, *Prædâ*, *Numiſmate Cenſûs* in Evangelio, *Didrachmi* ibi *penſitatione*, *Semiſiclo*, loco illo Evangelii *Nemini Servivimus unquam* &c. *Captivis*, cum generibus non paucis.

SEPTIMUS, Interdicti *de membri* ſeu *partis ab animali hactenus vivente diſcerptæ* ſenſum exponit, præter *Obſcuriora* quædam ſeu *Minora Capita Iuris Noachidarum* apud Talmudicos reperta, veluti *Honorem Parentum*, *Heterogeneorum uſum*, *Caſtrationem*. Obiter de *Votorum effectu*. Et demùm accedit ibi Caput de *Iudiciis* ſeu *Regimine Forenſi* atque *Obedientia Civili*. Etiam de *Iudicio divino*, ac *Præmio* & *Pœna* qua Noachidas, juxta Ebræos, ſpectent, agitur. De *Iudicibus* item ſeu *Tribunalibus* ſeorſim ac per ſe, *Pro-*

ſelytis Domicilii, conſtitutis, Pœnis, aliisque rebus *Forenſibus;* quànempe ſive ad *Proſelytos* hoſce ſive alios nondum in Judaismum cooptatos ex *Jure* ſive *Naturali* ſive *Gentium* attinerent. Nam res forenſes Jure ſimplicitèr Ebraico ſeu Gentis merè civili ſubnixæ. locum heic non habent. Sed earum pars inſignior, & quæ Totîus inſtar eſt, in libris de *Synedrio* eorum *Magno*, quos nondum publici juris fecimus, traditur. Quæ ſunt in ſcriptis Mahumedanis materiei congeneris, ſubinde etiam intermiſcentur.

Quemadmodum autem Res, Scita, Placita ac Sententiæ Aegyptiacæ ex Aegyptiorum, Phœniciæ è Phœnicum, Græcæ è Græcorum ſcriptis, quod olim monuit Euſebius, aliæ ſimilitèr (velut Anglicæ ex Anglorum, Gallicæ è Gallorum, Hiſpanicæ ex Hiſpanorum) ediſcendæ ſunt, ὅτου δή, rectè inquit idem, quem ſequor, κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἡγοῦμαι δεῖν καὶ τὰ Ἑβραίων ἐκ τῶν παρ' Ἑβραίοις λογίων, ἀλλὰ μὴ ἀλλοθί ποθεν ἀναδέχεσθαι *eodem planè jure ſtatuo, res Ebræorum non aliis quàm Ebræorum ex libris literisque eſſe repetendas;* unde ſanè, nec indiligentèr (verè, id eſt, liberè philoſophantium causâ, quotquot literarum huic generi fuerint inaſſuetiores) ipſis Ebræorum verbis fideliter deſcriptis ſemperque verſis, repetimus heic nos. E ſcriptis nimirùm, præter Biblia ſacra, & Fl. Joſephum & Philonem Judæos, Talmudicis; quæ Ebræorum de Jure Placita, Interpretationes, Sententiasque Receptas ac avitas fusè exhibent perinde ac

Præparat. Evangelic. lib. 7. cap. 8.

de ac Digeſta, Codices, Novellæ, Baſilica, eas quæ fuere Romanorum; ſeu, ut Edicta, Conſtitutiones, Conſvetudinum Corpora, ac Deciſiones Gallicæ, jus Gallicum, aut ejusmodi alia, in Hiſpaniis Hiſpanicum jus, in Anglia Anglicanum. Neſcius non ſum, hominum eſſe genera, nec ſanè pauca ea, quæ eousque aut Studiorum ſuorum, aut Sui ſolîus Ingenii, Suæve Sectæ commentorum anguſtiis ultrò circumſcribuntur, ut earum cancellos, ne quidem ut Exploratores, libentiùs dignentur egredi. Veritatem aliquam alibi quàm in ſuo quantulumcunque illud fuerit, reperiri poſſe, aut temerè negantes, aut ſecuriùs non agnoſcentes, deſperanteſve. Certè hæc jam breviter præmiſſa, licèt illiusmodi hominibus ulteriùs legendi deſiderium neutiquam forſan pepererint, nihilominus etiam de eis merebuntur hæc ſaltem Gratias quales Itineris longi, quod an capeſſere operæpretium fuerit viator hæſitabundus quæſiverit incommodorum & tædii Indici debentur. Lectores verò inprimis præmoniti ſint, utcunque omnia fuerint probanda, nihil interim in toto hoc Opere abſque Lydii Chriſtianismi lapidis examine eſſe amplexandum.

LIBRORUM ET CAPITVM *Elenchus.*

Liber Primus.

In quo *Operis* adgrediendi *ratio, Ebraicæ Philoſophiæ,* quæ *Barbaricæ* pars erat perinſignis, *Dignitas,* Diſquiſitio *Generalis* de *Jure Naturali* ſeu omnium hominum ab ipſis rerum initiis Communi, ejusque *Ortu* ac *Sedibus, Ebræorum* ea de re Sententia, & demùm *Illuſtriorum,* juxta illos, *Juris ejusdem Capitum* deſignatio continentur.

CAP. I.

Tum Philoſophos *tum* Theologos, *qui ſive de Officiis Hominum Naturalibus ſeu* Jure Naturali *ſimul & Summo Bono, ſive de* Civili Gentium Jure *ſeu Diſciplina accuratiùs egerunt, non ſolum ſibi* Conſona *ſed & Diverſiſſima* Aliorum inſtituta *ac* placita *operoſiùs corrogare & perpendere meritiſſimò ſolitos. Nullibi autem apud veteres, ſive* Græcos *ſive* Latinos, Ebræorum, *id eſt, Gentis Numini adeò olim peculiaris, de* Jure Naturali *placita ſeorſim ſeu ad eorum mentem deſignari. A recentioribus perfunctoriò nimis ea tangi.* Inſtituti *demùm* Ortus & Ratio. *pag. 1.*

CAP. II.

Quàm accommoda atque ſcitu dignæ ſint hæc Ebræorum *Placita, & Traditiones avita ſeu* Philoſophia *eorum* Barbarica *ſingularis, rationibus tamè* Paganiſmo *quàm* Chriſtianiſmo *atque aliunde adductis, oſtenditur. Sed & adjicitur* Monitum *ea de re* Chriſtianum. *pag. 12.*

CAP. III.

Officiorum Humani generis Communium ſeu Juris Naturalis *atque* Univerſalis Morum Philoſophiæ, *quatenus in* Ebræorum Politiâ *& diſciplinâ locum habuit,* Deſignatio Generalis, *cum* Difficultate *eam inde* eliciendi. *p. 37.*

CAP.

CAP. IV.

Jus *Hominum* Naturale *ſeu* Univerſale, *ex* Aliorum Animantium actibus *ac uſu non omninò eliciunt* Ebræi, *neque* Jus *aliquod* Hominum ac Brutorum commune *agnoſcunt, nec* pœnâ *ſic propriè dictâ* Bruta *afficì. Interſeritur de* Libertatis, Juris, Obligationis, Pœnæ, Permiſſionis, & Actuum, ſive Hominum ſive Brutorum, *Notionibus, quatenus earum heic uſus neceſſarius, Diſſertatio.* *pag. 43.*

CAP. V.

Quæ contra Juris Naturalis inter Homines & Bruta communionem *jam dicta adverſari videantur, expenduntur. Satis* Ebræorum *ea de re ſententia, conſonos eſſe cùm aliis tum etiam inter* Jurisconſultos Cæſareos, *viros gravisſimos celeberrimosque.* *pag. 60.*

CAP. VI.

Cum Gentium *ſive* Omnium *ſive* Complurium Opiniones, Mores *ſeu* Conſtitutiones *Menſuræ apud Ebræos in eo decernendo quod* Jus *eſſe velint* Naturale *ſeu* Univerſale, *locum habeant nullum, Aliorum de hujusmodi hac in re menſura, ſententia conſideratur.* *pag. 74.*

CAP. VII.

De Rationis Humanæ, *in Jure Naturali diſquirendo,* uſu, *quo ſolo neque heic ſubnituntur Ebræi. Ex* Rationis ſolo & ſimplicitèr ſumto, uſu, *tum quia adeo* incertus *eſt, & ſibi* inconſtans, *tum quia, ſine* Superiori *cui ſubſit* imperio, *obligationem non inducit, non ritè ſatis edifici* Jura Naturalia. *p. 83.*

CAP. VIII.

Ex Naturæ Parentis *ſeu* Numinis *ſanctiſsimi* Imperio *atque* Indicatione, *orta hominibus eſſe* Jura Naturalia *ſeu* Univerſalia *cum* Philoſophis *aliquot*, Patribus *Chriſtianis* & *Jurisconſultis* etiam nonnullis *Cæſareis*, ſtatuere Ebræos. *Et de* Obligationis *inde ac* Permiſſionis ortu *ac* effectu. *pag. 93.*

CAP. IX.

Quomodo Juris Naturalis *ſeu* Univerſalis Capita Humano generi *ex Imperio ac indicatione Divina,* innoteſcere *velint* Ebræi. Eorum *item, uti* & Paganorum *atque* ſchola *tum* Mahumedanæ *ſeu* Arabicæ *tum* Chriſtianæ *de* Intellectu Agente, *quà huc ſpectat, ſententia recepta.* *pag. 107.*

CAP. X.

Singularia Juris Naturalis *ſeu* Univerſalis, *quod* & Noachidarum *dicitur, juxta* Ebræorum *diſciplinam* Capita, *quæ* Majora *ſunt ſeu* Illuſtriora, *generatim indicantur. Et de Nomine* Noachidarum. *Tum item de horum* Silentio *tum de* Mentione obvia *apud Scriptores Chriſtianos. pag. 115.*

Liber

Librorum &

Liber Secundus.

In quo *Interdicta* Noachidarum seu *Naturalia bina Priora*, *Cultus* nempe *Extranei* seu *Idololatriæ* atque *Maledictionis Nominis Divini* seu *Blasphemiæ* explicantur, unà cum Jure Ebræis simul atque aliis Gentibus tum *Imperativo* tum *Interveniente* quod ad interdicti utriusque in ditione Israeliticâ observationem firmandam priorisque inprimis violationis ansam qualemcunque etiam Noachidis præripiendam superinductum est. Accedit, ut hisce ceterisque sequentibus necessariò prævium, *Proselytorum Justitiæ*, *Proselytorum* Domicilii, *Libertinorum* designatio; aliorum item ad *Jura Gentium*, juxta eorum mores, attinentium.

Cap. I.

De Cultu Extraneo *seu* Idololatria, *quod eorum quæ* Juris Noachidarum *seu* Naturalis Majora *seu* Illustriora *sunt*, *Caput est* Primum. *Interdicti hujus violationis* Noachidi, *in ditione Israelitica*, pœna *erat* plerunque capitalis. *Obiter & compendio de* Idololatria Judæorum, *& ut aliqui volunt, ipsius* Synedrii Magni. *Quàm* grave crimen *hanc faciant Magistri.* Magiæ infamis *species aliquot* Idololatriam *esse statuunt.* *pag.* 127.

Cap. II.

Ex Jure Ebræis Gentibusque *aliis partim* Imperativo *partim* Interveniente (*utrumque* Gentium Jus *hoc vocamus*) Templa & *quæ cetera ad* Cultum *attinerent* Extraneum, *in Ebræorum ditione qualicunque*, diruenda, abolenda. Noachidis *ex eodem jure* Interveniente *non ibi permissa quæ cultus ejusmodi novandi ansam aliquatenus præbere possent, tametsi ex* Jure Naturali *seu hominum omnium communi omninò licita.* Personarum, *quæ sive è Gentilismo in eorum ritus transirent, sive sedibus intra eorum ditiones* Gentium *hoc* jure *fruerentur*, Conditio, Statûs Discrimina. Proselytorum Justitiæ Initiationis Rituum (ut Circumcisionis, Baptismi, Sacrificii) *Vetustas, Exempla.* *Eorum scilicet qui ex* hominibus Liberis *fiebant.* *p.* 134.

Cap.

Capitum Elenchus

CAP. III.

De Servis *&* libertinis *è Gentilibus* Judaiſmo *initiandis. De* Proſelytis Domicilii *ſeu Gentilibus tum Servis tum Liberis* quibus, *citra Judaiſmi profeſſionem*, ſedes in Ebræorum ditione permiſſæ, *ritè admittendis. Admiſſio ejusmodi ſolennis* poſt captivitatem Babylonicam, *ſeu poſtquam ſui juris ſatis eſſe deſierant Ebræi, non in uſu. Alii poſtmodùm inſtar ejusmodi* Proſelytorum, *Ebræis in ſolo Iſraelitico, præter Gentiles idololatras permiſti.*

CAP. IV. *pag.* 148.

De Effectibus Initiationis & Admiſſionis Proſelytorum Juſtitiæ, *veluti* nominis Judæi adquiſitione, Regeneratione, Juris Judaici participatione, Peregrinitatis retentione & conditione Poſterorum; *quæ omnia* Juris Gentium *ſive* Imperativi *ſive* Intervenientis *fuere.* *pag.* 155.

CAP. V.

De Libertinorum *eorumque poſterorum Qualitate & Conditione*, Libertini generis Judæi *apud Tacitum quinam fuerint.* Synagoga Libertinorum *in Apoſtolorum Actis. De* Servorum *Judaiſmo, citra manumiſſionem*, initiatorum, item Proſelytorum Domicilii, *uti & qui* horum *ſeculis recentioribus* inſtar *fuere*, *Conditione & Qualitate.* Gentilium omnimodorum conſvetudine Ebræi, *ſeculis recentioribus cum ſui ſatis juris non erant*, ipſi ſibi interdixere. Jus & Mores *ea de re* varii, *pro locorum ac ætatum diverſitate. De* Samaritanis. Publicani *nomen unde adeò inviſum. Titulus olim ſingularis in* Talmude Hieroſolymitano, *De* Proſelytis. *pag.* 167.

CAP. VI.

De facultate Statuam *ſeu* Titulum erigendi, Saxum adorationis, ad illud, causâ pro libitu dolandi *ſeu* figurandi, Lucum plantandi, Imagines formandi (*quales ſcilicet nec Ebræis formare fas erat*) Noachidis *ſeu* Proſelytis Domicilii *ex* Jure Gentium Interveniente, *ob novandæ Idololatriæ metum, negatâ. Et de* Humanarum, Cœleſtium, *aliarum hoc diſcrimine* Imaginum. CAP. VII. *pag.* 180.

De Actibus aliis *à quibus ideo ex* Jure Gentium Interveniente abſtinendum Proſelyto Domicilii (uti ex jure Civili *Iſraelitæ*) *quia ritus Idololatricos imitari videbantur. Item de* Imaginibus jam factis Proſelyto Domicilii, *uti &* Iſraelitæ (*huic ex* Civili ſuo, *illi ex* Interveniente *quod diximus* Jure) utendis, retinendis, abolendis. Imaginum ac rerum idolis ſacratarum, *niſi ſi reſecrarentur*, poſſeſſio & uſus *omnimodus utrique* interdictus. *Scilicet* prorſus *erant* abolendæ. Omnimodarum Imaginum *Cultûs gratiâ non factarum nec cultarum* poſſeſſio & uſus promiſcuus eis licitus. *Quid hoc* Reſecratio. *Quomodo* Lucorum ſive Cultûs gratiâ *plantatorum ſive* Fructûs causâ, *&* poſtea cultorum, uſus *ſeu* poſſeſſio licita

cita illicitave, *ex jure jam memorato. Quâ demum ratione* abolendæ *res, quarum* usus & possessio *causis jam dictis vetita.* *pag.* 205.

CAP. VIII.

Utque de Jure Gentium Interveniente *circa* Imaginum usum *superiùs adferuntur ritè capiantur, ea quæ occurrunt apud* Fl. Josephum, *Capite sexto ante citata, de* Iconibus Cæsaris aliisque figuris jam factis *à populo Judaico* nec admissis nec permissis, *unà cum* Josephi ipsius sententia *de Imaginibus animalium omnino nullorum ritè apud ipsos faciendis, expenduntur. Totius hujus rei, apud populum Judaicum, rationem pendere, non ex eo quòd Rerum seu Personarum* Simplicitèr Figuræ *essent, sed quòd* vererentur ne earum cultus, *pro more seculi,* divinus inde irreperet. *Ea de re alia. Quamobrem* Numismatis Cæsaris icone cusis usi sint judæi, *apud* Signa *interea* Romana aliterve *suo in solo eam conspici nolentes.* Nummis aliis Principum *exterorum* vultibus insignitis *usos fuisse Judæos. De* Rhodio numismate Romæ & Parisiis, *veluti ex triginta quibus divenditus est Christus adservato. De eo quod veterum aliqui habent, nec* Pictorem *nec* Statuarium *apud Judæos esse permissum. De* Vite aurea *tum quæ Pompeio ab Aristobulo donata, tum quæ supra fores Templi Herodiani.* Judæorum hodiernorum *de* Imaginibus *mores, uti &* Mahumedanorum, *pag.* 216.

CAP. IX.

De India *in* Judaicis *apud Claudianum* velis Picta, *Digressiuncula.* Judaicæ gentis Splendor singularis & Privilegia *tempore Claudiani seu sub Theodosio primo.* CAP. X. *pag.* 237.

Ad interd. Num Natural. de Maledictione Nominis Sanctissimi Numinis (*quod* Noachidarum *seu generis Humani* Juris communis *quod illustrius est,* Caput *Ebræis habetur* Secundum) *seu* de Blasphemia *melius capiendum, præmittitur* Profanationis Nominis Divini, *cui opponitur ejusdem* Sanctificatio, *Genus, velut cujus affine est vocamen, triplex.* Profanationis *ejusmodi* Remissio *ante mortis momentum, juxta Ebræos, nemini prorsus facta.* CAP. XI. *pag.* 246.

Sanctificationis Nominis Divini *præcepto* Noachidas, *juxta Ebræos, non teneri.* Profanationis *Nominis superiùs offensæ genus nullum, in* Interdicto de Maledictione Nominis Universali *seu* Naturali, *contineri, sed horrendum illud* Blasphemiæ *genus quo* Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas *Numinis sanctissimi, sive* Convitio *seu verborum contumeliâ* proscinditur, *sive* ex professione actuve aliquo scientèr, procaciùs & consequentèr negatur. *De verbo* ברך *quâ tum pro* maledicere *tum pro* Benedicere *sumitur. De lege illa sacra in Numeris,* Anima *seu* persona quæ fecerit manu elatâ &c. excidetur, *quatenus ad* Interdictum Idololatriæ & Blasphemiæ *solùm attinere illud volunt Magistri,* *pag.* 251. CAP.

CAP. XII.

De Pœna Proſelyti Domicilii *ob* Blaſphemiam *ſeu* Maledictionem Numinis *ſanctiſſimi* forenſi. Receptior *Talmudicorum ſententia de* Judæo morte ob Blaſphemiam *ejusmodi non puniendo niſi expreſſim* nomen tetragrammaton blaſphemaſſet. *Ea de re aliorum, uti &* Synedrii cui Caiphas in Evangelio præſt, ſententia diverſa. *De Judæis in Evangelio clamitantibus Jeſum Chriſtum ideò* mortis reum *quòd* Filium Dei *ſe fecerat. De* Veſtibus, blaſphemiâ auditâ *aliaque ob cauſas eam à* Sacerdotibus *ac* Pontifice ſummo *quàm à Judæo quovis alio, ex more* dilacerandis *pag. 260.*

CAP. XIII.

De eo quod habetur apud Flavium Joſephum *&* Philonem *de* Diis Gentium non blaſphemandis. *Magiſtrorum ſententiæ de Lege Sacra qua* Deorum alienorum mentio *interdicitur.* Votum *aut* Juramentum Idoli Nomine. *Nonnullorum opinio, ne* Gentili, *ex lege ſacra, licuiſſe* Deo ſuo *ſeu* Gentis ſuæ (*cujus cultui ſcilicet nondum renuntiaverat*) qualicunque maledixiſſe. *pag. 266.*

Liber Tertius.

In quo diſpicitur, utrùm ad *Cultum aliquem Divinum alium* præter eum qui *Simplici* jam enarratorum binorum interdictorum (qua *Negativa* ſunt) & quæ ſequuntur præceptorum reliquorum Noachidarum *Obſervatione continetur, obligari voluerint Ebræi Noachidas* ſeu *Gentiles, & ad Qualem.* Item *Qualis Proſelyto Domicilii* ſeu *Gentili Hieroſolymis* alibive in *ditione Iſraelitica Cultus*, ex Jure Gentium ſive Imperativo ſive interveniente, *Permiſſus; qualis Interdictus.* Et quid ſtatuerint *Ebræi* de eo quod eſt, *an Sabbatum* ſeu *Septimus*, in dierum à rerum initiis periodis, *Dies Univerſo generi humano fuerit celebrandus.*

Librorum &

CAP. I.

Utrùm in ſuperiùs explicatis interdictis binis, tam Affirmativum quid de Cultu inſuper Numini exhibendo, quàm Negativum de Idololatriæ & Blaſphemiæ abſtinentia, *ex Ebræorum ſeu Talmudicæ doctrinæ mente continetur.* CAP. II. *pag. 278.*

Proponuntur aliquot quæ Capitis ſuperioris Diſquiſitioni inſerviant. Cultus ſimplicioris Numinis veri *à rerum initiis usque in Moſaica tempora, ac dein ejus qui* aliis præter Ebræos, *dum ſtetit eorum reſpublica,* Gentibus in uſu, *Conſideratio brevis.* *pag. 276.*

CAP. III.

Cultus Divini *qui Ebræis ex Lege Sacra in uſu,* Generum, Temporum, Locorum *Synopſis. Horum quænam ſive* Permiſſa *ſive* Interdicta Proſelytis Domicilii *ſeu* Gentilibus in ditione Iſraelitica, *ſummatim indicatur. pag. 281.*

CAP. IV.

Teſtimoniis fuſiùs confirmatur quod jam ante aſſeritur de Simpliciori illo Cultus divini *Genere, ſeu quod in* Precibus, Adorationibus, Gratiarum actionibus, Holocauſtis, *aliisque* Oblationibus planè Spontaneis *ac* Votis, *eius juris ac rituum Ebraicorum commiſtionem, conſiſtit,* Proſelytis Domicilii, *aliisque Gentilibus in ditione Iſraelitica* Permiſſo; Cultu *verò* Ebraico, *qui in Victimis* Expiatoriis *ac* Pacificis (*quatenus ab* Holocauſtis Spontaneis *diſtinguuntur*) *aliis id genus Sacrificiis,* Primitiarum, Decimarum *& quæ ſunt ſimilium præſtationibus habetur, eis* Interdicto. *pag. 286.*

CAP. V.

Teſtimonia de Feſtorum Obſervatione Proſelytis Domicilii *ſeu* Gentilibus in ditione Iſraelitica interdictâ omnimodâ; *utcunque ſacris ſuis* Tempora *aliàs promiſcuè eis permiſſa fuerint. Talmudicorum item de* Legis Moſaicæ obſervatione *eis ibi vetitâ, Sententia.* *pag. 295.*

CAP. VI.

De Locis *tum* Interdictis *tum* Permiſſis *Divino* Gentilium Cultui Hieroſolymis. *Teſtimonia Ebræorum.* Templum *ſubinde pro* Montis Templi *extra eam, quæ vulgo pro ipſo* Templo *ſolùm ſumitur, ſtructuram,* Spatiis *intelligitur.* Ibi *Gentilium Cultui* Locus. Atrium Gentium. *Doctorum Virorum* è Chriſtianis, *de* Gentilium *Hieroſolymis* Cultu *ſuffragia. De* Gentilium Holocauſtis, *etiam* poſt Templi excidium, *Talmudicorum ſententia.* CAP. VII. *pag. 298.*

De Sententia Chriſtianorum aliquot *Scriptorum*; Res ipſas, *veluti animalia à* Gentili *ſeu* Incircumciſo ſacrificia ritè non oblatas *Hieroſolymis, ſed tantùm* earum pretia. Lex ſacra *quæ nititur ſententia illa.* Magiſtrorum *interpretatio. Alia* ex Scriptoribus Chriſtianis *circa antè oſtenſa. pag. 304.*

CAP.

Capitum Elenchus.

CAP. VIII.

Ex ante allatis concluditur, Ebræorum ſententiam manifeſtam *eſſe, tum* Proſelytos Domicilii *tum* Noachidas reliquos *ſeu genus humanum univerſum* ad Cultum Divinum, qui in Precibus, Gratiarum actionibus, Benedictionibus, Holocauſtis Spontaneis ac Spontaneis Oblationibus (*quibus ſcilicet peculiares Ebræorum ritus non commiſti*) & Votis ſimplicibus *habetur,* eſſe obligatos. Chriſtianorum *aliquot hac de re* Placita. *De* Holocauſtis illis *ſingularia quædam Ad* fuſiorem de Septimo die explicationem *tranſitus.* CAP. IX. *pag.* 309.

Quid de Originis *ſeu* Primariæ Sabbati *ſeu* Septimi *in dierum periodis dicti, ut Feſti,* Inſtitutionis Tempore & Loco *ſenſerint* Talmudici. *Obiter de* Itinere Sabbatico; *& quanta fuerit ejuſce* menſura *atque* unde auſpicanda. *De Chronico* Seder Olam Rabba *dicto, ejuſque Autore & Vetuſtate p.* 315.

CAP. X.

De Cauſa & Ratione Inſtitutionis Sabbati, *ex* Ebræorum *ſententia,* & ad Quoſnam *illam* pertinere velint. *pag.* 331.

CAP. XI.

De Loco *in Deſerto* & Tempore (*adeoque* Menſe *Menſisque die*) Primæ, *juxta Ebræos,* Obſervationis Sabbati, *ex* Præcepto *nimirum ſeu* Inſtitutione *capite ſuperiori oſtenſa.* Epocha dierum enumerandorum *ſeu Temporis Nycthemerini, juxta Ebræos aliquat; & de* Telluris Umbilico. Primum Sabbatum, *unde ſequentia pendent, in Deſerto obſervatum,* neutiquam fuiſſe Septimum in periodo à rerum conditu dierum, *non deeſſe inter Chriſtianos qui exiſtimaverint.* CAP. XII. *pag.* 335.

Ad Sabbati *Obſervationem,* ut Judæos Originarios, *ſic* Proſelytos Juſtitiæ *& paritis Conditionis reliquos obligari;* Proſelytos *autem* Domicilii aliosve Gentiles *non item, ſtatuunt Ebræi. Nec* Obſervatio *ejusmodi* permiſſa Proſelytis Domicilii. *De* Peregrino *ſeu* Proſelyto *in* legibus de Sabbato ſacris; *Magiſtrorum ſententia.* *pag.* 349.

CAP. XIII.

Quæ, antè de Sabbato *oſtenſis, videantur* apud Ebræos adverſari; *tum eos qui* Ebraicè ſcripſere, *tum* Philonem & Fl. Joſephum. *pag.* 354.

CAP. XIV.

Expenduntur *atque* explicantur *quæ, capite in ſuperiore, ex* Magiſtris & Philone *allata, receptis eorum* de Sabbati Inſtitutione *atque* Prima Celebratione Obſervationeque *ſententiis* adverſari *videantur.* *pag.* 360.

CAP. XV.

Fl. Joſephi *locum Capite in Decimotertio adductum, ſi* de diei Septimi Cultu alias apud Gentes paritèr atque Ebræos recepto *ſumatur, ipſi re-*

Librorum &

rum Veritati palàm reluctari. Neque ſic intelligendum. Aliæ *ſcilicet* Gentes neutiquam diem in periodis Dierum Septimum *ſeu* Sabbatum Hebdomadicum colebant. *Obitèr de* Sabbati nomine, hujusque & Jejunii *apud Scriptores Paganos*, Confuſione. Calendarium *Romanorum* Vetus, Orbis *dierum* Nundinalis. *pag.* 365.

CAP. XVI.

Quæ apud veteres *tum* Græcos, *tum* Latinos *occurrunt*, alia *item* veteribus tributa, *quorum autoritate* aſſerendum videatur, *etiam* à nonnullis aſſeritur, Diem Septimum Gentilibus olim coli *ſeu* obſervari, *idque velut* ex inſtituto publico, ſolitum. *pag.* 381.

CAP. XVII.

Quæ capite ſuperiori ex Ariſtobulo *ac* Clemente Alexandrino (*adeoque ex* Heſiodo, Homero, Lino, Callimacho) Luciano, Agellio, Suetonio, Cenſorino, Ovidio, *ac* Tibullo, *de* diei Septimi *ſeu* Saturni obſervatione apud Gentiles *allata ſunt, explicantur. Ea ad* Sacrum Diei *in periodis dierum ſeptemtriis*, Septimi Cultum, *non omnino attinere. De* Sabbati *nomine tam* Orientalibus *quàm* Occidentalibus *accepto pro ipſo* Die Septimo, *quà Septimus eſt, perinde ac ſi* Septimum ſignificaret. *pag.* 390.

CAP. XVIII.

Oſtenditur quæ capite decimo ſexto è Tertulliano, Lampridio, Seneca, *de* die Saturni, Sabbatis, *ac* die Septimo *afferuntur non omnino probare* cultum diei Septimi Romanis veteribus ex inſtituto *ſeu* publicè *receptum*. Feſta Romanorum *quotannis* ſtativa *ne* Pentecoſtes *numerum, juxta* Tertullianum, *impleſſe*. Calendariis *aliquot, velut* ex more Romanorum veteri, Dierum Hebdomadas, *pro* Ogdoadibus, *ſumma cum oſtentatione adponi.*

CAP. XIX. *pag.* 405.

Flavii Joſephi verborum de Hebdomadis more (*quæ* ad Gentes univerſas eum perveniſſe *ait*) *Explicatio initur. Cujus gratia quædam præmittuntur. Primò*, Dierum per Hebdomadas diſtributio & Planetarum nominum adjectio, *ejuſque* Vetuſtas. *pag.* 413.

CAP. XX.

De Planetarum *in diebus deſignandis* Ordine *ejuſque* Vetuſtate. Ἐπτάζωνος. Ἡμέρα Σαββατική. Zonarum *nocio, pro Orbibus Spatiis ſeu Circulis quibus circumferuntur Planetæ Septem.* Commentitia, *apud* Judæos *aliquot*, Planetarum, *in diebus Hebdomadis*, Ordinis diſpoſitio. Orbis *Dierum* Hebdomadici *conſtans apud veteres initium* in die Solis, *quale hodieque manet. De* Mahumedanorum الجمعة *ſeu* Die Veneris illis ſacro. *pag.* 424.

Digitized by Google

Capitum Elenchus.

CAP. XXI.

De Ordinis *in orbe dierum Hebdomadico* Planetarii Ratione. Horarum Præfecturæ, *apud Aſtrologos veteres*, Planetariæ. *De* Horarum vetuſtate. *Priſcorum ſententia de* Heptazoni *ſeu* Planetarum *in Cœlo* Ordine. *Unde* Argumentum *à nonnullis* adverſus denominationis Hebdomadicæ *veritatem, perperam affertur.* *pag. 440.*

CAP. XXII.

Ordinis Dierum *in hebdomade, & Planetariæ eorundem* denominationis, Joſephi *ſeculo*, Uſus; *In* Oriente; *in* Occidente. *Et undenam in vulgus hominum, hujus* Obſervatio *adeo fuerit olim diſſeminata.* *pag. 455.*

CAP. XXIII.

Scopus Flavii Joſephi *in verbis illis, quorum gratiâ hactenus diſputatum eſt*, ejusque vera *ibi* ſententia de more Hebdomadis, quem ad gentes univerſas *ait* perveniſſe. *pag. 468.*

Liber Quartus.

Homicidii Interdictum Naturale (quod *Noachidarum* ſeu omnium hominum communis *Juris* Illuſtrioris *Caput* eſt *Tertium*) cum *Temperamentis* ſuis, *Limitationibus* atque *Exceptionibus*, apud Ebræos; *Jus* item *Gentium, quo*, apud illos, *Caput hoc commiſtum*, explicat: adeoque *Jus* apud eos *Tutelæ* ſive *ſui* ſive *aliorum*, etiam *ex vim inferentis cæde*, *Jus* item *ſingulare Zelotarum*. *Excommunicationis* inſuper ac *Hominis devovendi*, ſeu *Anathematis* Jus, quà *cædes humana* ſive inde *revera permiſſa*, ſive *permitti à nonnullis credita*; *Jura* item *Aſyli*, tum in *Urbibus* Levitarum, tum in *Altari*; *Jus vindicis Sanguinis*; alia ejusmodi.

CAP. I.

De Scelere Homicidii voluntarii. *Ejusdem* Genera, & Pœna *tum* Cœleſtis *tum* Forenſis; Ordinaria, Extra ordinem. *Nefas* abortum inferre, fœtum in utero extinguere, liberos exponere. *Juris diſcrimen hâc*, quoad Pœnam, *inter* Originarios, Proſelytos Juſtitiæ reliquoſque ritè

Circumciſos,& Proſelytos Domicilii *ſeu* Gentiles in ditione Ebraica degentes. *De* Vindicis Sanguinis, ex jure cognationis, poteſtate. *pag.* 472.

CAP. II.

De Homicidio Involuntario *ſeu quod* Caſu *factum ac* Errore. Urbes ſex Refugii, *ſeu* Aſyla. *Ceteris* Levitarum Urbibus XLII Aſyli *item* jus, ſed diſpar. *Iterum de* Vindice ſangvinis. Jus Aſyli *quale* in Altari *eſſet Horum* omnium Jura, *quatenus eorum ſive* Proſelytis Domicilii *ſive* Gentilibus aliis *in ditione Iſraelitica, aut* legitimus *eſſet* uſus *aut* nullus. *pag.* 485.

CAP. III.

De Pœna capitali à Privatis *irrogata, adeoque* Cæde, *apud Ebræos*, Privatis, *ſed ad morum publicorum amuſſim*, citra cognitionem forenſem *variasim, extra cauſam* vindicis ſanguinis, permiſsâ. Moderamen inculpatæ tutelæ. Ebræi *qui* Ebræum in Gentilium poteſtatem traderet; *qui in* contemptum Numinis præceptum aliqvod violaret; Apoſtatæ, Idololatræ *cades*. Dolo, *ut vita horum nonnullis eriperetur, uti licuit*, qualis in Gentilem non adhibendus. *De* officiis *erga Gentiles* humanioribus, *ſeu* charitate *quid ſenſerint Ebræi. De* Fœtus nece, *puerperæ ſalutis causâ.* *pag.* 496.

CAP. IV.

De ſingulari Zelotarum *apud Ebræos Jure quo* criminibus *in* aliquot atrocioribus *deprehenſi, à Privatis illico ſive impunè verberabantur, ſive occidebantur.* *pag.* 503.

CAP. V.

Utrum Zelotarum Jus *in* Negotiatoribus & Nummulariis *flagello à D. N.* Jeſu Chriſto è Templo ejiciendis, *locum habuerit.* *pag.* 507.

CAP. VI.

De Cæde humana, *extra* Belli, Pœnæ, *ſeu* Quaſi *rationem, juxta nonnullos (ex lege ſacra, de* Anathemate *ſeu* חרם) Parentibus *ſaltem &* Heris *permiſsâ; velut* Hoſtiæ humanæ *nomine.* *pag.* 515.

CAP. VII.

De verbis Legis illius ſacræ quâ ultronea cædes humana *Parentibus & Heris liberos & ſervos* anathemate devoventibus permitti *viſa eſt. Et de* vario *apud Ebræos* Anathematis genere. *pag.* 519.

CAP. VIII.

Cauſæ, Ritus, *ac* Effectus Excommunicationis *apud Ebræos atque* è Cherem *ſeu* Anathema *quod inde interdum ſequebatur.* Hujus *item* Formula *ac* Effectus. Utriusque Solutio. *pag.* 529.

CAP. IX.

Neque Conſecratum *quempiam nomine* Anathematis, *ut* donarii ſacri, *neque* eum qui *inter bona* incommiſſum caderet, *nec* ſolenniori anathemate,

mate, *ſive ante ſive poſt excommunicationem*, devotum, mortis reum aut *eo nomine* occidendum fuiſſe. *Atque* obiter *de* Apoſynagogis, *ſeu qui extra ſynagogam ſierent, in* Evangelio. Excommunicato Templum ingredi *fas*. *pag.* 536.

CAP. X.

De illo Anathematis *genere quo expreſſim* Homines ex Jure Belli *ſeu* Militari, *neci* Devoverentur. *pag.* 547.

CAP. XI.

De Jephtæ Voto, *diſcrepantes Ebræorum ſententiæ*. Nullo Jure immolandam *fuiſſe ejus* filiam conſentiunt. Summa *Sententiæ Ebræorum, de cæde humanâ*. Luſtratio poſt cædem *etiam* licitam. *pag.* 550.

Liber Qvintus.

De *Concubitu* agit, ex *Jure* ab origine rerum *Naturali, illicito*; De *Matrimonio* item, *Concubinatu*, & *Divortio*, juxta eos, ex eodem jure; De acceſſione *Interdictorum Revelationis Turpitudinum*, quæ in *Levitico* habentur, quatenùs ad *Gentes alias* illa ſpectare velint Ebræi. Et denùm de *Jure Gentium* huc attinente, id eſt *Jure* quo ſive *Proſelytos Juſtitiæ* aliosve non ex originariis circumciſos, ſive *Proſelytos domicilii alioſve* alterutrius ſexus *Gentiles*, tum in *re Matrimoniali* tum in eo qui etiam *extra Matrimonium* ſit *Concubitu*, *Nationi* ſuæ ſeu *Originariis* ſive *vetitos* ſive *permiſſos* tradunt.

CAP. I.

De Concubitu illicito. *Tum qualinam concubitus* ex Jure Naturali ante Legem Moſaicam illicitus *habeatur, tum* Qvalis poſtea *ex ipſis ejuſce legis verbis, juxta Ebræorum ſententiam, generatim indicatur.* *pag.* 557.

CAP.

CAP. II.

Quomodo, etiam è Verbis Sacris, *eliciant Talmudici*, illicitos *ab ipsis rerum primordiis, atque* ante Legem Mosaicam, concubitus. *pag. 561.*

CAP. III.

De Jure Matrimoniali *atq;* operæ Liberis dandæ, *ad quod ab ipsis rerum primordiis* obligari *volunt Ebræi* ipsum genus humanum. *Et primò de* Ori gine ejusdem *atq;* Necessitate. *Obiter de* Essenorum abstinentia *à consortio muliebri.* *pag. 565.*

CAP. IV.

Consensu, *sed* non sine Concubitu, *ex Jure Noachidarum seu* Naturali, *ante legem Mosaicam, fieri matrimonium. De* Innuptarum *tunc* Concubitu. *Quid de eo, ex lege Mosaica novatum velint. Et de Magistrorum in lege* קדשה & זונה, *quod* scortum *seu* meretrix *vulgo vertitur, receptâ quantum ad hanc rem, interpretatione, & de* meretricis mercede *non offerenda,* CAP. V. *pag. 572.*

De Ritibus Nuptialibus *qui, velut ex jure seu moribus ante Legem* Mosaicam *in usu, eliciuntur in sacra historia.* *pag. 579.*

CAP. VI.

De Polygamia *ex* Jure Naturali, *seu* Universali *illo quod tum* ante Legem Mosaicam, *tum* pòst, *juxta Ebræos pariter obtinuit,* *pag. 582.*

CAP. VII.

De Divortio *ex* Jure Naturali *seu* Omnium *juxta Ebræos ante legem Mosaicam seu extra illam*, Communi, *ac de* Concubinæ & Uxoris *nomine; & obiter de vocabulo Anglicano* Wife. *pag. 589.*

CAP. VIII.

De Primorum Parentum liberis, *& de* Conjugiis inque *eis* Cognationis *veluti Fratris, Sororis, Filiæ*) *sub ipsis rerum Initiis* ratione. *pag. 598.*

CAP. IX.

De *ratione* Cognationis habitâ in Conjugiis *inter ipsa* rerum initia *& tempus data* Legis Mosaicæ. *pag. 607.*

CAP. X.

Quomodo Cognationis *atq;* Affinitatis gradus, *quà amplexibus conjugalibus seu* à primis rerum initiis *sive* ex lege in Levitico tradita, *fuerint impedimenta, simul* intelligant *Ebræi.* *pag. 613.*

CAP. XI.

Quomodo *&* unde *velint Ebræi*, Gentiles, *&* Quales, *legibus de Incestu*

ceſſu in Levitico *latis contineri, Obitèr tum Orientalium tum Occidentalium veterum,* Chriſtianorum, Mahumedanorum, circa Conſanguineorum conjugia *Mores & Scita.* *pag.* 619.

CAP. XII.

De Matrimonio & Coitu, *quà ſive* vetitus *ſive* permiſſus *inter* Judæos & Servos *ac* Ancillas exteræ originis *ſed in Judaiſmum, circa libertatem, coopt atos.* Gentilium, *qui Judaiſmo nondum nomina dederant,* Matrimonium & Coitus Judæis *illicitus. Non unica tamen* Magiſtrorum *de* interdicti *illius* initio *aut* causà *ſententia. Quinam ex* natalibus Servi *ac* Gentiles *habiti.* CAP. XIII. *pag.* 638.

De *ſingulari jure quo* militi Ebræo *cum* Captiva *Gentili, præda ſuæ parte;* ſemel ante nuptias *nefas non fuiſſe ajunt concumbere; quacum tamen* Concubitum *ei* non fuiſſe, *citra nuptias,* iterandum. *pag.* 643.

CAP. XIV.

Quatenus variatim interdicta *haberentur ſive* Originariorum & Proſelytorum (*Juſtitiæ*) *ſive* Proſelytorum & Iſraelitidum, *originis extera nomine,* Conjugia. *De* Nethinæis *ab Iſraeliticis* conjugiis arcendis *decreta.* Proſelytorum *diverſa invicem conditionis,* proles qualis. *pag.* 646.

CAP. XV.

De Rahaba, *Timnathæâ puella ac* Dalila Proſelyta. *Item de* Salomonis uxoribus, Extraneis *in ſacra ſcriptura dictis. Et de* liberis *ex* conjugio *gentis nomine* interdicto ſuſceptis. Ex Genere, *non à* Loco, Nationem Ebræis ſemper denominari. *pag.* 651.

CAP. XVI.

De Originariorum aliquot conjugiis Proſelytis Juſtis & Libertinis *etiam & Ancillis,* permiſſis, *quæ interim* Originariis ceteris vetita *ſunt. Scilicet* Mamzerum & Eunuchorum. *pag.* 654.

CAP. XVII.

Servorum *atque* Ancillarum, *è Gentilibus in Servitutem redactarum,* Cognationis nullam, *ne quidem poſt Judaiſmum ſuſceptum, ante manumiſſionem, apud Ebræos,* in re Concubitûs, rationem eſſe habitam. *Et de eorum* Contuberniis. *pag.* 660.

CAP. XVIII.

De Proſelytorum *Juſtitiæ &* Libertinorum, *inter ſe invicem aut cum Gentilibus,* Conjugiis. *Et qualinam* eorum Cognationis, *dum Gentiles erant, item* poſterorum in Sanctitate, *id eſt poſtquam Proſelyti facti ſunt,* natorum, *in* re matrimoniali *ſeu* Coitûs *interdictis,* habita ſit ratio. *pag.* 664.

*****

CAP. XIX.

Patrum & Hiſtoricorum Chriſtianorum Veterum ſententia *defenditur*; *ſcilicet* Herodem Magnum *Regem, ab Antipatro* Idumæo *dicto adeoque* (*uti ajunt aliqui*) Judæo, *è* Cypro fœmina Gentili *uxore ſua ſuſceptum, ex ipſis natalibus* Alienigenam, *nec* Judæum *fuiſſe.* *pag. 669.*

CAP. XX.

Expenduntur quæ in Patrum de Herode Magno ſententiam *à viris doctiſſimis afferuntur ex eo quòd* pater avuſque ejus eſſent Idumæi, adeoque, *ut ajunt*, Judæi. *Et de* Proſelytorum *eorumque* Poſterorum *quâ* Univerſitate, Eccleſia *ſeu* Civitate Ebraica *ſive donabantur ſive arcebantur, tum* Jure *tum* Peregrinitate. *pag. 674.*

CAP. XXI.

Utrum ſive Herodem *ſive* patrem ejus *ſive* avum ita Idumæum *fuiſſe conſtet, ut ex* Idumæis *qui* Judæi *ſeu* Proſelyti Juſtitiæ *integri, ſub Joanne Hyrcano Rege, facti eſſent, eorum ullum fuiſſe ſit credendum. Et de* ſtatu Herodis ſervili, *ac de* Semi judæis *ſeu Proſelytis imperfectis. De* Fraternitate Herodis Antipæ & Philippi *filiorum Herodis Magni.* *pag. 679.*

CAP. XXII.

Qua ratione id verum fuerit, Agrippam Regem fratrem Iſraelitis *fuiſſe, adeoque* non alienigenam, *quemadmodum ab eis ipſis publicè eſt acclamatum; tametſi eſſet ex* Herodis alienigenæ nepotibus *pag. 687*

Liber Sextus.

Quintum Juris Noachidarum ſeu Naturalis, quod Illuſtrius eſt, caput ſeu *Furti Interdictum* complectitur; quâ Originarios, quâ *Proſelytos* ſive Juſtitiæ ſive Domicilii, alioſqve ſpectat. Et de *Adqviſitione* & *Translatione Dominii* tum *Perſonarum* tum *Rerum*, cum *Modis* ſuis ac *Temperamentis*, tum ex *Jure Pacis* tum ex *Jure Belli* naſci ſolitis, Talmudicorum ſcita ſententiasque aperit. De rerum *Occupatione*; *Alie-*

Alienationum item & *Contractuum formulis* atque *vi*. De Jure *Egenorum* ſeu *Mendicorum*; *Servitute*, *Uſuris*, Bonis *aleâ* lucrifactis; aliis ſelectis quæ ad *Dominium* & *obligationem permiſſionemqve* circa illud ex jure Pacis verſantem attinent. De *Jure Bellico*, *Victoriâ*, *Deditione*, *Federibus*, *Tributis*; *Numiſmate Cenſûs*, & *Didrachmi Penſitatione*, in Evangelio; *Captivis*.

Cap. I.

Quid Furti nomine *hoic contineatur*. *De Hominum* conſenſu & *interpoſita*, circa *Rerum Perſonarumque* Dominium *ejusque* Temperamenta & Modos, fide ſervandâ, Præceptum *Interdicto hoc*, *ut* prævium, includi. Conſenſûs *ejusmodi* uſus. *Supremum* Numinis *intereà* Dominium, *unde* ſine intermedio, *interdum*, *eis* univerſalem *in rerum initiis* donationem, *homines* domini *facti*. *pag.* 693.

Cap. II.

Quomodo Noachidas *ſeu* Gentiles Interdicto Furti teneri *ſtatuant Talmudici*. Actus eorum *in ditione Ebraicâ aliquot* Furta fuiſſe; quales in Judæis liciti. *Undenam id*. *E diligenti* Temperamentorum & Modorum Dominii (*quorum exempla è vetuſtiſſimis apud Ebraos ſanctionibus ſingularia afferuntur*) conſideratione Furta *dignoſci*. *pag.* 698.

Cap. III.

Dominium *ex* diverſitate perſvaſionis *circa ſacra*, *apud Ebraos regulariter* non omninò pependiſſe. Furtum *etiam ab ipſis tam* in Gentilis bonis *contrectandis quàm* in bonis Judæi, *commiſſum ſtatuebant*. *De* Fraude & Mendacio, *tum* circa damnum *quod Interdicto Furti innititur*, *tum* ſimplici, citra ejusmodi damnum. *Quod de* bonis Gentilis non invadendis *tradunt*, *ad* Jura Pacis *tantùm attinere*, *non ad* Jura Belli. De terminis *Confiniorum* non dimovendis. *pag.* 706.

Cap. IV.

Selecta quædam de Dominii Adqviſitione & Translatione, *atque* Obligatione & Permiſſione *quæ circa illud verſatur*. *Qvorum primum*

ejt de Domino *ex ſimplici* Rerum occupatione *adquirendo.* *De* Rebus nondum Occupatis; *Rebus* Derelictis, & Deperditis. De Proſelytorum Juſtitiæ, qui ſine herede morerentur, Bonis, *& de* Reſtitutione *rei ab eo ablatæ* Sacerdoti *Ephemeriæ tunc munus obeunti præſtandâ.* *De* agro à Gentili *ſine ſyngrapha* Iſraelytæ vendito. Occupationis tituli ortus. *pag.711.*

CAP. V.

De Alienationum & Contractuum formulis *atque* Obligationis vi *ex* earum apicibus *pendente.* *De* Pretio *rei mobilis venditæ vero valori,* ſexta parte *aut majore,* impari. Proſelyti *Juſtitiæ* Teſtamentum, Donatio. *p.718.*

CAP. VI.

De Jure *apud Ebræos* Egenorum *ſingulari;* Angulo *ſegetis,* Spicilegio, Racematione, Uvis deciduis, frugibus *per* Oblivionem *in agro* relictis, Decima Pauperis; Eleemoſynis; *etiam ſententia forenſi exigendis.* *Mira in* erogandis *his atque tum* priſtinâ *tum* præſenti pauperum conditione *conſideranda, ratio.* E Gentilibus Pauperes (*niſi* Proſelyti Domicilii *eſſent*) juris Egenorum *apud Ebræos* non omnino participes. Proſelyti Domicilii *participes* Eleemoſynarum; *non alicujus reliquorum quæ ſunt pauperibus* debita. Utrùm extremæ Pauperis Neceſſitati Dominium privatum ex Jure Naturali, *juxta Talmudicos,* cederet. *pag. 723.*

CAP. VII.

De acquirendo Perſonarum *juxta Ebræos, in Pace,* Dominio. Servi Ebræi *tum ex* ſui venditione, *tum* ex addictione Fori. De Filia, *Patris addictione,* ancillâ factâ. Ebræus *addictus* in ſervitutem Proſelyti *ſeu* Gentilis, *ex venditione ſui. Et de horum* libertate *ſeu* Dominio ſui *redeunte. p.737.*

CAP. VIII.

De Servis è Gentilibus *in Pace apud Ebræos* adquiſitis; *eorum* diſcrimine, miniſterii naturâ, manumiſſione, poſteris, Bonis. *Obiter de Munere ſingulari* Calceum *domini* Solvendi, *ſeu* Exuendi. *pag. 743.*

CAP. IX.

Leges Sacræ de Uſuris, *Talmudicorum de eis* ſententiæ. Uſura præſtituta *ſeu proprie dicta.* Pulvis Uſuræ. Quaſi Uſura. Uſura præcedens, ſubſequens. *Qualiſnam* Uſura *ex ſententia fori* reſtituenda; *qualis non.* Actus *aliqui ex Jure ſuperinducto* vetiti, ne ſubdolè Fœnus diſſimularent. Alii permiſſi, *qui* Fœnoris *accepti* inſtar. *Exceptio* de Bonis Orphanorum, paupetum; id genus aliis. Uſura incerta, *pag. 748.*

CAP.

Digitized by Google

Capitum Elenchus.

CAP. X.

De Uſuratum jure, *apud Ebræos*, *quâ* Proſelytos Domicilii *alioſque* Gentiles *reſpexit*; *etiam &* Judæos Apoſtatas. *De Gentili*, Proſelyto Juſtitiæ *facto, poſtquam fœnori* ſive dederat ſive aceperat *ab* Iſraelita *mutuum, nondum redditum*. *Quid* Mahumedes *de Uſura*. *pag.* 755.

CAP. XI.

De bonis Aleâ, aliove quovis certaminis genere *lucrifactis*; *ac de* Luſibus *ejuſmodi*. *De* Avibus *aliisve* animalibus *ſic inſtituendis ut exeuntia* redirent, *in domini commodum*, illicum more, comitatiora. *De retibus* Columbarum Capturæ *tendendis*, *&* Columbariis *extruendis*. *pag.* 759.

CAP. XII.

De Rerum & Perſonarum ex Jure Belli, Dominio adquirendo. *Et primò de* Juſtis, *tum juxta* Ebræos *tum alios* Orientis *populos*, *Belli cauſis pag.* 764.

CAP. XIII.

De Belli, *ex Jure Ebræis aliisque Gentibus interveniente*, Indictione. *pag.* 771.

CAP. XIV.

Ee Federis ineundi *ratione & capitibus*, *ubi* hoſtes ſe *dederent*. *pag.* 773.

CAP. XV.

De Federis *&* Deditionis averſatione, belloque *inde* inferendo. *Diſciplina militaris de* arboribus frugiferis *in hoſtico non ſuccidendis*. *Temperamentum Dominii*, ne quis rem ſuam planè deſtrueret. *Et de* loco fugæ *in obſidione hoſti relinquendo*. *pag.* 778.

CAP. XVI.

De Urbibus, Regionibus, Perſonis ſubactis, Captivis, Hoſtibus *caſis* Sepeliendis, Prædâ, *hujusque* Diſtributione; *ex Jure belli Ebræis in* uſu. Quid nomine Terræ Iſrael *revera venerit*. *pag.* 781.

CAP. XVII.

Ebræorum, de aliarum Gentium jure bellico, *ſententia*. Gentilium commilitio ſe, *ex contractu publico, ſeu fœdere atque aliàs immiſcebant*. Ad Tributorum *ex* jure Victoriæ; Deditionis, Federis *præſtationem ſe obligatos profeſſi ſunt*; Refragantibus *ſubinde eorum* nonnullis. *De* Numiſmate Cenſûs *in Evangeliis*. *Quid* Cæſaris *&* Auguſti *nomina denotarent lingvâ Hieroſolymitanâ*. *pag.* 788.

CAP. XVIII.

De Didrachmi *penſitatione in Evangelio. Illud fuiſſe* Tributum Cæſarianum. Reges Terræ *quinam ibi. Univerſi* Iſraelitæ Filii Regum *diverbio ſolenni dicti. Quid ibi* Filii *ſeu* liberi Regum. Semiſicli, *ſeu* Didrachmi ſacri *penſitatio annua usque ad* Veſpaſianum, Hieroſolymis *in ſacros uſus præſtita.* Objectiones *diluuntur.* *pag.* 805.

CAP. XIX.

De Servitute Perſonali *ſeu* Libertatis naturalis deminutione, *quatenus ex* Jure Gentium aliarum Bellico, *juxta Ebræorum diſciplinam, ea ſequeretur. Diſcrimen inter* Servitutem perſonæ inhærentem, *ſeu* intrinſecam *& eam quæ in* miniſteriis *tantùm* ſervilibus *cernitur ſeu* extrinſecam. *De illo Judæorum, in Evangelio,* Nemini ſervivimus unquam. *De* Captivis *& more eorum apud Ebræos,* redimendorum. *pag.* 813.

Liber Septimus.

Agit de *Noachidarum Juris* Illuſtrioris *capite Septimo,* quod eſt *de Membro animalis viventis;* item de *Carnis* & *Sanguinis eſu.* De *Minoribus* inſuper ſeu *Obſcurioribus Juris Naturalis,* juxta Ebræos, *Capitibus.* De *Honore parentum.* De *Capite* Juris Naturalis Illuſtrioris *Sexto,* ſeu *de Judiciis;* Tum quà ex jure ſimplicitèr Naturali illud intelligendum, tum quà *Judicia* in *Proſelytorum Domicilii regimine* apud Ebræos erant *exercenda.* Accedit de *Judicio Divino,* quà ex illo ſive *Pœna* ſive *Præmium Cœlitus* ex Ebræorum ſententia *expectanda* fuerit, diſſertatio. Et demum de ſententia eorum qui volunt, non ſolùm *veſtigia Præceptorum Septem* quæ tra-

ctavi-

mus, ineſſe in ſacra *Iobi hiſtoria*, verùm etiam in *Synodo* Apoſtolorum *Hieroſolymitana.*

CAP. I.

De capite Juris *Noachidarum ſeu* Naturalis Septimo, *ſeu* Membri animalis viventis *eſu; Et de* eſu Sanguinis. *Diſcrimen inter* Pecorum, Ferarum, Volucrum Sanguinem, *atque* Piſcium, Locuſtarum *id genus aliorum; item* Humanum. Mahumedanorum, *de* Sanguinis eſu, *ſicta*, *pag.* 824.

CAP. II.

De Minoribus *ſeu* Obſcurioribus Juris Naturalis, *juxta Ebræos*, capitibus. *Et de* Parentum honore, *atque ejuſce interpretamentis quibus ei derogatum ibant. De loco illo Evangelii illuſtri*, Corban (qvod eſt donum) quodcunque ex me tibi profuerit. *Mira* de Votis diſciplina. *pag.* 832.

CAP. III.

De Heterogeneorum *uſu*, Fratriæ *ubi Frater ſine prole obierat*, Connubio, Caſtratione, *aliis obſcurioribus, quæ, juxta nonnullos Ebræorum, ad Noachidas attinerent.* *pag.* 839.

CAP. IV.

De Judiciis *ſeu* Capite Juris *Noachidarum ſeu* Naturalis Sexto. *Quidnam* Judiciorum nomine *Talmudicis veniat.* Domus Judicii *ſeu* Forum ſuperius Divinum, *aut* Cœleſte. Inferius *item ſeu* Humanum & Terreſtre. *Periocha Chaldaica de* Caini & Abelis *circa Judicia ſeculi futuri* altercatione. *De* Judicio Divino. Senſus *Capitis Sexti* generatim indicatur. *Infrequentium Ordo.* *pag.* 843.

CAP. V.

Talmudicorum de Judiciis, *quæ ſimpliciter Noachidis imperantur, Traditio. Eorum* de Pœnis *præſtituendis ſententia. De* Thamaris, *nuru Judæ*, delicto *ac* Judicio; *ac* de Dina *à Sichemo* violata. *pag.* 847.

CAP. VI.

Judicia *circa* Juris Naturalis capita Illuſtriora, *in Gentium ditionis Iſraelitica regimine tantùm, exerceri ſolita.* Judices *qui eis præeſſent* ſorte conſtituti; *etiam* Proſelyti Domicilii *ritè conſtitui potuere.* Sexus *diſcrimen.* Pœna Gladii, Furto Gentilis *irrogata, aliis item delictis quæ* mitius in Judæis *punita.* Nullam pœnam obſcurioris Juris Noachidarum *capitis alicujus violationi imminuiſſe.* *pag.* 853.

CAP.

Librorum & Capitum Elenchus.

Cap. VII.

De Judiciis *quibus in ditione Iſraelitica ſuberant Proſelyti* **Domicilii** ob Jus ibi Gentium, *ſeu quod* Naturale non habebatur, *violatum.* Pœnæ Singulares *Proſelyto ejusmodi ob* Sponſæ Ebraicæ (*qualis in jure Noachidarum non agnita*) coitum, *irrogandæ.* Proſelytus Domicilii reus *& dein* Juſtitiæ Proſelytus *factus.* Minor, Surdus, Mentis inops. Proſelytus Juſtitiæ *Judiciis pœnalibus,* ex Jure Iſraelitico *exercendis, præeſſe rite nequibat, nedum* Proſelytus Domicilii. *pag.* 858.

Cap. VIII.

De Judiciis Extraordinariis *ſive ubi* Ebræus *aut* Gentilibus binis *aut* Ebræo & Gentili arbiter *receptus eſſet, ſive ubi* Ebræis *orirentur, cum aliis Gentibus actoribus, veluti* Africanis, Ægyptiis, Arabibus, *ſive* de Territoriis *ſive* de Bonis aliis controverſiæ. *pag.* 863.

Cap. IX.

De Judicio Divino, & Pœnâ Præmioque cœlitus, *juxta Ebræos,* expectando. Exciſionis Pœna, *juxta nonnullos,* triplex, *adeoque* de Immortalitate Animæ *Talmudicorum aliquot ſententiæ.* *pag.* 871.

Cap. X.

De Pœnis & Præmiis Fori Superioris, *Cæleſtis, ſeu Divini, quæ ex Ebræorum ſententia,* ad Noachidas *ſeu* Univerſum genus humanum *attinerent.* *pag.* 876.

Cap. XI.

Capitum illuſtriorum Juris Naturalis *ſeu Noachidarum* veſtigia *expreſſiſſima in* Jobi hiſtoria, ante Legem Moſaicam, *ſaltem non ubi* Moſaica *lex, quæ* Moſaica *ſeu Ebraica, obtinuit, conſcripta.* *pag.* 878.

Cap. XII.

Præceptorum *ſeu* Interdictorum Noachidarum, *ſeu* Univerſalium, *quæ illuſtriora hactenus ex Ebræis oſtenſa ſunt,* veſtigia *in Canone* Synodi Hieroſolymitanæ *ab Apoſtolis celebratæ, juxta nonnullos, reperiri.* *Quæ de re diſquiritur.* *pag.* 882.

DE

Digitized by Google

I.

DE

IURE NATURALI ET GENTIUM

Juxta Disciplinam

EBRÆORUM,

LIBER PRIMUS.

In quo *Operis* adgrediendi *ratio*, *Ebraicæ Philosophiæ*, quæ *Barbaricæ* pars erat perinsignis, *Dignitas*, *Disquisitio Generalis* de *Jure Naturali* seu omnium hominum ab ipsis rerum initiis Communi, ejusque *Ortu* ac *Sedibus*, *Ebræorum* ea de re Sententia, & demùm *Illustriorum*, juxta illos, *Juris ejusdem Capitum* designatio continentur.

CAP. I.

Tum Philosophos *tum* Theologos, *qui sive de officiis Hominum Naturalibus seu* Jure Naturali *simul & Summo Bono, sive de* Civili Gentium Jure *seu Disciplina accuratiùs egerunt, non solùm sibi* Consona *sed &* Diversissima Aliorum instituta *ac* placita *operosiùs corrogare & perpendere meritissimò solitos. Nullibi autem apud veteres, sive* Græcos *sive* Latinos, Ebræorum, *id est, Gentis Numini adeò olim peculiaris, de* Jure Naturali *placita seorsim seu ad eorum mentem designari. A recentioribus perfunctoriè nimis ea tangi.* Instituti *demùm* Ortus & Ratio.

Digitized by Google

QUod in Nobiliſſimâ illâ Philoſophiæ ſeverioris parte, quâ doctrina Moralis atq; Civilis vitæque Humanæ Norma ſive tradi ſive tractari ſolet, continetur, id universum aut Circa Officia verſatur ad quæ homines tum erga Numen Sanctiſſimum, tum ipſi erga ſe invicem, ſive ex Affirmatione ſive ex Negatione expreſsâ qualitercunque obſtringuntur, aut circa ea, quæ Adiaphora manent, aut demùm circa Acceſſiones illas atque ſelectiora Sanctitatis ſeu Beatitudinis Complementa, quæ, velut officiis jam dictis ſuperſtructa, Gradus illos conficiunt, quibus ad Summum Bonum Finemque perfectiſsimum, qualiscunq; is pro vario hominum ingenio ſtatuatur, aſcenditur. In Officiis autem illis locum obtinent primarium τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν ſeu *Prima Naturæ*. Atque hæc ſanè ſive velut columnæ, cui innitantur cætera, robuſtiſſimæ munus obeunt, ſive qualem ferè habet ad vectis, libræ, cunei, trochleæ, aliorum in Staticis & Mechanicis motum circulus (qui πάντων τῶν τοιούτων ἔχει τὴν αἰτίας ἀρχήν *omnium talium cauſæ principium*) rationem præſtant JURIS NATURALIS nomen ſimul induere ſolita, atque in re Civili & Morali planè ſiunt καθ' ὅλα πρῶτα ſeu *univerſaliter prima*. Juri huic Naturali accedit, ut dignitatis præ reliquis, quotquot Civilia ſunt, Singularis, Jus illud Illuſtrius GENTIBUS diverſis variatim ſive ex Imperio ſive ex pacto INTERVENIENS. Tam de Officiis illis quam de Acceſſionibus, quas diximus, habentur paſſim Diſputationum ingentes à Philoſophis, Theologis, Juriſconſultis, congeſtæ moles. Atque hiſce quidem non ſolum perquam Solenne eſt ea, quæ apud alios, ſive ſui ipſorum perſuaſionibus, ſive cœtuum ſectarumque, quibus immiſcentur diſciplinæ aliterve ſive conſona ſive viciniora occurrerint, exhibere, verùm etiam contrarias & diſcrepantes pariter opiniones & ſectarum aliarum dogmata ac ſcita ſæpiſſime ſolicitiùs adferre. Idque non ſine cauſis certè graviſſimis. Nam non ſua modò ſic auxiliaribus ſuffragiis haud parum firmant, ſed & inſuper, adverſa refellendi, obſcuriores quæ ſuas deſſidentesque ſententias inter meant confiniorum ipſiſſimas lineas detegendi deſignandique, proxi-

a Ariſtot. in Mechanicis.

Digitized by Google

proximantis ſibinde Vero Falſi ac ſimulantis larvam exuendi, id genus cætera, quæ in accuratiori veritatis indagatione adhiberi ſolent, peragendi anſam commodiùs arripiunt. Ita Academici, Peripatetici, Stoici, Epicurei, Sceptici, alii, interdum pro re natâ in partes trahuntur; nunc inſtar Finitimorum Amiciorumque oſtentantur; nunc pro adverſariis indicati, argumentorum telis petuntur à Scriptoribus, qui ſinguli ſuam Philoſophiæ Sectam ut caſtra, quibus addictiſſimi ſunt, acriter propugnantes, eo tutiùs id faciunt quo habent quid & quantum fuerit copiarum tum hoſticarum tum ſubſidiariarum ſederatorumque exploratius. Ad hunc modum Ariſtoteles, Cicero, Seneca, Sextus Empiricus, alii. Unde & operæ pretium habitum eſt inſigne, diverſas omnigenûm Philoſophorum ſententias ſcriptis ſedulò mandare; quod fecêre non modò Laërtius, Plutarchus, Heſychius Mileſius, id genus cæteri, quorum lucubrationes ejusmodi etiamnum extant; verùm etiam & Philoſophorum ille facilè princeps Ariſtoteles [b] in libris illis de Architæ, Speuſippi, Xenocratis, Timæi, Pythagoræ, aliorum placitis, qui cum non paucis ejusdem operibus aliis ante ſecula complura interciderunt: ut illorum qui περὶ αἱρέσεων ſeu *de Sectis*, περὶ δογμάτων ſeu *de Opinionibus*, περὶ βίων ſeu *de Vitâ*, περὶ διαδοχῆς ſeu *de Succeſſione* Philoſophorum eorumque diſciplinæ ſcripſerunt turbam jam nullibi extantem ſed Laërtio, Eunapio, aliisque citatam prætermittamus. Nec parùm laborarunt viri aliquot id genus ſummi in plurimarum Gentium atque Rerumpublicarum moribus atque inſtitutis, idque tam Barbariæ quàm Græciæ veteris, diligenter corrogandis memoriæque tradendis; ut ſcilicet ex eorum, utcunque diverſiſſimorum, rationibus atque momentis ritè perpenſis, ea tandem eliceretur, quæ Moralibus Civilibusque ſtudiis, maximè verò tum Juris Univerſalis ſeu Naturalis tum ejus, quod Gentibus ſeu populis integris (quorum autoritas non omninò negligenda) intervenit, indagationi conducere poſſent. Inde eſt quòd Ariſtoteles etiam volumen conſcripſerit Νόμιμα Βαρβαρικὰ nuncupatum, id eſt *Mores atque Inſtituta Barbarica*, ſeu populorum qui extra Græciam ſedes habuere. Ante plurima ſecula quidem periit illud, citatur autem tum Apollonio [c] tum Varroni [d]. Sed apud

[b] *Laertius lib. 5.*

[c] *Hiſt. Mirab. 11.*

[d] *De ling. lat. lib. 6.*

apud Varronem ante Turnebi e emendationem malè legebatur *Nomina Barbarica* pro *Nomima*. Memorat etiam ipſe Ariſtoteles Συναγωγὰς πολιτείας f ſeu *Reſpublicas congeſtas* (quas à Laërtio g πολιτείας πόλεων *Civitatum regimina* dici opinior) quarum ex conſideratione atque veterum placitorum obſervatione τὴν τὰ ἀνθρώπινα Φιλοσοφίαν ſeu *Philoſophiam illam quæ ad res attinet Humanas*, id eſt doctrinam Moralem & Civilem, poſt Ethica ad Nicomachum abſoluta, perficere eſt adgreſſus. Regiminum illorum ſeu rerumpublicarum ſic ab eo in corpus unicum collectarum numerus erat centum quinquaginta octo. Mittimus quæ habuit alia ejusmodi opera, veluti δικαιώματα πόλεων ſeu *Civitatum forenſia* h, præter Politicorum libros octo, qui ex hujusmodi ſuppellectili ejus tantum ſuperſtites ad genus diſciplina ſunt haud parum referti. Hujus etiam Diſcipulus Theophraſtus præceptorem imitatus eſt. De utroque Cicero i; *Omnium ferè Civitatum non Græcia ſolùm, ſed etiam Barbaria, ab Ariſtotele, Mores, Inſtituta & Diſciplinas; à Theophraſto, Leges etiam cognovimus.* Et quatuor ejusdem Theophraſti libros πολιτικῶν ἠθῶν ſeu *Morum Civilium*, inter id genus alios, expreſſim memorat Laërtius k. Non diſſimili conſilio Dionyſius Metathemenos l librum περὶ Βαρβαρικῶν ἠθῶν *de Moribus Barbaricis* compoſuit: uti Nymphodorus Amphipolites m περὶ Νομίμων τῆς Ἀσίας *De Moribus atque inſtitutis Aſiæ*, quem item ipſum Νόμιμα Βαρβαρικὰ ſeu *Barbarorum ritus ac inſtituta* nuncupari exiſtimo apud Clementem n. Scripſit itidem Anacharſis Scytha volumen o de Moribus atque inſtitutis tam Scytharum quam Græcorum: atque Hecatæus opus p de Ægyptiorum philoſophia quod tam Theologiam quam Jurisprudentiam eorum eſt complexum. Sed & hæc itidem temporum injuriâ, ut innumera ejusmodi alia, intercidêre; quemadmodum & pars pleraque πολιτειῶν ſeu *Rerumpublicarum* Heraclidis Pontici, qui huic Philoſophâdi rationi ſedulò ſe paritèr immiſcuit. Theologi inſuper veteres, Patres inprimis dico naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ, de Veritate Catholica ſtabilienda agentes, non ſolùm numeroſiſſimas portentoſasq; ex luxuriantibus illis ſimul & diſtractiſſimis ævi ingeniis pullulantes hæreſes, verùm etiã Græcæ

e *Adverſar. lib. 23. c. 25.*
f *Nicomach. l. 10. cap. 10.*
g *In Vita Ariſtot. ſeu lib. 5.*
h *Vide ſis Is. Caſaubon. ad Laertii lib. 5.*
i *De finibus lib. 5.*
k *De ſitis lib. 5.*
l *Laertius lib. 7.*
m *Clemens Alex. ſtrom. 1.*
n *In Protrept. ico.*
o *Laert. lib. 1*
p *Idem in proœm.*

Digitized by Google

Græcæ Latinæque Philoſophiæ ſcita atque alia ejuſmodi tam Chriſtianismo diſſona quam conſona usque adeò enarrant, ut nec prætermitti interim velint prorſus exploſa. De hæreſibus res eſt manifeſtior, quià eas diligenter in volumina cognomina contexuêre Epiphanius, Philaſtrius, alii, quos & recentiorum ſeculorum aliqui ſunt imitati. Etiam de eis obiter nec rarò aliis in ſcriptis patrum occurrunt quamplurima. De Philoſophiæ ſcitis obſcurior res non eſt ei qui præterjam citatos, Juſtinum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Lactantium, Minutium Felicem, Hieronymum, Ambroſium, id genus alios diligentiùs paulò conſuluerit. Et tametſi *Patriarchæ Hæreticorum* q aliisque ſummæ infamiæ nominibus, à patribus hiſce ſolent Philoſophi veteres appellari, nihilominùs fatentur & ipſi interdum patres *nullam* r *Sectam fuiſſe tam deviam, philoſophorum quempiam tam inanem, qui non viderit aliquid ex vero; & totam veritatem & omne divinæ religionis arcanum philoſophos attigiſſe, ſed, aliis refellentibus, defendere id, quod invenerant, nequiviſſe, quia ſingulis ratio non quadruit.* Adeo ut rem ipſam optimè complectatur Clemens ſ, dum Gentilium Philoſophiæ καθάπερ καὶ τῶν καρύων ὁ πᾶν ἐδώδιμον *quemadmodum & nucum totum non eſſe comedendum* ait, verba faciens de eis qui eâ paſcebantur. Ut ſunt putamina rejicienda, ſed nuces comedendæ, ſic placita habent Philoſophi non pauca inter errores manifeſtos connumeranda vitandaque; nec intereà aliis carent quæ, utpote aut veritati ſatis ipſa cognata, aut temperamentis paulo reformata, fuerint cumprimis amplexanda. Summa eſt; non ſolum congeneres conſimilesque ſed & perquam diſpares aliorum qualescunque ſententias rationesque inſervientes impenſiſſimè voluiſſe veteres illos (quos etiam & recentiores, qui ſimul & cordatiores ſunt, non rarò imitantur) explorari, congeri, animadverti, perpendi, ad poſteros transmitti. Ut ſcilicet ita quid ipſis ſcholæque à ſe propagandæ ſtatuendum, retinendum, rejiciendum foret, dignoſceretur & quod ſeligerent, argumentis fulciretur tum faciliùs tum ſecuriùs. Qua de re inprimis ſtudioſos non ſemel monuit olim etiam Ariſtoteles t. Atque ut in phyſicis, non ſolum ex Diverſo ſed ex Contrario, in Diverſi invi-

q *Tertull. adverſ. Hermogen. cap. 8*

r *Lactantius lib. 7. ſeu de divino præmio. cap. 7.*

ſ *Strom. 4.*

t *Topic. 1. c. 12. & 1. de Cœlo text. 98.*

invicem & Contrarii natura exploranda; quemadmodum itidem ex Remiſſione, in natura Summi inveſtigada, ſubſidium non rarò habetur non contemnendum; etiam pænè dixeram, ſicut ex Lateribus non ſolum angulos continentibus ſed etiam oppoſitis, Anguli ipſi in trigonis ſive planis ſive ſphæricis dimetiendis, præter aream, certiùs menſurantur; ita fermè Aliorum quotquot ſedulò ac ſeriò philoſophati ſunt Epichiremata ac Placita ſive Confinia ſive quomodolibetcunque Diverſa, etiam Vero adverſiſſima, accuratiùs indaganti opem crebrò præſtant perinſignem. Hinc etiam Euclides u ipſorum Mathematicorum ψευδάρια, ſeu *Fallacias* atque *Aberrationes* ſingulari congeſſit volumine. Similitèr de aliis ſcientiis fecere alii. Ne ſcilicet qualicunque aliorum rationis uſu atque examine, quàm ſuæ, quantum fieri poſſet, magis carerent. Ita veteres mutuas in diſquirendo tradidêre quaſi operas τὰ λείποντες ἀλλήλοις ἀναπληρούμενα seu *alii aliis quod deerat invicem ſubminiſtrantes* quod ait Leonidas x in epigrammate de Cæco & Claudo. Unde demùm nata eſt philoſophia illa ſingularis, atque præſtantiſſimo illo patre Clemente Alexandrino y judice, omnium præſtantiſſima adeoque præ cæteris amplexanda quæ Ἐκλεκτικὴ dicta eſt, quia in perſpicacitèr ſeligenda ex ſingulorum, qui qræierant dogmatibus Philoſophiæ, materie verſabatur. Hac primò uſus eſt Potamo Alexandrinus ἐκλεξάμενος, quod ait Laertius z, τὰ ἀρέσαντα ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως *qui ſelegit quæ ſibi placuere de Singulis Philoſophorum Sectis.* Sub Auguſti ſcilicet a initia. Nimirum probè nôrunt eximii iſti indagatores Veritatem ſæpius ſive in abdito ſive in obſcuro latentem, non aliter ferme ab Intellectu humano capi quàm ab Oculo ſolent Corpora ſive longiùs diſſita, ſive in luce ſatis temparatâ neutiquam poſita, aliterve ſive primum ac unicum ſive indiligenter nimis utcunque iteratum aciei intuitum aut fugientia aut fallentia. De horum alicujus Colore, Figura, Diſtantia, Magnitudine, Loco, Motu, quæratur Ubi oculi ſunt depravati, res ipſis ſolis planè in deſperato eſt.

u *Proclus in lib 1. Euclid. lib 2, cap 5.*

x *Antholog. 1, cap. 4.*

y *Stromat. 1.*

z *in præmio.*

a *Suidas in Potamone.*

Lurida præterea ſunt quæcunque tuentur
Arquati --------

Multa

Digitized by Google

Multaque ſunt oculis in eorum denique miſta
Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt.

Quod ait Lucretius [b]. Sed detur Lyncei acies optimus undiquaque habitus, atque omnimodâ contagione prævîâ prorſus liber. Color nihilominus pro varietate lucis tam incidentis quàm reflexæ aliter atque aliter ſe ingerit; adeò ut etiam nigra interdum albeſcant, hæc crebò viridia, flava, quod & de reliquis eſt dicendum, ſimulent. Sphærica etiam & cylindrica plana, circuli ellipſes, quadrata oblonga, ingentia minima, in longinquo poſita propinqua, æqualia inæqualia videntur, & verè parallela

[b] *lib. 4.*

Paulatim e trahere anguſti faſtigia coni. [c]

[c] *Idem ibid.*

Alia apparent fracta, dum revera ſunt integra, ob medii diverſitatem. Extra verum item locum; ut non ſolùm nummus in vaſe per aquam obliquè viſus, ſed etiam præter ſtellas cæteras Sol ipſe per vapores, nubeculas ac aërem humidiorem. Parallaxas itidem nimiùm oculi aciem fallunt; unde inprimis tot de ſtellarum aliquot novarum & cometarum locis, atque utrum in æthere cœleſti an in eo, qui Lunâ inferior eſt moverent, diſputationes inter Mathematicos etiam egregios habitæ. Quieſcere inſuper dum velociſſimè movent, videntur corpora quotquot movent cœleſtia. Movere non rarò quieſcentia; ut Navigantibus

------ Portusque Vrbesque recedunt.

At verò ex diligentiori ſæpiusque tum variato tum accuratius iterato intuitu, crebra item ſtationum oculique poſituræ mutatione, comparatisque invicem, quæ ſtationum variationem ſuppleant, aliorum obſervationibus (citra quas viri alioquin viſu acerrimi ut heic nimium cæcutiant neceſſe eſt) aut rectè tandem de objecto, circa quod tot eveniunt hallucinationes, ſtatuitur, aut undenam res porro fuerit decernenda conſtat, aut eam non omninò decernendam nec ſatis liquere demum reperitur. Quin ne ſuis quidem Solem [d] ipſum maculis nebuloſis, quâ nobis vilitur, eisque totam Africam ac Aſiam ipſam magnitudine ſuperantibus, carere, nuper ex aliorum, qui penitiùs eum teleſcopii beneficio introſpexêre, obſervatione adjuti didicimus qui defæcatiſſimam fuiſſe illam at-

[d] *Galilæus Galilæi in Nuncio Sidereo, & in Syſtem. Cosmico dialog. 1. alii*

lam atque omninò immaculatiſſimam lucis regionem cum vetuſtate tam diu ſecuri credideramus. Stellas item circa Jovem quatuor ferri quæ à rerum conditu ad noſtra usque tempora, nunquam, quantum ſcimus, conſpectæ ſunt aut creditæ; ut id genus cætera tam veteris quàm noſtri ſeculi exempla tum in Aſtronomia tum aliis in Artibus ac Scientiis illuſtria, nec quidem pauca ea, taceamus. Neque tantummodo Veræ aut Veris ſive propè ſive quaſi accedentes verûm etiam & Falſæ adeoque Omnimodæ obſervationes Aliorum qui non indiligenter, utcunque infeliciter rem aſſequi tentarunt, rite heic disquirenti adhibendæ. Nam ut ex Umbrarum ratione de corporis tam Lucidi quam Opaci & figura & magnitudine dijudicatur, ita ferè etiam ex Erroribus deceptionibusque cum judicio animadverſis, tutior multò ad Veritatis arcem via ſæpè ſternitur. Ad hunc modum qui ſive de Officiis neceſſariis ſive de Acceſſionibus jam dictis egêre ſive Græci ſive Latini tam Philoſophi quam Patres Chriſtiani ſatis gnari erant, ut oculorum, ſic Mentis aciem, licet acutiſſimam, ex aliorum ſive Veterum ſive Coætaneorum obſervationibus, placitis, rationibus quibuscunque ſive veris ſive falſis ritè collatis, nunc dirigi, nunc corrigi, nunc firmari ſtabilirique. Quam ad rem illud etiam mortalium ſapientiſſimi facit, *Et* c *erit ſalus ubi multa conſilia ſunt*, ſeu, ut in Ebræo, ותשועה ברוב יועץ *& ſalus in plurimis conſiliariis.* Quale quidem tàm de conſiliariis ſeculorum anteactorum quàm præſentium aut recentiorum, quibus ſectarum omnimodarum ſcriptores continentur, intelligendum. Horum alii rem aliis, ſive velut ob diſtantiam ſeu medii incommodum, minimè perſpectam, commodius poſiti detegunt. Stationum item quaſi mutationes (quæ in coloribus, diſtantiis, figuris, magnitudinibus diſcernendis oculo adeò neceſſariæ ſunt, ut ferè nihil ſuprà) ſeu varias oculi, ſic dicere liceat, intellectivi poſituras, haud parum ſupplent illi qui ævo, patria, ſtudiis diverſi in conſilium accerſuntur. Etiam qui apertiùs hallucinatur, vicem monitoris, ne quis ſic denuo aut in ſimilibus impingat, quandoque obtinet. Quin ubi mores ac inſtituta aliquot tum continuâ tum rectâ, ſed ab ipſa origine remotiſſima, velut lineâ ſeu radio, quaſi is nullibi, à rigore deflexus diſtortusve fuiſſet, recipi (ut ſæpè

c *Proverb.* 11. 14. & 24. 6.

Digitized by Google

ſæpè nimis) videntur ; ea ſanè, diligentiùs conſultis iis, qui origini proximiores ſunt, ſive hâc ſive illâc ob diverſitatem aliquam medii, id eſt, ſeculorum, rerumpublicarum, geniorum, ingeniorumque varietatem, in quam tandem inciderunt, multùm inflecti, nec rectà protendi, imò & diſſimilem omninò colorem ſtatumque planè nonnunquam ei, qui originarius erat, contrarium nanciſci ac induere, nemo non deprehendet agnoſcetque. Non aliter ac ubi radii etiam ſolares per medium diverſum obliquè tranſeuntes franguntur, aut tinguntur per coloratum. Alienum contrahunt ſic colorem Empedoclis, Parmenidis, aliorum de Ente, Uno, Primo, Motu ſententiæ, dum ab Ariſtotele obiter eas memorante recipiuntur. Sed genuinus intereà ex ipſorum ſcriptis dictisque aliquot, quæ ſimplicii f indagini maximè debemus, poſteritati ſervatur. Quam in rem Exemplum etiam advertamus unicum ſub Chriſtianiſmi initia, ut de ſeculo noſtro prorſus reticeamus. Monuerat Nicolaus Diaconus, *παραχρῆσθαι τῇ σαρκὶ abuti carne*. Quo brevitèr dicto voluptatum cupidinem, maximè verò Veneris reprimendam vir ſanctus voluit. Hoc perperàm arripientes libidinoſi aliquot, qui nomine ejus ſectam ſuam inſigniri geſtiebant, adeoque Nicolaitæ vocitari, pro eo, quod omninò contrarium eſt, interprètati, eum velut concubitus qualiscunque vagi, ac libidinis nefandæ præceptorem flagitioſiſſimè venditarunt. Neque ſanè aliud ipſum ſtatuiſſe crediderant poſteri niſi in ſeculis ei vicinioribus reperti fuiſſent, qui à convitio hoc eum vindicarent, ac ſenſum ejus genuinum mandarent ſcriptis ; veluti Clemens g, Euſebius h, Theodoretus i. Ejusmodi fuêre alia non pauca. Nimirum haud impares errores alii, ab integris hominum cœtibus pro vera diſciplina ultrò ſunt recepti, patientèr admiſſi, &, veluti ſarcinæ, poſteritati impoſiti, quoties ipsâ rei, circa quam verſantur, origine in longinquo ac retrò nimis poſitâ, hominum ſeculorumque, à quibus primò, & per quæ dein in poſteros id, quod recipitur, manavit, indoles, verborum ſenſus, ratio, interpretationes, & veluti Mediorum diſcrimina, veterumque quibus hæc omnia docentur, teſtimonia, inſuper omninò citra examen ſunt habita. Quo facit inprimis illud Numinis ſanctiſſimi k ; *State ſuper vias ; & videte,*

f *Comment. in Areſt. & Phyſicorum. Et Gideſis Card. Reſtitution. l. 2. in Cal. n. n. Plat. cap. 16.*

g *Strom. 3.*
h *Hiſtor. Eccleſ. lib. 3. c. 23.*
i *Hæreſic. fab. lib. 3.*

k *Apud Ieremiam 6. 16.*

dete, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona &c. Accuratiùs circumſpiciendæ viæ omnes. De ſemitis antiquis conſulendum; quæ verò ſit optima ſeligenda. Jam verò dum conſilium hoc adhibuêre indagatores illi priſci, Philoſophi (qui ſcilicet ſingulari illo vocamine ad nos transmiſſi ſunt) non ſolùm congeneribus ſibi è Græciâ & Latio, ac Barbariâ, ut ſupra oſtenſum eſt, forte viciniori, verum etiam ex ipſis Judæis ſeu gente Ebræâ, quod inferiùs[l] pluribus enarratur, ſive Præceptoribus ſive, in diſcendo rebusque perpendendis, Conſiliariis ſunt uſi. Patres autem Chriſtiani nullibi quidem non è libris Ebræorum ſacris, id eſt, fœdere veteri, doctrinam Moralem & Civilem eliciunt, *Philoſophiam* etiam eam *Barbaricam*, atque *Ebræorum* ſubindè vocantes (ut maximè Clemens Alexandrinus; uti & poſteà Chalcidius Platonicus[m] *Philoſophiam Hebraicam*) atque archetypam eam Philoſophiæ Gentilium facientes, ſeu hanc veluti facem ab illo ſole accenſam. Et meritiſſimò quidem nemo non fatebitur, in hujusmodi indagine primùm & longè præ aliorum omnium, qui ante Chriſtianismum floruêre, inſtitutis, moribusque, atque philoſophiâ, id quod receptum ſeu præſcriptum fuerit apud עם סגולה *populum Numini ipſi olim peculiarem*[n], ac ſelectiſſimum *præ omnibus populis, qui fuêre ſuperfaciem terræ*, perſcrutandum eſſe, ſubtiliusque intuendum. Unde nec exortæ apud Ebræos hæreſes, veluti Phariſæorum, Sadducæorum, Eſſenorum, aliorum, ſcitaque ad has ſpectantia à patribus prætermittuntur. Hæc inter contemplandum, video hoc inprimis eſſe præterea animadvertendum; apud Ebræos, præter Moſaica inſtituta, veterisquè fœderis diſciplinam ſub Moſe inchoatam, quam ſibi faciunt ipſi hæreditatem[o] propriam, (unde tàm Mahumedani, quàm Chriſtiani, ut Gentiles taceamus, quamplurima ſuis aptârunt) fuiſſe Juris Morumque præcepta ſingularia, ſcripto ſeu literis ipſis, nedum Moſe, antiquiorem multo ſortita originem, ac partim Moſaicis ſimilia partim diſſimilia multòque pauciora. Atque ad hæc tantùm Univerſum Genus Humanum reliquum populosque ceteros cunctos obligari, ipſos voluiſſe, uti ad Juris Naturalis ac Univerſalis Officia à mortalium nemine violanda. Horum item diſciplinam obſervationemque, penes eos ſingularem fuiſſe

l *Cap. 2.*

m *In Timæũ Platonis p. 351. edit. Mourſiana.*

n *Exod. 19. 5. Deut. 7. 6.*

o *Deut 33. 4.*

Digitized by Google

fuiſſe Philoſophiam illam Moralem ac Civilem, cui nomen ritu ſolenni non dare hominum quempiam, eorum in territoriis, ſeu poteſtate degentem, non modò nolebant, ſed nec Jure ſuo permittebant. Jam verò cum nec mentio quidem hujus ſive Juris, ſive Philoſophiæ, ſive Officiorum, ad quæ univerſum genus cenſebant ille humanum obſtringi, (quibus etiam præmium pœnamque divinam, ut infrà fuſiùs aperitur, conjunxêre) alicubi apud veteres Chriſtianismi Scriptores, nedum Philoſophos, omninò extent, & brachio ſanè leviſſimo ab ævi noſtri ſcriptoribus, & perfunctoriè nimis tangi, nec ullibi ſatis oſtendi ſoleant; & cum demùm, citra jus hoc Gentibus cæteris proprium, ſeu Philoſophiam juxta eos verè univerſalem, Jus illud alterum ipſis ac Gentibus finitimis aliisque, quibuscum rem haberent, ſive in Pace ſive in Bello, ſive Imperativum, ſive ex pacto interveniens, planè ad eorum doctrinam nequeat ſatis internoſci, & quidem apud viros alioquin doctiſſimos curtè nimis intelligatur doceaturque; Inde certe eſt, quod nec operâ exiſtimavimus indignum, nec oleo, tum Juris ad eorum placita atque diſciplinam Naturalis, ſeu omnium hominum Communis, ſemperque, ut volunt Obligativi, adeoque Philoſophiæ jam dictæ, tum Juris ipſis aliisque illis Gentibus Imperativi ac Intervenientis, Capita & Explanationes, quatenus ipſa ſuppetunt eorum teſtimonia, diligentiùs ex eorundem teſtimoniorum verbis contexere. Etenim ſic uno in opere ſtudioſis indagatoribus præſtò erit è populi tàm inſigniter DEo O. M. olim peculiaris promptuariis penetralibusque deſumpta diſciplina, quæ, ſecundum jam dicta, cum cæterarum gentium ſectarumque ſcitis in libera veritatis disquiſitione, conatu ſubinde felici, ac bonâ cum fruge comparetur. Imperativum atque Interveniens illud Jus, quod ad Bella gerenda, Fœdera, Captivos, Proſelytos attinet, ſuis in locis obiter ac pro re natâ ſparſim mox explicabitur. Id verò, quod Naturale juxta eos diximus ſeu Univerſale, ita rectius tum traditum tum pretio ſuo rite æſtimatum iri, cenſuimus, ſi præ libaverimus Primò fuſiorem paulò diſſertationem, unde quàm accommoda, atq; ſcitu digna ſint hæc Ebræorum Placita, Sententiæ receptæ, ſeu Philoſophia Singularis, manifeſtius cuiq; liqueat; nec ſine Monito

ea de re Christiano; Secundò, magis perspicuam quidem & apertiorem, sed interea tantùm generalem Juris ejusdem, quà in sacra Ebræorum disciplinâ Moralis, Civilis ac Ritualis locum habuit, Designationem, simul cum Difficultate illud inde Eliciendi; Tertiò, Varia Rationum Momenta, quibus tum è confusis diversisque juris corporibus moribusque hominum, atque aliorum etiam animalium actibus secerni solet, tum aliunde peti id, quod Juris Naturalis seu Universalis nomine vulgò indigitatur: eorumque unicum duntaxat ab Ebræis esse admissum. Hisce tandem absolutis, ut necessariò prævios, Juris seu Philosophiæ hujus Ebræorum Capita singularia, & horum juxta eos Sensum atque Usum explicatiùs, fusiusque ostendere opportuniùs adgrediemur.

Cap. II.

Quam accommoda, atque scitu dignæ sint hæc Ebræorum *Placita, & Traditiones avitæ, seu* Philosophia *eorum* Barbarica *singularis, rationibus, tàm è* Paganismo, *quàm* Christianismo, *atque aliunde adductis, ostenditur. Sed & adjicitur* Monitum *ea de re* Christianum.

Perquam dignam, quæ exploretur, & cum primis advertatur, atque philosophiæ studiis adprimè accommodam esse, adeoque subinde meritò intermiscendam Ebræorum disciplinam Moralem & Civilem, quam universi generis Humani communem (qualiscunque ea demùm fuerit) esse, voluêre eorum Theologi, Jurisconsulti, Philosophi, libentissimè, puto, agnoscet quisquis ex diligentiori ac solertiori eo fuerit hominum cœtu, qui in rebus non paucis Christianis discutiendis, Ebræorum veteres interpretationes, mores, scita & sententias receptas sollicitè consulendas velit. Id genus hominum sanè exiguus in Ecclesiâ Christianâ numerus jam non est. Pullulavit nostro in seculo scriptorum ejusmodi seges egregia. Et lux inde non rarò accepta plurimos quidem in studia Ebraica, Rabbinica, Talmudica impensius irritavit. Nec fieri omninò arbitror, posse ut quis dum ea, quæ tradiderint ipsi de moribus ritibusque sibi propriis, suoq; jure singula-

Digitized by Google

ſingulari, ſeu quod Moſaicum dicitur, ſummo in pretio habuerit, ea interim, quæ de Communi humani generis Jure & Officio, quatenus ab eo, quod ipſis proprium erat, diſtinguebatur, docuerint, omninò contemſerit, imò non magni fecerit. Ecquis enim, dum ſubſidia veterum in hujusmodi indagine ſedulò conquirit, ſive Civiles Athenienſium, verbi gratia, leges à Dracone ſeu Solone latas, atque hierophantarum, & Sacerdotum Atticorum ritus avidè venabitur, nec interea Socraticam, Platonicam, Ariſtotelicam de universâ libo hominum Officiis Philoſophiam, quæ ibi paritèr docebatur, non minori ſaltem affectu intuebitur, conſulet, excutiet? Quale de ſimilibus aliis eſt dicendum. Obvia ſunt etiam argumenta heic ex ſummâ Gentis Ebraicæ olim dignitate ac prærogativâ deſumenda, quæ, utpote capite ſuperiori tacta, nec quempiam fugientia, heic prætermittimus. Quin adeò inſignes, atque ſingulares Ebræos olim universæ ſapientiæ autores facit Lactantius, ut Pythagoram, & Platonem tantùm non increpet, quòd illos, conſulendi causâ, dum, ut ſapientiam ediſcerent, peregrinabantur, neutiquam (ſic ille; qua de re ſtatim plura) quemadmodum Ægyptios, Magos & Perſas adierant. Verba ejus ſunt p; *Equidem mirari ſoleo, quod, cum Pythagoras & poſteà Plato amore indaganda veritatis ad Ægyptios, & Magos, & Perſas usque penetrâſſent, ut earum Gentium ritus & ſacra cognoſcerent, (ſuſpicabantur enim ſapientiam in religione verſari) ad Judæos tamen non acceſſerint, penes quos tum ſolos fuit, & quò facilius ire potuiſſent.* Sed de Chriſtianorum teſtimoniis hac in re ampliandum non eſt. *Chriſtiani enim Judæis ſucceſſores ac poſteri ſumus*; ut rectè alibi q idem Lactantius. Et Noſtra ſeu Originem, unde veritatem ſacram, cui innitimur ipſi, deduximus, tantum laudamus, dum ſingularem Ebraicæ gentis Dignitatem ac Sapientiam, quæ olim fuit, ſic extollimus. Viſum igitur eſt etiam quæ homini, quisquis is fuerit, nec ſatis Chriſtiano, nec Judæo, nec ulli denique immiſto ſectæ tantundem fere probare queant argumenta aliquot, etiam Paganismi, imò quæ religione ſingulari præoccupante, ſatis ſolutæ ſunt, rationibus maximè ſubnixa attexere. Ea triplici ſunt in genere. Primum, ex inſigni Philoſophorum veterum ante Chriſtianismum,

p *Lib. 4. ſeu de Vera ſapientia, cap. 2.*

q *Lib. 5. ſeu de Iuſtitia cap. 23.*

Ebræos Conſulendi atque Audiendi uſu petitur; Secundum, ex Summâ, quâ apud Græcos aliosque Gentiles, Sapientiæ nomine, claruêre Ebræi veteres, Exiſtimatione; Tertium demùm, ex Rerum, Morum, ac Diſciplinæ veteris Orientis notitiæ penuriâ, quâ miſerè nimis laboramus. Quod ad primum ſpectat; teſtimonia ſunt ea de re compluria. Atque alia Judæorum ipſorum, alia Patrum Chriſtianorum, & ſcriptorum denique Paganorum alia. Ariſtobulus Judæus Ægyptienſis, qui Ptolomæi Philometoris eſt in Maccabaicis [r] magiſter, de Pythagora expreſſim [s], *πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν μετήνεγκε εἰς τὴν αὑτοῦ δογματοποιΐαν, multa, quæ in noſtra ſunt diſciplina, in ſectæ ſuæ dogmata tranſtulit.* Nec enim ſatis didicerat Lactantius, ſive Pythagoræ, ſive Platonis res, cum, ut ſuprà memoratur, eos minimè Judæos acceſſiſſe ſcripſit. Id quod ex ſequentibus fiet manifeſtum. Flavius item Joſephus de Pythagora, *nonſolùm*, inquit [t] *ἀγνοεῖν παρ' ἡμῖν δῆλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐν πολλοῖς γεγονώς, planè novit diſciplinam noſtram, ſed etiam ejuſdem multa cupidè eſt amplexus.* De Platone pariter jam citatus Ariſtobulus [u] *Καθηκολούθηκε τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ, καὶ φανερός ἐστι πεφιεργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων, Leges & Inſtituta noſtra ſectatus eſt; à quo etiam partes eorum ſingulas curiosè, & diligenter inſpectas, & excuſſas eſſe conſtat.* Floruit autem ſub ducenteſimum à Platone annum Ariſtobulus. Huic eſt ſatis conſonus Joſephus [x]. Quin etiam ex Ariſtobuli illius authoritate dicitur [y], Philoſophiam Peripateticam (cujus princeps Ariſtoteles, & ſectator ipſe Ariſtobulus) *ἐκ τῆς τοῦ Μωυσέως νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν προφητῶν ex Lege Moſaica, atque aliis pendere Prophetis.* Certe & veruſtum liquet eſſe Ebræorum aliquot commentum, Ariſtotelem jam moribundum diſcipulos ſuos, tum animæ immortalitatem, tum pœnæ ac præmii rationem, velut à peculiaribus Semi poſteris, id eſt, Judæis, edoctum, docuiſſe, tum à Simeone Juſto pontifice monitum, priſtinas mutaſſe ſententias [z] איש אחר בכל מה שהיתה סברתו הוקח על תורתכם ונהפך *in univerſis, de quibus ante ſenſerat contra legem ac doctrinam Ebræorum, & in hominem in de planè aliumm migraſſe.* Illud de animæ immortalitate habetur in libello veteri רחפות ſeu *de Pomo* inſcripto (quod fingi

r *2 Maccab. c. 10.*

s *Apud Clement. Alex. ſtrom. a & Euſeb. Præp. Evangel lib. 9. cap. 6.*

t *Contra Apion. lib. 1.*

u *Apud Clement. ſtrom. a. & Euſeb. præparat. Evangelic. l. 9. c. 6.*

x *Contra Apion. lib. 1.*

y *Apud Clement. Alex. ſtrom. 5.*

z *Mſſ. in biblioth. Oxonienſi. Memoratur etiam in Comment. ad Sepher Cozri part. 2. §. 65.*

Digitized by Google

fingitur, illum manu, lecto decumbentem, ac discipulis circumstipatum, idque suavissimi odoris, tenuisse) atque ex Arabico, compluribus adhuc annis in Ebraicum à R. Abraha Levita traducto. Alterum illud de Simeone Justo, ex libro citant veteri in Ægypto antiquitùs reperto [a], quem nec Aristoteli ipsi tribuere verentur. Utcunque autem fictis hisce non sit cur credamus, id nihilominùs interea satis etiam inde constat, in valuisse quidem apud Ebræos ipsos sententiam de singulari ipsorum, atque veterum apud Græcos Philosophorum in disciplinis tradendis accipiendisque communione [b]. Quâ de re ex ipsorum [b] monimentis plura congerere, difficile non est. Consoni sunt heic Patres Christiani; Clemens Alexandrinus, Justinus, Theodoretus, Ambrosius, alii. Verba Aristobuli superiùs citata dum affert Clemens de Pythagora, neque de eorum fide dubitat, adjicit etiam [c] eum circumcisum fuisse, quod & memorat Theodoretus [d]. Ritu quidem Ægyptiaco, seu in Ægypto usitato, circumcisum; sed eo interea, qui illo in seculo, ni fallor, etiam ibi erat planè Judaicus. Utpote qui è Judæa ejusque moribus cum Judaicæ disciplinæ aliis in Ægyptum anteâ migrâsset. De circumcisione autem Pythagoræ sic tradita libentiùs equidem cum Lipsio [e] dubitarem, nisi etiam apud Laërtium [f] occurreret, quod, dum peregrinabatur, *πάσας ἐμυήθη τὰς τε Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετὰς, cunctis tàm Barbarorum, quàm Græcorum mysteriis est initiatus.* Nisi hyperbole sit, par est sanè, ut, & ritu Judaico eum initiatum fuisse, velle Laërtium, existimemus. Atque Laërtio satis est heic, quantùm ad hanc rem, consonus Iamblichus [g], ubi, cum Phæniciis Sacerdotibus aliisq; congressum Pythagoram initiatum esse, ait, omnibus sacris, quæ in Byblo urbe & Tyro fuere, & quæ per Syriam in usu. Quod & de Judaicis inter alia, non iniquum est, ut accipias. Sed & de eodem D. Ambrosius [h] *Cum ex populo*, inquit, *Iudæorum, ut plerique arbitrantur, genus Pythagoras duxerit, ex ejus disciplinâ derivavit etiam magisterii præcepta, meritoque magnus apud Philosophos habitus, qualem, ut ajunt, vix reperias ullum.* Hinc etiam ob disciplinæ similitudinem, Numam illum Romanorum regem, Pythagoreum, velut ejus discipulum, interdum, sed non sine errore (nam Pythagorâ antiquior erat)

a *R. Sem Tob in Ethica Arist. apud scholiast. in* Sepher Cozri, *loco citato*

b *Videsis* Sepher Iuchasin *fol. 157. b. Ben Iechai in* Shalsheleth *fol. 101. A*

c *Strom. 3.*

d *Therapeutic. 1.*

e *Manuduct. ad Stoicam Philosoph. l. 1. dissert. 6.*

f *Vide sis Iacob. Capell. Hist. Sacra & Exotic. An. M. 3488.*

f *De Vitis Philosoph. lib 8.*

g *De Vita Pythag. cap. 3.*

h *lib. 3. epist. 20.*

Digitized by Google

erat) dictum r à Judæis institutum esse, saltem eorum imbibisse doctrinam, censet Clemens k. Sanè quisquis credere volet, libros illos septem de disciplina Sapientiæ Græcè conscriptos, in agro Petilii Scribæ circa annum ab v. c DLXX sub Janiculo repertos, Numæ ex arculæ inscriptione tributos, & postmodum senatûs jussu crematos, ipsius Numæ reverà fuisse, is, Numam in eis, sive disciplinam aliquam Ebraicam, sive ejusdem propaginem tradidisse, non immeritò forsan existimabit. Nam *disciplinam sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit*, libros illos complexus, ac *pleraque dissolvendarum religionum fuisse*, scribit Livius l: uti etiam *aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere, existimatos esse*, Valerius m. Neque ulla in eis scripta esse, nisi Philosophiæ Pythagoricæ, id est, nisi Pythagoricæ disciplinæ consona tradiderunt Cassius Hemina n & C. Piso. Atqui ad dissolvendas, quæ jam dictis intelliguntur, religiones multiplicem nempè apud Romanos veteres idolorum cultum, nil æquè facere potuit, atque ipsa, quæ Ebræis erat, atque ab ipsis, ut vult disertè Clemens, Numæ tradita disciplina. Id est totius humani generis Jus commune, seu Philosophia simul, & Theologia Moralis ac Civilis, nemini juxta illos carenda. Quod libro proximo fiet manifestius. Neque est omninò, quod cum Lactantio o autumemus, Numam eis in libris *religiones non eas modò, quas ipse instituerat, sed omnes prætereà dissolvisse.* Nec ejusmodi quid ajunt Scriptores Romani. Sed imaginum cultum, quem Numam non admisisse, aliunde etiam scimus p, tantùm indicare videntur. Atque, ut de Pythagora ab Judæis edocto, sic de Platone Clemens q non semel; quem & τὸν ἐξ Ἑβραίων Φιλόσοφον *Ex Ebræis Philosophum* expressim nuncupat r, Quin pluribus in locis illud inculcat, Græcorum generatim philosophos fures fuisse, utpote παρὰ Μωυσέως καὶ τῶν προφητῶν τὰ κεφάλαια τῶν δογμάτων ἐκ ἐυχαρίστας εἰλοφότας *qui à Mose & Prophetis præcipua sua dogmata satis ingrati*, seu *beneficii immemores*, *acceperant.* Tantundem de Platone Justinus t, & non semel Joannes Philoponus u. Et Theodoretus eum ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν νομάτων *ex Ebraicis fluentis* plurima hausisse, etiam & quæcunque piè de Deo ejusve cultu dixerit, ex Ebraica Theologia surripuisse, asserit. Astipulatur

i *Apud Diogenem Laertium in Numa. & Euseb. in Num. & Clem. Strom. 1.*

l *Lib. 40.*

m *Lib. 1. c. 1.*

n *Apud Plin. Hist. Nat. 13. cap. 13.*

o *Lib. 1. cap. 22. & videsis D. Augustin. de Civit. Dei lib. 7. cap. 34.*

p *Plutarch. in Numa.*

q *In Protr. & in Paedag. lib. 2. cap. 1.*

r *Strom. 1.*

s *Strom. 5. & 1. & 6. &c.*

t *Paraenetic. & Apolog. 2.*

u *In Genes. l. 1. c. 2. lib 3. c. 5. & lib. 6. c. 21.*

x *Therapeutic. lib 2. & 6. &*

pulatur D. Ambrosius, ubi y Platonem scribit, *eruditionis gratiâ in Aegyptum esse profectum, ut Moysis gesta, legis oracula, & Prophetarum dicta cognosceret.* Atque ea de re ipse plura alibi z. Fuêre etiam, qui, Hieremiæ Prophetæ auditorem in Ægypto fuisse Platonem a, assererent. De Judaicâ ei tradita disciplinâ quidem securi; sed interea in temporum ratione hallucinati. Nam seculis aliquot ante Platonis ortum, Hieremias floruit. Floruêre autem Pythagoras & Plato, hic sub instaurationem Templi Hierosolymitani, ille, ut vulgò recipitur, sub excidium. Adeò ut Judæi, quibuscum in Ægypto sive hic sive ille versaretur, diu ante Ptolemæorum tempora, (quibus notissimæ de Judæis illic sedes post patriarcharum secula habentibus historiæ collocantur,) illuc se transtulerint. Et de Judæis, qui ibi seculis illis vetustioribus degebant, luculenta sunt in sacris literis b testimonia. Et Tertullianus c; *Quis poetarum, quis sophistarum, qui non omninò de prophetarum fonte potaverit? inde igitur philosophi sitim ingenii sui rigaverunt.* Adde insuper, quod hanc in rem occurrit apud D. Thomam d. Jam dictis tandem etiam consentiunt scriptores è Gentilibus, iique vetustissimi. Quorum heic autoritas ideò inprimis æstimanda est adducendaque, quoniam ea, quæ sive ex Judæis ipsis sive è Patribus Christianis jam attulimus, velut in rem suam, id est, ad efferendam & firmandam librorum sacrorum ac religionis, quam sive hi sive illi amplectuntur, mysteriorum dignitatem, ab ipsis adhibita nonnullis forsan videantur. Adeoque nec alia esse, quàm velut domestica, utcunque de Paganis allata, testimonia: nec fidem mereri seu autoritatem sortiri multò meliorem, quàm Rationes eorum de gentis dignitate ac prærogativa simplices, quas breviter tantùm, idque consultò, jam suprà tetigimus. Ecce igitur, quod hac de re habet Hermippus vetustissimus atque diligentissimus vitæ Pythagoræ scriptor Paganus. Disertè ait, e eum πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτῆ μετενεγκεῖν Φιλοσοφίαν *multa eorum, quæ Judæis recepta sunt, in suam transtulisse philosophiam.* Memorat etiam, eum quædam de anima, de mundicie, & interdictum de blasphemia docuisse; quibus subjunxit, ταῦτα δὲ ἐπῃνῆσθαι καὶ ἴλιγε καὶ Ἰουδαίων καὶ Θεοκλῆν δίχας μιμήσεως καὶ μεταφίρειν εἰς ἑαυτὸν,

y *Ad Psalm. 118.*
z *Lib. de Noe & Arca, cap. 8.*
a *Vide D. Augustinum de doctrina Christiana lib. 2 cap. 28. & Retract. lib. 2. cap. 4.*
b *Hieremiæ cap. 44.*
c *Apologetic. cap. 47.*
d *In 1. primæ quæst. 74. art. 3. sent. 1. dist. 3. quæst. 2. art. 2. & sent. 2. dist. 14. q. 2. art. 1.*
e *Apud Josephum contra Apionem lib. 1.*

ἑαυτὸν, *hæc autem fecit, dixitque tum Iudæorum tum Thracum imitatus disciplinas, quas & sibi assumsit.* Sed & ipse Hermippus alibi totam Judæis acceptò fert Pythagoræ Philosophiam. Origenes;

f *Adversus Celsum. lib. 1.*

f Λέγεται Ἕρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ἱστορηκέναι Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν, *Fertur Hermippus in libro primo de Legislatoribus prodidisse, Pythagoram philosophiam suam à Iudæis ad Græcos traduxisse.* Malchus item, qui ipse

g *In Vita Pythagoræ.*

est Porphyrius g, eum, ait, non solùm Arabas & Ægyptios, sed etiam Ebræos & Chaldæos discendi causâ adiisse. Atque, ἐκ τῆς, inquit, περὶ ταῦτα τὴν ἰδίαν πλάνης ὁ Πυθαγόρας τὸ πλεῖστον τῆς σοφίας ἐπηρτύσατο, *Ex peregrinatione ad hasce gentes Pythagoras potissimam sapientiæ partem acquisivit.* Quin idem autor; ἔν τε Βαβυλῶνι τοῖς τ' ἄλλοις Χαλδαίοις συνεγένετο, καὶ πρὸς τὸν Ζάβρατον ἀφίκετο παρ' ὃν καὶ ἐκαθάρθη τὰ ἐκ προτέρου βίου λύματα, *Babylone cum aliis quidem Chaldæis versatus est, & Zabratum etiam adiit, à quo*

h *Plutarch. in*

pristinæ vitæ sordibus est expurgatus. Zabratum hunc, qui & Zaradas & Zarethas interdum dictus, h, haud alium fuisse à Nazarato Assyrio Pythagoræ præceptore ab Alexandro Pythagoricorum Symbolorum collectore apud Clementem Alexandrinum memorato, olim i mihi satis persuasum est. Atque eandem video libenter amplecti sententiam, Lucam Holstenium nuperum Prophyrii editorem. At de Nazarato expressim Clemens l; ἰεζεκιὴλ τοῦτον ἡγοῦνταί τινες *Ezechielem hunc opinantur fuisse nonnulli.* Quod tamen ipse improbat. Sed verò & temporum ratio accuratiùs inita satis id patitur. Et Judæum Assyrii nomine Græcis denotari, mirum non est. Nam non solùm Ezechiel ipse atque Judæi alii, Pythagoræ ævo, Babylone alibique in Assyria erant numerosissimi, utpote in captivitatem illuc sub id tempus ducti, verum etiam invaluit posteà ipsum Assyrii nomen pro Judæo seu Ebræo apud Græcos interdum usurpari. Unde, ut cetera huc facientia mittam, Themistius γράμματα τῶν Ἀσσυρίων *Assyriorum literas* substituit m pro eo, quod est sacra Ebræorum volumina; ubi scilicet Salomonis n laudat dictum de corde seu mente Regis in manu Dei. Sed de tempore Pythagoræ, quoniam in idem minimè satis convenire videntur veteres, adjicere visum est, quod habet de

Τιμαίῳ ψυχογονίας *& videsis Franciscum Picum in Examen. doct. Vanit. Gent. lib. 1. cap. 14.*

i *De Dis Syris Syntag. 2. cap. 1.*

k *Observat. in Prophyrii Vitam Pythagoræ.*

l *Strom. 1.*

m *Orat. 9.*

n *Proverb. 21. 1.*

eo

eo priſcus Orientis ſcriptor Arabicus nondum editus. Is eſt Saidus Batricides, qui è quamplurimis veterum ſcriptis, quorum pars pleraque nobis interciderunt, Chronicon diligentiſſimè contexens, diu nimis poſt Captivitatem Babylonicam, in quam abductus eſt Ezechiel, Pythagoram collocat. Juxta ſcilicet chronologiam, quam plerumque jam recipimus, ſub annum inde centeſimum quinquageſimum. Nimirùm ſub Artaxerxe Mnemone Perſarum Rege. Sed & Temporum, apud Saidum hunc, Imperii Perſici ratio plurimùm diſcrepat ab ea, quæ ſive antiquis ſive recentioribus, quantum video, aliàs recipitur. Breviter igitur eam damus. Idque facimus, tum ut, quod habet ipſe de Pythagoræ ævo, quà huc ſpectet, rectiùs intelligatur, tum ut ea, quæ quomodolibet-cunque hac de re narrat, cum teſtimoniis Euſebii, Diodori, Laertii, aliorum, qui ſive de Pythagorâ ſive de Imperii Perſici, quocum is heic involvitur, Regibus, Succeſſione & Annis diverſiſſimè tradi ſolitis & paſſim controverſis ſcripſere, ſtudioſi pro re nata comparent, nec interea non mirentur. Primum facit Batricides Imperii Perſici Regem (adeoq; Babylonici ſucceſſorem; mortuo Belshatzare) Cyrum; cui triennium aſſignat. Secundum Achaſuerũ, quem regnaſſe, ait, annos duodecim. Huic ſucceſſiſſe, ait, Cyrũ, Darium item dictũ, & regnaſſe triginta annos.

Verba ſunt وكان ملك كورش الفارسي ثلث سنين ومات * وملك بعده اخشويرس الذي عمر سنة * وملك بعده ابنه كورش وبسما داريوش ثلثين سنة * وهي اول سنة من ملك دانيال النبي وهي السنة الثانية من ملك لمي بنبي لبر ايهل بالرجوع الي اورشليم وان بنوا المعبد والهيكل *Regnavit Cyrus Perſa triennio, & mortuus eſt. In hujus locum ſucceſſit Achaſuerus, regnavitque annos duodecim. Hunc ſecutus eſt Cyrus, Darius item dictus, qui triginta re-*

gnavit annos. Hujus autem anno primo, obiit Daniel Propheta; ſecundo autem, veniam Hieroſolymam redeundi Iſraelitis indulſit, atq; urbis templiq; inſtaurandi. Paulò dein poſt, ومـلـك كـوم شنن دلريوش ملك بابل وملك بعده قمبيسوس تسعة سنين وملك بعده سمردوس للمجوسي سنة واحدة *Mortuus eſt autem Cyrus Darius Rex Babylonis, & in locum ejus ſucceſſit Cambyſes, qui annos regnavit novem. Hunc ſecutus eſt Smerdes Magus, qui unico regnavit anno.* Paucisinterjectis, وملك بعده دارا الاول عسرون سنة وملك بعده ارطخشلستث* وبلقبن بطويل اليدا اربعة وعسرون سنة* وفي عصره كان بلرض اليونانيين في مدينة قوا ابقراط الحكيم صاحب الطب *Et regnavit poſt eum Dara primus, annos viginti.* (Quin de Dario Hyſtaſpis filio capiendum ſit, opinor, nequit dubitari. Sic in exemplari meo recentiori, ſed elegantiſſimo. Vetuſtiori autem legitur عسر سنين *annos decem.*) *Poſt hunc verò regnavit Artachſhaſherh, qui à manus longitudine cognominatus eſt* (Artaxerxes planè Longimanus,) *annos XXIV. Atq; illius tempore floruit in Graciâ, ſcilicet in Coo inſulâ, Hippocrates philoſophus, qui Medicinæ artis Princeps.* Sic Dario proximè ſuccedit Artaxerxes Longimanus, prætermiſſo ibi omninò Xerxe illo decantatiſſimo, quem tamen Longimani, ni fallor, facit ſucceſſorem. Sic enim paulò poſt, وملك ارطخشاشتث الملقب بطويل اليد* وملك بعده ارطخشتث الكبير احد وثلثون سنة* وملك بعده صغديانوس ثلثة سنين وملك بعده دارا الثاني* وبلقب بالملكث*

بالملك * سبعة سنة * وملك بعده لرطخشاشت
من ذي لخب كورش الثاني الثنين وعشرون سنة *
وفي عصره كان بارض اليونانيين من الحكما الثلثة
ثرقلس * وملوس * وفيثاغورس * وسقراطس * وسيلون
صاحب الاسرايتي * وريثون * وانبذقلس * وملك بعده
الذه لرطخشاشت وبسمي احوس عشريين سنة

Mortuus autem eſt Artaxerxes cognomento Longimanus, *cui ſuccedit Artaxerxes Magnus, qui regnavit annos XXXI. Poſt hunc regnavit Sogdianus, triennio. Eum ſecutus eſt* Darius *ſecundus, cui cognomen erat à maculis, & regnavit annos XVII. Huic ſucceſſit Artaxerxes nepos ex fratre Cyro ſecundo. Atque is annos regnavit XXII.* (Certè in exemplari vetuſtiori hic proximè ſequitur Longimanum, Artaxerxe Magno, Sogdiano, & Dario ſecundo prætermiſſis.) *Ejus in tempore floruêre in Græcia Sapientes & philoſophi, Heracles* (Heraclitus) *Malus* (Meliſſus) *Pythagoras* (manifeſtò ſcilicet in exemplari elegantiori ſcriptum eſt وفيثغورس * *& Pythagoras*, vetuſtiori autem & rudiori exaratur وسغورس quod punctis, quibus caret, ornatum, erit itidem وبيثاغورس *& Bythagoras.* (Nam ب & ف invicem ſæpius in Græcis nominibus apud Arabas mutant.) *Socrates, Solon legislator celeberrimus, Zeno, & Empedocles. Poſt hunc autem regnavit filius ejus Artaxerxes dictus item Ochus, qui regnavit annos XX.* Ocho ſuccedens Arſes regnat; apud Saidum, annos XI; cujus ſucceſſor Darius anno ſuo ſeptimo ab Alexandro victus eſt & interemtus. In hiſce ſanè non ambigendum, quin Pythagoram illum Samium vulgò dictum, philoſophiæ nempe principem illuſtriſſimum, de quo locuti ſumus, nec omninò obſcuriorum ejusdem nominis aliquem intellexerit. Ita

verò Ezechiele prophetâ ſit multò recentior. Sed viderint heic Chronologi. Et ſcimus etiam, apud hiſtoricos Orientis Mahumedanos (ſcilicet Chriſtianus erat, quem citavimus, & Patriarcha ante annos DCC. aut circiter, Alexandrinus; cui nec priſci Chronologi proculdubio fuêre ignoti) Imperii Perſici reges, eorumque annos, qui ejuſdem initia & Alexandrum interveniunt, perquam diverſos eſſe ab eis, qui ſive in autoribus, quibus uti ſolemus, ſive in Batricide jam memorato reperiantur. Tetigit quidem rem eandem Guilielmus Shickardus in proœmio ad ſeriem Regum Perſiæ. Sed luculentiſſima ſunt ejuſdem teſtimonia apud Abu Mahumed Muſtaphi Ben Haſen, ſeu Muſtaphium Haſenidem, Abu Walid Mahumed Ben Shecena ſeu Mahumedem Shecenidem, egregios hiſtoricos Mahumedanos, atque ejuſmodi alios, qui ſuos de rebus Orientis Orientales habuêre, ut nos Occidentales plerunque ſeu Europæos, autores. Plura ea de re heic adjicere intempeſtivum eſt. Quæ adduximus, Pythagoræ ævi cum Ezechielis comparati causâ (quatenus nimirum id ita Perſico imperio apud Saidum immiſcetur) tantùm memorantur. Certè perquam longævus erat Pythagoras. Atque ex annorum ætatis ejus ratione faciliùs fieri potuit, ut Ezechielem quomodocunque fermè in confuſo temporum illius intervalli calculo à Chronologis collocatus audiret. Nam & Ezechiel ſub Captivitatem [o] puer erat. Pythagoram autem nonageſimum [p], alii aiunt, attigiſſe annum, alii centeſimum quartum, [q] etiam & centeſimum decimum ſeptimum non nemo [r]. Vitâ nempe aceti Scillini inprimis beneficio eouſque productâ. Neque verò eſt illud Jamblichi de eo heic planè contemnendum. De mora ejus Sidone, quam & patriam ei facit, loquens ἐνταῦθα δὲ, inqvit, [s] *συμβαλὼν τοῖς τε Μώχῳ τῷ Φυσιολόγῳ προφήταις ἀπογόνοις καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ Φοινικικοῖς ἱεροφάνταις, illis cum prophetis, qui Mocho Phyſiologo ſucceſſores erant, aliiſque etiam & Phœniciis ſacerdotibus congreſſus* initiatus eſt ſecundùm id, quod paulò ſupra ea de re memoravimus. Scio quidem Mochum Tyrium ſeu Phœnicium ſcriptorem citari Flavio Joſepho [t], Athenæo [u], Tatiano [x], atque ex eo Euſebio [y]. Sed is non Phyſiologus, ſed Hiſtoricus ſolummodò, quantum

[o] *Joſeph. l. 10. cap. 8.*
[p] *Laert. in vitâ ejus.*
[q] *Anonym. de vit. Pythagor. apud Photium Cod. 259.*
[r] *Autor libri 3. Galeno adſcripti* περὶ ἰατρικῆς *num. 205.*
[s] *De vita Pythag. cap. 3.*
[t] *Originum. lib. 1. c. 4.*
[u] *Dipnoſoph. lib. 3.*
[x] *Lib. ult.*
[y] *Præparat. Evangelic. lib. 10. cap. 11.*

tum scimus, erat. Neque enim aliter testimoniis ejus utuntur autores jam dicti. Occurrit etiam apud Galenum z, Mochi medici nomen, quod in Latinis fit Moschus a, quemadmodum itidem Mochus ille Phœnicius apud Athenæi interpretem. Et quin Physiologus etiam fuerit, quisquis esset medicus, dubitari quidem nequit. Straboni autem è Posidonio memoratur antiquum de Atomis dogma ἀνδρὸς Σιδωνίου Μόχου, Moschi hominis Sidonii (adeoque Phœnicii) qui ante Trojani belli tempora floruit. Ceterum Joannes Arcerius, Jamblichi editor, ad locum illum, *Μόχου legendum*, inquit, *videtur*; *nisi quis Μώχου vel Μωσέως legere malit.* Adeo ut de Mosis successoribus, id est, Judæorum Philosophis & Prophetis, verba capienda esse, nec forsan immeritò suspicaretur. Quis aliàs sit Mochus ibi, cui scilicet Prophetæ successores fuerint, haud ita facilè est conjiciendum. Numenii autem Pythagorici huc cum primis spectat notissimum illud, τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; *Quid enim est Plato aliud, quam Moses Atticâ lingua loquens?* Et expressim perstrictum esse Platonem à Numenio legimus b ὡς ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν βιβλίων τὰ περὶ Θεοῦ καὶ κόσμου ἀποσυλήσαντα *quod ea, qua de Deo & Mundo tradiderit, ex libris Mosaicis velut plagio surripuerit.* Scriptoribus, quos citavimus, Paganis accedat Clearchus Solensis, Aristotelis discipulus, qui se vidisse testatur c Ἰουδαῖόν τινα ἐκ Ἀριστοτέλει συνόντα, *Judæum quendam, quocum versatus est Aristoteles.* Scilicet dum, in maritimis Asiæ regionibus aliquot, simul cum aliis Philosophiæ studiosis agebat Aristoteles, studiorum & socius factus est & explorator Judæus ille. Atque is cum illis ita familiariter degens παρεδίδου (ut verba sunt Aristotelis, referente Clearcho d) μᾶλλον ἢ ἔλαβε *plus aliquantò, quam acciperet ipse, communicabat.* Is enim est verborum horum sensus, quæ perperam nimis in Josephi, qui ex Clearchi libro de Somno ea citat, versione redduntur, *tradebat potius aliquid eorum, quæ habebat.* Ex hisce igitur liquet, tum Italicæ sectæ autorem eundemque primarium Theologiæ Græcanicæ e præceptorem, primumque Philosophi nomine insignitum, cui primam etiam in Græcia de immortalitate animæ disciplinam tribuunt nonnulli f (nec ferè si Pherecydem illum Syri-

z *De Compos. Medicam. lib. 1.*
a *Et Videsis Franciscum Picum Exam. doct. Vanit. Gent. lib. 1. cap. 10.*
b *Hesych. Illustr. in Numenio. & Suidas.*
c *Apud Clem. Alex. strom. 1. & Euseb. præp. Evang. lib. 9. cap. 6.*
d *Apud Josephum contra Apion. lib. 1. & Euseb. præpar. Evang. lib. 9. c. 5.*
e *Proclus in Platon. Theolog. l. 1. c. 6.*
f *Maxim. Tyr. dissert. 28. & Porphyr. in vita Pythagor.*

Syrium g, hujus magiſtrum, qui etiam Barbaricæ Philoſophiæ diſcipulus fuit, excipias, ea de re, dum ſectarum & dogmatum tantum inſpicimus ſucceſſiones, habetur controverſia) primaſque de Virtutibus diſputationes alii h, id eſt, moralis philoſophiæ principia, deberi volunt, cujus item ſectæ nomen ſic diu viguit, ut nulli alii, quod ait Cicero, docti viderentur: tum & Academicorum & Peripateticorum principes (quales hi ſimul, quanti viri ac ſapientiæ Coryphæi!) Ebræos conſuluiſſe, audiiſſe, atque ab eis diſciplinam accepiſſe. Qua de re Scriptorum etiam recentiores aliquot i, prudenter pro re natâ monuêre. Unde ſanè nemo, puto, non concedet Placita ac Diſciplinam Ebræorum, quam omnium hominum communem eſſe, ipſi ſtatuerunt, nec ſibi propriam, ſed univerſo humano generi communicandam eſſe, adeoque proculdubio illis, qui eos ſic conſulerent, tradendam, non indignam eſſe, quæ jam eruatur, explicetur, ediſcaturque. Nemo, inquam, maximè qui philoſophiæ veteris fontes velit omninò exploratos. Et de Primo heic Argumento Paganiſmi rationibus ſubnixo hactenus. Sequitur Secundum, quod ab Exiſtimatione, quâ apud Græcos ſummoperè claruêre, idque Sapientiæ nomine, Ebræi, deſumtum. Cum Ægyptiis, Magis, aliiſque aliquot Orientis philoſophis non raro, velut ex primariis atque Barbaricæ philoſophiæ anteſignanis, recenſentur Judæi veteres. *Quicquid*, inquit Megaſthenes k, Scriptor vetuſtiſſimus, *ab Antiquis de Naturâ dictum eſt* λέγεται καὶ περὶ τῆς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφῶσι. Τὰ μὲν περὶ τῆς Ἰνδῶν ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων *etiam docetur ab eis, qui extra Græciam Philoſophantur, veluti apud Indos a Brachmanis, atque in Syria à Judæis.* Ariſtoteles item ipſe, ut verba ejus retulit Clearchus l, qui eum audivit, de Judæis loquens; ἅτινά ἐστιν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰνδοῖς φιλοσόφων. Καλλάτας δέ, ὡς φασιν, οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν Ἰνδοῖς Κάλλανοι, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαῖοι τ' ὄνομα λαβόντες ἀπὸ δ' τόπου, (Sed mirum non eſt, ſcriptorem Græcum in Judæorum origine hallucinari.) *Nuncupantur autem, ut fama eſt, philoſophi apud Indos Callani, ſed apud Syros Iudæi, à loco* (Judæâ ſcilicet, ut poſtea ipſe ibi) *nomen ſortiti.* Et manifeſtum eſt,

g *Cicero Tuſculan. quæſt. 1. Lactant. Lib. 7. cap. 8.*

h *Ariſt. Mag. Moral. lib. 1. cap. 1.*

i *Cardin. Beſſarion in Calumn. Platonis lib. 2. cap. 8. Auguſtin. Steuchus de Perenni Philoſophia l. 2. cap. 2. Marſil. Ficinus de Religione Chriſtiana c. 26. Franciſc. Picus Exam. Doctr. Vanit. Gent. lib. 1 c. 14. & lib. 3. cap. 14. Raimundus Regamius de Theologia Gentium cap. 8. Ioann. Fileſacus Seleti. lib 2. cap. 8.* alii non pauci.

k *Apud Clemen. ſtrom. 1. & Euſeb. Præparat. Evang. lib. 9. cap. 6.*

l *Apud Ioſeph. lib. 1. contra Apionem.*

eſt, Clearchi ſeu Ariſtotelis hac de re verba apud Euſebium, m hinc emendari debere. Res ipſa à Clearcho de Ariſtotele, & Judæo tradita, juxta ſuperiùs citata, habetur tam apud Euſebium, quàm Joſephum. Sed locus de Callanis & Judæis, jam nunc adductus librariorum incuriâ mutilus nimis eſt apud Euſebium. Nam hoc modo ibi legitur; ὅτοι εἰσὶν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰνδοῖς Καλάνων, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαίων τοῦτο λαβόντων ἀπὸ τοῦ τόπου *Hi ſunt propago Calanorum apud Indos, apud Syros autem Iudæorum, qui à loco nomen ſortiti ſunt.* Ceteroquin ſibi ſatis eſt concors utrobique Clearchus. Sed non ſolum Joſephi autoritas, ſed & ſenſus ipſaque res emendationem heic manifeſtò exigit. Hinc autem advertendum, Judæi nomen etiam pro ipſo, quod Philoſophum ſignantiûs denotaret, ab Ariſtotele ibi ſumi. Numenius pariter, philoſophus Pythagoricus, Brachmanibus, Magis, ac Ægyptiis Judæos expreſſim conjunxit n: ut celebriorum ſic deſignaret per Orientem philoſophorum ſectas, quemadmodum itidem o Porphyrius. Hiſce accedant Oracula p illa Apollinis.

Πλὰς καὶ Φοίνικες ὁδὸς μακάρων ἐδάησαν,
Ασσύριοι, Λυδοῖτι, καὶ Εβρείων γένος ἀνδρῶν.

Plurimas etiam Deorum vias cognovêre Phœnices, Aſſyrii, Lydi, & Ebræi. Scilicet præter Ægyptios; quibus initia is tribuit paulò ante theologiæ atque viæ ad felicitatem ducentis. Eam τὴν μακάρων ὁδὸν, id eſt, *Deorum* ſeu *felicium viam* ipſe & τὴν πρὸς θεοὺς ὁδὸν *ad ſuperos viam* appellat, dum oraculum explicat, Porphyrius. Quin in altero etiam Oracolo q idem Apollo ſolos Ebræos cum Chaldæis pro eis, apud quos ſolùm olim viguit vera ſapientia, memorat.

Μοῦνοι Χαλδαῖοι Σοφίην λάχον ἠδ' ἀρ' Εβρῆοι
Αὐτογένεθλον ἄσκητα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς,

Soli Chaldæi atque Ebræi ſapientiam ſortiti ſunt, æternum Numen ſanctè venerantes. Idem etiam Ebræos alio in Oraculo vocabat, ἀστροζήλητους, utpote qui ſapientiæ famâ percelebres fuêre. Aut igitur plurimi æſtimanda ſunt heic veterum Ebræorum placita & diſciplina, aut non ſolum Chriſtianorum juxta antè dicta, ſed & Paganorum antiquorum, quibus tanti fuêre, etiam tunc, cum maximè

m *De præparat. Evangel. l. 9. c. 5.*

n *Apud Euſeb. Præp. Evang. l. 9. c. 7.*

o *apud Theodoret. Therap. lib. 1.*

p *Porphyrio apud Euſebium Præp. Evangelic. lib. 9. c. 10.*

q *Ibidem.*

ximè in Græciâ floruit ſapientiæ ſtudium, judicium ea de re planè rejiciendum. Neque mirum eſt, expreſſiora in philoſophorum Græcorum Scriptis doctrinæ Ebraicæ veſtigia non ita multa reperiri, imò nihil fermè ibi occurrere, quod puram putam originis Ebraicæ naturam ſatis retineat. Adeò enim tum commiſcebantur in Græcorum diſciplinâ Barbaricæ Philoſophiæ ſectæ (quarum primaria erat Judæorum) tum ipſa philoſophia Græcorum tot in partes, velut à Bacchis Pentheus, diſcerpta eſt, atque in opinionum factiones diſtracta, ut tam quæ ex ipſis hauſta ſunt fontibus, quàm quæ velut per rivulorum alveos ab eis deducta ſunt, in tam multiplicis diſciplinæ Oceanum recepta hujus naturam plerumque induerent, ſuam minimè ſatis ſervantia. Tametſi ſint etiam viri magni, qui in philoſophia Platonicâ, ac Pythagoricâ ſententias aliquot haberi animadvertunt, quas ex Ebraicâ diſciplinâ deſumtas eſſe non magis dubitant, quàm egregius ſeculi noſtri Theologus ac Mathematicus[r], univerſam Architecturæ rationem perfectiorem per Græcos in Romanos, & demum in Vitruvii libros, ab Ebræorum in Templi Salomonici aliisque ejus ſtructuris, proportionibus omninò manâſſe. Veluti Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, D. Ambroſius, Joannes Philoponus. Sed & ea de re optimè Tertullianus[s]; *Si etiam ad ipſos prophetas*, inquit, *adiſſe, credibile eſt, indagatorem quemque ſapientiæ* (de philoſophis illis loquitur) *ex negotio curioſitatu, tamen plus diverſitatis invenias inter philoſophos quam ſocietatis, cum & in ipſa ſocietate diverſitas eorum deprehendatur. Siquidem vera quæque, & conſonantia Prophetis, aut aliunde commendant, aut aliorsùm ſubornant cum maxima injuria veritatis, quam efficiunt aut adjuvari falſis aut patrocinari.* Atque alibi[t] idem, *Nec mirum*, ait, *ſi vetus inſtrumentum ingenia philoſophorum interverterunt. Ex horum ſemine & noſtrum hanc novitiolam panarum* (Chriſtianiſmum tunc nuper natum innuit) *viri quidam ſuis opinionibus ad philoſophicas ſententias adulteraverant, & de una via obliquos multos tramites & inextricabiles ſciderunt.* Dictum quod notatu dignißimum, velut commentariolus etiam eſt in illud Platonis, ubi, à Barbaris ſive Orientis populis diſciplinas accepiſſe Græcos, agnoſcens, quic

r H. Bapt. Villalpandus in Ezechielem Tom. 2. p. 2. lib. 5. d. ſp. 1. cap. 13. & 14. & 21. & in apparatu Urbis ac Templi p. 2. l. 3. cap. 15.

s Lib. de Anima cap. 2.

t Apologetic. cap. 47.

quicquid, inquit u, ſic acceptum eſt καλλιον τουτο εις τελος απεργαζονται *præſtabilius tandem effecerunt*, id eſt, ſuo more mutarunt, ornarunt, nec originis faciem ſeu veſtigia ſatis manere ſiverunt. Idem affirmavit Anonymus x vitæ Pythagoræ ſcriptor; unde διο ἐπεισακτος inquit ἐστιν, ὡς ἐπεῖν, ἡ παιδεια ἐν τοῖς Ἀθηναις, ἀλλ' ἐν Φύσεως ὑπαρχουσα, *adventitia, ut ita dicam, non eſt in Athenis eruditio ſed nativa.* Reapſe quidem & ex origine adventitia erat. Sed ideo Nativam dicendam eſſe voluit ille, quia adeò ab origine deviârat. Tandem verò, quod ad Tertium ac poſtremum heic attinet Argumentum, è veteris Orientis Rerum, Morum ac Diſciplinæ Notitiæ penuria adductum; illud eſt inprimis in mentem revocandum de Orientis ſeu Aſiæ interioris, qua cum jungere liceat Ægyptum, Rebus, Moribus, Diſciplinâ; quamplurima ſcilicet olim extitiſſe volumina, quæ multis abhinc ſeculis prorſus, ſi fragmenta paucula apud ſcriptores eosque plerumque Europæos ſervata excipias, periere. Id ſatis inde ſcimus, quod de Rebus Arabicis, Syriacis, Phœniciis, Chaldaicis, Babylonicis, Perſicis, Indicis, Ægyptiacis, id genus illius plagæ aliis, autorum nullibi, quantum ſcimus, nunc repertorum nominum ſeges ampla occurrat apud ſcriptores Græcos, Athenæum, Strabonem, Plutarchum, Laertium, Stephanum de Urbibus, veterum poetarum ſcholiaſtas, alios. Eorum etiam, qui res ipſas Ebraicas datâ operâ codicibus integris Græcè antiquitùs contexuere complurium, velut Eupolemi, Artapani, Alexandri Cornelii Polyhiſtoris, Hecataei Abderitæ, Demetrii, Ariſtobuli, Iuſti Tiberienſis, aliorum ejusmodi, (quorum nonnulli forſan ipſam, quam oſtenſuri ſumus, philoſophiam Ebraicam ſeu Ius Univerſale atque Naturale & Gentium expreſſiùs complexi ſunt) opera ante plurima ſecula delevit temporis injuria. Tametſi Flavium Joſephum & Philonem, qui huc magnoperè non faciunt, neutiquam nobis invidit. Sed de horum utroque, ſtatim plura. Et impensè dolenda eſt, dum nomina ſola ferè ſic occurrunt, tanta rei literariæ jactura. Jam verò, cum decantatiſſimum ſit illud Soloni ab Ægyptio Sacerdote dictum (Saiticum ſacerdotem *Pateneit* Ægyptiacè nominatum hunc fuiſſe, conjectatur Proclus y) Græcos ἀει παιδας εἶναι *Græcos ſemper pueros* fuiſſe,

u *In Epinomide.*

x *Apud Photiũ Cod. 259.*

y *In Platonis Timæũ l. 1.*

Digitized by Google

fuiſſe, id eſt, diſciplinæ Orientalis tantùm candidatos nec ſatis edoctos; Cum etiam velut Sapientiæ omnimodæ, ſive Mater, ſive Officina prima ſemper Europæis habita ſit olim illa Orientis plaga, atque in Occidentem doctrinam omnimodam inde manâſſe & ſuccreviſſe, ſit palàm in confeſſo, nec omninò intereâ extent ſcripta, unde Gentis alicujus, ſeu ſcholæ Orientalis, præter Ebraicam, ſeculis illis vetuſtis florentis philoſophiam Moralem & Civilem ſeu Jus, quo nemini juxta ejusdem ſcita carendum erat, ſatis ediſci poſſit, adeo ut ceterorum maximâ laboremus penuriâ; Cum, inquam, hæc ita ſe habeant, fieri arbitror non poſſe, quin rectè intuenti ſummo etiam ex hac ratione habenda fuerit in pretio Philoſophia illa, ſeu Jus Ebræorum, velut theſauri ingentis, id eſt, totius fermè Philoſophiæ in Oriente Barbaricæ, pars optima ſolùm ſuperſtes. Atque ea ideò majoris forſan jam æſtimabitur, quia ſic ſola ſuperſtes eſt. Non aliter fermè ac libri Sibyllini illi tres ex novem (quorum ſex ſub ipſam anctionem, eò quod licitatio omnium ſimùl parvo nimis facta eſt, ab anu cremati ſunt) ſuperſtites in hiſtoria illa [z] Herophiles & Tarquinii notiſſima. Pars reliqua velut deperditæ pariter atque ſui pretio fortè ſic ab aliquo heic taxabitur. Neque verò adeò miretur interim quisquam, apud ſuperſtitem Judæorum bigam illam, quæ Græcè non ſolùm res aliàs Ebraicas conſcripſit, verum etiam de Philoſophis aliquot & Philoſophia non unius generis apud Ebræos in uſu expreſſiùs & diligentiùs egit, (Joſephum dico & Philonem) nullam omninò univerſalis hujus Juris aut philoſophiæ, qua pariter, juxta receptam Gentis, aut eorum, qui ejusdem diſciplinæ (quod idem heic eſt) præerant ſententiam, ad univerſum genus humanum attinuit, in numerato aut diſertis verbis Capitum mentionem occurrere; ſed omnia heic, quæ communi hominum obſervationi deſignantur, ex autoribus & libris ſolùm ferme Talmudicis, ut infra liquebit, peti, id eſt, è Corpore Talmudico aliisque Scriptis cognominibus, quæ in ſtudiis Ebraicis ferìò inſtitutis pariter ſe habent, atque in Romanis, Juris Cæſarei Pandectæ & Codices. Scilicet τρία, inquit Joſephus [a], *τριῶν Ἰουδαίοις εἰδὴ Φιλοσοφεῖται tria hominum ſunt genera apud Judæos, qui philoſophantur.* Phariſæi, Sadducæi, Eſſeni.

[z] *Varro apud Lactant. lib. 1. cap. 6. Dionyſ. Halicarnaſſ. l. 4. &c.*

[a] *Joſeph. l. 2. cap. 12. & Archeolog. l. 18. cap. 2.*

Eſſeni. Dogmatum etiam eorum aliquot & inſtituta ſingularia perſequitur, Et Philo [b] multis itidem ea quæ fuêre Eſſenorum; quibus Eſſæis ipſi dictis Philoſophiam diſertè tribuit. δίχα περιεργείας Ἑλληνικῶν ὀνομάτων *Græcorum nominum pompâ & ambitione carentem.* Atque horum ex eisdem, philoſophorum nomine, ac diſciplinæ eorum, nomine philoſophiæ, ſimiliter meminêre Euſebius [c] Porphyrius [d], veterum alii. Et dogmata eorum habentur etiam apud Epiphanium [e]. Quin & fusè de eis ſeculo noſtro eſt diſputatum, à Cæſare Baronio [f], Joanne Druſio [g], Nicolao Serrario [h], Joſepho Scaligero [i], Iſaaco Caſaubono [k], aliis. At verò advertendum eſt, Philoſophorum & Philoſophiæ nomen, quantum ad hanc rem attinet, dupliciter ſumi ſolere. Interdum ſcilicet ſectas tantùm Singulares eo venire, ut Stoicam, Peripateticam, Academicam; interdum nec rarò Generale Sapientiæ ac Pietatis Jurisqve cuique mortalium obſervandi ſtudium ac diſciplinam intra ſectarum areolas non omninò cohibitam. Id eſt, philoſophiam Moralem ac Civilem Simplicem ac cuique genuinam, nec in particulas (ut de veſte ejus loquitur Boetius [l]) ſeu factiones diſtractam. Et ſimplicitati ejusmodi, ſectæ, ea quæ ſibi ſingularia fuêre, ambitioſius, etiam mangonum inſtar, illinere atque ſuperſtruere, ut in aliis fieri etiamnum amat, ſolebant. Hoc animadverſo, ſatis liquebit, tam Joſephi quàm Philonis, dum de Philoſophis illis Ebræorum, ac ſingularibus eorundem dogmatibus loquuti ſunt, inſtitutum fuiſſe, celebriores tantùm gentis ſuæ Sectas ſeu Factiones Philoſophicas earumque dogmata, non generalem illam ac Simplicem, quæ omnium utpote mortalium juxta diſciplinam Ebraicam communis, forſan & ſectis ipſis, quotquot erant, pariter aut plerumque eſt recepta, philoſophiam ſeu juris Univerſalis Capita indicare. Capita dixi. Nam diſciplinam ipſam, de quâ loquimur, generatim ſumtam, nec in Capita aut partes diſtributam, ſatis eſt veriſimile, non ſemel à Philone innui. Quoties nempe Philoſophiam, non hanc vel illam à ceteris diſcriminatam, aut jus ὑπὸ ἕξ δεῖν ἢ ἓξ δεῖν θνητῇ φύσει τὸ χαριέστατον ἢ σῶμα ἄψυχον ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπὸ ἀθανάτου φύσεως ἀθανάτῳ διαιώματι τυπωθὲν [m] *ab hoc vel illo mortali, adeoque ipſum*

[b] *In Apolog. apud Euſeb. de præparat. Evangelic. l. 8. cap. 11. & 12. & lib.* περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.
[c] *Lib. 4. de Præp. Evang. cap. 11. & 12.*
[d] *De Abſtinentia animalium l. 4.*
[e] *Hæreſ. 15. &c. & 30.*
[f] *In Apparatu.*
[g] *Lib. de Haſidæis & de tribus ſectis.*
[h] *In Triharesio & Minervali.*
[i] *In Elencho Triharesii.*
[k] *Exercit. 1. in Apparat. Baron. n. 7.*
[l] *De Conſol. philoſ. lib. 1. proſ. 1.*
[m] *Lib. de eo quod eſt, Probi on. nem. liberum eſſe.*

ipſum mortale, in chartulis aut cippis inanimatis, ipſum pariter inanimatum, ſed immortale ab immortali naturæ in mente ſeu animâ humanâ immortali exarատum, hominibus univerſis quærendum, amplexandum, exercendum, in libris de Mundi opificio, de Congreſſu quærendæ eruditionis gratia, de Nominum mutatione, ſuadet inculcatque. Inde nimirùm Probos & Pios fieri homines. Id quod non omninò intra profeſſionis Iudaicæ cancellos coercet, nedum ſectarum dogmatis aſſignat, ſed generalis illius philoſophiæ ſeverioris, id eſt, omnium mortalium, ſine ritibus inſtitutisve Iudaicis, atque ante illa, in ſæculis quæ Moſem antevertunt, communis effectum pariter non ſemel facit. Quod verò ad Joſephum attinet, qui Judæus Hieroſolymitanus Philone Aldxandrino Judæo rerum Ebraicarum erat proculdubiò multò ſcientior, utcunque Talmudicis nimiùm ſit interdum diſſonus; haud magis ſanè mirum eſt, eum diſciplinæ hujus univerſalis Capita ſimul cum ſingularibus illis philoſophiæ ſectis non tradidiſſe, quàm ſi Hiſtoricus Chriſtianus Presbyteros ac Ordinem ſacerdotalem, qui Secularis eſt, cum Franciſcanis, Dominicanis, aliis qui ſunt id genus Sodalitiis, ipſisque, quibus invicem ſubinde diſcrepant, inſtitutis inter ſcribendum adnotaret, nec intereà ſive Religionis Chriſtianæ horum omnium cum ceteris Chriſtianis communis, nec philoſophiæ moralis ad univerſos pariter ſpectantis Capita ſimùl explicaret, aut omninò ulteriùs tangeret. Quam rem nemo non videt eſſet ſatis obviam. Atqui & hoc apud Joſephum obſervatu eſt heic fortè non indignum. Scilicet admodum hactenùs adoleſcentem ſe, ait [n], ſectarum illarum trium guſtum aliquem primò capere ſibi inſtituiſſe, per omnes tranſiiſſe, Bano Heremitæ adſueviſſe, tandem verò undeviginti annos natum Phariſaicæ ſe addixiſſe, ἣ παραπλήσιον, inquit, ἐστὶ τῇ παρ' Ἕλλησι σεμνῇ λεγομένῃ *quæ ſimilis eſt*, affinis, *aut* proximè accedit *ad ſectam Stoicam Græcis ita dictam*. Phariſæos, quibuscum Scribas connumero, ceteris tum dignitate civili tum autoritate præluxiſſe [o], certum eſt, & avitas diſciplinæ traditiones ita penes ipſos eſſe ſervatas, ut ceteræ, quæ fuêre ſectæ, aut pro ſchismaticis aut pro eis, qui ſtrictiò ſive ex arbitrio ſive voto genus vitæ ſelegiſſent, eſſent habendæ. Et de ſeipſo D. Paulus [p]; κατὰ τὴν

[n] *In ſua ſita*

[o] *D. Matth. cap. 23. 2. & 3. & vide Joſephum l. 18. cap. 2. & 17. cap. 3.*

[p] *Act. Apoſt. 26. 5.*

κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος *ſecundum certiſſimam* ſeu *accuratiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus*: Unde & Joſephus q τὴν ἀκρίβειαν & ἀκρίβωσιν i. e. *diligentiam accuratam* ſeu *ſubtilitatem* eis non ſemel tribuit. Syrus autem in citato de D. Paulo loco habet ילפנא רשירא *diſciplinam* ſeu *ſectam præcipuam*, uti & Arabs تعليم الفريسيين الفايق *diſciplinam Phariſæorum illam excellentiorem.* Avitas autem ſeu Majorum traditiones omnes, quotquot ſive legem ſcriptam, aliter atque ipſa verba ſacra ſimpliciter ſumpta, interpretarentur, ſive ſuperinducta obſervationis ex more Majorum additamenta continerent, rejiciebant Sadducæi. An itidem eam, quæ erat de Jure ac diſciplina hac omnium mortalium communi, haud ſatis didici. Eam verò ſemper retinuiſſe, idque ut ab ipſis rerum initiis per poſteritatem continenter propagatam, Phariſæos, palàm eſt ex eis, quæ è Talmudicis libris aſſerimus in ſequentibus. Jam autem quid cedò illud Joſephi, ſectam Phariſaicam, id eſt, primariam & fermè ſolam, quæ diſciplinæ autoritate viguit, Stoicæ philoſophorum ſectæ proximâſſe? Si de doctrina aliqua, quatenus Judaica erat, ſeu Judæis eorumve legi, quâ eorum erat, propria, rem ſumamus, nihil planè erit abſurdius. Quid enim omninò ejuſmodi in ſectæ Stoicæ dogmatis aut diſciplinâ? A ritibus Judaicis & Juris Phariſaici, quantum nempè Judæis erat proprium, apicibus erat ea planè alieniſſima. Nec eatenus ſimile aut affine quid intercedit. Nonne igitur de eo, quod utriſque commune erat, eſt neceſſariò intelligendus Joſephus? Et videtur quidem de communibus aliquot tam contemplationis, quam actionis dogmatis? Quænam autem illa? Certè in Stoica diſciplina occurrit de Deo, de Fato, de Anima, de humano arbitrio quæ Phariſæorum ſententiis perquam ſunt Affinia. De Virtutis præmio, ac vitiorum pœnâ, etiam alia. Hac item Manibus poſt mortem infligendâ, illo tunc accipiendo. Quæ planè Phariſaicæ ſeu Talmudicæ diſciplinæ conſona. Et quemadmodum apud Stoicos, uti etiam alios aliquot, obtinuit illud *ſecundum Naturam* t & *Rationem*, id u eſt revera *ſecundum Naturæ*, atque *Rationis Humanæ parentem*,

q *Lib. 17. cap. 3. Heloſ. l. 2. c. 12. Et vide ſis Nic. Serarium Tribareſ. lib. 2. cap. 5. & 6.*

r *Conſulas Lipſ. in Manuduct. ad Stoicã Phyſiolog. & Philoſophiam.*

f *Ioſeph. Hæloſ. lib. 2. c. 12. & Archæolog. l. 18. c. 2. & Seneca de Vita Beata cap. 3. & 8. Et Epiſt. 5.*

t Videſis eũ *Epiſt. 65. & lib. 4. de Beneficiis c. 7.*

parentem, ſeu *Deum* vivendum, ita etiam apud Phariſæos ſeu Talmudicos, ſecundum normam ab ipſo Naturæ parente humano generi ſive inditam ſive indicatam, juxta ea, quæ inferiùs ſequuntur, vitam mortalium cuique ex obligatione eſſe tranſigendam. Quod ſanè dogma ipſam, quam tractamus diſciplinam & Jus omnium commume generatim complectitur. Nimirùm non ſolum Judæos, quorum tepublicæ tot Moſaica acceſſerunt, ut ipſis ſingularia, inſtituta, Probos ac Pios ex eorundem inſtitutorum obſervatione fieri aſſerebant, uti & ex violatione Improbos & Impios, verùm etiam reliquum genus humanum ex obſervatione atque violatione Juris univerſalis, & politiâ & ritibus Judaicis immunis, atque diſciplinæ nemini non mortalium præſcriptæ, pariter Probum ac Pium, ſeu Impium & Improbum fieri, ac futuri ſeculi ſive pæmium ſive pœnam mereri. Unde fit quòd in libris Talmudicis x memorentur חסידי אומות העולם *Pii è Gentibus mundi*, eisque ſimiliter ut Iſraelitis חלק לעולם הבא ſeu *Sors in futuro ſeculo*, id eſt, virtutis ſeu vitæ benè transactæ præmium aſſignetur, uti & ejusmodi impiis ſortis iliius negatio. Quemadmodum etiam de philoſophorum aliquot ante Chriſtianismum ob vitæ ſanctitatem celebriorum ſalute pronuntiant patres y aliquot. Unde & Joannes Epiſcopus Euchaitenſis z de Platonis & Plutarchi ſalute precibus ad Chriſtum diſertè olim egit. Sed de Piis ejusmodi è Gentilibus, plura, juxta Ebræorum ſententiam, infrà libro ſeptimo. Adeo demùm ut, tametſi ipſa juris hominum juxta Ebræos univerſalis nullibi recenſeat Capita Joſephus, id nihilominus quod generatim Jus iſtud complecteretur, aut ſignaret, tunc forſan obſcuriùs indicari vellet, cum diſciplinam Stoicam ſeu in qua de virtute & vitio eorumque præmiis & pœnis. quà genus ſpectant homanum, diſputari ſolet, ita Phariſaicæ, id eſt quidem Talmudicæ, affinem fuiſſe ſcribebat. Quodnam igitur ſit Jus illud, quænam item ejuſce Capita, ſcitu non indignum eſſe, ex argumentis jam allatis, puto, fit ſatis manifeſtum. Veruntamen nec ſine Monito hæc dicta, aut accepta ſunto. Abſit, ut rerum quis æſtimator iniquior exiſtimet, Diſciplinæ hujusmodi (qualiscunq; ea fuerit) Ebræorum Præſtantiam heic ita prædicatam eſſe magnive faciendam nos velle, perinde

x *Maimonid. Halach. Theſuba c. 3. & vide Obad. Barten. ad Miſn. tit. Sanhedrin c. 10. & Manaſſe Ben Iſrael. de Reſurrect. Mortuorum lib. 2. cap. 9. & lib 3. cap. 21.*

y Præter *Clem. Alexãdrinum. Strom. lib. 6. vide ſis Robert. Holkotium ad ſent. lib. 3. quæſt. 1. Frãcisc. Collium lib. de animabus Paganorum &c.*

z *In Iambicis.*

perinde ac ſi eo nomine in ullis rerum Chriſtianarum diſcuſſionibus vim aliter, ſeu effectum ſortiri debeat, quàm ipſa ſacrarum literarum verique Chriſtianiſmi morumque in illum receptorum ratio ac autoritas admiſerit ſtatueritve. Nam hæc, ut vitæ Moralis ac Civilis Cynoſura, nobis ſequenda obſervandaque. Capita quidem diſciplinæ Ebræorum, quam exhibituri ſumus, quatenùs generatim tantùm ſingula ex avitis eorum traditionibus, ac ſcriptis depromuntur, Chriſtianiſmo, Veritati Catholicæ, & Moribus, quibus utimur, adeò ſunt, quod inferiùs liquet, conſona, ut ſi unicum, quod eſt de Membro Animalis hactenus Viventis, ſeu, ut volunt etiam aliqui, itidem de Eſu ſanguinis, excipias, non omninò ea diſſona ſic reperiantur. Sed verò, illud [a] rectiſſimè olim dictum τοῦτό ἐστι τὸ αἴτιον τοῖς ἀνθρώποις πάντων τῶν κακῶν τὸ τὰς προλήψεις τὰς κοινὰς μὴ δύνασθαι ἐφαρμόζειν ταῖς ἐπὶ μέρους, *Hæc eſt cauſa hominibus omnium malorum, quòd non poſſint anticipationes* ſeu *notiones communes* ſeu *generales ſingularibus adaptare.* Inde ſanè Capitum eorundem ex eisdem traditionibus ſumptæ Interpretationes, Subtiliores Partitiones, Negotioſæque Scrupuloſitates, tametſi ſæpiùs quidem Chriſtianiſmo & Rationi, quam ſequi ſolemus, aut conſonæ ſint, aut non adverſæ, ſubinde nihilominùs ſunt, uti & aliæ apud Ebræos non paucæ, planè diſſonæ, nec à viro Chriſtiano admittendæ. Unde etiam de Traditionibus ejuſmodi, ut itidem de Philoſophia, Monita habentur in Fœdere [b] Novo; ne ſcilicet inde doctrina Chriſtiana detrimenti quid capiat, ubi ſine delectu, id eſt, ſine Lydio Chriſtianiſmi lapide, in vitæ normam ſive hæc ſive illæ adhibeantur. Atque eam ob cauſam Cardinales Inquiſitores reipublicæ Chriſtianæ generales ſub Julio tertio Pontifice Maximo, in corpore Talmudico *adverſus Naturæ*, inquiunt [c], *& Honeſtatis leges ea concedi, quæ humanæ aures audire perhorreſcunt.* Quod, opinor, potiſſimùm ſumendum de interpretationibus aliquot, quibus concubitus nonnulli nefandi, idque maximè ex naturalis, quæ ex ſanguine pendet, relationis admiſsâ interdum abolitione civili (qua de re plura libro oſtendentur ſecundo & quinto) nefariè permittuntur. Quin inde aliasque ob cauſas igni damnabant Cardinales Corpus illud; quod & non ſemel antea, idque

[a] *Arriani Epictet. lib. 3. cap. 26.*

[b] *Epiſt. ad Coloſſ. Cap. 2.*

[c] *Decret. 1563. in lit. Apoſtol. Directorio Inquiſ. ſubnexis fol. 220.*

tàm ab aliis [d] quàm à Pontificiis [e] factum. Lectio item ejusdem & poſſeſſio à Pontificibus ſummis eſt aliquoties [f] interdicta. Idemque interdictum, opinor, etiamnum vim Romæ obtinet, cujus autor poſtremus Clemens octavus [g]. Sed anteà ex Pii quarti de libris purgandis, prohibendis, tolerandis conſtitutione, *Thalmud Hebraorum ejusque gloſſæ, annotationes, interpretationes & expoſitiones omnes, ſi tamen prodierint ſine nomine Thalmud & ſine injuriis & calumniis in Religionem Chriſtianam, tolerabantur.* Quæ quidem permiſſio per Pii quinti, Gregorii decimitertii, Sixti quinti, Urbani ſeptimi, Gregorii decimiquarti, atque Innocentii noni tempora pariter manſit. Sed ſimul ac in Pontificatum evectus eſt Clemens Octavus, ita permiſſioni illi derogatum eſt, ut omninò libri damnarentur, nec lectoribus jure pontificio ulteriùs paterent. Utut autem ſe res ea habuerit, nemo, puto, interea eſt hominum cordatiorum ſimul atque doctiorum, qui Traditiones atque Interpretationes, quæ in Talmude & Juriſconſultis Talmudicis reperiuntur, adeoque eas, unde diſciplina, quâ de loquimur, eſt conflata, penſiculatiùs in libera rerum indagine, & cum delectu prudenti conſideratas, lucem ſæpius præbere ſeriò ſtudioſis variam etiam & maximi faciendam, non libentiùs conceſſerit. Appello heic Paulum Fagium & Sebaſtianum Munſterum, hunc in Ebraici, illum in Chaldaici Pentateuchi & Capitum Patrum verſione, alia item eorundem opera, Joſephum Scaligerum in libris de Emendatione Temporum, ubi de Ebraicâ temporum ratione, atque ritu agit Paſchali, in Elencho Trihæreſii, Diatriba de Decimis, Animadverſionibus etiam Euſebianis & Canonibus Iſagogicis, Iſaacum Caſaubonum in Exercitationibus Baronianis, ubi de Proſelytis, Jure Regio, alia aliquot diſputat, Joannem Buxtorfium maximè in Bibliothecâ Rabbinicâ, & in Tiberiade, Gulielmum Schikardum in libro de Jure Ebræorum Regio, aliis ejusdem lucubrationibus, Petrum Cunæum in libris de Republica Hebræorum, Joannem Druſium paſſim, Jacobum & Ludovicum Capellos, hunc in Spicilegio, & Diatriba de Jephtis voto, illum in hiſtoria Sacra & Exotica, Joannem Cameronem, in Myrothecio, alibi, Sixtinum ab Amama in Antibarbaro, Samuelem Petitum in variis lectionibus, & Eclogis Chronologicis, Joannem demùm

[d] *In Hasſia 1539. Conradus Huſerus de Impoſturis Iudæorum c. 6. & Videſis Sleidan. Comment. lib. 2.*

[e] *Sixt. Senenſ. in biblioth. ſanct. l. 2. & 4.*

[f] *Videſis Lazar. Cherubin. in Bullario tom. 1. p. 62. & 716. tom. 2. p. 452. tom. 3. p. 25. Adde Proſperum Farinacium de Hæreſib. quæſt. 180. §. 10. Eimeric. in Director. Inquiſ. l. 2. Indic. Expurg. Madriti. 1612.*

[g] *1593. Bullar. tom. 3. p. 25. & ſide Franc. Magdalenum in Elencho librorum prohibit. Romæ 1632. Iacob. Gretſer. de Iure & more prohibendi libros lib. 1. c. 16. & Nicol. Serrarium in Rabbinis c. 33. & Bellarm. de membris Eccleſiæ militant.*

mùm Cochium, Conſtantinum *L'Empereur*, quorum uterque integros etiam aliquot Misnarum Tractatus & Gemararum fragmenta non pauca in ſummum rei literariæ commodum verterunt, ediderunteque. Atque in horum primariis habendus eſt Hugo Grotius, qui in eximiis illis de Jure Belli ac Pacis libris (à ſacra Indicis congregatione, quemadmodum & ſunt plerique jam citati, ante annos aliquot [h] etiam prohibitis) ipſam Ebræorum, quam exhibituri ſumus, diſciplinam è Talmudicis tangit, aliaque ex eorum ſcitis ad augendam etiam nonnullis Chriſtianismi rebus lucem [i] prudenter adfert. Plures ſcriptores ſatis celebres ex eis, qui perſuaſionis Romanæ non ſunt, heic in eandem rem jam memoratis adjicere, facile eſſet. Nec verò in Pontificiis deſunt, qui ſimiliter ſuppetias ſibi in rebus graviſſimis è Talmudicis latas voluêre. Sic Cardinalis illuſtriſſimus Baronius [k] ubi de ritu Paſchali, de *Sanhedrin*, ſeu ſynedrio Magno, de manuum Pauli artificio, & de corpore Chriſti in ſepulchro novo ponendo diſſerit. Sic Gilbertus Genebrardus [l], Nicolaus Serrarius [m], Joannes Morinus [n], Dionyſius Petavius ubi de anno, & menſibus Judaicis ad Epiphanium agit. Quales quantique viri ſanè univerſi! Nec quidem interdicta, quæ mèmoravimus, librorum Talmudicorum rerumque inde cum delectu ſumtarum, & ritè perpenſarum autoritatem qualemcunque magis minuunt, quàm olim edictum illud in Ariſtotelis Phyſices & Metaphyſices libros, quoniam tum Theologis illius ævi tum aliis diſplicuêre, eis dignitatem omninò ſuſtulit, quam paſſim & à multis ſeculis meritò ſunt ſortiti. Ante annos ſcilicet CCCXC. aut circiter, id eſt, ſub ipſum quo inſtitutum eſt Sorbonnæ collegium, prorſus damnati ſunt ejusdem libri illi, ut Chriſtianismo nimis diſſoni, quod à Rogero Bachone Franciſcano, qui paulò poſt id tempus floruit Philoſophus & Mathematicus ſummus, didici. Verba faciens ille de variâ hominum ſeculorumque in libris rejiciendis admittendisque ſententiâ, *Theologi*, inquit [o], *Pariſius & Epiſcopus & omnes Sapientes jam ab annis circiter quadraginta damnaverunt & excommunicaverunt libros Naturales & Methaphyſica Ariſtotelis, qui nunc ab omnibus recipiuntur.* Et alibi [p] idem; *Scimus enim quod temporibus noſtris Pariſius diù fuit contradictum Philoſophiæ Naturali*

[h] *Decreto Romæ, 4. Febr. 1627. apud Franciſcum Magdalen. in Elencho.*

[i] *De Iure Belli ac Pacis lib. 1 cap. 1. §. 16. c. 13. §. 7. cap. 14. §. 6. &c.*

[k] *Tom. 1. in Chronologia, aliisque ei ſubjunctis.*

[l] *In Opuſculis.*

[m] *De Pentateucho Samaritano & Exercit. Biblicis.*

[o] *Mſ. In Operis tertii ad Clem. P. P. 5. in Biblioth.*

[p] *Mſ. de Vtilit. Scientiarum.*

Naturali & Metaphyſica Ariſtotelis per Avicennam & Averroyn expoſitis, &, ob denſam ignorantiam fuêre libri eorum excommunicati & utentes eis per tempora ſatis longa. Summa demum eſt; ut in ejusdem aliorumque, quibus aſſuetiores ſumus, veterum (ſive Philoſophi illi fuerint ſive Poëtæ, ſive Oratores, aliive) Libris, Diſciplinis, Sectis plurima occurrunt homini Chriſtiano & lectu jucundiſſima, & perquam utilia, quorum alia, ſed non citra Chriſtianismi morumque receptorum amuſſim, in vitæ ſive normam ſive exemplum, ritè adhiberi ſolent, aliis interea, nec quidem paucis iis, planè exploſis, ac, cum ceteris Gentilismi fæcibus, damnatis; ita pariter Diſciplina hæc Ebræis univerſalis, pro ſingulari gentis indole, more, genio, prærogativâ, alia atque alia habet Chriſtianismo plerunque conſona, alia haud parùm diſſona, quorum nihiloſecius neutra ſunt adeò rejicienda contemnendave, quin aut pro receptarum aliquot in Chriſtianismo ſententiarum ſive Confirmatione ſive Explicatione ſint meritiſſimò interdum recipienda, aut ſingularem ſaltem in liberrimâ, tum Veritatis, tum Errorum diſquiſitione, ac contemplatione, ſicut & reliquæ philoſophorum, ſive Barbaricorum, ſive Græcorum, ſive Latinorum, ſententiæ æquè non rarò Chriſtianismo diſſonæ, locum qualemcunque debeant ſortiri. Ut fermè poëtæ veteres variaque Deorum hominumque in eis geſta legenda ſunt, juxta ea quæ de eis prudenter olim monuêre Plutarchus & D. Baſilius, in tractatibus ea de re ſingularibus. Quale itidem de Juris Ebræis, atque aliis gentibus Interveniens interpretamentis, ac apicibus inferiùs ſuis in locis ſparſim oſtenſis eſt dicendum. Si cui verò heic dubium forſan occurrat, utrum Corpori & Scriptoribus Talmudicis hujusmodi in rebus quatenus hiſtoricæ ſunt, id eſt, quatenus in eis pro Jure qualicunq; Ebræis veteribus recognito atque uſitato traduntur, fides ſit habenda, eò ſcilicet quod Corpus illud, quà jam habetur contextum, ſcriptoresque illi ceteri ſeculorum ſunt Templi Urbisque excidio recentiorum (quâ de re conſulas autores imprimis, qui de Misnarum & Gemararum conſcriptione diligentiùs, & datâ operâ q egerunt) næ is forſan etiam dubitabit de Juſtiniani ſeu Triboniani fide, dum Modeſtini, Papiniani, Florentini, Alpheni,

q *R. Iehuda Levita in Sepher Cozri P art. 3. §. 65. Moſes Maimonides in præf. ad* ר, *Moſes Mikotzi in præfat. ad Præceptorum, R. Abraham Zar-*

Digitized by Google

ni, Proculi, Celſi, ejusmodi aliorum, qui trecentis aut circiter ſunt Juſtiniano annis vetuſtiores, ſententias atque ſcita Juris alibi non reperta, nedum quando leges duodecim Tabularum, quæ plurimis etiam hoſce ſeculis antevertunt, in Digeſtis alibive enarrat, memoratve. Parilis ſanè fidei detrahendæ, atque depretiandi ratio ſequeretur, quoties in Catenarum autoribus Patrum aliquot priſcorum nomina, quorum opera ac lucubrationes ipſæ alibi non extant, occurrunt; ſeu quoties ſimiliter apud Galenum, medicorum veterum, veluti Archigenis, Aſclepiadis, Philoxeni, Critonis, Lamponis, aliorum ejusmodi, qui ipſo multò vetuſtiores alibi non habentur, medicamenta ac opiniones afferuntur. Simile in re Mathematica dicendum de Euctemonis, Meronis, Calippi, Eudoxi, Attali, aliorum id genus complurium obſervationibus ac ſcitis, quæ à recentioribus utpote Ariſtotele, Hipparcho, Ptolemæo, Proclo, Pappo, Vitruvio, aliis ejusmodi ſolùmmodò traduntur. Simile item de autoribus priſcorum ſeculorum innumeris, quorum ſive fragmenta ſive ſenſum beneficio recentiorum, veluti Athenæi, Laertii, Stobæi, Strabonis, Plinii, Plutarchi, Scholiaſtarum Græcorum, Agellii, etiam & Livii aliorumque aliquot hiſtoricorum tantùm debemus. Et rationem dubitandi, ſive in Jure, ſive in Theologia, ſive in re Hiſtorica ſive uspiam alibi ex hac ſola cauſa (rebus ceteris, quæ circumſtant, fidei neutiquam refragantibus) admittere, nihil aliud eſt, quam univerſæ ſermè antiquitati ipſique hiſtoricæ rerum veritati perperam nimis & moroſiùs reluctari.

cutbim in Sepher Iuchaſin, *R. Gedalia Ben Iechai in* Sepher Shalſheleth. *Tzemach David, Hieronymus de ſancta fide in Hebræomaſtigel. a. Sixt. Senenſis in Bibliotheca ſancta lib. 2. tit. 2. lit. T. R. Orè Simonides in Calendario Palæſtino, atque ibi Iacobus Chriſtmannus, Ioſephus Scaliger de Emend. Temp. lib. 7. p. 518. & 614. Ioannes Buxtorfius in Bibliotheca Rabinicalit. p.* Adde *prolegomena noſtra ad libellum de Succeſſionibus, & Io. Morini præmiſſa ad Calcem Exercitat. Biblicarum*, præter *Genebrardi & Chronologos alios quos alios qui Seculis ſecundo, tertio, & quarto res exhibent Ebraicas.*

Cap. III.

Officiorum Humani generis Communium ſeu Juris Naturalis, *atque* Univerſalis Morum Philoſophiæ, *quatenus in* Ebræorum politiâ, *& diſciplina locum habuit*, Deſignatio Generalis, *cum* Difficultate *eam inde* eliciendi.

VT qualenam Jus illud Naturale, ac qualia Officia hominum omnium communia, ſeu Philoſophia Morum univerſalis, quam intelligunt heic Ebræi, fuerit, generali conſideratione, antequam ad ſingularia Capita deve-

nimus, ritè capiatur, nec difficultas, quâ impliciari neceſſe eſt, quotquot ſuo Marte Jus hoc, Philoſophiam, atque Officia è corpore Juris Moſaici, ſeu Pentateucho ſecernere contendunt, prætermittatur; illud eſt inprimis animadvertendum, contineri quidem in ſacro illo Corpore, ſeu Pentateucho, inter alia, quæ Ebræis ipſis fuêre propria, veluti Civilia ac Ritualia, ſeu Judicialia & Cæremonialia, etiam & Naturalia ſeu Moralia Jura ſeu Officia non magis ipſis, quam Hominum univerſitati perpetuò obſervanda. Quemadmodum & de populis omnibus, rectè Gaius [r] & Juſtinianus [f]; *Omnes populi qui legibus, & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur.* Neque, opinor, an Jura ac Officia Naturalia ſeu Univerſalia inibi quidem utcunque contineantur, dubitabit mortalium, quibus Juris illud corpus innotuit, quisquam, præter alaſtores illos, atque Humani generis peſtes, quibus, nec ſine philoſophorum aliquot veterum [t] patrocinio, Naturalia ſeu Hominum Communia nulla ſunt Jura, nihil naturâ, aut per ſe juſtum, aut injuſtum, Turpe aut Honeſtum habetur, ſed Arbitrio, ac Virium humanarum, ſpreto omninò Juris nomine, Poteſtate, omnimoda ſic dicta tantummodo ſubniti videntur. Ceterùm cum illis agendi locus heic non eſt. Alii autem nunc integrum Decalogum, nunc tantùm partem ejusdem, nunc pro multiplici ingenii ac pietatis diſcrimine, alia atque alia in corpore illo Moſaico reperta, ſive Naturalia ſive Univerſalia ſemper fuiſſe, ſive in horum claſſem recipienda volunt. Aut ſcilicet quatenus ibi ſcriptis mandata ſunt, aut quâ in ſe vim ſeu indicem rationis complectuntur. Conſilium eſt quidem graviſſimum vetus illud [u] de Federis veteris lectione, ἔχω ζοι περὶ ἐφθαλμῶν γνώσκειν, τί νόμος φυσικὸς καὶ τί τῆς δευτερώσεως, *ſit tibi ante oculos propoſitum, ut cognoſcas, quid ſit lex Naturalis, & quid Deuteroſis*, quo vocabulo ibi planè ea, quæ Judæis ſingularia fuerint, nec omnium communia denotantur. Verùm, cum in Corpore illo legum Ebræis in deſerto præſcriptarũ, Naturalis ſeu Univerſalis nomine verbis expreſſioribus & apertis nullæ appellentur, atq; in hiſtoria quæ ſcriptarum hanc legum lationẽ præcedit, ſeu Geneſin, Diluvium & ſequẽtia continet, interdictum habeatur, præter illud in paradiſo

[r] *L. 9. ff. de Juſtitia & Iure.*

[f] *Inſtit. tit. de Iure Nat. §. Ius autem Ciſile.*

[t] *Ariſtippus apud Laertium l. 2. Carneades apud Lactantiũ l. 5. c. 17. &c.*

[u] *Conſtit. Apoſtol. lib. 1. c. 6.*

Digitized by Google

paradiſo primis parentibus datum unum tantum & alterum (de quibus infrà) quod integræ hominum Univerſitati traditum eſt, atque è virorum ſanctorum, quæ ibi occurrunt, exemplis jura cetera, quæ in univerſum obligent, indicare, (quod ut faciant perquam anxiè ſunt aliqui ſoliciti) ſit plusquam difficile; fieri ſane nequivit, quin Jura, ſeu Officia illa, Univerſalia ac Naturalia, atque Philoſophia illa, quam tractamus, Barbarica non aliter fermè in Corpore illo Moſaico atque inter Civilia illa, atque Ritualia ſcriptis mandata latuerit, quàm aurum purum in coronâ illâ Diis vovendâ, quam ex ſolùm auro puro locârat faciendam Hiero. x Hiſtoria notiſſima eſt. Fuiſſe certè in ea aurum, argentum etiam fuiſſe, non omninò dubitabatur. At quantum auri, quantumque argenti ab artifice ſimùl commiſtum eſſet, res erat perquam difficilis, dignoſcere. Ea quidem res ſummo Archimedis ingenio tandem eſt deprehenſa. Hominis ſcilicet, qui ponderum, magnitudinum ac proportionum, id eſt, rerum, citra quas fruſtrà de quantitate auri in corona, niſi denuò liquata fuiſſet, quæſierat quis, erat callentiſſimus. Abſque Mathematico ejuſmodi fuiſſet, tale eſt veriſimilius tunc eveniſſe Syracuſis, quale dudum Romæ. Admiſti monetæ argenteæ nimii æris accuſabatur Monetarius. Is ab iis, qui rebus præerant, impetravit, ut duo conſtituti y Judices ſeorſim cauſam attentiùs examinarent, ſententiamque ſeorſim proferrent. Id ipſi juxtà facere, atque eodem die uterque ex eiſdem actis causâ, atque libellis cognitis, & confeſſione rei auditâ, ſententiam quidem protulit; ſed prorſus abſolutoriam alter, alter eouſque damnatoriam, ut plurima aureorum millia reipublicæ, adulteratæ monetæ nomine, à reo refundenda cenſeret, & tum bona ejus cetera fiſco addicenda, tum capitale inſuper infligendum ſupplicium. Ingens heic diſcrimen. Et à vero forſan uterque, licet pariter diligentiſſimus, immane quantum receſſit. Alterum, manifeſtò ſcimus. Atque aliis in rebus diſcernendis ſimile non rarò accidit. Perplexa ritè extricare, Confuſa invicem diſtinguere, Veri ac Falſi confinia, horumque ſinuoſos anfractus ſatis habere exploratos, & demum ex eis, quæ ſuperſtruuntur, de Fundamentis ſeu Principiis rectè conjicere, res eſt perquam ardua, pænè inacceſſa, & mortalium pauciſſimorum. Id quod

x *Vitruvius lib. 9. c. 3. & Proclus ad l. 1. Euclid. lib. 2. cap. 3.*

y *I. Baptiſt. Villalpandus in apparatu Urbis & Templi part 2. l. 2. diſp. 1. c. 1.*

in

in quæſtione, de Jure Naturali ex Civili aliquo ſimul, & Naturalis Juris corpore ſecernendo, jam memorata inprimis etiam obtinet. Aſſumatur exemplum, ſive ex Athenis, ſive è Roma veteri. Tàm heic, quàm illic leges fuêre XII. Tabularum, aliæ. Atque ob populorum, qui eis uſi ſunt, ſingularem prudentiam, doctrinam, fortitudinem, ceterosque virtutum apices, maximi eas paſſim facimus. Neque, quin Naturalia ſeu Univerſalia ſaltem aliquot jura intra earum cancellos deſignentur, ſolemus dubitare. At verò hæc ex illis ſecernere, atque ad amuſſim juxta autorum, atque eorum, qui illis uſi ſunt, mentem diſterminata ob oculos ſtudioſis ponere, id quidem pluſquam Archimedéum eſt, nec faciliùs forſan, quàm Ancile illud è cælo delapſum à ceteris, quæ Mamurii artificio adeò ei ſimilia facta ſunt, olim diſtinxiſſe, aut Ægyptiis ſingula cujuſque, poſt Nili inundationem, jugera, ante Geometriæ inventionem, internoviſſe. Ceterùm diſquirentibus circa Jura Naturalia ſeu Univerſalia in legibus illis, ſive Atticis, ſive Romanis comprehenſa, nihil, puto, fuiſſe prius in votis (ſi modò omninò ſperari potuiſſet) quàm ex ipſorum, quos tanti faciunt & qui, legibus eis uſi, conditores nominis ampliſſimi oſtentant, ſcitis atque diſciplina ediſcere, quid in illis quantumque ſigillatim pro Naturali ſeu pro Officiis omnium hominum Communibus, ſeu Philoſophia Univerſali, & quid quantumque ſeorſim pariter pro Civili tantum, ac Rituali, ſeu Genti, cui præſcriptum eſt proprio ac peculiari, eſſet ſumendum. Neutiquam quòd inde res ſic prorſus definita foret, ut in eorum verba quis ſtatim juraret, ſed ut liberè nihiloſecius philoſopharentur omnes, ac quid ſtatuendum, pro viribus undiquaque, ut in diſcuſſionibus ceteris, porrò quærerent. Veruntamen ſive ſcientiâ ſibi præeuntes, in hujuſmodi diſquiſitione, interim diſquirentem quempiam habuiſſe illos, qui & tantâ ſapientiæ ſcientiæque gloriâ alios excelluerunt, ipſasque, de quibus ſic quæritur, leges ad poſteritatem tranſmiſerunt, ſive adverſa eorum ea de re aut diſſona placita, atq; rationes certò reſciviſſe, tum jucundum, tum perquam utile fuiſſe ſeriò contemplanti facilè, opinor, concedetur. Id quod manifeſtò agnorunt, quotquot diverſiſſimas philoſophorum, qui in populis jam dictis florentes de

Digitized by Google

tes de Jure Naturali, atque Officiis omnium hominum communibus diſputarunt, opiniones diligenter venati ac perpendentes, ſuis juxta Capite primo oſtenſâ, interſeruerunt. Scilicet etiam lacera diſtractarum nimiùm opinionum fragmenta magni æſtimarunt, cum nec Theologorum, nec Philoſophorum, nec ferè Scholæ eorum cujuspiam, nedum populi integri ex aliqua eorum diſciplinâ edocti hâc in re definiendâ conſenſum reperirent. Et ſanè, quale de Atticis, ac Romanis legibus diximus, eorumque philoſophis, ac moribus, tale de Gentibus, quantum ſcio, univerſis aliis eſt dicendum, præter Ebræos unicos. Nullibi ſcilicet ex alius cujuspiam gentis inſtituto, ſeu Philoſophia, ſeu Theologia, ſeu Jurisprudentia, in eâ recepta, certa haberi, atque ſubtiliùs ſic definita Juris Naturalis ſeu omnium mortalium communis Capita, ac ſeorſim à ceteris ſic conſenſu publico diſtincta, ut ejusdem veluti Corpus Singulare, Simplex, & perpetuò ſibi Simile tum Nomine, tum Uſu per ſe tàm autoritate dignoſcatur, quàm diſciplinâ publicâ, & in publicâ rerum adminiſtratione ſigillatim, ac ſolùm, atque eo nomine à ceteris diſterminatum, adhibeatur. Commiſcentur paſſim, in libris, quos vulgò terimus, Capita, qualiacunque ſunt ea, cum Civilibus, è Moſaicis translatis, Evangelicis, Eccleſiaſticis, Gentium. Et de diſtinctione perquàm diverſimodè à ſcriptoribus agitur. Quin habetur quidem in titulis aliquot, tum Juris Cæſarei, tum Pontificii Jus Naturale; quod tamen in incerto nimis in eis relinquitur. Et quanquam in aliquot Capita Juris, etiam Naturalis adeoque Univerſalis nomine, conſenſus interdum ſcriptorum vulgò reperitur, id tamen interea advertendum eſt, ut numeri alicujus aut magnitudinis incognitæ pars nulla, quà pars & quota eſt, ſatis cognoſcitur, ſic nec Juris cujuscunque Generis capitum aliquod ſatis, atque, ut oportet, undiquaque internoſci, niſi etiam, quot fuerint, & quænam ejusdem generis cetera, pariter dignoſcatur. Nam alterum alteri ſæpiùs temperamento eſt, & interpretis vicem non rarò ſupplet. Ebræi autem Juris Moſaici, quatenus Moſaicum eſt, atque in Fœdere Veteri ſolùm conſcriptum, corpus integrum ſibi peculiare z, faciunt. Cæterùm quaſi in numerato ſeorſim habent ipſi, idque non è diſciplina ſua tantùm um-

z *R. Iehuda in* Sepher Cozri *part.* 1. §. 101. *& Talmudici paſſim.*

tum umbratili, ſeu Scholarum inſtitutis, verùm etiam ex publica eâque vetuſtiſſima rerum, quoties cum Gentilibus ſeu Gentibus aliis eis erat agendum, adminiſtrationis ratione, Jura quædam certa ac definita, quæ omnium hominum, tàm Gentilium, quam Judæorum, eſſe volunt communia בני נח מצורת eis dicta, id eſt, *Præcepta*, ſeu *Iura Noachidarum*, ſeu *Filiorum poſterorumve Noachi*; quo nomine univerſum genus humanum, poſt diluvium, venire palam eſt. Hæc ſcilicet volunt tum ad tempus illud תהו ſeu *vacuum* eis dictum, id eſt, totum illud, quod rerum conditum, & legis ſcriptæ dationem intervenit, tum ad ſequentia ſecula attinere; ita ut legis ſcriptæ datio partim eſſet horum iteratio, partim ceterorum, quæ ipſis propria, acceſſio, & ſuperſtructio. Atque ex hiſce conflantur Officia illa univerſalia, ac philoſophia Moralis, ac Civilis, quâ genus humanum ab ipſis rerum initiis teneri pariter, tum invicem inter ſe, tum erga Numen ſanctiſſimum, docent; ut in ſequentibus fuſiùs oſtenditur. Nihil quidem in Officiis eis reperitur, de quo in ſcriptis Moſaicis itidem non cautum eſt. Sed Moſaica conjuncta ſimul immiſtaque habent, quæ Reipublicæ ſuæ propria, eique tantum Civilia fuêre perplurima. Noachidarum autem Juris capita ſeorſim exhibita, & Simpliciora interdum faciunt, & aliis, quàm Moſaica ſibi adeò ſingulariter aptata, interpretationibus non rarò explicant. Naturale autem id, ad eorum mentem, appellamus nos atque univerſale, quoniam τὸ μὲν Φύσει ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Πέρσαις καίει (quod ait Ariſtoteles [a], de Jure Naturali obligativo verba faciens) *quicquid eſt ex natura*, ſeu *Naturale, immobile* ſeu *Immutabile eſt, & nullibi non eandem vim obtinet, quemadmodum ignis, & heic, & apud Perſas pariter urit.* Unde & rectiſſimè ipſi alibi [b] aliisque Græcorum, Jus hoc dicitur ὁ κοινὸς Νόμος ſeu *Ius commune*, & ſemper vim eo nomine etiam paſſimquè ſortiri. Neque enim, ſi Obligationem ipſam ſolùm ſpectes (nam diffuſiſſimæ morum pravitatis rationem hac in re præfiniendà habent nullam Ebræi) minus cenſent immutabile Jus hoc, ſeu minus vim ſuam ubique gentium ſemperque obtinere, quàm ignem ubique urere. Sed hâc de re plura in ſequentibus. Juris hujus apud eos Capita illuſtriora

[a] *Nicomach. 5. cap. 10.*

[b] *Rhetoric. l. 1. cap. 13. & 15. & Sidefis Alex. Aphrodiſeum de anima lib. 2. cap. 12.*

Digitized by Google

ſtriora ſeu Majora ſunt, de quibus ſatis inter eunctos eorum convenit. Alia item Obſcuriora, ſeu minorum veluti gentium accedunt. Singula inferiùs cum Partibus, in quas diſtribuuntur, cum Appendicibus, quas perpetuas, ac neceſſarias habent comites, & demùm cum exegeſi Talmudicâ trademus, ſimulatque de Variâ hominum, adeoque & Singulari Ebræorum ipſorum, & à compluribus aliis diſſonâ, in Generali Juris Naturalis ſeu Univerſalis, qualiacunque fuerint revera ejusdem Capita, Deſignatione definitioneque, ratione ſummatim videri-mus.

Cap. IV.

Jus *Hominum* Naturale *ſeu* Univerſale *ex* Aliorum Animantium actibus, *ac uſu non omninò eliciunt* Ebræi, *neque* Jus *aliquod* Hominum, ac Brutorum commune *agnoſcunt, nec* pœnâ *ſic propriè dicta* Bruta *affici. Interſeritur de* Libertatis, Juris, Obligationis, Pœnæ, Permiſſionis, & Actuum, ſive hominum, ſive Brutorum, *Notionibus, quatenus earum heic uſus neceſſarius, Diſſertatio.*

IN deſignatione, atque definitione Juris Naturalis, quæ apud ſcriptores ſolet diverſimodè occurrere, alii ex Aliorum Animantium actibus, ac uſu Jura hominibus aliquot Naturalia petunt; alii Juris Naturalis Corpus è Moribus omnium, ſeu plurimarum Gentium communibus; ex Naturali Ratione, ſeu recto ejusdem uſu alii; & demùm alii è Naturæ, adeoque Naturalis rationis Parentis, id eſt, ſanctiſſimi Numinis Imperio, atque Indicatione. Quod ad Animantia cetera heic attinet; obvium eſt apud Iurisconſultos, tàm Orientalis [c], quàm Occidentalis [d] Imperii, *Ius Naturale eſſe, quod Natura omnia animalia docuit, atque jus iſtud non humani generis eſſe proprium, ſed omnium animalium, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur, avium quoque commune eſſe.* Unde etiam habent illud, *hinc deſcendit Maris, atque fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus enim, cetera quoque animalia, feras etiam, iſtius juris peritia* (ſeu, ut nonnullis legitur *peritia*) *cenſeri.*

[c] *Baſilic. lib. 2. Harmenopul. Prochir. lib. 1. tit. 1.*

[d] *L. 1. D. de Iuſt. & Iure, & Inſtit. de Iure Natur.*

censeri. Accedunt, quæ in sui tutelam Bruta faciunt, atque in posterorum conservationem, Apium item respublicæ, Columbarum conjugia, id genus reliqua. Hæc scilcet dum similitudinem quandam rei, quam projure Normaque vivendi accipiunt homines, id est μιμήματα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς *vitæ humanæ imitamenta*, ut habet Aristoteles e, seu *Virtutum Simulacra*, ut Cicero f, exhibent, etiam & Juris, adeoque hominum, ceterorumque simul animalium communis, ac naturâ in ipsis brutis pariter subnixi nomen subinde induunt. Nec rarò tàm apud Theologos Christianos, quàm Jurisconsultos, aliosque, mentio fit Juris Naturalis velut ita hominum, ceterorumque animantium communis. Atque ex eorum actibus de illorum Jure etiam statuitur. Quâ de re plura item capite proximo. At verò usus seu actuum aliorum animantium ratio ab Ebræis nulla est omninò heic habita, nec jus esse aliquot hominum, ac brutorum commune, seu utrisque naturale ullatenùs, agnoscunt. Neque ex jure aliquò, (quod totum rectè versari volunt circa אסור והיתר seu *licitum atque illicitum*,) sed è propensione, ac inclinatione tantùm, animantium ceterorum actus, evenire. Ut verò, tum eorum, tum aliorum Rationes, tâm ea de re, quàm de aliis aliquot, quæ in qualicunque hac de Juris Naturalis seu Universalis, sive Ortu, sive Sedibus originariis indagine prævia, mox sequuntur, faciliùs intelligantur, nec intereà, aut obscuritate laborent, aut perplexitate; præmittere visum est, atque compendiò explicare quasdam Rerum simùl, atque Vocabulorum notiones, sine quibus ritè conceptis, frustrà nimis de Juris cujuscunque, quod sive ad Hominum, sive ad Brutorum actus spectet, proprie dicti naturâ agitur. Ea sunt, præter Jus ipsum generatim, quà sive hæc sive illos respicere omninò videatur, sumtum, LIBERTAS, OBLIGATIO, POENA, PERMISSIO, & demùm ACTUS Brutorum paritet ac Hominum. Horum scilicet omnium notiones, quatenus earum heic usus necessarius, reflectis ac sepositis, quibus intricari solent, appendicibus, & circumstantiis huc non attinentibus, velut in tabellà satis apertè, & distinctè conabimur depingere. LIBERTATIS nempe heic notio, aut Absoluta est, ac Simplex, aut Restricta, & Temperata. Absoluta; velut in priore illa Florentini, ac Justiniani

e *Lib. 9. de Hist. Animalium cap. 7.*

f *Lib. 2. de Finibus.*

Digitized by Google

stiani Libertatis definitionis g parte, qua dicitur *Naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet*, seu Φυσικὴ ἐυχέρεια συγχωρεῖσα πρᾶξαι ἃ θέλεται *naturalis facultas cuique permittens facere, quæ velit*, ut vertit Theophilus Antecessor; seu, ut melius in Basilicis, & ποιεῖν ὅπερ ἂν θέλεται *ejus faciundi, quod cuique facere libet.* Juxta quod & illud apud Dionem Chrysostomum h; τὸ ἐλεύθερον τὸ μηδενὸς ὑπήκοον, ἀλλὰ πρᾶξαι ἁπλῶς τὰ δοκοῦντα ἑαυτῷ *Libertas est nemini obtemperare, sed simpliciter facere, quæcunque sibi placuerint.* Et Cicero i; *Libertati proprium est, sic vivere, ut velis.* Hac quidem notione libertas pariter in Brutis, atque Hominibus concipi potest; nullo nimirum accedente Jure, quod, sive horum voluntatem, sive illorum appetitum, ac propensionem, quæ voluntatis planè instar, satis agit, omninò cohibeat. Concipi dico. Nam necessariam de interminatâ utrisque hujusmodi libertate, atque dissertationi inservientem conceptionem tantùm ejusmodi supponimus, ut fere geometræ demonstraturi quid lineam sæpiùs in infinitum excurrentem. Restrictæ autem Libertatis notio est, cum Libertati, quam ita supponimus, adjicitur id, quod in memoratâ definitione sequitur temperamentum, *nisi si quid vi, aut Iure prohibetur.* Ad hunc locum Vis, quatenus injuria in ea contineatur, non spectat. Jus autem quod, qualem jam concepimus libertatem absolutam, sic temperare potest, qualicunque id fuerit nomine, sive Naturalis, sive Civilis aliove aliquo appellandum ὁ τῶν πραγμάτων κανὼν ἐστὶ δίκαιος k *rerum gerendarum ipsa regula justa.* seu Norma, & amussis, juxta quam Libertas sic concepta adeò præscripto ejusmodi jure (quisquis ejusdem autor fuerit) minuitur, ut non solùm Jussa, atque Interdicta inde superinducantur, sed etiam simùl indicentur Permissa. Undenam autem Jussis, ac Interdictis, quæcunque demùm Naturalia seu Universalia fuerint, autoritatem accedere velint Ebræi inferiùs ostendimus. Nam sufficit heic, ut de Effectibus duntaxat generalioribus Juris qualiscunque, atque undecunque constituti in rem præsentem videamus. Neque est quod de Causis Juris (quas infra juxta Ebræorum mentem damus) simus hoc in loco sollicitiores. Tàm verò Jussa, quàm Interdicta illa unico satis nomine prohibendi in memorato Liber-

g *L. 5. D. de Statu Hominum, Instit. de Iure Person. §. 2 Libertas.*

h *Orat. 14.*

i *De Officiis.*

k *Dio Chrysost. Orat. 75.*

tatis abſolutæ temperamento illo, *niſi ſi quid Iure prohibetur*, nemo non videt, comprehendi. Nam & Juſſum violari prohibetur, uti & Prohibitioni obtemperari jubetur. Ex Juſſis ejuſmodi, ac Interdictis evenit, ut deſignata habeantur quædam Bona non tantùm Utilitatis causâ, ſed etiam Honeſtatis ſimul, & Officii ex obedientiâ debitâ præſtandi nomine, ſecundum Jubentis (ſive is Numen ſit, ſive Homo, cui legitima poteſtas) mentem amplexanda obſervandaque, quædam itidem Mala ac Turpia ſic fugienda evitandaque. Unde planè Jus conflatur Obligativum. Atque ex Jure ejuſmodi Obligativo, juxta varios ejuſdem capitum ſenſus atque actus, circa quos illa verſantur, oritur OBLIGATIO, quod *Iuris vinculum* [l] *eſt, quo neceſſitate adſtringimur* alicujus rei faciendæ, obſervandæ, præſtandæ, fugiendæ. Adeò ut, quemadmodum ex Jure hoc ipſo efficitur in Rebus, ſeu Actibus diſcrimen Boni ejuſmodi & Mali ſeu Turpis & Honeſti, ſic in Perſonis naſcatur inde ad officium exequendum Obligatio & Debitio, quæ primaria eſt inter eas & Jus Relatio. Nam obligationes ſingularium, quæ ex Contractu ſingulari, ſeu delicto naſci ſolent, ideò inde naſcuntur, quia ex generaliori Jure præeunte (qualecunque id fuerit) præſtitutum reperitur contractus generatim ſervandos, delicta verò fugienda. Quemadmodum ex præmiſſis univerſalibus naſcuntur concluſiones ſingulares. Ex Obligatione autem ejuſmodi, ſeu eo, quod eſt, neceſſitate ſic adſtringi, haud concipi poteſt, quin POENA aliqua, idque ex præſtituto, ſive expreſſim, ſive tacitè violationi immineat. Nam quatenus facultas faciendi quod velis ipſe, ſeu libertas abſoluta, ex Jure quocunque, ſive tollitur, ſive temperatur, eatenus ſaltem neceſſe eſt, ut in Reſtrictam ea tranſeat & cohibitam. Ex Jure autem cohiberi, & obſtringi quempiam (qua in re Obligationum ſubſtantia [m] conſiſtit) citra Pœnam aliquam alicunde violationi imminentem, quæ ſcilicet Obligationi inſerviat, ne comminiſci, ſi rectè intuemur, quis poteſt. Unde Ebræis etiam חייב quod obligatum denotat, *pœnæ obnoxium eſſe* pariter ſignificat; uti & ἔνοχος & ἔνοχος quæ Juriſconſultis Græcis *Obligatio* ſunt, & *Obligatus*, etiam id quod eſt pœnæ, ſeu Juris minis obnoxium eſſe, ſignantiùs interpretantur. Et appo-

[l] *Inſtit. & D. tit. de Obligationibus l. 3. & c.*

[m] *L. 3. D. tit. de Obligationibus.*

Digitized by Google

appositè ad temperamentum illud Libertatis *nisi si quid Iure prohibetur*, Constantinus Harmenopulus, Judex olim Thessalonicensis; νόμῳ inquit, οὐ πυρίων ἀπειλαῖς ἐμποδιζομαι πράττειν ἃ ἐθέλομι *Iure; nam suppliciorum mina impedimento mihi sunt, quo minùs faciam, quæ volo.* Atque ad eandem mentem interpretes ibi recentiores. Neque sanè Juris Obligatio sine Pœnæ alicujus violationi imminentis ratione (quâ contineri nemo non videt, pro vario scilicet rerum ac personarum genere, Liberationem, Remissionem, Novationem, Acceptilationem, & si quæ cetera, sive perimunt, sive differunt pœnæ irrogationem non præstanti seu violanti aliàs debitam) mortalibus magis potest fingi, quàm in Relatis paternitas sine filio. Actiones autem & Coercitiones forenses, quæ inde sequuntur, veluti exactiones, & quæ alia sententiis latis non obtemperantes cogere solent, pœnis seu eorum rationi meritò adnumerantur. Neque omninò adversatur, quod apud Jurisconsultos Cæsareos [o], etiam ex veterum mente, de diversis Obligationis Naturalis & Civilis effectibus occurrit. Nimirùm Obligationem Civilem semper parere Actionem, & cum Naturali conjunctam etiam Exactionem; Naturalem autem, quamdiu simplex fuerit, plerunque neque Actionem parere, nedum Exactionem, adeoq; nullam inducere violationi Pœnam Pœnæve umbram. Sed tantùm producere Exceptionem, atque impedire Solvendi repetitionem, quæ ad pœnæ rationem non attinent. Naturalis tantùm obligationis ex contractu exemplum habent, ubi quis [p] Pupillo credat pecuniam sine Tutoris autoritate, atque is eam male consumat, aut si frater credat fratri, dum uterque in Patriâ potestate. Obligationis ejusmodi item memorant ex testamento [q], minus solenni, seu quod solennitatibus à jure civili præscriptis caret. Scilicet tametsi legatario ex jure civili actio non competit, naturaliter nihilosecius obligari hæredem, seu in bona successorem legata præstare. Ex delicto itidem; veluti si filius nondum emancipatus aliquid furripiat patri, aut servus domino. Quas inter personas scilicet actio locum non habet. Nudum etiam pactum, si vis, adjicias. Sed hæc, inquam, nihil adversantur eis, quæ de Obligatione, & qualicunque simul & perpetuâ ejus comite Pœnâ alicundè imminente diximus.

Etenim

n *Prochir. Iuris lib. 1. tit. 18.*

o *D. ad tit. de Obligationibus. Videsis l. 46. D. tit. de conditione indebiti l. 95. D. tit. de solutionibus & lib. §. 4. &c.*

p *Mynsing. ad Instit. t. de Obligationibus in prine.*

q *gl. l. 1. D. de Condict. indebiti Bald. in l. si post divisionem C. de Iuris & facti ignorantia, Iulius Clarus sentent. lib. 3. quæst. 90. n. 1.*

Etenim Jurisprudentia definiebatur *tàm r Divinarum quàm Humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia.* Ea autem olim viguit maximè in Pontificum collegio, quod de Jure respondebat, ut ex Livio s, & Pomponio t scimus. Hinc fiebat, ut tàm Jus Divinum, quàm Humanum adeòque omnimodum docerent iidem Juris seu Justitiæ utriusque antistites, adeoque de Jure, ac Officiis tàm erga Numen, quàm erga Homines, sive Naturaliter, sive Civiliter observandis, ac de Pœnâ, quæ violationi immineret sive à Numine, ut Naturæ totius parente, & Rectore, sive ab Hominibus infligendâ monerent. Unde Ulpianus juxta mentem ceterorum, qui ex illo Collegio in posteritatem sunt propagati Jurisconsulti, *Justitiam*, inquit u, *colimus, & boni, & æqui notitiam profitemur æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes; bonos non solum metu pœnarum, verumetiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes; veram, nisi fallor, philosophiam non simulatam affectantes.* Quæ cum ita fuerint, mihi sanè satis est persuasum, ex hac ratione evenisse, ut, dum à naturæ parente, seu Numine Jura aliquot Obligativâ præstitui agnoscebant, adeoque naturalia appellitabant, (qua de re plura inferiùs,) sed nihilosecius ex obligatione solum naturali Exactionem & Actionem, quæ Coërcitionis & Violationis pœnam suppleret, sic negabant, hoc intereà tantùm innuerent; Civilem nempe, seu forensem obligationibus simpliciter naturalibus ejusmodi Pœnam, seu Coërcitionem quidem inservire nullam. Veruntamen imminere nihilosecius pœnam qualemcunque aliunde, scilicet à Rectore Mortalium supremo, id est, à Numine seu Naturæ totius parente expectandam. Ob ea nempe violata, ad quorum observationem ex Obligatione, quàm ita vocabant, Naturali, qualiscunque ea fuerit, seu ut Christiani dicimus ex Nexu Conscientiæ, seu Conscientiæ Foro, is qui violârat propriè esset adstrictus. Unde & benè Theologi interdum x obligationem Jurisconsultis Cæsarcis Naturalem dictam, eandem cum nudo conscientiæ nexu, seu eo, quo adjussa Numinis implenda tenemur, faciunt. Quemadmodum etiam philosophi veteres expressim τὸ ζωσιδὲς αὐτὸ *Conscientiam ipsam* pro Naturalis Officii, ad quod quis obligatur, mensurâ sumūt.

r *Instit. tit. de Justitia & Jure.*

s *Lib. 1.*

t *L. 2. § 2. omnium D. de Origine Juris.*

u *Lib. 1 D. de Justitia & Jure § 1.*

x *Lessius de Justitia & Jure lib. 2. c. 19. & Fidelis Francisc. Suarez. l. 2. de legibus c. 9. § 6.*

Ut vi-

Ut videre est inprimis in præstantissimo illo ad carmina Pythagorica Hieroclis commentario. Et nisi Obligationis apud Jurisconsultos Naturalis interpretatio hujusmodi admittenda fuerit, quorsum cedò de æquitatis vinculo, ut de eo, quo solo sustinetur obligatio naturalis, loquitur Papinianus y? Qualenam in Jure vinculum ejusmodi (quod & conventionis æquitate, ut ait ille, quandoque pariter dissolvitur) fingi potest, nisi juris alicujus, sive Humani, sive Divini coercitionem seu pœnam, alicunde insurgentem, & violationi debitam velis itidem substitui? Neque sanè aliter voluêre veteres illi. Etenim non solum in Christianismo, Judaismo, & Mahumedismo, verùm etiam in Theologiâ, ac Jure Græcorum, & Romanorum veterum, (apud quos scilicet viguit illud de Obligatione Naturali,) aliarumque ferè gentium, seu in Paganismo, & Numen esse sive Unicum z sive Plura, & Numinis vindictam Officii, Jurisque necessariò, seu ex vinculo, aut obligatione observandi violationem consequi, id est, Deum esse & remuneratorem, credebatur. Quorsum aliàs tot victimæ, ac februa, quæ peccata diluerent? Obvium est illud Virgilii a de Manibus.

y *L. 91. §. 4. cum Distit. de solut. & liberat. §. 4.*

z *Aristot. de Cælo lib. I. text. 22.*

a *Æneid. 6.*

Ergo exercèntur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt; aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos &c. ———

Pariter etiam de vivorum pœnis cælitùs irrogari solitis, ubi de Diris loquitur b, quæ ad Jovis solium apparent.

b *Æneid. 12.*

———*acumque metum mortalibus ægris*
Si quando lethum horrificum, morbosque Deûm Rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes,

Et Cicero c; *Perjurii Pœna Divina exitium, humana dedecus esto.* Quin obligationem esse naturalem, quâ juramenta servare homines adstringerentur, dum de pœna sic locutus est divinâ, existimaret, nullus dubito. Et Agrippinæ umbra, ex receptâ de vindictâ divinâ sententiâ, apud Senecam d, *ultrix Erinnys impio dignum parat Letum tyranno.* Innumera sunt ejusmodi alia. Et Gentilium heic sententiam maximè scimus, tum ex egregia illa Plutarchi *de his, qui serò à Numine puniantur*, dissertatione, tum phi-

c *De legibus lib. 2. Addo Metellum apud Agellium lib. 1. cap. 6. in fine.*

d *In Octavia act. 3.*

philoſophiâ apud Hieroclem Pythagoricâ, Platonis Phædone, Phædro libris de Republica[e], & de Legibus[f], ut quamplurima de Adraſtea, Nemeſi, Minoe, Rhadamantho, Eumenidibus, Tartaro, aliis, nunc ad mortuorum, nunc etiam ad ſuperſtitum delicta, & ſcelera, atque pœnas eo nomine à Diis irrogatas attinentibus, quæ apud Tragœdos, alioſque paſſim occurrunt, prætermittamus. Vide inprimis, quæ ea de re ex Græcis collegit Joannes Stobæus[g]. Neque erat ſanè, quod Jurisconſultus Cæſareus Clariſſimus negotium ſibi de obligatione Naturali faceſſens negaret, eam, ſi naturam vocabuli ſpectemus, rectè appellari Obligationem. *Quia tum demum verè*, ut inquit[h], *eſt hujuſmodi, cum neceſſaria eſt, & in invitum ſatis habet firmitudinis.* Quam ei ineſſe negat, quippe cui deeſt Civilis coercitio ac pœna. Etenim tametſi in invitum non habebat ſatis ex jure Civili, ſeu in Civili foro firmitudinis, modo nihilominus, quem memoravimus, eoque Paganorum ſententiæ de pœnâ violationi imminente receptiſſimæ perquam conſono, firma habebatur planéque Obligatio. Quemadmodum & apud Chriſtianos, tàm Obligatio ſolius Conſcientiæ, quàm Civilis firma habetur. De Obligatione Naturali, quam propriè ſic dictam verè obligare ſtatuerunt veteres, veluti in exemplis allatis, aliiſque id genus, ſemper loquimur, non de Obligationis Naturalis vocabulo per abuſionem interdum uſurpato de eo, quod naturâ quidem honeſtum eſt, nec tamen interim debitum nuncupandum; velut beneficio vicem rependere, etiam & beneficium ritè collocare. Cujus generis eſſe quamplurima, nemo non videt. Atque diſtinctio hæc[i] inprimis eſt heic advertenda. Ex inducto, juxta jam dicta, qualicunque jure Obligativo. Actus, quotquot eorum, quos anteà omninò liberos, ſeu omnimodo & Juſſu & Interdicto ſolutos, in libertate abſoluta, notionis causâ, ſuppoſuimus, nunc reſtricti ſint, in Malum culpæ, ſeu Turpe juxta conſtituentis, quisquis ille fuerit, mentem tranſeunt; tum exiſtente inde Obligatione ad id, quod ſive Jubetur, ſive Vetatur, ſecundum conſtituentis itidem mentem, nomine Boni ac Honeſti, ut dictum eſt, ex officio Obſervandum, & ad Violationem, nomine Mali ac Turpis Fugiendam; tum Violationi imminente Malo Pœnæ, non ſub ratione Damni tantùm,

[e] *Lib. 10.*
[f] *Lib. 2.*
[g] *Eclog. Phyſic. lib. 1. cap. 7. & Sermone 15.*
[h] *Franciſcus Connanus Iuris Civilis l. 2. cap. 3.*
[i] *Videſis Hugõ. Grotium de Iure Belli ac Pacis lib. 2. cap. 4. §. 6.*

Digitized by Google

tantùm, aut Incommodi (quo nomine veniunt qualescunque molestiæ, seu infortunia) sed etiam sub ratione Meriti, quod respectu Violationis, seu non servatæ Obligationis, id est, Culpæ, sequitur, irrogandæ. Nam ex ratione, & essentia Pœnæ propriè dictæ est, ut pro peccato [k] seu culpâ aliquâ impendatur, idque sive ea Satisfactoria dicatur, sive Expiatoria, sive Purgatoria, quemadmodum Satisfactionis, Expiationis, & Purgationis ipsa, aliaque ejusmodi satis indicant nomina. Omnigena enim est partim saltem Retributiva, tametsi simul etiam fuerit Medicinalis, ut in scholis [l] loquuntur, seu emendationi sive ipsius peccantis sive aliorum adhibita. Neque sanè Platonicum illud, *Nemonem* [m] *prudentem punire, quia peccatum est, sed ne peccetur*, verum satis esse potest, nisi intelligas excessum quidem modosque, & temperamenta pœnæ singulria ejusve singulares species, quà tales, veluti capitalem, corporalem, pecuniariam (quæ etiam perquam diversimodè se habent) variatim apud homines, & legi præstitti, & infligi tantùm ne peccetur, seu emendationi societatisque publicæ inde conservationi, pro alia atque alia personarum, locorum, temporis ratione adhiberi aptarique. Sed verò & species has, quà Pœnæ universum dictæ genere continentur ejusve naturam induunt communem, atque ita ipsum, qui jus violavit, respiciunt, non solùm ne porrò peccetur, sed & quia antè peccatum est, & pro malo actionis præteritæ irrogari. Exempli caus â; Furtum capitali interdum, interdum corporali, pecuniariâ interdum pœnâ lui scimus. Pœna, qualibet hac in specie, quà generatim pœna est, planè est Retributiva, seu nomine Meriti irrogatur, & quia peccatum est. Quatenus autem hæc vel illa species singularis præstituitur infligiturque, Medicinalis est; juxta legislatoris scilicet arbitrium, quo sive excessum necessarium, sive temperamentum satis idoneum emendationi, ac societatis publicæ conservationi fore, is statuerit. Formalis enim pœnæ causa certò in hoc maximè consistit, quòd sit τιμωρία [n], seu *vindicta*, atque satisfactoria, seu purgatoria, seu expiatoria aliterve scelus, seu peccatum commissum respiciat, unde & pœnæ rectè dicuntur interdum λύσεις τιμωρίαι [o] *expiationes* seu *libemtiones à lege præstitutæ*, quod nomen planè id

[k] *D. Augusſt. Retract. lib. 1 c. 9, 5. Thom. 1. ſecunda quæſt. 87. art. 7.*

[l] *S. Thom. 2, ſecunda qu. 66. art. 6. ad ſecundum & 108. a. 3. & 4.*

[m] *Seneca de Ira cap. 16. Lactant. de Ira Dei cap. 18. & Plato lib. 11. de legibus. D. Auguſt. de Civ. Dei lib. 21. cap. 13. Adde Hugonem Grotium de Iure Belli ac Pacis lib. 2. cap. 20. §. 4. &c.*

[n] *Videſis Agellium l. 6. cap. 14.*

[o] *Ariſtot. Politica cap. 8. &c.*

quod commiſſum eſt non emendationem futuram, quæ in finalibus tantum pœnæ cauſis habetur, reſpicit. Atque hac de re etiam plura mox. Actus autem Reſidui, ſeu qui in Juſſis, qualia diximus Interdictisve non continentur, adiaphori ſiunt, ſeu permittuntur. Atque ad hos etiam ex inducto, quod ad alteros illos ſpectat, Jure Obligativo, tàm ſpectat jam PERMISSIO atque Jus Permiſſivum, quàm ad iſtos Obligatio ſeu Obligativum Jus. Nam præſcriptum Jus Obligativum ex ipſius conſtituentis autoritate (cujus ſanè in abſolutâ, qualem ſuppoſuimus, libertate ratio, nomine ejusmodi, haberi nequit) tàm actus reſiduos, ſeu ad quos nolit ille Obligationem attinere, Permiſſos deſignat, ſeu licitos eſſe indicat, quàm alteros iſtos pro Juris ſuperinducti formularum diſcrimine illicitos. Ita fermè, quemadmodum perpetuus limitis in finibus regundis, diſterminantis rigor indicat tam extracluſam, quàm aſſignatam agri partem, ſeu ut diameter ſeu lineæ, ſive ſegmentorum, ſive ſectorum circuli utramque pariter, quæ circumjacet aream arcusque diviſos. Nec magis in Actibus, qui Juris ſunt Obligativi, pœnæ violationi imminentis ſeu meriti, adeoque ad officium ex imperato præſtandum Obligationis ratio habetur, quàm in actibus Juris Permiſſivi, quoties nimirùm licitum, ac illicitum, ſeu Jus conſideramus, habetur ratio Permiſſionis, id eſt, Obligationis nondum præſtitutæ, adeoque Pœnæ abſentis. Ubicunque autem deſunt hujusmodi rationes, Juris ullius propriè dicti, ſcilicet quod liciti, atque illicriti, juſti ac iniqui amuſſis aliqua mortalibus eſſe poſſit, nomini locus, opinor, excogitari quidem nequit. ACTUS demum omnimodi, ſive Hominum, ſive Brutorum concipi etiam poſſunt, aut quatenus ex Voluntate, Appetitu, ſeu naturæ propenſione tantùm emanent, atque, ſive utilitatis ſolùm, ſive delectationis causâ â ſingulis ſic, ſive fiant, ſive omittantur, aut quatenus ad eorum alios, Boni ac Honeſti, ex Officii Debitione, non permittendi nomine, præſtandos ſervandosque juxta jam dicta obligentur, ad alios itidem ex debitione pariter fugiendos, nomine Mali ac Turpis, pœnâ meriti nomine contra facientibus adjectâ expectatâq;, adſtringantur; Reſiduis intereà ex ipſius Juris Obligativi amuſſis indicatione omnino Permiſſis. Jam verò

Digitized

verò hisce sic breviter ostensis, nemo non videt modo quidem priori Actus humanos, atque aliorum simùl animantium invicem esse non rarò persimiles, atque ejusdem generis. Quales sunt, nunc Sexuum conjunctio, nunc Cœlibatus, seu conjunctionis ejusmodi abstinentia, fœtùs educatio, tutela sui, damni illati ultio, cædes mutuæ; qui utrisque sic interdum communes, quatenus singulis, sive Utiles tantùm sunt, sive tantum Jucundi, nullâ, ex officio præstituto, sive Obligationis sive Permissionis, qualem diximus, nedum Pœnæ, velut meriti, ejusve absentiæ ratione habitâ. Ceterùm modo secundo, quà, sive ad dictorum actuum aliquos, sive ad alios, sive nomine ejus, quod ad juris undecunque superinducti mentem Bonum est, ac Honestum, officii, ac obedientiæ debitæ nomine, præstandos & sequendos, sive nomine ejus, quod Malum est & Turpe, pariter fugiendos, Obligationis aliqua, atque Pœnæ, seu Permissionis ritè [juxtà jam dicta] habeatur ratio, nihil eis inesse volunt Ebræi Brutis cum Hominibus commune. Id quod satis cernitur ad Legem illam; *Vir* p *qui posuerit concubitum suum cum Bestiâ, interficiatur, & Bestiam quoque occidetis. Mulier verò quæ accesserit ad quamcunque Bestiam, & succubuerit ei, occides mulierem atque bestiam. Morte interficiantur. Sangvis eorum sit super eos.* De Bestiis omnimodis, tàm feris, quam cicuribus, etiam de avibus, legem hanc indiscriminatim capiunt. Quemadmodum & in Jure Cæsareo, ex lege *si quadrupes pauperiem fecerit*, actio utilis competit, etiamsi non q quadrupes, sed aliud animal fecerit. Quin & bestiam lapidandam (nam de lapidatione mortem, quæ heic innuitur, intelligunt) sine ullo ætatis suæ discrimine r, quod tamen observandum in utroque sexu humano, volunt; adeò ut, si puer novennium non excederet, aut puella non triennium, neque ipsis, neque bestiæ qualiscunque ætatis, ex hac lege mortem infligendam aiant. Nam ante hominum ætatem illam, coitum in lege interdictum, nec fieri admittunt. Non minùs quidem bestiam quàm hominem, sive masculum, sive fœminam, è medio tollendum vides. Sed homini mortem, ob juris, cui obstrictus est, violationem, pœnam heic faciunt, non itidem bestiæ: tametsi etiam jus violatum ipsum esse hominibus Naturale, seu

p *Levit. 20. 15. & 16. & cap. 18. 23.*

q *L. 4. ff. si quadrupes pauperiem.*

r *Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrine. 7. fol. 54. & 55. Maimonid. halach. Isuri Bia c. 2. Moses Mikotzi Præcept. negatiu. 95.*

seu perpetuò universale, quo cuncti tenemur, non dubitent; qua de re in sequentibus [f]. Cum verò nefando commisso scelere, non solum personæ ipsæ, quæ reæ sint, ex lege interdùm aliàs puniantur, verùm & res etiam inanimatæ in loco sceleris commissi repertæ ex eadem lege sint igne comburendæ simul cum brutis, quod tamen, nec in horum, nedum illarum pœnam, præstituitur (nam in illis ne fingi quidem potest obligatio, aut juris sive violatio, unde pœna sequatur) sic in exemplo hoc de bestia, quacum concubuerit homo, occidendâ rem definiunt. Nempe quemadmodum urbis apostasiæ reæ non solùm incolæ, utpote apostatæ, gladio erant ob scelus admissum plectendi, sed etiam jumenta [t] ac pecora gladio itidem delenda, & bona cetera comburenda, uti pariter Cananæorum sculptilia [u] & luci diis Gentium dicati, idque non ob culpam ab jumentis aut pecoribus, nedum à bonis, sculptilibus & lucis admissam, sed, ut ab apostasiâ, etiam bonorum amore, posteritatis gratiâ, ducti magis deterrentur aliarum urbium Cives, scelerisque, tum memoria, tum novandi ejus, quantum fieri potuit, ansa demeretur; sic etiam bestiam ex lege jam allatâ è medio tollendam volunt, tum ratione [x] תקלה seu *offensionis* atque exitii, in quod per eam incurreret forsan homo cum ea concumbens, (nempè ne conspecta alium quempiam in nefandam libidinem fortè irritaret) tum ratione קלון seu *ignominiæ*, quæ hominis, postquam pœnas luerat, nomini, quoties ante oculo bestiam haberet vulgus, necessariò recrudesceret. Ratio autem jam adducta utraque legitur in Misna [y]; אם אדם חטא בהמה מה

[f] *Lib. 5. cap. 3.*

[t] *Deuteron. 13. 15. & 16.*

[u] *Ibid. 7. 5. & 25. & 12. 3.*

[x] *Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin c. 7 fol. 55. a.*

[y] *Tit. Sanhedrin c. 7.*

חטאת אלא לפי שבאת לאדם תקלה על ידה לפיכך אמר הכתוב תיסקל ר"א שלא תיא בהמה עוברת בשוק ויאמרו היא שנסקל פלוני על ידה *Licet peccaverit sic homo, quid peccavit jumentum? Ceterum quoniam evenit homini offensio per eam, atque exitii causa, ideò dicit Scriptura lapidandam eam esse; seu, ut volunt etiam, ne, quum Bestia per plateas agitur, dici vulgo possit; hæc est Bestia illa cujus causâ lapidatus est N. N.* Alibi idem [z]; מפני מה אמרה התורה להרוג את הבהמה שלא תיא בהמה עוברת בשוק ויאמרו בהמה זו נסקל פלוני על ידה *quamobrem præcipitur in lege etiam bestiam* (quacum concubuerat quis) *occidendam esse?*

[z] *Pesiktha Zoteirtha fol. 25 cols. & videsis Gloss. Iarchi ad Levitic. 20. 15. & haal Aruchin* תקל

Ne ea

Ne cá per plateas transeunte dicant homines, Hæc est bestia, cujus causa, aut propter quam lapidatus est N. N. Quod ad hominis plexi ignominiam attinet. Interdum etiam bestiam ex hac lege occidendam ajunt [a] in pœnam domini, quia majori eam diligentiâ non custodierat. Adeò ut pœnam ob jus aliquod violatum ad bestiam attinere neutiquam ullatenus admittant, nec jure aliquo eam teneri. Unde etiam evenit, ut extra legem illam Israelitis, in pœnæ genere præstituendo ac bestia lapidandâ, civilem (tametsi interea circa juris illis planè Naturalis caput versaretur) bestiam, quacum ejusmodi commissum est scelus, occidi noluerint, nec, quantum video, aliud quid pati, quod pœnam timulet. Scilicet de Noachide seu Gentili, qui eorum reipublicæ Pars, seu Proselytus Justitiæ nondum factus apud eos reus heic esset, ajunt ipsum quidem ultimo supplicio ob jus Naturale, seu Noachidarum sic violatum puniendum esse, non verò bestiam occidendam; quippe quæ juris violati rea esse nequibat. Nec rationes jam antè memoratas, ac legi sibi Civili proprias ad jus Noachidarum seu Naturale spectare censebant. Maimonides [b] de Gentili apud eos heic reo; הוא נהרג לברו ואין תורגין את הבהמה שלא נצטוו בהריגת בהמה אלא ישראל *ipse solus est morte afficiendus. Neque enim bestia occidenda. Etenim præceptum de bestia occidenda Israelitis solùm civile est.* Qua de re etiam D. Augustinus [c], *Quæritur*, inquit, *quomodo sit reum pecus, cum sit irrationale, nec ullo modo legis capax? An quemadmodum transferuntur verba modo locutionis, quæ Græcè appellatur Metaphora, ab animali ad inanimale? sicut dicitur improbus æstus, vel inutum mare, ita & hoc translatum est rationale ad irrationale? Nam Pecora inde credendum est jussa interfici, quia tali flagitio contaminata refricant facti memoriam.* Ipsam de ignominia Magistrorum rationem jam ostensam indicat; pœnam aut culpam in pecore non agnoscit. Consoni sunt D. Augustino Radulphus Flaviacensis, Lyranus, præter Theologos [d] recentiores passim. Nec alius quidem est Philonis [e] sensus, ubi rationum, quas de pecore heic occidendo affert, primam facit ὅτι τοῖς ὀνείδεσι συνηγόρησε *quoniam probris* seu *facinoribus hujusmodi nefandis operam dedit.* Neque enim ex

[a] *Maimonides in* Mor Nebochim *part.* 3. *c.* 40.

[b] *Halach.* Melacim *cap.* 9.

[c] *In Leviti. lq. qu.* 74. *& apud Gratian. cap.* 33. *quæst.* 1. *c.* 4.

[d] *D. Thom. 1. secundæ qu.* 105. *art.* 2. *ad* 11. *&c.*

[e] *In lib. de legib. specialibus de Adulterio & Homicidio.*

Digitized by Google

culpæ merito id dictum est, seu ex jure à pecore violato, sed ex eo, quod tam infame ex hominis scelere pecus redditum sit juxta quidem jam memorata, quemadmodum, quæ ibi sequuntur, etiam apud Philonem fusiùs ostendunt. Simile dicendum de bove cornupetâ [f], qui hominem occiderat. Lapidandus quidem erat; At non juris ab eo violati nomine, sed aut ideò, ne quid hominis causâ, denuò ab eo pariter fieret, aut ut dominus in re sua puniretur, quia negligenter custodisset. Maimonides [g]; דיות הבהמה נהרגת כשתהרוג אדם איט לקרת דין מסנהדרין כסדר שירחיקו עלינו הצדוקים אבל הוא לקחת הדין מבעליה ומפני זה נאסר ליהנות בבשרה מפני שיפליג בער הבהמה לשמרה *Quod Bestia occidi debuit, quando Hominem interficiebat, id non fiebat ad pœnam ab illa exigendam, quemadmodum impreperant nobis Zaducæi, sed ad pœnam exigendam à Domino. Atque inde erat, quod prohibebatur ei usus carnis bovis hujusmodi, ut scilicet etiam Boum domini majorem in eis custodiendis diligentiam adhiberent.* Et Flavius Josephus [h]; *Lapidetur*, inquit, *bos μὴ ὁ' εἰς τροφὴν ἰυχρὸς εἶναι κατηξιωμένος quem nec in alimentum sumi* (unde scilicet in domini commodum cederet) *æquum existimabatur.* Legem de bove cornupeta, etiam bestias ceteras, feras, volueres, quoties in cædis humanæ causâ essent, comprehendere itidem aiunt Ebræi [i]. Atque tàm has, quàm bovem, lapidandas: ratione non dissimili ab ea, qua animalia cetera lege Cæsareâ *si quadrupes pauperiem* continentur. Veruntamen inquiunt [k] אם והמית את הגוי פטור מדיניהם *si animal ejusmodi occiderit Gentilem, juxta forensem, qui ad Gentiles attinet, morem, occidendum non est.* Id est, si apud Israelitas occiderat Gentilem seu Proselytum domicilii, ad quem Jura Naturalia seu Noachidarum forumque, quo jura illa tantummodò exercebantur, spectabant, minimè ex moribus eo in foro usitatis, citra superinductam ea de re Civilem, quæ etiam ad Noachidas ea in republica attineret, constitutionem occidendum erat animal ejusmodi nocivum. Quippe cui, ex jure Noachidarum seu Naturali illo simplici, quod ad Gentiles, qui in republica Israelitica degentes reipublicæ ejusdem jurisq; ejus civilis participes non erant, non ad animal ejusmodi ullatenus pertinebat, pœna, quatenus pœna, deberi nequibat. Id verum quidem est,

[f] *Exod. 21. 28.*

[g] *In More Nebochim part. 3. c. 40.*

[h] *Archæol. 4. cap. 8.*

[i] *Mos. Mikotzi præcept. affirm. 67. Maimon. halach. Nizke Mammõn cap. 9. Misnatit. Sanhedrin cap. 1.*

[k] *Mos. Maimonid. hal. Nizke Mammon cap. 10. & confulas Misna tit. Baba Kama cap. 4. §. 6. & 7.*

eſt, Pœnæ nomine impropriè interdum nuncupari qualiacunque, ſive hominibus, ſive brutis damna ac incommoda eveniant. juxta ſanè luſum illum Biantis, de uxore pulchrâ & deformi. Si pulchram l accipias, habebis *κοινὸν*, ſeu *communem*, ſi deformem, *πονηρὸν pœnam*. Eodem item interdum nomine vocantur etiam quæ inanimata quoquo ferè modo pati videntur; ſecundum illud verbi gratiâ, Lucani m de Sicori Hiſpaniæ fluvio, qui ne inundatione Cæſaris cœptis obſtaret,

l *Agellius Noct. Attic. 5. cap. 11.*
m *Pharſal. 4*

Spargitur in ſulcos & ſciſſo gurgite rivis
Dat Pœnas majoris aquæ ——

Neque infrequens eſt Pœnæ vocabuli ejusmodi uſus; quæ de re etiam plura capite proximo. Sed verò Pœna, propriè loquendo, atque ut in Jure qualicunque locum habet, ſumitur pro eo, quod eſt malum Paſſionis pro n malo Actionis, ſeu quod redditur ut malum inſequens pœnæ, pro eo, quod eſt malum præteritum culpæ. Scilicet Pœna eſt noxæ o vindicta, ſeu ut Jurisconſulti Græci p loquuntur *ἁμαρτήματος ἐκδίκησις culpæ vindicta*, ut ſuperius etiam oſtenditur. Imò & ipſum vocabulum, ſimpliciter ſumptum, id quod eſt *αἴτιλλαγμα, ἀντιποίνωσις, ἀμοιβὴ*, ſeu res aliqua in *permutationem, retributionem, compenſationem* data veteribus ſignificaſſe, velut Homero & Pindaro, docet Euſtathius q. Adeo ut vis vocabuli propria in eo maximè conſiſtat, quòd meritum qualecunque præcedat. Id quod tam de pœna Vicaria, ſeu translata intelligendum, quàm de eâ, quæ merenti ipſi infligitur. Nam utraque in ſpecie Culpa, Noxa, ſeu Juris Violatio præcedit. In hac ſcilicet ipſe qui patitur, in illâ is, cujus vice & gratiâ ſubitur pœna, jus ante violavit. Unde incommoda, quæ non ex obligatione ad officium aliquâ præcedente, ſeu jure aliquo violato, ſed ex diverſiſſimo apud homines, ſine præeunte juris alicujus, qualem diximus, violationis ratione, uſu accidunt, abuſivè tantùm Pœnæ dicuntur. Etenim Nemo legem illam apud Ariſtotelem r *μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν corpore non integro ſatum non eſſe educandum*, aut morem illum Romanum de Androgynis ſeu ſemimaribus, aliisque monſtris inventis aruſpicum præcepto in mare deportandis (qui apud Livium & Julium Obſe-

n *Videſis (ante alios) Hugon. Grotii de Jure Belli ac Pacis lib. 2. cap. 20. §. 1. & Alphonſ. à Caſtro lib. 1. de lege pœnali cap. 3.*
o *Ulpian. l. 231. D. de Verb. ſignif.*
p *Eclog. Baſilic. lib. 2. cap. 131.*
q *Ad Iliad. β.*
r *Politic. 7. cap. 16.*

quentem crebrò occurrit) pœnam continere propriè ita nuncupatam dixerit; cum nec fœtus ejuſmodi, nec Androgyni ipſi, aliave monſtra ejuſmodi, jura aliqua ſibi præſcripta, eo nomine, violârint. Ad purganda quidem & aquâ marinà expianda mala omina, eaque averruncanda, deportatio ea fieri ſolebat, non omninò in deportatorum pœnam. Id quod etiam dicendum de damnis ac incommodis vi tantùm, & cum injuriâ, illatis, veluti ſicariorum cædibus, latrociniis, ceteris ejuſmodi quæ quatenus ſic nullo jure, ſed vi ſolummodò inferuntur, nec culpam ſupponunt prævíam, pœnæ planiſſimè neutiquam ſunt propriè dicendæ. Neque vetus illud totius, quæ ſub eodem tecto manſitaverat, familiæ ex S. C. Silaniano ſupplicium, quoties dominus clam peremptus eſt [t], pœna, quâ eos, qui ipſius cædis rei non erant, reſpexit, propriè dicta erat, niſi ſimul admittas, ad inſidias, aut prohibendas, aut prodendas familiæ ſingulos ſic obligatos eſſe, ut ob neutrum præſtitum prævia culpæ labes contraheretur. Quod ſimiliter de compluribus aliis, ubi Pœnæ communicatio, nec tamen palàm communicatio culpæ, habetur, ſtatuendum. Atque ut Pœnæ vocabulum abuſivè, juxta jam dicta, interdum uſurpatur, ſimili quidem modo etiam Canones ſeu Regulæ quibus artes Mathematicæ, aliæque traduntur, Legum habent ſubinde nomen. Et Typhis apud Senecam [u] dicitur auſus eſſe Leges ſcribere, ventis, cum artem navigandi ex Carbaſorum uſu inveniebat. Qua de re nonnulla etiam capite proximo. Cæterùm ut leges ejuſmodi obligatione morali, qualem diximus, carent, adeoque pœnâ propriè dictâ, unde nec leges propriè ipſæ dicendæ; ita incommoda, qualia memoravimus, quoniam non ex juris alicujus, ad quod obligatur quiſquam, violatione eveniant, idcirco pœnæ tantum abuſivè vocitantur. Quod ſanè ritè intellectum quæſtioni percelebri de legis merè pœnalis obligatione ad culpam, tum finem ſtatueret, tum abſurdè nimis eam plerumque fieri etiam oſtenderet. Nam lex merè (uti vocant [x]) pœnalis de hoc patiendo, ſi illud prætermittatur ſine obligatione aliqua ad illud faciendum, neutiquam propriè, ſeu potius non òmninò eſt reverà pœnalis, ſed tantùm Alternativa ſeu Disjunctiva Sanctio (unde libera fiat electio) pœnâ expreſſim nulla

Vac. Demuſtha Variar. lib. 1. c. 3.

t L. 1. & c. De S. C. Silaniano & Tacitus Annal. lib. 14.

u Medea act. 2.

x Videſis Alphonſ. a Caſtro de legePœnali lib. 1. c. 9. Henric. à Gandavo Quodlibet 3. quæſt. 22. Summ. Silveſtrin. verb. Inobedien. Franciſc. Suarez. de legibus lib. 5. cap. 4. Ludovic. Carbonem de legibus l. 8. diſp. 156.

nullâ adjectâ, sed ex jure, quo vivitur, aliunde utrumque præstandâ. prætermittenti expectandâ. Si verò ad alterum præ altero obligatio accedat, sive expressim sive tacitè, tunc quidem pœnalis planè fit lex, quam Mixtam, scio, vocant viri gravissimi. Sed interim lex eorum sensu purè pœnalis, si propriè loquamur, tâm non omninò reperitur, quàm pœna sine Jure, aut Lege seu Obligatione, quâ à re patrata quis arcendus erat, infligi non ritè dicitur. Sed, ad rem quàm tractamus, appositè etiam vir præstantissimus Hugo Grotius in dissertatione eruditissimâ ac ingeniosissimâ de Pœna ejusque nominis usu proprio, *sic* inquit y, *quia in Bestias propriè delictum non cadit, ubi bestia occiditur, ut lege Mosis ob concubitum cum homine, non ea verè pœna est, sed usus dominii humani in Bestiam.* Quod sanè Dominium parilem vim obtinet, ubi nec similitudo quidem aliqua in bestiis culpæ ejusve figmentum reperitur. Ut nemo non videt z in promiscua brutorum pro humano arbitrio cæde. Adeò ut reverâ in bovis cornupetæ brutique, quocum homo coiisset, cæde, pœnæ propriè dictæ, si brutum, ut heic, tantùm spectes, ratio ulla non magis haberetur, quàm ubi Canis, Simia, Gallus ac Vipera culeo, ex jure Romanorum a veteri, cum parricidâ (quia ei simillimi b erant) insuti in mare aut amnem projiciebantur. Cum eo, ut inquit Juvenalis c,

Clauditur adversis innoxia simia fatis.

Quod & de cæteris est dicendum. Nec magis innoxia seu culpâ vacantia, si juridicè & propriè de re præsenti loquamur, fuere Bruta ea, quæ nihil omninò parricidii patrarant, aliave per Dominii humani usum sic morti tradita (ut vitula ex lege sacra d, ubi homicida ignorabatur, decollanda, & quæ sunt id genus reliqua) quâm animalia fuêre ista, quæ ob actus, quos, quà homines spectant, fieri noluit lex, morti, sed non in sui ipsorum, ut ostensum est, pœnam, damnabantur. Quippe delictum propriè dictum non magis in hæc, eorumve actus cadere potuit, quàm in illa ex solo hominis parricidio ceciderat. Atque demum ut, ubi pœnæ, propriè dictæ, imminentis nomine, Obligatio esse nequit, ibi nec delictum, seu Juris violatio haberi potest, ita nec Juris dicenda est Permissio, quoties nec pœnæ, quæ superinduci posset, absentiæ ratio in actibus distinguendis, veluti Bru-

y *De Jure Belli ac Pacis lib. 2 cap. 21. §. 11. & videsis eum in Defensione Fidei Catholicæ c. 1. ubi de Hirco apopompæo*

z *Videsis Plutarch lib. de solertia Brutorum.*

a *L. Pœna 9. D De leg. & Pompeia de Parricidiis ac Instit. tit. de publicis Judiciis §. Alia deinde*

b *Theophilus citato loco Instit.*

c *Satyr. 15.*

d *Deuteron. 21.*

Digitized by Google

uti Brutorum. habetur. Ita tandem, nec Obligativum, nec Permissivum jus hominum Naturale aliquod seu Universale ex actibus Aliorum Animantium, juxta Ebræos, est eliciendum. Id quòd etiam manifestius constabit infrà, ubi, unde Jus hoc deducant, ostendimus.

Cap. V.

Quæ contra Juris Naturalis inter Homines, & Bruta communionem *jam dictis adversari videantur, expendantur. Satis* Ebræorum *ea de re sententia, consonos esse cùm alios, tum etiam inter* Jurisconsultos Cæsareos, *viros gravissimos celeberrimosque.*

COntra jam secundum Ebræos dicta de eo quod est, Jura hominibus ita propria esse, ut nec eorum atque Brutorum ullatenus sint communia, nec Bruta juris proprie dicti, aut observatione omninò teneri, aut permissione laxari, præter ea quæ superioris Capitis initio adducuntur, facere videntur nonnulla, quæ tamen, si ritè perpendantur, partim aut consona satis, aut non adversa sunt, partim planè rejicienda. Legitur in sermone sacro *e Genes. 9. 5.* *sanguinem vestrum de animabus vestris* seu *vobismet ipsis requiram* מיד כל חיה אדרשנו *à manu cuncti animalis*, seu *cunctarum bestiarum*, ut habet vulgata, seu ἐκ χειρὸς πάντων τῶν θηρίων ut Hellenistæ, id est, *à manu omnium belluarum*, seu, *à cunctis animalibus, bestiis, belluis*, ex idiotismo Ebraico, *requiramsum & de manu hominis, de manu fratris sui requiramsum.* Comminatur ibi poenam homicidio ab homine patrato Numen; etiam sanguinem humanum à bestiis se requisiturum ait, unde interdictum Homicidii, adeoque poena, & obligatio ad cetera animalia etiam spectare forsan videatur. D. item Ambrosius alinorum & equarum coitus, *adulterina conjugia*, & *vera adulteria Naturæ*, & *adulterium jumentale* vocat f. Atque ad hominem, cujus curâ hæc, ut ait, ille, perpetrantur, *ipse*, inquit, *genera aliena confundis, diversaque misces semina, atque adversos coitus plerunque cogis invitos, & hoc industriam vocas?* *Hexaëmer. lib. 5. cap. 3.* *Hospitalia* item *Avium jura* memorat g, quæ ex *Ibid. c. 16.*

iis ho-

iis homines vult diſcere. Et *Aves*, inquit, *non ſcripta, ſed natur lex ſtringit.* Plurima adjicit [h] de ciconiis, hirundinibus, cornicibus, turturibus, apibus, animalibus aliis, è quorum uſu & exemplo formari, ac reformari vult hominum mores. Quin D. Hieronymus [i], *Quod in animalibus & beſtiis ipſo naturæ jure præſcriptum eſt, ut prægnantes ad partum usque non coeant, hoc in hominibus ſciant arbitrio derelictum; ut merces eſſet ea abſtinentia voluptatum.* Ex jure igitur aliorum animantium abſtinentia illa hominibus inſinuatur. Camelos porrò matrum coitum fugere ſcribit Ariſtoteles [k], Avicenna [l], alii, adeò etiam ut camelus, qui cum matre à curatore gregis, ne eam agnoſceret, opertâ coiviſſet, ac delapſo operimento, eam tandem agnoviſſet, *memor commiſſi ſceleris* (ut in verſionibus aliquot Ariſtotelis habetur) *paulo poſt Camelaritim illum morſu defixo interemerit.* Quale item dè equo memorat Varro [m]. Hiſtoriolam habet etiam Ariſtoteles [n] aliique de Scytharum regis equo, qui ejusmodi arte ad matris coitum admiſſus, ſimulac eam viderat, fugiens in præcipitium ſe dedit. Quin Ælianus [o] expreſſim *utrique*, inquit, *præcipites ſeſe agentes τὸ ἀσέβημα διέλυσαν τῷ θανάτῳ morte flagitium* ſeu *ſcelus diſſolvebant.* Et Plinius [p]; *Equæ eadem ex cauſa in Reatino agro lacentum perorigam invenimus. Namque & cognationum intellectus in iis eſt. Itaque in grege prioris anni ſorore libentiùs, quàm matre equâ comitatur.* Huc ſpectat illud ejusdem [q]; *Odore pardi coitum ſentit in adulterâ leo, totâque vi conſurgit in pœnam.* Et Theſeus apud Senecam [r] de Hippolyto filio inceſtus in Phædra noverca, ut falsò credebat, reo,

..... ô tetrum genus
Nullâque victum lege melioris ſoli.
Feræ quoque ipſæ Veneris evitant nefas.

Quin & Agathias, dum in epigrammate nefandum maſculorum concubitum inſectatur [s];

Δέρκεο πᾶν ἀλόγων ζώων ἦθος· ἐν δὲ ἑκείνων
Φύσις αἰμιάζει θήλεια ζυγίης.
Ἔρρετε δὴ θήλεια ζωιάποινα ------

Vide, inquit, *brutorum animalium genus. Neque enim horum Na-*

h *Ibid. c. 57. 58. & l. 6. cap. 4.*
i *In Epiſt. ad Epheſ. lib. 3. ad cap. 5.*
k *Hiſt. Animal. lib. 9. c. 47.*
l *De Natura animalium lib. 9. ſermone de Moribus animalium.*
m *De Re Ruſtica lib. 2. c. 7.*
n *Loco citato Antigonus Hiſt. Mirab. cap. 59. &c.*
o *De Animalibus lib. 4. cap. 8.*
p *Lib. 8. cap. 42.*
q *Lib. 8. cap. 16.*
r *In Hippolyto act. 3.*
s *Anthолog. lib. 1. cap. 78. Edit. Lipſiæ.*

tura coitus jura præstituta aspernatur, seu *violat*. *Masculo scilicet fœmina conjungitur*. Accedat illud Romæ veteris de Canibus, quorum per silentium nocturnum Capitolium à Gallis captum fuisset, nisi Anserum Junoni juxtà sacrarum clangor, & alarum strepitus M. Manlium, ceterosque Romanos ad propugnandum excitâssent. *Eâdem de causâ*, scribit Plinius [t], *supplicia annua Canes pendunt inter eadem Iuventutis & Summani, vivi in furcas sambuceâ arbore fixi*. Habito interim Anseribus ob servatam arcem honore in eisdem solennibus annuo; quod & memorant Plutarchus [u], D. Augustinus [x] & Ambrosius [y]. Guilielmus item Alvernus, Parisiensis Episcopus, de Belluarum, ut ipse vocat, Justitiâ & Juribus, *Diligentem*, inquit [z], *considerationem faciens per singula, invenies nihil vacare à Creatoris justitia: quando & ipsas belluas & penè omnia genera animalium invenies, quandam exercere justitiam, & Iura sua defendere. Attende qualiter ursa rapinam, vel necem catulorum suorum vindicet. Similiter & leo, qualiter pro uxoribus, pro nidis, pro escis, & pro pullis seu fœtibus suis pugnet: quantâ justitia labores suos masculi & fœmina invicem patiantur, at fœminâ remanente in nido vel spelunca, masculus ad perquirendum cibum, atque reportandum fœminæ suæ & fœtibus regrediatur. Tempore etiam meo Ciconia, tanquam de adulterio cõvicta per olfactum masculi sui, congregatâ multitudine ciconiarum, nescio qualiter accusante masculo vel detegente ejus crimen, à tota illa multitudine deplumata atq; dilacerata est; tanquam concilio aut judicio omnium esset adulterii judicata. Narratur de equo, qui ignoranter cum matre sua concubuerat, postquam hoc deprehendit, propriis dentibus sibi genitalia abscidisse tanquam in se ipsum vindicans incestũ, quem sibi commississe videbatur, licet ignorans eò quod operimento abscondita fuisset ei mater ejus, dum eam ascendebat*. Pisces item aliquos, aves, & quadrupedes nonnullos adulteria fugere notatum est [a], alterum item sexum, demortuo altero, cælibem manere. Quin Palumbium cœtum velut judicio solenni morte punire sui generis adulteros scribit Phile [b] Elephantorum item odium & vindictam in adulteria hominum, perinde ac si ju-

[t] *Hist. Nat. lib. 29. cap. 4.*

[u] *Lib. de Fortuna Romanorum,*

[x] *De Civit. Dei lib. 2. c. 22.*

[y] *Hexaemer. lib. 5. cap. 13.*

[z] *Part. 1 De Universo part. 3. cap. 8*

[a] *Videsis Iodoc. Damhouder. Prax Criminal. c. 91. § 101. &c. & Vincent. Torturet. in Parallel. Ethicus & Iuridicus dis. 34*

[b] *Cap. 19.*

Digitized by Google

si Juris officio subniterentur, legimus apud Ælianum c. Justitia etiam eorum celebratur in exemplisElephantorum,qui pabulum ad equos, velut ex debito, parilisque cum eo, quod ipsi antè ab illis eripuerant mensuræ d, reportâsse dicti sunt. Legimus etiam apud Aristotelem e animalia alia ὑΦ' ἡγεμόνα εἶναι *sub Duce* seu *Rege esse*, id est, sub imperio alicujus sui gregis; quin & disertè animalia politica cum homine nuncupari, seu civilia, ùt Apes,Grues. Et de Apibus eandem in rem plura item Virgilius f. alii. Quæ sanè Jus simul indicare videntur,ejusque communionem aliquam apud homines & bruta. Ex lege porrò XII. Tabularum in Juris Cæsarei corpus recepta, animalia quæ pauperiem g fecerint, si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem ab actione noxali. Perinde ac si ex illis ab eo, cui pauperies facta est, veluti objus violatum, pœna sic foret suo arbitrio exigenda. Plato item in legibus de Homicidio,Si,inquit h,brutum seu jumentum aliquem, extra scilicet publica certamina, occiderit, ἐπεξίτωσαν οἱ περίοικοντες & Φόνου τῷ κτείναντι *cædis reum illud peragant cognati*, & ab Agronomis damnatum è regionis finibus ejiciatur. Præterea apud Christianos scimus in foro aliquoties i decisum, porcum, qui puerum occiderat, mulum item, quacum rem habuerat mulio, morti tradendos. Empedoclis item aliorumque Pythagoreorum de Jure ac Justitiâ hominum, Brutorumque k communi opinioncm, vulgaremque nimis etiam eadem de re sententiam, quæ superioris in capitis initio allatæ sequax est, (unde & Jurisconsulti nonnulli l Obligationem Naturalem brutis inesse expressim ajunt) passim habemus. Et sunt alia non pauca, quæ jus atque illius Obligationem, ac pœnam ad animalia cetera spectare videntur, pariter innuere. Sed allatis adeò sunt cognata,ut ex hiisce ritè perpensis reliqua non minùs fuerint intellecta. Quod ad illud attinet de sangvine humano à Bestiis requirendo,ut obvias Christianorum in commentariis perpetuis explicationes, quæ nec heic adversæ, præteream; id verum quidem est, diversas esse apud Ebræos ea de re sententias, quarum tamen nullæ superiore in Capite, de Juris alicujus inter homines & Bruta communionis negatione,dictis adversantur. Vetusta est interpretatio,eaque illis receptior, denotari verbis illis cædem humanam â bruto ex homi-

c *De Animalibus lib.11. cap.15.*
d *Gellius apud Vlyss. Aldrobandum de Quadrupedibus l.1.*
e *Hist. Animal. lib.1.c.1.*
f *Georgic.4.*
g *L.1. D. Si quadrupes pauperiem. & Instit. eod.*
h *De legibus lib.9.*
i *Guido Papa Decis.238. & Ranchinus ibi. Adde Rebuffum ad Reg. Constit. glos.5. §.46. Abulensem ad Leitic.c. 20.q.14.*
k *Apud Sext. Empiric adver. Mathematicos l.8. c. περὶ θεῶν & Porphyrium in lib. 3.& 4. de Abstinentia animalium*
l *Eginarius Baro, de Diebus & Indiebus Obligationibus lib 1. cap. 4. §.16.&c.*

hominis inſtigatu factam. Vindictam ſcilicet Numen ſumturum, non tantùm de cæde humanâ ab homine ipſo patratâ, manu, jactu, telo, ſed etiam de ea; quæ à beſtia, homine inſtigante, fit. Sic enim aiunt [m], מיד כל חיה זה המכר את חביבו לחיה להרגו *à manu cunctis animalis, eum indicat, qui alium animali alicui tradit, ut ab eo occidatur.* Nec ſanè Joſepho [n], alia præter homines animalia ipſo homicidii interdicto tunc dato ullatenus tenentur. Sic enim rem tradit; Παραγγέλλω σοι βαρβάρου αἵματος ἀπέχεσθαι, καὶ καθαρεύειν φόνου, καὶ δεσμωτὰς ἐν τούτοις κολάζειν [o] &c. *Iubeo verò, ut à cæde humanâ abſtineatis, & ab homicidio ſitis puri, atque eos, qui ejuſmodi quid patrârint, puniatis, aliorum autem animalium omnium uſum vobis permitto.* Neque aliud ſanè innuit illa Salomonis larchii gloſſa [o]; מיד כל חיה דהי שיחטאו דור המבול והפקיר למאכל חיות רעות ושדוט בהן *Id quod legitur à manu omnis beſtiæ* (ſeu *ab omni beſtia ſanguinem hominis requiram*) *ideo adjicitur, quia apud homines, qui ante Diluvium vixerunt, per impietatem mos invaluerat beſtias nocentiſſimas nutriendi, ut ſcilicet earum auxilio commodius dominarentur.* Nimirùm in non obtemperantium cædem, nullâ Juſtitiæ ratione habitâ, eas irritatas vult. Unde ſubjungit, לפיכך הוצרך להזהיר עליהן את החיות *Eam ob cauſam neceſſarium erat, ut de animalibus* in uſum ejuſmodi nutritis *monerentur.* Sunt autem, qui locum de pœna homicidio cœlitus inſtigendâ intelligunt. Perinde ac ſi dictum fuiſſet לא תעבור הריגת האדם בברי נקמה *Homicidium vindictâ non omninò carebit.* Pauci admodum estis. Si veſtrum quis alterum occiderit, quemadmodum Cainus olim ſub hominum initia, quæ velut imitatur hæc in vobis generis humani inſtauratio, Abelem, requiram ab eis, qui ſuperſtites fuerint, judicium in homicidam ferendum. Quò ſi quis tutum ſe fore, ſi ipſe ſolus poſt homicidia patrata ſuperſtes fuerit, forſan exiſtimaverit, edico etiam me ipſum id, quod homines, ſi ſupereſſent, facere in pœna exigenda debuiſſent, per ipſas beſtias, quas in ſceleſtum ejuſmodi immittam, executurum. Iſaac Abarbi vel [p] משפט ברוצח וא"תואיש אין באדץ לשיעשה דעו כי הרבה פתחים לקים נקמתו ולכן בכניס שיאין אדם לנקום דם הנרצח מיד כל חיה ארדשנו כלומרשעדידי הדויה הטורפת יהוה.

[m] Bereſith Rabba *parſh. 34. fol. 38. col. 2.*

[n] *Maimonides halach.* Rotzach *c. 2. Moſes Mikotzi Præcept. Negatiſ. 163.*

[o] *Archæolog. lib. 1. cap. 4.* o *Ad Geneſ. 9, 5.*

[p] Pirush To-ſa *f. 16. col. 3. & conſule Moſ. Nachmanidem in Geneſ. 9. 5. & Seb Munſterum & Paulum Fagium in commentariis ibidem.*

Digitized by Google

וּמִיהּ מִשְׁתַּפְּרוּצָה וּבְמִקְוֵי שִׁיחָה אֲרֵם אֲרוּשׁ עַל יְדוֹ דָּם לְנַרְצָח
Et si fortè putaveritis (sic Numen, ad loci explicationem, loqui fingit) *hominem deesse posse, nec in orbe terrarum repertum iri qui in homicidam sententiam ferat, scitote plurimis modis posse me vindictam sumere. Ideoque si desit homo, qui occisi sanguinem ulciscatur, à manu omnis bestia seu ab omni bestia requiram eum, veluti à bestia quæ dilaceret homicidam. Et sic in eum sententiam exequar. Ubi verò fuerit homo, requiram ab ejus manu sanguinem occisi,* seu vindictam tanti sceleris. Certè in Codice Samaritano [q] locus hac de re è Genesi allatus legitur צנשאקא מחא לנא קמש id est, מיד כל חי ארשנו quod vertendum *à manu cunctis viventis requiram illum.* Adeò ut *vivens* seu *vivum* pro eo, quod est *bestia* seu *animal brutum*, quod interpretari solet חיה, ibi sic esset substituendum. Unde & non malè, si id admittendum esset, sequeretur, de hominibus tantùm superstitibus seu viventibus, qui cædis rei essent, non de bestiis, locum commodè capi posse. Nam etiam ante in Genesi [r] כל חי seu *omne vivens*, tantùm *omnem hominem* significat, ubi scilicet Heva dicitur אם כל חי *Mater omnis viventis*, seu *omnium viventium*, ut Græci, Latini, Judæi, Græco-barbari, alii non pauci vertunt. Sed Onkelus Chaldæus ibi expressim, אימא דכל בני אנש *Mater omnium filiorum hominum.* Cui & consona est illa Judæorum Mauritanensium, لم حلدي ناطق *Mater omnium viventium quæ rationalia sunt*, & Arabica illa altera Saadiæ, ubi adjicitur ناطق مايت *quæ rationalia & mortalia sunt.* Etiam in Tavvasii Persica ibi vertitur; مادر همه زندهوب ناطق *Mater omnium viventium, quæ sunt rationalia.* Sed & manifestum etiam est, ipsum כל חי seu *omne vivens* alibi in Genesi tam bruta omnimoda, quam hominem denotare; ut in illo [f] *neque addam, ut amplius percutiam* כל חי seu *omne vivens sicut feci.* Atqui & alias interdum, velut apud Davidem, pro circumstantiarum varietate, *omne vivens* [t] id quod est *omnis homo* [u] etiam tantum significat. Imò & ipsum חיה quod in codice habetur Ebraico, & pro bestia sumi solet, *vivens* etiam

[q] *Genes.9.5.*
[r] *Cap.3.20.*
[f] *Genes.8.21.*
[t] *Psalm.145. 16.*
[u] *Psal.143.2.*

Digitized by Google

denotat. Non defuere autem, qui [x] de מלכיות seu *quatuor Imperiis* in Daniele per beſtias deſignatis locum caperent. Perinde ac ſi Numen ibi vindictam cædibus etiam ab Imperatoribus per tyrannidem poſtmodum patrandis tum minitaretur. Ita locum de re diu poſt futurâ intelligunt, quemadmodum & Chriſtiani aliquot interpretes [y] de lege tunc diu etiam poſt futura, quâ bovis in Levitico cornupetæ lapidatio præſtituitur. Alii ſunt Ebræorum [z], qui de vindicta ſeu vindictæ ſpecie quidem etiam ab ipſa beſtia hominem occidente, nunc in foro ſumendâ, nunc cælitus infligendâ locum capiunt. Atqui in eis nemo, quantum ſcio, reperitur, qui obligationem omnino ad beſtiam attinere, aut jus ab eo eſſe violatum velit. Unde & vindicta illa ſeu pœna qualiscunque ſic improprie, juxta ſuperius dicta, nuncupatur, quemadmodum & bovis cornupetæ, & beſtiæ, quacum homo coierat, lapidatio, ut ſupra [a] oſtenſum eſt. Nam & ſcimus ex Athenienſium legibus lapidem, lignum, ſecurem, id genus reſalias, quoties homicidii inſtrumenta fuere, in Prytaneo in judicium deductas [b] velut in pœnam, quam tamen eas propriè pati nemo ſanus dixerit. Et Theaginis ſtatua, ex ſententia Thaſiorum Draconis lege ſubnixa, in mare ob cædem caſu ſuo patratam, eſt projecta. Non in ſtatuæ pœnam, ſed homicidii odio. Ita etiam *maledicta eſt terra* [c] ſed בעבורך *propter te, tui causâ*, ſeu propter hominis tantum peccatum. Unde & Lyranus [d], juxta mentem Ebræorum, qui de vindicta ejusve ſpecie aliqua de beſtia heic ſumenda loquuntur, *ut homo*, inquit, *non ſolum puniatur propter homicidium, ſed etiam Beſtia, ſi interficiat hominem, propter facti horrorem, quamvis animal brutum peccare non poſſit.* Quæ ex D. Ambroſio afferuntur de Brutorum adulteriis, non ad ea ſpectare interdicta ulla ſeu Obligationē innuunt, ſed hominem ea ad ejusmodi commixtiones adigentem reprehendunt. Nec alia ſunt Naturæ adulteria ibi quam brutorum generum diverſorum coitus, quorum in cauſa eſſe ex lege Moſaica [e] homini quidem interdictum eſt. Quin & interdictum illud, qua homines velut prorigas ſpectat, Ebræi etiam in obſcurioribus Juris univerſalis capitibus collocant, uti in ſequentibus [f] liquebit. Coitus igitur hujusmodi ve-

[x] *In* Bereſith Rabba *Parash.* 34. *fol.* 38.

[y] *Videſis Benedict. Pererium lib.* 14. *in Geneſ. cap.* 9. *& ibidem Io. Mercerū.*

[z] *Apud Abarbinel. loco citato. & videſis R. Bechai in* Bereſith *fol.* 20. *col.* 3.

[a] *Cap.* 4.

[b] *Demoſthen Orat. contra Ariſtocratē, Pauſaniasin Eliacis. Suidas in Nicone.*

[c] *Geneſ.* 3. 17. *& ibi Lyranus.*

[d] *Ad Geneſ.* 9. 5.

[e] *Leviticus* 19. 19.

[f] *Lib.* 6. *c.* 2.

Digitized by Google

di vetitos appellat Ambrosius, sed homini, ne ad illos bestias adigat, non brutis, ne ipsa admittant, aut perinde ac si ipsa jure aliquo, sicut homines, ea de re tenerentur. Quod autem vocat ille legem avibus natam, & jura earum hospitalia, haud aliud omnino indicare potest præter certas illas & notissimas animalium illorum aliorumque brutorum propensiones atque actus naturæ plerunque constantes, quæ per homonymiam & propter similitudinem quandam, Jura quidem interdum nominantur ac Leges, nec tamen revera sunt magis, atque arborum, ac fruticum, aliorumve corporum naturalium, actiones ac motus naturales. Tantundem sane voluit Aristophanes g ubi lepide πολλὰς εἶναι ὀρνίθων νόμους *multas esse Aviam leges* ait, etiam & ipsas Ciconiarum κύρβεις seu legum tabulas festive memorat. Quin & ad hunc modum etiam Legis usurpatur nomen in illo Senecæ h *Legem barbæ & canorum nondum natus infans habet.* Atque alibi satis crebro similis habetur vocabuli usus. Neque enim minus in lege ejusmodi, quam in illis avium, qualescunque fuerint, reperitur obligatio seu culpa, citra quarum considerationem Jus seu liciti atque illiciti norma nullibi haberi potest. Unde & de exemplis illis i maris & fœminæ scilicet conjunctionis, fœtus procreationis, educationis, velut hominum atque aliorum animantium Juris communis, statuendum plane est. In quantum etiam in ipso homine sunt propensiones hæ duntaxat naturales, adeoque eo nomine tam homini quam bruto communes, juris vocamine eas neutiquam esse indigetandas; at vero in quantum ratione liciti, illiciti, obligationis (quæ ad bruta non attinent) veniunt, aut qua circa eas obligatio versatur ac permissio, juxta superius ostensa, tantummodo juris nomen sortiri. Sic capiendum & illud D. Hieronymi de bestiis prægnantibus, quæ ad partum usque, ipso naturæ jure, non coeunt. Jus illud non aliusmodi est, quam aut quo gramina & frondes depascunt ipsæ, aut ab herbis nocivis abstinent. Nec cum Jure, quod obligat, aut permittit, citra homonymiam, quid habet commune. Quæ sunt reliqua id genus, non aliter intelligenda. Neque omnino obstat, quod affertur de Camelis, seu de Scytharum Regis equo aliove uno & altero. Quid hoc ad Jus, Obligatio-

g *In Avibus.*

h *Qu. Nat. lib. 4. cap. 13.*

i *Supra c. 4.*

nem, culpam, aut pœnam? Detur Camelorum genus, matrum coitum fugere, etiam ex admiſſione irritatum illum gregis curatorem mordicus peremiſſe. Ideone hoc eum feciſſe (ut in Ariſtotelis loco citato) *memorem commiſſi ſceleris*, quaſi obligatio, aut interdictum ad eum attinuiſſet, exiſtimandum? Sed verſio illa (quæ Gazæ eſt) nimium, nec ſine manifeſta in Ariſtotelem injuriâ, redundat. Græca ſunt; *μικρὸν δὲ ὕστερον ὑπὸ τῆς καμήλου ἀπέκτεινε* *Paulo poſt morſu camelarium peremit.* Sceleris, in Ariſtotele ipſo, mentio nulla. Et quomodo ſcire, quæſo, potuerit quis, utrum hac cauſa camelarium momorderit? Quod tamen ſi fecerit, nihil magis de ſcelere probatur, quam ſi aliter quomodocunque ultro cuſtodem calcitraſſet. Nec mirum eſt, irritatum eſſe ex ejusmodi admiſſione, quæ [ſi philoſopho aliisque credamus) etiam generi ejus univerſo adeo diſplicet. At equus ille Scythicus, uti & mater, ſe præcipitem dedit. Ideo ſe præcipites dediſſe hos, quia inceſtum commiſerant, aut ob admiſſionem, velut illicitam, prorigam illum in agro Reatino laceratum eſſe, non eſt quidem unde omnino ſtatuamus; utcunque Ælianus, ex more hominum vulgari, quo actus aliquot brutorum intuentes humanis proni comparamus, *τὸ ἀσέβημα* ſeu *ſcelus* morte ab eis expiatum, ſcribat, & de ſcelere heic atque eo, quod eſt ipſis brutis illicitum, loquantur alii[k], argumentum etiam ad interdictum apud homines de inceſtus hoc genere naturali probandum ex ejusmodi exemplis alii[l] deducant. Sed revera in brutorum hiſce actibus, juris violati, obligationis, ſeu eorum, quæ inde pendent, veſtigium ſatis habetur nullum. Etiam & in ſpecie equina, è cujus individuo uno & altero exempla ſic afferuntur, matres ac filias equos ex more ſupervenire expreſſim fatetur Ariſtoteles[m], qui illud de equo Scythico aliam in rem memorat. Diſſimilis non eſt ratio in hiſtoriola illa de Leone. Conſurrexiſſe ait Plinius leonem in pœnam adulterii. Eleganter quidem dictum; ubi de adulterii ac pœnæ ſignificatione propriâ non agitur, ſed ſimilitudo ex actibus humanis ſumitur. At undenam cedo dignoſci poterit, quod in pœnam adulterii conſurrexerit? Erat quidem quod leonem in furorem egit. Sed nec adulterio, qua ſcelus eo nomine

[k] *Joachim Camerarius in appendice ad Philen. c. 10. Ulyſſes Aldrovandi de Quadrupedibus l. 1. Hoannes Lapus de Matrimonio, apud Aldrov. loco citato. Antonius Gubertus l. de Matrimonio cap. de his qui Nuptias &c. §. 151.*

[m] *Hiſt. Animal. lib. 6. c. 22.*

mine indicatur, nec pœnæ, quæ ex obligatione semper pendet, seu propriè dictæ locus ibi reperitur ullus, juxta id quod suprà monstratum est. Poeticè autem non philosophicè dictum est illud Thesei apud Senecam. Undenam enim scimus, quid sit feris seu bestiis Veneris nefas, quatenus illicitum, aut scelus, aut obligatio aliqua eo nomine denotetur? Imò exceptis obscurioribus illis aliquot exemplis, undenam scimus aliquod Veneris genus esse, quod fugiunt bruta omninò aliqua? Apud eundem Senecam etiam alibi [n], Laii umbra de Oedipode, qui Jocastam matrem inscius matrimonio sibi conjunxerat,

n *In Oedip. act. 3.*

——quique nec mos est feris,
Fratres sibi ipse genuit ——

Certe temerè nimis (nisi licentia poetica, seu incestum detestantis ardor excusationi sit) mos ille feris est negatus. Rectiùs proculdubiò hac de re Myrrha ipsa, incesto patris amore percita, apud Ovidium [o],

o *Metamorph. 10. fab.*

——— coeunt animalia nullo
Cetera delecto. Nec habetur turpe Juvencæ
Ferre patrem tergo: fit equo sua filia conjux;
Quasque creavit init pecudes caper: ipsaque cujus
Semine concepta est, ex illo concipit ales.

Quæ hactenus dicta sunt, satis item diluunt id, quod de masculorum coitu à Brutis non admisso ex Epigrammate Agathiæ affertur, uti etiam quod de annuo Canum apud Romanos supplicio. Supplicium planè non erat propriè dictum, nec enim jus aliquod omninò aut violârant Canes aut violare quiverant. Sed tum Anseribus honos eodem tempore est habitus (ut & Phidolæ equa ob victoriam singularem imagine ex Elæorum sententia [p] donata est) tum Canes sic suppliciis impropriè dictis affecti sunt, ut tum diligentioris custodiæ ac beneficiorum erga Rempulicam præmia, tum rerum socordiùs gestarum pœna, velut in schemate

p *Pausan. in Eliac. 2. & P. Aerodius Rer. indicat. lib. 6. tit. 8. c. 10.*

quodam ſeu apologo, quotannis Civibus oſtentarentur. Quod ſequitur de Brutorum adulteriis ex Guilielmo Pariſienſi, Phile, Æliano, atque id genus quæ occurrunt apud alios ſimilia, haud difficilem è jam dictis recipiunt interpretationē. Uti & illud de Elephantorum juſtitia. Ex actu ejusmodi fœni ad equos reportandi ſingulari, haud aliud probatur quàm animali ſolerti illum placuiſſe, non interim ad juſtitiam ſpectâſſe. Quod verò ad Animalia illa Ariſtoteli dicta ſimul cum hominibus politica attinet, in quibus præter Apes & Grues enumerat etiam Veſpas & Formicas; Inditum palàm eſt ab eo id nominis ex eo tantùm, quod ſimul ſeu in commune quid facere ſolent nullâ omninò Juris (quod ipſe q brutis uti & Peripateticorum ſchola planè negat) ratione interim habitâ. Neque ex eo quod duces habeant animalia illa, ſequitur obligationem ſeu officii debitionem aliquam conjunctam eſſe, citra quam Jus, de quo loquimur, nullibi reperitur. Quale paritèr dicendum de fucis ac furibus, qui pabula conſumunt, à ceteris enecari, ut ajunt t, ſolitis. Neque enim pœna ea eſt violationi juris debita. Sed damno irritati, uti & animalia ſolent cetera, damnum inferunt. Atque exhomonymia, qualem ſuprà memoravimus, vocabuli Legis, illud eſt Virgilii § de Apibus dictum,

q *Politic. lib. 1. cap. 2. & Plutarch. in lib. de ſolertia animalium.*

r *Ariſt. Hiſt. Animal. 9. cap. 40.*

§ *Georgic. 4.*

——— *magnisque agitant ſub legibus ævum.*

Sed demùm cur cedò à Camelis, Apibus, Turturibus, Ciconiis, Elephantis aliisque aliquot animalibus (etiamſi darerur ipſas horum ſpecies, juxta id quod habetur apud ſcriptores citatos quædam ſemper ſive averſari ſive facere; quæ res tamen ſæpe admodum eſt dubia) vitæ humanæ norma aliquis ſeu Juris Naturalis exempla (nam de imitationis, quæ interdum t etiam in Sacris literis fiunt, monitis non loquor) potius, quàm à tota brutorum velut republica ſeu numeroſiſſimis reliquorum gregibus, de quibus nil tale fando auditur, ſunt petenda? Aut, quod magis eſt dicendum, cur ab horum ſimul omnibus, etiamſi tantundem de omnibus verum eſſet, cum penes eorum nullum reverà Liciti ac Illiciti ſeu Obligationis, juxta jam dicta, aut vola ſit aut veſtigium? Neque eſt omninò, cur alterius eorum alicujus ſpeciei actus

t *Videſis S. Chryſoſt. Orat. 12. ad populum Antiochenum.*

actus ſolitos actibus alterius (atque hos multipliciter diverſiſſimos eſſe ſcimus) hac in contemplatione omninò anteponeremus, nedum cur ex individuorum aliquot exemplis obſcuriſſimis, quod faciunt nonnulli, jura aliqua Naturalia expiſcatum iremus. Certè etiam id fermè perinde eſt ac ſi quis, è Prodigiis ac Oſtentis rarioribus, conſtantes rerum naturalium cauſas ac effectus ut phyſicus edoceret. Manifeſtum autem eſt in eo quod ſuprà ſequitur, animal, quod pauperiem fecerat, non omninô in ſui pœnam, perinde ac ſi jus aliquod ipſum violâſſet, ſed in æſtimationem noxiæ, ac compenſationem damni illati, ac inde domini aliàs rei liberationem, dedendum. Illud autem Platonis de Jumento, quod homicidii in cauſa eſſet, exterminando, pœnæ adeoque Juris, quà Jumentum ſolùm ſpectat, ſimulationem tantùm in ſe continet; non aliter atque id quod habet ſtatim poſt Plato ipſe ibidem de rebus inanimatis eandem ob cauſam exterminandis. Neque ſcilicet ad hæc minùs, quàm ad Jumentum, Jus ſeu Pœnam propriè dictam voluit attinere. Neque porcus, & mulus in deciſionibus memoratis pœnæ, qvaſi mererentur, nomine morti ſunt traditi, ſed in rei quod evenerat, veluti homicidii & nefandiſſimi coitus, ſummam tantùm deteſtationem, ſimilesque ob rationes eis, quæ capite ſuperiori de bove, aliisque animalibus lege Moſaica lapidandis afferuntur. Quod verò attinet ad Empedoclis, ac Pythagoreorum aliorum ſententiam de Jure ac Juſtitia Hominum, ac Brutorum communi; etiam pueri ſciunt id totum fermè metempſychoſi uniti, ſeu eo quod eſt Homines & Bruta figurâ tantùm diſtare corporeâ, animas autem non ſolum planè ſimiles habere, ſed & invicem commutare. Id quod ſi quis credat etiam jus ipſis Naturale pariter commune eſſe, conſonum ſatis eſt, ut is ſentiat. Ut verò tandem ad vulgarem illam ſententiam, quæ in ſuperioris capitis initio ex Juriſconſultis Cæſareis allatæ adeo ſequax eſt, deveniamus; Ea ſanè ab Ulpiani, ac Juſtiniani verbis primo manavit. Quæ nempè ſunt ipſa dicto capite citata. At verò & alibi contrarium uterque docere videtur. Quid enim eſt illud [x], *Pauperies eſt damnum ſine injuria facientis datum. Neque enim poteſt animal injuriam feciſſe dici, quod ſenſu* (id eſt, humana heic ratione) *caret*? Ita ſcilicet Ulpianus in libro

u *Porphyr. de Abſtinent. Animal. lib. 3. & 4. Sext. Empiricus Adverſ. Mathemat. l. 8. c. περὶ θεῶν*

x *L. 1. D. Si quadrupes. §. 3. Inſtit. eodem.*

in libro XVIII ad Edictum scripserat, tametsi in Institutionibus suis [y] Jus naturale esse, *quod natura omnia animalia docuit*, definierit. Atque ex eo pariter utrunque in Pandectas & Instituta sua transfuit Justinianus. Certè quod injuriam, quia sensu careat, scitisse dici nequit, ut ejus sit Jus aliquod propriè dictum, nedum cum hominibus commune, minimè capio. Ipse etiam Ulpianus [z]; *Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat*, quod & reddunt Jurisconsulti Græci a κακόεργημα, id est, *maleficium*. Quod igitur malè aut turpiter quidquam facere nequit, quamnam id habere cum hominibus, Juris, Obligationis, Officii præstandi debitionis, seu pœnæ violationi imminentis (sine quibus Jus, quà ad homines spectat, seu proprie dictum, ritè, non potest comprehendi) communionem potis est quis excogitare? Adeò ut etiam Ulpianus, atque Justinianus, è quorum dictis hujusmodi manavit Juris communio, satis eam ipsam, ni fallor, heic pernegent. Eam autem non modò admittunt, sed etiam variè tueri nituntur Jurisconsulti non pauci [b], uti & Theologi [c]; sed distinctionibus adhibitis, quæ ad homonymiam manifestam planè rem abigunt. Alii verò, maximè Jurisconsulti, ævi recentioris, iique viri perquàm insignes, communionem illam prorsus explodunt, quemadmodum olim faciendum monuerat Laurentius Valla [d]. Jurisconsulti ii sunt Albertus Bolognetus [e], Joachimus Mynsingerus [f], Franciscus Connanus [g], Hugo Donellus [h], Jacobus Cujacius [i], Franciscus Hotomannus [k], Hugo Grotius [l], Claudius Salmasius [m], quibus alios adjicere difficile non est. Nam etiam expressim Cujacius: *Jus in brutа non cadit*; *Nam nec injuria cadit*: tametsi aliter sententia ejus interdum citetur. Quin Joannes Corasius Jurisconsultus Tholosanus percelebris, postquam vulgi sequax Primævum seu Primarium quoddam Jus Naturale Hominibus & Brutis esse commune in opere de Jure Civili [n] in artem redigendo fusiùs statuerat, sententiam suam, cordatius rem perpendens, in Juris Civilis Miscellaneis [o] expressim damnavit, Plutonisque familiâ dignum judicavit, id Jus Naturale esse tantùm, quod hominum commune est, asserens.

[y] L. 1. D. de Justitia & Jure. [z] L. 1. D. tit. de Injuriis. [a] Theophilus Instit. tit. si Quadrupes. [b] DD. ad Instit. de Jure Nat. & ad ff. tit. de Instit. & Jure l. 1. & vide Jacobum Reardum Variorum lib. 1. ca. 1. Stephanum Forcatulium Necyomantia dialog. 17. Michaelem Vicurnii de Regimine Mudi part. 1. q. 3. alios. [c] Vide S. Thom. 1. secunda q. 104. art. 2. & 2. secunda q. 57. art. 3. & qui ad illu &c. & Valesii Fernand. Rubellum de Obligationibus part. 1. l. 1. c. 2. §. 1. de Legatis rū l. 4. c. 4. §. [d] De Iure & æquitate c. 5. & 6. & 16. f. [e] Ad Instit. tit. de Iure Naturali. [f] Comment. de Iure Civili l. 1 c. 6 [g] De Iure Civili l. 1. c. 6. [h] Ad Instit. tit. de Justitia & Jure & Sidem cum Ipsum. Pandect. l. 1. tit. 1. §. 9. [i] Ibid. [k] De Iure belli ac pacis lib. 1. c. 1. § 11. [l] Lib. de Usuris cap. 9. [m] Part. 2. cap. 3. & 4. [n] Lib. 6. cap. 6.

asserens. Concors est heic Ludovicus Carbo p Theologus insignis, præter alios tum Theologos tum Jurisconsultos, qui in ipsa Juris Naturalis designatione Ebræorum scitis consona, ut infra ostendimus, tantundem palàm affirmant. Sic etiam Hesiodus q animalia cetera, præter homines, quibus Jura sunt, ait

ἔδεαν ἀλλήλους, ἐπεὶ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς

se mutuò devorare, quoniam jus eis nullum inest. Seu ἐν αὐτοῖς ut nonnulli legunt, quod idem sonat. Aliis ibi ἐσὶ μετ' αὐτῶν, sed in sensum non dissimilem substituentibus. Et Autor Quæstionum & Responsorum Justino tributorum r, τὸ δὴ Φαυλότητι πρέπειν διαλάλειν τὰ ἀλόγως τῆς Φύσεως, οὐκ ἐστὶν εὔλογον, *Rationi consonum non est, naturam animalium, quæ ratione carent, ob factorum pravitatem reprehendere.* Negat planè Turpe & Honestum, seu Malum ac Bonum, circa quæ jus propriè dictum versatur, adeoque Jus aliquod ceteris animalibus inesse; quæ scilicet, sive ratione careant, sive habeant (nam ea de re contentionis serra hinc inde solet duci) ad jus aliquod observandum, causis jam ostensis, minimè aliter atque plantæ & corpora inanimata obligantur. Quin demum rectissimè designat rem, paucis totam complexus Hugo Grotius; *Quod si quando*, inquit s, *brutis animantibus justitia tribuitur, id fit impropriè ex quadam in ipsis umbra rationis atque vestigio. An verò actus ipse, de quo Jus Naturæ constituit, sit nobis communis cum aliis animantibus, ut prolis educatio; an nobis proprius, ut Dei Cultus, ad juris ipsam naturam nihil refert.* Et benè sanè Isidorus t, Gratianus u, alii, Jus Naturale esse, definiunt, quod *est commune omnium Nationum*, id est, hominum duntaxat, non omnium animalium. Quod rectè quidem dictum, si obligationem tantùm omnium nationum spectes: an verò, si omnium usum seu consvetudinem solùm, in sequentibus discutiendum. Neque intereà injiciat hisce scrupulum quis de ratione, quam tribuunt cum Galeno x nonnulli Brutis. Unde & interdum, juxta ejusdem de λόγῳ προφορικῷ & ἐνδιαθέτῳ seu *ratione, quæ verbis enuntiatur, atque ea, quæ animo concepta interius retinetur*, distinctionem, Jus item, ἐνδιαθέτῳ seu *interius positum* commune à nonnullis dictum est

p *De legibus lib. 5. disp. 5. Vide item Paul. Comitolium de cõtractu part. 3. cap. 21.*

q In Erγ. & Hμερ. & de eodem loco Videsis Clement. Alex. *Strom. a. juxta finem, Plutarch. in lib. de Solertia animalium, Stobæum Eclog. Physic. lib. 1. cap. 7.*

r *Quæst. Nov. Consulas etiam Sextum Empiricum adversus Mathematicos lib. 8. c.* πρὸς Θεῶν.

s *De Jure Belli ac Pacis l. 1. cap. 3. §. 11 & Origin. fo. 4.*

t *Orig. l. 5. c.*

u *Dist. 1. c. 7.*

x *In Protreptico.*

ctum eſt Hominum & Brutorum, alterum autem ſeu illud quod verbis exprimitur, hominum proprium. Sed verò detur, qualemcunque eis ineſſe rationem (neque enim ea res heic omninò controvertenda) etiam & ſapientiæ & diſciplinæ aliquot particulas ea ſortiri, eousque ut etiam, verbi gratia, ex principiis aliquot geometricis, ac artificioſa figurarum quarundam æquilaterarum & æquiangularum, veluti trigoni, hexagoni conſideratione, hexagonum eo quod plures habet angulos, tum capacius eſſe ratiocinantes (quali herclè ratiocinationi quam plurimorum hominum ingenia ſatis ſunt imparia) ſtatuerint, tum præ ceteris illud ſibi in uſum delegerint aliqua; quod diſertè de apibus fuſius quidem aſſerit Pappus Alexandrinus *y*, nec minus fermè de aliis aliorum complurium animantium actibus credit; Concedantur, inquam, quotquot vis in animantibus aliis mirando huic exemplo, etiam juxta Pappi mentem, conſimilia atque analoga, adeò ut de Ratione eorum dubitare deſinamus. Nihiloſecius neque ſic omnino reperietur ideo apud ea Jus aliquod, aut Obligatio naturalis; cum ne apud Homines quidem ex Simplici & Nuda, quà ipſos tantum ſpectat, Ratione, ejusmodi Jus ſeu Obligatio aliqua ritè ſumta ſuperinduci queat, ut in ſequentibus oſtendetur.

y Mathemat. Collect. lib. 5. in præf.

Cap. VI.

Cum Gentium *ſive* omnium *ſive* Complurium Opiniones, Mores *ſeu* Conſtitutiones *Menſuræ apud Ebræos in eo decernendo, quod* Jus *eſſe velint* Naturale *ſeu* Univerſale *locum habeant nullum, Aliorum, de hujusmodi hac in re menſura, ſententia conſideratur.*

QUemadmodum ex Aliorum Animantium actibus aut uſu Jus aliquod Naturale diſci, aut deſignari nolunt Ebræi, ita neque ex aliarum, ſive omnium, ſive plurimarum, Gentium uſu ac moribus de Jure Naturali ſeu Hominum univerſali decerni volunt. Neque inde id omninò petunt, ut Juriſconſulti Cæſarei *z* & Theologi Chriſtiani interdum, aliique, quibus Jus

z Cajus l. 9. ff. de Juſtitia & Iure & Inſtit. Inſt. de Iure Nat. §. Ius autem Civile.

Digitized by Google

Jus illud, quod hominibus solis apud eos est Naturale, Jus GENTIUM primævum seu primarium dictum est, atque *id quod Naturalis ratio inter omnes homines constituit*, atque quod *apud omnes populos* seu *Gentes peraque custoditur*, est definitum. Juxta illud doctissimi Cujacii [a], *Incesta nuptiæ sunt, quæ natura prohibita sunt, In L. 8. & L. Sororis D. de Ritu Nuptiarum, ait (Justinianus) quæ Moribus; quod idem est; nempe tacito consensu omnium Gentium.* Ejusmodi alia sunt apud Jurisconsultos Occidentis obvia. Quin & Jurisconsulti Græci seu Orientis Jus hoc ἐθνικὸν *Gentile* seu Genticum vocitant, retento nihilominus interdum ipso Jurisgentium in locutionibus Græcis nomine; quemadmodum & alia non pauca Latinorum solent retinere. Veteres Basilicorum Glossæ; τοῖς συγγενικοῖς, νομίμοις ἐθνικοῖς ἤτοι Φυσικοῖς *Jurisgentilibus*, id est, *juribus gentilibus seu naturalibus*. Certè & ita Philosophi. Aristoteles, ubi legem seu Jus tribuit [b] in ἴδιον seu *proprium*, id est, populis ac civitatibus singulis civile, & κοινὸν seu *commune*, quod per id, quod est, κατὰ φύσιν explicat, scilicet *secundum naturam* seu naturale, subjicit ἔστι γὰρ ὃ μαντεύονταί τι πάντες, Φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ, κἂν διὰ συνθήκην, *Est enim aliquid, quod opinantur universi, Naturâ commune jus & injuria, tametsi nullam habeant invicem ipsi communionem, nullave pactio intercedat.* Ubi Commentarius Anonymi Græcus πάντες seu *universi* interpretatur per καὶ οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Ἕλληνες καὶ οἱ Σκῦθαι, *& Celtæ, & Græci, & Scythæ*, scilicet per Gentes, quibus, licet nulla communio ex disciplina, seu pacto eis intercedat, naturales tamen atque eædem de capitibus aliquot Juris & Injuriæ conceptiones seu animi anticipationes pariter insunt. Et Alexander Aphrodisiensis, *sisociales*, inquit, [c] *ac communicabiles natura sumus, impossibile autem est durare societatem sine justitia, necesse est, jus quoque Naturæ esse. Quod si quoniam apud alios aliud jus est, propterea negent ipsum esse Naturâ certè id Naturâ dicent esse, quod apud omnes idem est. Et si Jus scriptum, quoniam scriptum est, per Constitutionem & non Naturâ esse dicent, certè necesse erit, ut Naturâ non Positione fateantur id, quod non in scripto vim habet. Suntque ejusmodi pleraque, quæ appellare solemus ex ipso affectu leges non scriptas, quæ Communes omnibus hominibus sunt nisi sint excæcati. Revereri enim seniores, colere Deum, honorare atque observare*

[a] In Noëll. 12.

[b] *Rhetoric. lib. 1. cap. 13. & 15.*

[c] *De Anima lib. 2. cap. 4.*

ve parentes & præstantiores viros, sunt jura quædam non scripta & Communia, quæ naturaliter apud universos homines retinentur. De his enim neque pacisc untur secum, neque leges sanciunt, sed retinent tanquam statutas & confirmatas ab ipsa Natura. Sic ille qui plura ibi in eandem habet sententiam. Et Seneca[d]; *Multum dare solemus præsumptioni omnium hominum. Apud nos veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri; tanquam Deos esse inter alia sic colligimus, quòd omnibus de Diis opinio insita est, nec ulla gens usquam est adeò extra leges moresque projecta, ut non aliquos Deos credat. Cum de animarum æternitate disserimus, non leve momentum apud nos habet Consensus hominum aut timentium inferos aut colentium.* Quinetiam Cicero [e], *Omnes esse vim & naturam divinam arbitrantur. Nec verò id colloc utio hominum aut consensus efficit. Non institutis opinio est confirmata, non legibus. Omni autem in re consensio omnium gentium, lex Naturæ putanda est.* Hujusmodi occurrunt apud veteres aliosque alia non pauca. Jam verò dum de Omnibus, quemadmodum apud Aristotelem aliosque, verba fiunt, vocabulum illud bifariàm consideratur. Aut quà in eò Homines Omnes seu species aut Gens humana, adeoque totum quid ex individuis constitutum ita continetur, aut quà Populi seu Gentes omnes hominumque cœtus, sic tantummodo divisi ut in corpora coaluere civilia, eo denotantur. De Priori notione commodiùs dicetur capite proximo, ubi de Ratione generatim Humana, quà huc spectat, loquimur. Quod ad posteriorem attinet notionem, seu eam, quâ Gentes populorumque corpora intelliguntur; id quidem verum est, argumentum, ut à posteriore, è Gentium moratiorum illustriorumque (quas scilicet hisce nominibus unanimes dignamur) moribus, velut è laudatorum virorum suffragiis, non intempestivè interdum desumi, maximè cum de Juris Naturalis, quod scilicet est Permissivum, capitibus aliquot disquiritur. Nimirùm inde manifestum fit, quid ipsæ de rebus circa quas mores sui, quà generatim permissi sint aut liciti, versantur, in hac rem senserint, aut sentire saltem visi fuerint. Nam quicquid jure quocunque homines permitti consenserint, id ut etiam jure naturali, si ejusdem rationem

[d] *Epist.* 117.

[e] *Tusc. quæst.* I.

tionem scilicet aliquam haberent, permitti, neque Naturam in contrarium obligare, id est, rem non universali Naturæ, quæ sibi constans est, aliquo interdicto restringi existimaverint, aut existimare simularint, opinor, necesse est. Atque ita qui disputant, aut disquirunt, quemadmodum & capite primo ostensum est, aliarum gentium de Jure Permissivo illo suffragia, seu interpretationes, in subsidium sibi, nec frustrà, subinde colligunt. Ceterùm interea, quid Gentes eædem de Juris Naturalis, quod Obligativum est, capite aliquo aut de simplici Naturalis permissionis ratione, ac universali ejus usu statuerint, ne quidem satis conjectari quis inde poterit. Nam tametsi in scholasticis, atque umbratilibus aliquot, forsan etiam in forensibus, disputationibus hoc vel illud Juris Naturalis esse caput apud gentes ejusmodi à disciplinarum præceptoribus subinde, sed diversimodè satis, asseratur; in rebus tamen publicè gerendis decidendisque, earum, quas novimus, Gens quælibet, aut Jure duntaxat sibi Civili ac positivo, aut Jure Gentibus aliis, quibuscum fœdera habet, commercia seu bella, ipsisque, sive Imperativo, sive Interveniente, ac pro seculorum varietate aliter atque aliter se habente, nec Naturali, aliter atque hisce veluti vestitur superinductis glumis, utitur. In utroque hoc genere Jura quidem Naturalia aliqua exerceri non rarò forsan concedetur; sed ut Civili seu positivo, atque Imperativo illo, ac Intervenienti adeò immixta & involuta & unà (sic dicere liceat) in massâ conjuncta, ut hæc ab illis secernere ex Gentium ipsarum tantùm usu seu moribus, earumque ea de re sententiam inde elicere queat mortalium nemo. Nam creberrimè videmus, tum Obligationis, tum Permissionis formulas civiles, ac positivas Naturalibus, qualescunque demùm illæ fuerint, numerosiùs accedere. Atque spectant huc pariter rationes capite superiùs tertio adhibitæ. Præterea, Gentes seu Populi Omnes heic tripliciter sumi possunt, uti & solent. Aut pro universis simpliciter per Orbem terrarum eo nomine distributis; Aut pro Omnibus eis, quorum notitia habita; Aut demùm pro Omnibus duntaxat, qui cognitarum sunt Moratiores. Certè Omnes per orbem terrarum Gentes disseminatas nec veterum eorum, qui de Jure, quo Omnes u-

tuntur, locuti ſint, indeque velint Jus Naturale ediſci, quiſpiam novit. Neque hactenus, aut qualeſnam, aut quot ſint-ve fuerintve ex, eſt ab aliquo ſatis exploratum. Quin licet de Numero conſtari daretur, ſive juxta Ebræos f, qui plerunque tantùm LXX. & Linguas & Gentes orbem occupaſſe volunt, ſive juxta patres aliquot Chriſtianos g, alioſque, qui numerum illum rotundum aliquantulùm, ſed diverſimodè, auxerunt, ſive juxta numeros earum aliter atque aliter ſe habentes apud Ptolemæum, Marcianum, Heracleotem, Æthicum, id genus alios, ſive aliter; id ſanè ad rem, quam tractamus, nihil omninò feciſſet, niſi etiam Mores earum fuiſſent ſimul idque penitiùs explorati. Quod factum eſſe nullibi compertum eſt. Ceterùm neque hactenus, etiam poſt Indias utraſque atque alias ante aliquot ſecula incompertas terras Europæis commercio junctas, Omnes orbis Terrarum Gentes ſeu populos, ne nomine quidem tenus, cognoſcimus. Quid igitur dicendum de veterum illorum ævo, cui Europæ areolæ incolæ & in Aſia atque Africa accolæ maritimi, iique admodum, præ iis qui nunc à nautis, mercatoribus, legatis adeuntur, pauci tantùm cogniti? Adeo ut nemo non videat fruſtrà planè de Omnibus, quâ univerſæ eo nomine reverà veniunt, heic verba fieri; ſive vetera, ſive recentiora ſecula ſpectes. Jam verò, ſi Gentium, quarum notitia habita eſt Omnium, ut conſenſus in moribus heic eliciatur, inſpiciamus; Certè ſeculis illis priſcis gentes fuêre in arcto illo numero complures, quæ Juris omnimodi expertes habitæ etiam more planè ferino vixiſſe dicuntur. Memorat Ariſtoteles h ἔνια γάρ ἐστι τῶν πρὸς ἑω Βαρβάρων *nationes quaſdam Barbarorum procul diſitorum*, qui ἐκ Φύσεως ἀλόγιστοι καὶ μόνον τῇ αἰσθήσει ζῶντες θηριώδεις εἰσὶν *ex natura* ſeu *à natalibus recto rationis uſu carentes, & ſenſu tantùm viventes inſtar ferarum erant*, ſeu ut interpretatur Andronicus Rhodius i. ἠλιθίᾳ ἀφροσύνῃ ἄφρονες ἦσαν *ferina laborabant amentia.* Quod de Scythis, atque id genus aliis capit Aſpaſius paraphraſtes Græcus, & tum de Auſtralioribus, tum de Septentrionalioribus Averroes Arabs. Atque hiſce merito adjungas gentes illas non paucas, quas memorat alibi idem Ariſtoteles k; πολλαὶ δ' εἰσὶ inquit τῶν ἐθνῶν, ἃ πρὸς τὸ κλέπτειν καὶ πρὸς τὴν ἀνθρωποφαγίαν ἰσχυρῶς ἔχει, καθάπερ τῶν περὶ τὸν Πόντον Ἀχαιοὶ

f *Micna & Gemara Hieroſolymitana ad tit. Sota c. 7 f. 21 col. 4 halach* 5. Seder Olam Rabba *cap. 11. RR. ad Joſua cap 8. & Deuteron 32 8. alii*

g *S. Auguſt. de Civit. Dei lib. 16. cap. 6. & 6 ide Clem. Alexandrin. ſtrom. 1. Epiphanii Hareſi 39. &c.*

h *Nicomach. lib. 7. cap. 6.*

i *In Paraphraſ. cap. 9.*

k *Politic. 8. cap. 4.*

Digitized by Google

Χαῖοί τε καὶ Ἡνίοχοι, καὶ τῶν Ἡπειρωτικῶν ἐθνῶν ἔστιν ἃ τὰ μὲν ὠμὰ σιτεῖσθαι τοῖς τὰ δὲ μαλθακὰ. *Multæ sunt gentes, quibus usitatum est hominum cædes facere, atque ex eorum carnibus cibos capessere, quales sunt in Ponticis gentibus Achæi & Heniochi; deque mediterraneis aliæ sunt partim quidem his similes, partim etiam immaniores.* Et Andromacha de Astyanacte præcipitato, apud Senecam [l].

Quis Colchus hoc, quis sedis incertæ Scytha
Commisit? aut quæ Caspium tangens mare
Gens Iuris expers ausa? ———

l *In Troade act. 5.*

Ejusmodi sunt alia non pauca, de quibus etiam obiter alibi [m] monuimus. Et de Gentibus itidem aliquot & nostri & cujusque quod præteriit ævi, tandundem pluribus dici potest. Neque igitur Omnium Gentium, quarum notitia habita, morum ratio ejusmodi heic habenda est, ut inde Juris Naturalis veluti corpus aliquod sperari possit; cum apud omnes illas ne quidem servari quid, quod Juris nomen induat, (nam de propensionibus illis naturalibus, quæ brutis etiam communes sunt, non loquimur) comperiri omninò queat. Ceterùm sumatur Gentium cognitarum nomen heic pro eis tantùm, quas cognovimus legibus usas esse civiliter vitam transigentes, juxta illud Michaelis Pselli [n].

m *Mari Clauso lib. 2. cap. 7.*

Νόμιμον ἔθνικόν ἐστιν οὐχὶ τὸ βαρβαρῷδες
Τὸ γὰρ ἔθνους ὄνομα νομικῶς εἰρημένον
Γένων συλλογιστικόν ἐστι νόμοις ὑποκειμένων

n *In Synopsi legum.*

Jus Gentium est, non illud quod est barbaricum. Scilicet Gentis nomen legitimè heic acceptum eas Nationes complectitur, quæ legibus subsunt. Atqvi & illud satis scimus à viris gravissimis olim esse observatum, nullum fermè Juris Universalis seu Naturalis, qvod juxta receptiores hominum sententias excogitari possit, caput esse, qvod non ex perversis sæculorum ac Gentium etiam ejusmodi aliquot, earumque illustrium, non solum moribus, sed pariter & legibus latis fuerit violatum. Qua de re consulas Eusebium [o], alios [p], qui depravatos Gentium veterum mores, sive insectantur, sive enumerant. Unde & tradunt Ebræi [q] nec Idumæos

o *Præparat. Evangelic. l. 1. c. 4. & l. 4. c. 15. 16. & 17.*
p *Cardin. Bessarion in Calumn. Plat. l. 4. c. 3. Francisc. Picus in Exam. Doctrinæ Vanin. Gent. lib. 1. cap. 19.*
q *Targ. Hierosolymit. ad Deut. 33. 2.*

mæos veteres interdictum de Homicidio, nec Ismaelitas illud de Furto omninò admisisse; ut alia id genus heic prætermittamus obiter apud scriptores occurrentia. Sæpius item non tam contemplatione Justi & Injusti, Liciti ac Illiciti, seu Boni & Mali qvâ nominibus illis Honestum & Turpe, quàm quà Utile ac Jucundum, atqve Inutile & Injucundum continentur, Gentes populosqve, similes interdum invicem mores non paucos, interdum verò planè contrarios, amplexos esse, etiam in rebus, circa quas Jus Naturale seu hominum commune imprimis versari solet, concedi (veluti in consangvineorum coitu, liberis exponendis, cæde humana, conjugiis, aliis) eosqve parili ratione mutâsse, revocâsse, ac pro libitu, atqve cæcâ & temerariâ illa animi dominatrice cupiditate, novâsse nescit nemo, qui Persarum, Assyriorum, Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, aliarum gentium veterum, qvæ celeberrimæ fuêre, mores atqve instituta, nunc invicem similia, nunc diversissima diligentiùs introspexerit. Neqve aliunde argumentum petendum esse duxit Carneades, qvo, nullum omninò Jus esse Naturale, probare conaretur, æqve atqve ex hac utilitatis solius (qvo nomine id, qvod jucundum est simùl, satis continetur) in jure sanciendo ratione habita. *Ejus disputationis* (ut scribit Lactantius[1]) *summa hæc fuit. Jura sibi homines pro utilitate sanxisse, scilicet varia pro moribus, & apud eosdem pro temporibus sæpe mutata; jus autem Naturale nullum esse. Omnes & homines & alias animantes ad utilitates suas, natura ducente, ferri; proinde aut nullam esse justitiam, aut, si sit aliqua, summam esse stultitiam, quoniam sibi noceret alienis commodis consulens.* Sic Carneades. Et alii [2]pariter olim eâdem ex causa Justitiam tantum esse, quæ iis prodesset, qvi plurimùm possent, definierunt. Certè id qvod aiebant rationi satis consonum videbitur, dum ex Gentium moribus tantùm, ac usu mensura petitur Juris, qvà universi eo obligamur laxamurve, Naturalis. Nec perperam minùs aut minùs frustrà sic rem adgrederetur, sive philosophus, sive Jurisconsultus, qvàm Medicus faceret, qvi sive sanitati tuendæ, sive morbis curandis, qvænam essent conducibilia, edocturus sive è vulgari hominum victu, sive è solennibus epularum lautitiis discenda ea præscriberet. Ut illic habetur ratio gustus, luxus,

[1] *Lib. 5. c. 17.*

[2] *Apud Chalcidium ad Platonis Timæum.*

Digitized by Google

luxus, pompæ, non pariter sanitatis tutelæ aut curationis, quarum altera à cibis, altera à medicamentis ex natura sui, nec cupedinarii nec coqui arte, congruis speranda est; ita in Gentium complurium moribus, atque institutis non tàm Naturalis juris simplicitas, quàm ipsarum utilitas, *ut Iusti propè mater & æqui* (quod olim Horatius) [t] spectari est solita. Ac non rarò,

t *Serm. lib. 2. Sat. 3.*

——————————— *Sidera terrâ*
Vt distant, & flamma mari, sic Utile Recto.

Ut apud Lucanum [u] Pothinus. Personam item Naturæ Consvetudo sæpiùs induit, atque eousque larvâ fallit, ut, quod ex ea tantùm apud Gentes introductum obtinet, pro Naturali ac universali hominum Jure subinde sumatur. Unde & Consvetudo veteribus dicta [x] est Hominum Dæmon seu Genius, etiam & ipsa Natura. Et appositissimè Aristoteles [y] *καὶ γὰρ τὸ εἰθισμένον, ὅπερ πεφυκὸς ἤδη γίγνεται. Ὅμοιον γάρ ἐστι τὸ ἔθος τῇ φύσει. ἐγγὺς γὰρ καὶ τὸ πολλάκις τοῦ ἀεί. ἔστι δ' ἡ μὲν φύσις τοῦ ἀεὶ τὸ δ' ἔθος τοῦ πολλάκις, etenim id quod consvetum est, velut naturâ est inditum. Nam simulat consvetudo Naturam. Vicinum scilicet est id, quod sæpe fit, ei quod semper. & Natum quidem ejus est quod semper. consvetudo ejus quod sæpè fit.* Qua de re ipse etiam alibi [z], aliique [a] obiter plura. Et egregium est hanc in rem exemplum illud illustre apud Herodotum [b]. Cum Darius accitos Græcos, qui in ditione sua, percontabatur, quantâ pecuniâ vellent defunctis parentibus, juxta Indorum aliquot morem, vesci, & negabant se ulla pecuniâ in hoc posse induci, rogavit pariter Indos illos, quantum acciperent, ut patres defunctos igne, juxta Græcorum morem, comburerent, nec posteà comederent; qui vehementer reclamantes meliora illum ominari jubebant. Abominandum scilicet revera morem illum non retinere, velut Naturæ seu Officio nunquam non servando adversissimum esse judicabant. Et in primis heic obtinet illud Taciti [c] de Vonone Phrahatis filio in regnum Parthorum à Tiberio Româ, cujus mores imbiberat, misso; *Prompti aditus, obvia comitas, ignota Parthis virtutes, nova vitia: & quia ipsorum Majoribus aliena, perinde odium Pravis & Honestis.* Quin & Maximus Tyrius [d], *νόμος καὶ δίκη πάντα καὶ κατὰ φύσιν ἅπαντα ἀνθρώπων*

u *Lib. 8.*

x *Alex. Aphrodis. lib. de Fato c. 4.*

y *Rhetoric. l. 1. cap. 11.*

z *Metaphys. 1. cap. 3.*

a *Cicero de Inventione lib. 1. &c.*

b *In Thalia. & Sidesis Originem adBerf. Celsum lib. 5.*

c *Annal. 2.*

d *Dissert. 1.*

μῶρα καὶ ἀπερασσόμωρα. Μὴ γὰρ ὅτι γῆ γῇ ὁμολογεῖ ἐν τούτοις, ἀλλ' ἤδη πόλις πόλει, ἀλλ' ἤδη οἶκος οἴκῳ, ἤδὲ ἀνδρὶ, ἤδὲ αὐτὸς αὐτῷ *leges & Iura pro cujusque placito in partes ita distrahuntur dilacerantur que, ut non modò Gens cum Gente, sed nec urbs cum urbe, nec familia cum familia, nec homo cum homine, nec unus aliquis interdum secum ipse consentiat.* Tantundem alii obiter. At demum Gentium, omnium earum, quas cognovimus, Moratiorum mores heic in argumenta, quibus Juris Naturalis capita adstruantur, ut expressim volunt nonnulli, indagentur. Certè simulac de moratioribus verba fecerimus. haud pauci mortalium suam seu aliquam saltem, quam sibi sive ex vitæ instituto adsciverint, sive in literarum studiis fuerint præ ceteris admirati, aut moratissimam ceterisque Juris omnimodi nomine, præferendam (qua de re & olim prudenrer monuit Herodotus[e]) esse, aut saltem moratioribus connumerandam pertendet. Atque ita rem non in imparem sanè, quoties exinde controversia orta fuerit, recidere difficultatem palàm est. Quin Græcos Latinis, hos Græcis, utrisque Ægyptios, Persas, Chaldæos, Æthiopas, Celtas, Scythas, Judæis hosce simul aliosque universos Barbaros fuisse sciunt pueri. Atque ob incertum, quod in hujusmodi mensura, ut diversimodè habeatur, necesse est, Constantinus Harmenopulus[f] Jus Gentium nihil aliud esse voluit, quàm quod distributè habetur utcunque invicem discrepans, apud Gentes qualescunque. Ἐθνικὸς γὰρ νόμος inquit ἐστὶν, ὅπου ἔθνη ἐν ἤθεσι χρῶνται ἰδιαῖς· οἷον τὸ μὴ μίγνυσθαι ταῖς ἀπεχθέσι παρὰ Σαυρεῦσι καὶ Ἕλλησι· καὶ τὸ ἐναντίον τὸ μίγνυσθαι ταύταις παρὰ Πέρσαις; *Ius Gentium est, quo Gens Gentesque utuntur aliquæ. Ut non misceri matribus apud Saurus* (*Sarmatas* substituit Joannes Mercerus) *& Græcos, contraque iis misceri apud Persas.* Quæ cum ita se habeant, certè sive Gentes seu Populos ipsos Omnes, utpote necdum cognitos considereres, sive mores Cognitorum Seculorumque mirum in modum circa ea, quæ Juris Naturalis dicuntur, discrepantes, sive Civiles, quæ accedunt Obligationis ac Permissionis formulas sive Juris omnimodi apud eorum aliquos violationem, sive Utilitatis rationem Boni ac Honesti considerationi in rebus publicè gerendis moribusque introducendis crebrò prælatam, sive consuetudinis

[e] In Thalia

[f] Προχειρ. l. 2. tit. 1.

Digitized by Google

dinis diuturnæ vim Naturam in Gentium moribus toties ſimulantem tandem ſpectes, non imprudenter factum meritò forſan dixeris ab Ebræis, dum in Juris Naturalis deſignatione, Omnium ſeu Plurium Gentium morum ſeu inſtitutorum rationem habent nullam. Accedat, Jus qualecunque non ſatis accuratè inde peti aut denotari, unde Autoritas & Imperium aliquod, è quo pendent Obligatio, Permiſſio, earumque comites, juxta ſuperiùs capite quarto oſtenſa, ſatis haberi nequeat. Detur uniformes è ſeculis priſcis fuiſſe, atque etiamnum eſſe Gentium, ſive Omnium ſive Cognitarum, ſive Moratiorum pariter mores aliquot, veluti in Contractibus, Succeſſionibus, Conjugiis, Judiciis, Federibus, Commerciis. Anne inde Juris Naturalis ſeu Univerſalis vim, atque Obligationis & Permiſſionis effectum (citra quem fruſtra de Jure aliquo loquimur) ſortiri omninò poſſent ejuſmodi mores? In exemplis memoratis, mores, ut vides, partim ſunt ſingulatim, & domi genti cuilibet uſitati, partim univerſis, ut communes interveniũt. Quod ad ſingulatim & domi cuilibet uſitatos attinet; Anne gens unica aliqua gentis alterius non ſubjacens imperio (nam de Gentibus plurimis, quæ ſui ſunt ſeorſim invicem juris, res eſt capienda) ideò ad morem ejuſmodi aliquem retinendum obſtringitur, quia ipſa ſimul, ſicut cæteræ, eum tamdiù obſervavit? Ullamne Obligationis exinde naſci poſſe communionem, cui ſingulæ earum, qui obſervaverint pro libitu ſuo per ceteras nequeant contraire, fingi poteſt? Certè non cum meliori ratione, quàm ſi quis dixerit Spartanos, verbi gratiâ, ideò ad retinendum aliquem morem ſibi ſeorſim avitum obligari, quoniam nondum placuerit ejuſdem aut ſimilis, Athenienſibus, Thebanis, Macedonibus, aliis, quibus non omninò ſubſunt Spartani, abrogatio. Neſcit quidem nemo regulam illam g Juris, *Refertur ad univerſos, quod fit per majorem partem.* Quæ paſſim ferè obtinet in Curiæ h decretis, arbitrorum i ſententiis, id genus aliis. Quoties ſcilicet id totum, cujus ea pars eſt, unico ita complicatur, ſive imperio, ſive pacto, ſive conſtitutione, ut in corpus unicum civile coaluerit, parteſque ibi habuerit exinde veluti invicem continuas. Quod ſi ex

g *L. 160. D. tit de diverſ. reg. Juris.*
h *L. 19. D. tit. Ad Municipalem.*
i *L. 27. D. tit. de Receptis & qui arbitrium. §. 3.*

Digitized by Google

si ex numero tantùm, velut quantitate discreta, ita conflatur gentium hominumve cœtus aliquis, ut non omninò in ejusmodi totum seu continuum quid coaluerint, Majoris sanè partis in rebus, quales jam tractamus, ratio habenda est ad Obligationem seu Officii Debitionem introducendam nulla. Finge homines aliquot singulares trium, verbi gratiâ, gentium (quæ pro cunctis in exemplum sumantur) & personas & Imperia induisse. Gentium semper intellige sui planè ita sigillatim juris, ut alterius ditione earum nulla contineatur. Finge, inquam, Titium, Sempronium, & Seium Gentium & personis & imperiis trium (id est, heic omnium) sic indutis, sibi statuisse seu elegisse quid, ac pariter semper observâsse. Adeò etiam longævos fuisse, ut omnes Præscriptionis terminos observatio illa excederet. Ut scilicet Gentes universas eorumq; mores qualescunque sic velut in tabella unito complectaris intuitu. An major trium illorum pars in causa heic esse quibat, quominùs tertius pro libitu suo id, quod à se sibi ita statutum est atque observatum, ritè non posset abolere ac rejicere? Parilis omnium observatio citra obligationem aliquam singulis superiorem, qua pariter coerceantur omnes, utcunque diutina, efficere planè nequit ut non contrarium æquè singulis sibi (si nil aliud obstet) statuere, atque observare liceat. Simili modo dicendum de moribus gentibus quotcunque communibus seu Intervenientibus. Si alia obligationis causa non reperiatur, præter ipsarum observationem mutuam seu constitutionem, quid vetat, quo minùs ex consensu, in diversam sive observationem sive constitutionem inito, jus qualecunque illud pristinum interveniens esse definat. Quemadmodum clarigationis seu represaliarum, belli denunciandi, alia juris Fœcialis ac belfici capita Gentibus, quas novimus, Intervenientia, mutata pro seculorum varietate scimus. Et quod paucioribus gentibus quallibuscunque post consensum in observationem diutinum abolere seu mutare licet, id omnibus si itidem velint licere, modo superior non habeatur, quæ vetet obligatio, quis possit dubitare? Neque igitur è Plurimarum neque ex Omnium, tametsi mores earum exploratos haberemus, Gentium usu aut observatione, Jus illud Naturale atque Universale, maximè

quo

quod sibi perpetuò constans est, & nunquam non Obligat, petendum est. Nec sanè de illo, quod naturaliter Permissivum est, aliter atque suffragia velut interpretationum in capitibus hujus aliquot excutiendis è Gentium moribus subinde suppeditantur, ut superius diximus, est decernendum. Quin & alia capite proximo dicenda huc pariter spectabunt.

Cap. VII.

De Rationis Humanæ, *in Iure Naturali diquirendo*, usu, *quo solo neq; hoc subnituntur Ebræi. Ex* Rationis solo & simpliciter sumto usu, *tum quia adeo* incertus *est & sibi* inconstans, *tum quia sine* Superiori, *cui subsit*, imperio *obligationem non inducit, non rite satis edisci* Jura Naturalia.

QUod ad Naturalem Rationem seu rectum ejusdem apud Homines usum ejusque dictamen attinet, (nam de eo juxta institutum proximè videndum) passim legimus, Communes innasci hominibus Notitias, atque Anticipationes, quibus nemini non intùs constituitur, Bonum amplexandum appetendumque, Malum fugiendum, honestè vivendum; atque ex ejusmodi notitiis seu principiis, practici intellectus theoremata seu conclusiones fieri, mente non depravata ex vi sibi congenita ratiocinante, ipsis principiis non incertiores. Adeoque Jus Naturale cum Aristotele[k] sæpè definitur, id esse quod πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν καὶ οὐ τὸ δοκεῖν ἢμὴ *ubique eandem vim obtinet, & non, quia ita videtur, vel minimè.* Id est, quod non ex incerto ac vario apud Gentes opinionum usu, aut ex re pro civili bono diversimodè nata, (quale non rarò est jus Positivum, quod Νομικὸν seu legale vocat ille,) sed ex constanti eorum judicio, qui rectâ ratione sanâque utuntur, perpetuò sibi simile pendet. Nam pro eo, quod est ibi πανταχοῦ *ubique*, substituit præstantissimus paraphrastes Andronicus Rhodius παρ' ἀνθρώποις τοῖς τὰ ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχειν δοξάζουσι καὶ τοῖς τοιούτοις τὰς Φύσεις καὶ διεστραμμένοις *apud homines, qui rectè atque ut oportet, sapiunt, non apud eos, quibus laborat mens aut perverse*

k *Ethic. lib. 5. cap. 10.*

ptæ legis naturalis in homine quantum ad Opembilia, sic se habent prima principia in Demonstrativis. Alii tantundem non rarò. Atque huc spectat illud Alberti Bologneti Jurisconsulti non incelebris, quod vicem aliorum, quæ adduci facilè possent è Jurisconsultis Theologisque similium sortiri heic voluimus. *Genetim,* inquit [n], *concludimus, Naturam, ut aliis omnibus semper in rebus, ita in hoc maximè providam, plenissimè illa omnia nobis suggessisse, quibus ad vitam justè, piè & honestè degendam optimè instrui possimus. Quæ ut perfectè ac distinctè à nobis cognoscantur, sciendum est bipartitam eorum rationem esse. Quædam enim sunt, quæ naturâ neque prohibentur, neque imperantur, sed libero ipsorum hominum arbitrio permittuntur, ita ut possint homines liberè decernere, quæ pro locis & temporibus sibi magis expedire judicaverint. Quædam verò sunt, quæ determinatè, ut ita dicam, naturâ imperantur vel prohibentur, ita ut ejus imperii vel prohibitionis mutandæ nulla hominibus facultas concessa sit. In illis quidem primis maximè inspicitur utilitas, in his verò Honestas ac Justitia sola attenditur: solaque hæc postrema sunt, quæ ipsi naturæ præcipuo quodam jure tribui possint.* Sic ille; idque ad vulgi Scriptorum mentem, qui ex recto Rationis usu fines illos, quos ultra citraque naturaliter nequit consistere, rectum, reperiri edicique dictitare solent. Juxta & illud Euripidis [o]; Vir bonus, inquit,

[n] *De lege Iure & æquitate cap. 18. §. 6.*

ὅδε γ' οἶσθ' αἰσχρόν, κανόνι τῷ καλῷ μαθών

Novit id, quod Turpe est, Malum, seu prorsus fugiendum, ex canone, Regula seu norma illa, quâ Bonum Honestumque designatur edoctus. Quam regulam seu normam in Ratione humana, seu ex ejusdem dictamine haberi passim inculcatur. Ceterùm neque hoc modo simpliciter sumto de Jure Naturali seu universali statuunt, aut disquirunt Ebræi. Qua de re paucis videbimus. Id quidem fatendum est, ex Gentium complurium, quas pro Moratioribus atque Illustrioribus habemus, scitis ac rationibus, juxta ea quæ capite proximè superiori disputata sunt, suffragia ceu interpretationes in disceptationibus de Jure Naturali Permissivo ritè satis interdum adhiberi. Quin & tàm in Juris Obligativi, quam Permissivi disquisitione subsidium cuique ingens (sicut & in rerum omnium aliarum æstimatione) ex multi-

[o] *In Hecuba.*

multiplici tum ſui, tum aliorum rationis uſu, id eſt, è perquam variis, atque invicem diſſidentibus hominum ſententiis, juxta capite primo oſtenſa, præſtari. Ut fermè complurium virginum pulcherrimarum, quas ſeligendi poteſtatem Zeuxi publico conſilio dederant Crotoniatæ, formæ invicem ſatis diſſimiles, id ei præſtiterunt, unde unicam Helenæ p, quæ ei magno pretio ab illis conducto depingenda erat, faciem velut excerperet. Ut verò ritè hac de re diſpiciamus, Ratio ejuſque uſus dupliciter ſumitur: Aut quà per ſe Simplex eſt nuduſque, nec alicujus Humanâ naturâ Superioris, ſive indicationem, ſive authoritatem reſpicit, aut quà autoritatem ejuſmodi ſeu indicationem Boni Malique officiorumque debitionis terminos deſignantem agnoſcit. De modo ſecundo agitur capite ſequenti. Ceterùm de Ratione in criterium primo modo adhibito, animadvertendum eſt, non modò non adeo Certum eſſe, aut ſibi Conſtantem ac ſimilem apud homines ejuſdem in hisce diſcernendis uſum, ut, quid ex eo melius, aut optatius ſit, ſemper ſatis liqueat, verùm etiam nec inde ſolum, licet certiſſimus eſſet ſibique ſimilimus & conſtantiſſimus, erui ſic poſſe Obligationis, atque Permiſſionis (quod heic caput eſt) legitimæ Cauſam. Quod ad Incertum atque Inconſtantiam, quâ laboravit ſemper liber nudæ Rationis ille in hiſce uſus ſpectat; ut vulgus hominum, cui diligentior Rationis uſus, qualiſcunque eſſe ſolet, ſatis alienus prætermittam, nemo humanior neſcit, de Bono & Malo eorumque finibus numeroſiſſimas fuiſſe olim etiam Rectæ Rationis profeſſorum ſeu antiſtitum, id eſt, philoſophorum, diſceptationes, ſed mirum in modum invicem diſcrepantes. Neque erat, qui tantas potuit componere lites, Sectæ erant perquam multiplices, & tam fœcunda dogmatum ſeges, ut philoſophia, quæ accuratiſſimâ, pro diſquirentium viribus ac ingenio, ratione nitebatur, ad CCLXXXVIII. ſectas, non quæ jam eſſent, ſed quæ eſſe poſſent, adhibitis quibuſdam differentiis, facilimè perveniret, quod obſervavit olim togatorum doctiſſimus Varro q. Et philoſophiam ipſam de veteribus illis adeò, dum ſuis ſinguli rationibus, veluti veris & cogentibus ſubnixi, eam ſibi ſolum ceſſiſſe oſtentabant, diſſidentibus conquerentem eleganter inducit Boëtius, *Epicurum*, inquit r, *vulgus*

p *Cicero de Inventione lib. 2.*

q *Apud D. Auguſtinum lib 19. de Civitate Dei, cap. 1. Adde Clementem ſtrom. 6. Epiphanium (de ſectis) in Cap. de fide Catholicâ, apud Laertium &c.*

r *De Conſolat. l. proſ. 3.*

Digitized by Google

Vulgus ac Stoicum ceteriique me reclamantem renitentemque velut in partem prædæ trahebant, & vestem, quam meis texueram manibus, discidérunt, abreptisque ab ea panniculis tanquam me sibi cessisse credentes abiêre. In quibus, quoniam quædam nostri habitus vestigia videbantur, meos esse familiares imprudentia nata, nonnullos eorum profana multitudinis errore pervertit. Ita qui ex professo Principia bene vivendi universâlia quæsierunt, in diversissimas abiêre sententias, suas singuli optimas judicantes; aliorum ferè sive damnantes sive reprehendentes. Quid quod nonnullis etiam majorum gentium Philosophis adeo singularis heic erat ratio ejusque usus, ac dictamen (nam de pravitate locus hic non est dicendi,) ut quædam certè rarò apud homines non pro Juri Naturali planè adversis habita, omninò ex eodem jure permissa ac probata esse auderent asserere. Sic Zenoni & Chrysippo, quemadmodum etiam Persarum Magis, μητρὸς μίξις seu concubitus maternus, atque etiam filiæ, uti & masculi licitus [f] habebatur; ut Theodoro philosopho [t] Furtum, sacrilegium, adulterium. Quæ tamen Ulpiano [u] Jurisconsulto, qui nec Christianus, aliisq; paganis naturâ turpia expressim esse dicuntur. Theodorus etiam & Diagoras Melius aliique satis celebres, nullos Deos asseverando, timorem omnem, quo Humanitas regitur, venerationemque penitùs [x] sustulerunt. Huic adjice Platonis, philosophorum cunctorum diviniſſimi, uxorum communionem [y], coitum fermè promiscuum, aliorum [z], rerum universarum perpetuam velut ex lege imperante communionem. Accedant Archelai [a] item, Aristippi [b], Carneadis [c] placita, quibus nihil omninò ex naturâ Justum admittitur, sed omnia, quæ illa induunt nomina ex legibus scriptis, hominumque arbitrio, aut utilitate pendunt. Alii etiam tantundem [d] acriter propugnârunt. Quin & id genus innumera alia, pro diversissima disquirentium ac docentium ratione, in veterum scriptis occurrunt. Personat quidem ubique ὁ νόμος ἐστὶν λόγος ὀρθός *lex*, maximè naturalis, *est recta ratio*, in quod unanimes satis consentiunt, etiam qui de recta ratione immane quantum, sicut de gustu solemus, interim dissident. Perinde ac si de mensura nomine quidem tenus, veluti pedis ulnæve, satis essent

[Sixtum Empiricum Pyrrhon. hypotyp. lib. 3. cap. 24. & 25. & adverſ. Mathematic. l. 10. Epiphanium in Cop. de Fide Catholica.

[t] Diogenes Laert. in vita Aristippi. Hesychium Illustrium in Theodoro, Epiphanig in Cop. de Fide Catholica

[u] l. 42. D. de diverſ. Reg. Iuris.

[x] Minutium Felix in Octavio.

[y] De Republica lib. 5.

[z] Epiphanes Alexandr. apud Clement. ſtrom. 3

[a] Laert. in vita ejus.

[b] Idem in vita ejus.

[c] Lactant. citatus capite proximè ſuperiori.

[d] Callicles apud Platonem in Gorgia, & Ariſt. Elench. lib. 2.

[f] Vide, & vide Platonem de Republica lib. 2. ubi de Gygis annulo.

ſent concordes, de utriusque intereà quantitate mirè diſcrepantes. Et ſanè ubi verbis etiam expreſſiſſimis pro firmantis, quibus initantur homines, præcepta atque interdicta ſive à Numine, ſive à Principibus. ſive ab aliis, qui rebus præſunt, conſcripta habentur, in horas inibi etiam videmus non ſine ingenti Rationis, tametſi habeat ea ibi palàm quo ſubnitatur dirigaturque, uſus diſcrimine in alias atque alias, imò creberrimè in contrarias diſcedere ſententias interpretes, utcunque pollentes admodum ingenio. Summa eſt, quod habet Plato [e]; Soc. *Cum quis Argenti, aut ferri nomen protulerit, nonne univerſi idem intelligimus? PHAED. Id verum quidem eſt.* Soc. τί δ' ὅταν δικαίᾳ ἢ ἀγαθῷ; οὐκ ἄλλος ἄλλη φέρεται καὶ ἀυφισβητοῦμεν ἀλλήλοις τε καὶ ἡμῖν αὐτοῖς; *Quid verò cum Iuſti aut Boni nomen uſurpaverit, nonne alius aliò fertur, & tum inter ſe ipſi & à nobismetipſis diſſentimus?* Alii etiam omnia ita in dubio poſuêre, ut aſſenſum perpetuò retinerent. Veluti Pyrrhonii, Sceptici, id genus alii, qui ſtateris Rationes (ut de eis Lucianus [f]) trutinantes, indeque ponderis æqualis eſſe comperientes, Veritatem nullibi haberi exiſtimarunt. Sectis ſuis ſcilicet adeò addicti, ut nec communibus, quæ ſic dicuntur, notionibus, cum aliis, crederent. Cautiùs igitur utendum eſt, nec temerè innitendum liberrimo, ac ſimplici ſolùm Rationis disquirentis uſu, qui adeò multiformis, atque etiam ita in incerto paſſim eſt poſitus, ut, quod alteri maximè, in hac potiſſimum indagine, ſive pro Principio evidentiſſimo, ſive pro Concluſione principio non impari habitum eſt, id alteri, nec imparis ingenii, planè rejiciendum ac falliſſimum, aut pro vero ſaltem non admittendum non rarò viſum fuerit Nam ſic crebrò eveniſſe apud illos diſciplinæ Heroas, qui de Boni ac Mali, Turpis & Honeſti Naturâ, libero, nec aliunde coercito rationis uſu diſceptârunt, neſcit nemo eorum ſcriptis paulò verſatior, Unde eſt quod de Gentium philoſophia Tertullianus, id eſt, de rationis, quæ Rectæ nomine oſtentari paſſim ſolebat, uſu, *nihil divinæ*, inquit [g], *licentiæ ſervat, Leges Naturæ Opiniones ſuas facit*, quibus ſi Scholarum, ac Sectarum ſpectes varietatem, nec incertiores, nec invicem magis adverſàs ulla in re comperies. Quod verò ad Obligationem heic attinet, quæ velut juris eſt anima; Homines,

[e] *In Phædro & videſis Galen. de Hippocratis & Platonis placitis lib. 9. cap. 2.*

[f] *In Bitarum auctione.*

[g] *De Anima cap. 2.*

nes, in rem quæ præ manibus eſt, conſiderari poſſunt, aut quatenus ipſi univerſi æquales naturâ (citra ſcilicet Imperiorum ac Rerumpublicarum conſtitutionem) philoſophis [h] ac Jurisconſultis habiti ſunt, aut quatenus, in unicam coaluiſſe ſocietatem Civilem ſeu civile ex pacto imperium unicum univerſi poſſint fingi. Etenim quà in plures Gentes ſeu Imperia diſtribuuntur, capite conſiderantur proximè ſuperiori. Quatenus homines univerſi æquale naturâ quomodocunque habiti ſunt, ſeu ut ſinguli tantum conſiderantur; concedatur ſi placet, non ſolùm philoſophos, ſed etiam homines univerſos ita ſolo ac ſimplici, qualem diximus, Rationis uſu in Honeſti & Turpis definitionem aliquam rerumque ſingularium, quæ ſub eis nominibus veniunt, deſignationem conſenſiſſe, eamque planè Naturalem eſſe, opinatos, adeò ut nec ſententiarum diſcrimen reſtaret ullum. Scilicet ut hoc rectiùs intelligatur, fingamus cum veteribus aliquot [k], tempus quoddam fuiſſe, cum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur, & ſibi victu ferino vitam propagabant nec ratione animi quidquam, ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabant. Atque ferinam hanc vivendi libertatem diligentiori Rationis tandem uſu, eoque ſimplici nec ſuperioris autoritatem omnino reſpiciente ſigillatim ductos fingatur eos exuiſſe, ac unanimes, nec tamen ab æqualitate recedentes, vitæ ſecundum Juris qualiacunque, Naturalis nomine, capita formulæ in poſterum retinendæ nomina dediſſe. At quid cedò hoc ſimpliciter ita ſumtum ad Naturalis Obligationis ſeu Officii debitionis non violandæ, atque Permiſſionis ſive Cauſam ſive Effectum proprie, juxta capite quarto oſtenſa, dictum? aut ad naturalem Liciti atque Illiciti diſterminationem? Quale de conſtitutione atque obſervatione Gentium ſui ſeorſim planè ſingularum juris invicemque æqualium capite dicitur ſuperiori, tale etiam heic de philoſophica obſervatione ſeu ſcholaſtica, utcunque univerſali, ex nudo rationis liberæ, ſine expreſſiſſima præeunte autoritate uſu nata eſt pariter dicendum. Quin Ratio, quatenus talis ſolùm & ſimplex, ſvadet & demonſtrat, non jubet aut ad officium, niſi ſuperioris eo, qui jubetur, accedat ſimul autoritas, obligat. Quod legis datæ proprium eſt. Alterum hominum ſic ſingulorum

[h] *Ariſt. Polit. 3. cap. 12. Vlpian. l. 32. D. de diverſ. Reg. Iuris.*

[k] *Cicero l. 1. de Inventione, Lucretius lib. 5. de Plato de Repub. lib. 2.*

parisque invicem juris ex alterius solummodo Ratione, seu unum aliquem sive ex sua (neque enim imperare sibi, neque se prohibere [l] quisquam potest) sive è ceterorum omnium sic obligari, aut juberi, ut suam prout sibi ex arbitrio videbitur, ideò duntaxat rationem ac sententiam etiam in contrariam posteà mutare nequeat, ne admitti quidem potest magis atque ceteros universos ex ipsius unici sic obligari. Nam undenam Obligationis causæ reperitur disparitas, ubi universi, ut diximus, habentur pariter sui juris & æquales nec in civile aliquod corpus sociati? At verò universos illos etiam, id est, totam gentem Humanam in civile corpus fingatur coaluisse, ac de aliqua non solum vivendi, sed etiam imperii formula consensisse, adeò ut jam inter eos, Principes subditis præessent, pœnæ insuper jus, quod sic ex nuda natum eis est ratione, violantibus præscriberetur. Certè nisi superior etiam & heic accedat autoritas atque jus, ratione qualicunque singulorum superius, quo fides sic inita servanda, quo Principibus parendum, quo pactis standum, quo demum universi simul, ut vinculo singulorum arbitrio, ac vaga ratione pollentiori, constringantur; quî fieri potest, ut Naturalis aliqua, aut quæ à singulis, pro libitu & variante ratione, naturaliter solvi nequeat, Obligatio refragetur, quo minùs à fide, imperio, pactis, pœnarum præscriptione, omnibus tandem in quæ sic consenserint, liberè quisque & pro arbitrio recedere queat? Quà scilicet Turpe & Honestum, Licitum atque Illicitum, Officii debitionem & Jus, non per homonymiam ut assolet, Utile & Inutile, aut Vim Obligatio spectat, quod semper heic advertendum. Ut enim paris in parem imperium esse nequit, ita nec qui pares fuerint, ii ex jure aliquo sibi inter se præscripto, officiique debitionis inde solùm nomine, adeò impares fieri possunt, ut cuilibet nihilominus eorum non sit societati, quam inivit jurique, in quod consensit, par renuntiandi semper libertas, nisi velut ab externo seu aliunde, quàm à se ipsis accedat simul quod Pacta, conventa, deditiones, Jus illud & officium, & quæ cetera sunt, quibus societates humanæ, respublicæ atque imperia nasci conservarique solent, obligando, cum imperio, firmet. Incoibiles planè alioquin sunt invicem Homines, dum Jus tantum & Obligationem communem

[l] *L. 51. D. tit. de Receptis qui arbitrii*

Digitized by Google

nem ut heic spectamus. Quin & in quicquid simul Omnes etiam se obligari quacunque ratione velint, eo pariter & Omnes se solvere ritè posse nemo non videt, nisi etiam superior aliqua homine autoritas ipsos ita velit manere obligatos. Rem se aliter habere, sive de hominibus singulis sui pariter ac seorsim juris sive de eis in corpus civile sociatis loquamur, ne facilius quidem potest excogitari, quàm Duabus lineis rectis, sine Alia, quæ utramque pariter terminet, spatium qualecunque comprehendi, aut Extrema invicem continua fieri sine Medio, quo conjungantur, aut demum Numeros, qui Pares sunt, sine unitatis aut Imparis velut ab externo adjectione, crescere posse in Impares. Unde etiam evenit, ut in Paganorum disciplina veteri nec Diis ipsis obligatio aliqua ad pactum promissumve servandum, qualem scilicet rite satis violare nequirent ipsi, superinduceretur nisi palude Stygia, superioris in hanc rem Numinis nomine, invocata *m*

Dii cujus jurare timent & fallere numen,

Ambrosiæ item & Nectaris Deorumque consortii interdictio temporalis, pro pœna violationi imminebat. Ne quidem inter Deos supremos Obligationem invicem admittere quibant citra Numinis ipsis supremis superioris fictione. Qualisnam autem reverà fuerit atque undenam petenda Juris Naturalis Obligatio (quæ etiam jura omnimoda Humana, quæ positiva sunt, consequenter firmet) capite sequenti ostendetur, ubi, quæ huc itidem attinent, alia habentur.

m *Hesiod. in Theogō. Homer. Odyss. 5. Virgil. Aeneid. 6.*

Cap. VIII.

Ex Naturæ Parentis *seu* Numinis *sanctissimi* Imperio *atque* Indicatione *orta hominibus esse* Jura Naturalia *seu* Universalia, *cum* Philosophis *aliquot*, patribus *Christianis*, & *Iurisconsultis* etiam nonnullis *Cæsareis*, statuere Ebræos. *Et de* Obligationis *inde ac* Permissionis ortu, *ac* effectu,

DAmnè igitur rejecto, in disquisitione de Jure Naturali ineunda, Animalium aliorum usu, nec aut Gentium quantumvis usitatissimis Moribus aut Solâ, ut dictum est, Ratione humana, eorumque opinionibus & consensu ex ratione ejusmodi per se nuda ac simplici pro amussi seu mensura ritè heic judicandi definiendique admissis; restat ut de quarto illo modo, quo Jura Naturæ indagantur, & designari velut à Causa efficiente solent, videamus. Id est, de Naturæ Parentis seu Numinis sanctissimi imperio, Autoritate atque indicatione. Nimirùm docent, tum Philosophi magni, tum Patres Christiani, quemadmodum etiam Jurisconsulti nonnulli expressim, Deum, ut Naturæ Parentem universique Rectorem, hominum animis insevisse, indicâsse, imperâsse, alia quædam, sigillatim etiam designata, Boni & Honesti nomine observanda, alia similiter nomine Mali ac Turpis perpetuò fugienda, atque inde conflari jus Naturale seu ejusdem velut in unum corpus partes coalescere singulares. Atque ex hisce solùm qualiscunque intereà pullulaverit è nudo rationis humanæ usu ac operatione absque admissa ejusmodi insitione, indicatione atque imperio, Sententiarum seu Opinionum seges. Obligationem eam, quæ naturalis est, uti & Permissionem pendere. Adeo ut alia eousque Turpia esse, alia eousque Bona & Honesta illinc designentur, ut ex imperio Naturæ Parentis ejusque autoritate, quâ universi obligamur, sic nunquam esse desinant, atque insuper pœna consequatur Violationem ejus, quod ita ex imperato observari debeat, uti & Observationem præmium. Quod ad Philosophos attinet; *Hanc video;* inquit Cicero n, *Sapientissimorum fuisse sententiam, legem* (De Naturali planè loquitur, è qua ceteras, quocunque designentur nomine, pendere cunctas, nec immeritò voluit; qua de re etiam plura mox) *neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam quod universum mundum regeret imperandi prohibendique Sapientiâ. Ita principem legem illam & ultimam, mentem dicebant omnia ratione, aut cogentis, aut vetantis Dei.* Et paulò pòst; *Nec si regnante Tarquinio nulla erat Romæ Scripta lex de Stupris, ideircò non contra illam legem sempiternam*

n *De Legibus lib. 2.*

Digitized by Google

nam Sextum Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens & à delicto avocans, quæ non tum denique incipit lex esse, cum scripta est, sed tum cum orta est. Orta autem est simul cum mente Divina. Quamobrem lex vera atque Princeps apta ad Iubendum & ad Vetandum ratio est recta summi Iovis. Idemque alibi o, *Est quidem vera lex, recta ratio Naturæ congruens, diffusa in omnes, constans sempiterna, quæ vocet ad officium jubendo; vetando à fraude deterreat: quæ tamen neque probos frustra jubet aut vetat, nec improbos jubendo aut vetando movet. Huic legi nec propagari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet. Neque tota abrogari potest. Nec verò, aut per Senatum, aut per populum solvi hac lege possumus. Neque est quærendus explanator, aut interpres ejus alius. Non erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac. Sed & omnes Gentes & omni tempore una lex & sempiterna & immutabilis continebit, unusque erit communis quasi Magister & imperator omnium Deus. Ille legis hujus inventor, disceptator, lator, cui qui non parebit ipse se fugiet & Naturam hominis aspernabitur. Hoc ipso luet maximas pœnas, etiamsi cetera, quæ putantur, effugerit.* Et Hesiodus p,

o *De Republica lib. 3. apud Lactantium lib. 6. cap. 8.*

τὸν γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων

p *Ἔργ. & Sidesis Clement. Strom. 4. sub fine.*

Legem Hominibus constituit Iupiter, seu Naturæ rector. Et *secundum Deum vivere & Deum sequi* idem non rarò habetur cum eo quod est *vivere secundum Naturam*, etiam & *secundum Rationem*, apud Ciceronem, Senecam, Plutarchum, alios. Unde cum Hierocles in egregio illo ad carmina Pythagorica commentario, de eo, quod est Rationi parere, verba facit, Λόγῳ γὰρ ὁρθῶ, inquit, πείθεσθαι καὶ Θεῷ, ταυτόν ἐστι. τὸ γὰρ λογικὸν ζῷον ἐυμοίρησαν τῆς θείας ἰλλάμψεως ταύτης βούλεται ἀεὶ θείῳ ἕπεσθαι νόμῳ· καὶ γίνεται σύμψηφον Θεῷ ἡ κατὰ Θεὸν διακεκριμένη ψυχή· καὶ πρὸς τὸ θεῖον καὶ τὸ λογικὸν ἀποβλέπουσα πράττει ἃ αὐ πράττει, *Est verò idem Rationi recta parere atque Deo. Natura enim, quæ rationis est particeps, illuminationem sibi sortitæ, ea amplectitur, quæ præscripsit lex Divina. Nec discrepat à Dei sententia animus, qui secundum Deum se habeat, sed divinitati atque fulgori (à quo illuminatur) intentus ea facit, quæ facit.* Adeò ut Deum ipsum, quatenus indicando rationi imperat, seu imperando indicat, ἀπὸ μόνης τῶν καλῶν πράξεως *velut solius bonorum*, seu officii debitionis, adeoque obligationis, men-

mensura seu *amussis* nomen habere etiam velit. Illinc est quod passim Jura Naturalia seu omnium hominum communia interdum quidem communes notitias sed sæpissimè τὰς θείας νόμους *Leges Divinas* seu à Numine datas appellat. Atque ὁ συνειδὼς μὴ ἑαυτὸς λογισμὸς δικαστὴς ἄκριτος ἑαυτῷ γίνεται *Leges eas*, seu jus ita indicatum imperatumque, *Suscipiens Ratio sibi vigilantissimus efficitur Judex*, quod itidem ille. Quibus sanè verbis id quod ipsi philosophisque etiam paganis aliis non rarò τὸ συνειδὸς in vitæ peragendæ ratione seu *Conscientia* dicitur, optimè designatur. Scilicet ex indicatione atque imperio, quale dictum est. Conscientiâ sic velut conjungi Numen Hominemque cujus Rationi sic indicatum imperatumque est, ut reverâ homo injuris Naturalis seu nunquam non observanti capitibus sic indicatis imperatisque discernendis Numini sit conscius, uti & consequenter Obligationis ex autoritate illa, humanâ superiore, sibi superinductæ pœnæque pro violationis comite præstitutæ. Nam conscius heic est ita cum alio scius, quemadmodum de vocabulo illo Nonius. Illinc est quod apud Homerum θέμιστες seu *Jura*, quibus genus humanum carere non debet, non semel Jovi tribuantur ut autori. Et Sceptrum Minois apud Homerum οὐδὲν ἄλλο εἶναι dicit Plato, ἢ τὴν παιδείαν τοῦ Διὸς *nil aliud esse quàm doctrinam* seu *disciplinam à Jove acceptam*. Scilicet *arbitria Principum, quæ principio rerum*, ut ait Justinus, *erant pro legibus*, Jure illo communi seu naturali, quod violari noluit Jupiter, coercebantur. Ex hac causa itidem Demosthenis Jus generatim, id est, omnimodi juris apud homines positivi fundamen proximum seu Jus Naturale, dicitur εὕρημα καὶ δῶρον Θεοῦ *Inventum & donum Dei*, & Dioni Chrysostomo Διὸς θεσμὸς *Jovis sanctum*. Et Euripidi Jura hominum communia νόμιμα Θεῶν *Jura Deorum*, aliisque id genus nominibus designantur. Id genus occurrunt non pauca apud poëtas veteres, aliosque philosophia hac sacra satis plenos. Quin Platonici Νοῦ ἐστὶν ὁ Νόμος Διανομὴ *Mentis* seu *Dei est distributio lex* seu *Jus*. Atque inde est quòd Aristoteles, ubi pauca de eo quod est, utrum Jus Naturale sit mutabile, loquutus, nonnullis ait mutabile videri, quoniam apud alias atque alias gentes variatim se habeat, τοῦτο ὃ subjicit, οὐκ ἴσον ἔστιν ἴσον ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὡς· καὶ τὸ παρὰ τὰς

q Iliad. A. & I. & Odyss. A.

r In Minoe.

Hist. 1.

t Orat. 1. adversus Aristogitonem.

u Orat. 30.

x In init.

y Videsis Stobæum Eclog. Physic. lib. 1, cap. 7.

z Proclus in Theol. Plat. lib. 5 cap. 9.

a Ethicorum Nicom. 5. c. 10.

τοῖς

τῷ θεῖς ἴσως ᾗδαιῶς ἄλλως ἔχει; *Hoc verò non ita ſe habet, ſed quodam modo. Quanquam apud Deos fortè nullo modo ſe aliter atque aliter habet.* Scilicet, tametſi ob depravatos hominum mores ipſa Juris Naturalis capita, ſecundum obſervationem ipsaque obſervationis ſive præcepta ſive permiſſiones apud Gentes non ſatis ſecundum Naturam inſtituta habentes, aliter atque aliter agnoſci mutarique videntur, nihilotècius ipſum αὐτοδίκαιον ſeu *quod per ſe atque ex ſui natum juſtum eſt* b ex Deorum præſcripto, perpetuò manet ſibi ſimile parilemque ſemper & parem obligationis vim obtinet. Id eſt, planè eſt immutabile. Neque aliunde eveniſſe fingi poſſe videtur receptam illam, maximè apud Græcos & Romanos ſententiam, de ſcelerum pœnis apud inferos dandis. Amphitrio c ad Theſeum inde reducem

b *Videſis Michaelem Epheſium ad 5. Ethicorũ & Albertum Bolognetum de lege lure & Æqbitate cap. 16. §. 16.*

c *Apud Senec. in Herc. furente. act 3.*

——— verane eſt fama, inferis
Tam fera reddi jura & oblitos ſui
Sceleris nocentes debitas pœnas dare?

Cui ille

Quod quisque fecit, patitur: autorem ſcelus
Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens.

Ejusmodi occurrunt infinita, quoties de nefandis & horrendis contra inſtituta ſcilicet Naturæ ſeu Jura communia commiſſis ſceleribus loquuntur. Qua de re etiam plura habes capite ſuprà quarto. Putandumne eſt non tam jus ipſum Naturæ ſeu Commune, quod violatum eſt, quàm pœnam, quæ ob violationem ſic infligitur, à Numine præſtitui ipſos exiſtimâſſe? Sexcenta ſunt in ſcriptoribus paganis, quæ huc faciunt. Sed plura adjicere ſuperſedemus. Illud verò non prætereundum, Legislatores illos celeberrimos ſeculorum priſcorum, Minoem, Solonem, Draconem, Charondam, alios, legibus ſuis autoritatem ſeu obligationem conciliari nequîſſe, opinatos eſſe, niſi eas Numini alicui acceptas ferrent; quod pueri in hiſtoria ſciunt. Quid verò patres Chriſtiani heic ſenſerint, ex eorum Scriptis pariter liquet. Fuiſſe nempe etiam in Intervallo illo quod rerum creationem & legis ſcriptæ in Reipublicæ Ebraicæ uſum primarium dationem, Jura Naturalia, atque Univerſalia à Numine

mine generi humano lata, indicata, imperata, quæ poſtmodum inter compluria alia in corpore illo Moſaico locum itidem habuêre. Tertullianus de interdicto Arboris ſcientiæ Boni & Mali loquutus, *In hac lege*, ait d, *Ade data, omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſteà pullulaverunt data per Moſem, id eſt, Diliges dominum Deum tuum* (ea innuit, quæ in Moſaico corpore ſcripta etiam pro Naturalibus ſeu Moralibus, adeoque Moſe ipſo multùm vetuſtioribus vulgò ſumuntur) *de toto corde tuo, & ex tota anima tua; & diliges proximum tibi tanquam te, & Non occides, Non mœchaberis, Non fraudaveris, Falſum teſtimonium non dices, Honora Patrem tuum & Matrem, & Alienum non concupiſces.* Atque hanc primordialem legem appellans, Matricem quaſi eſſe ſcribit omnium præceptorum. Et pòſt, *Ante legem Moyſi ſcriptam in tabulis lapideis, legem fuiſſe contendo non ſcriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à patribus cuſtodiebatur. Nam unde Noe juſtus inventus, ſi non illum Naturalis legis Juſtitia præcedebat? Unde Abraham amicus Dei deputatus, ſi non de æquitate & juſtitia legis Naturalis?* Quod autem dicit, naturaliter eſſe intellectam legem illam; id antè ex ipſo citata oſtendunt ita capi deberi, ut ex imperio Parentis Naturæ ſeu Numinis à primis parentibus accepto, atque ad poſteros propagato, obſervanda intelligatur. Diſertè etiam Origenes e Naturæ legem vocat eam, quam generi humano ſancivit Deus. Ad illud item Eſaiæ f, *quia transgreſſi ſunt legem, mutaverunt jus, diſſipaverunt fœdus ſempiternum*, quod ad alias gentes præter Judæos attinet, S. Hieronymus g, *audiant*, inquit, *Judæi qui ſe ſolos legem accepiſſe Domini gloriantur, quod univerſa primùm gentes totusque orbis Naturalem acceperit legem, ac iccircò poſtea lex data ſit per Moyſem, quia prima lex diſſipata eſt.* Quin S. Chryſoſtomus h; ἐξ ἀρχῆς πλάττων ὁ Θεὸς τ ἄνθρωπον, νόμον αὐτῷ φυσικὸν ἐγκατέθηκε, καὶ τί ποτ' ἐστι νόμος φυσικός; τ συνειδησιν διέθρωσε καὶ αὐτοδίδακτον ἐποίησε τῇ γνώσει τ καλῶν καὶ τῶν μὴ τοιούτων, *Ab initio rerum, cum formavit hominem, Deus ipſi indidit legem Naturalem. Et quid eſt lex Naturalis? Conſcientia nobis explicavit, & ex ſe notam fecit notitiam rerum, tum honeſtarum, tum earum, quæ ejuſmodi non ſunt.*

d *Adverſus Judæos c.2.*

e *Adverſus Celſum lib.5 fCap.245.*

g *In Iſaiam lib.8.*

h *In Ont.12. ad populum Antiochenũ.*

Unde

Unde etiam adnotat legislatorem cum interdicta homicidii, adulterii, furti, Decalogo insereret, eorum causam aliquam non omninò adjeciſſe uti nec aliorum ibi quæ à principio, ut Juris Naturalis capita, data sunt eoque nomine fuêre notissima; sed simpliciter tantùm de eis breviterque statuisse. At verò præcepto de Sabbato, quod ex vetustis illis esse negat, atque particulare fuisse & temporaneum asserit, causam observat adjectam ex eo quod sanctificata est septima dies post rerum creationem absolutam. Sic ille, ubi plura habet in hanc rem egregia. Ipsam Conscientiam ejus, quod per se honestum est, à Numine hominibus inditam palàm vult. S. item Ambrosius[i]; *Lex vera, sermo rectus; lex vera non insculpta tabulis, nec ære intisa, sed impressa mentibus atque infixa sensibus; quandò sapiens non sub lege, sed ipse sibi lex est, opus legis in corde suo continens naturali sibi stylo & quadam inscriptione formatum.* Stylus ille & inscriptio à Naturæ parente; qui & mentibus impresit & sensibus infixit ut generis humani totiusque naturæ rector moderator, cujus est imperio parendum. Idcircò autem *sermonem rectum* proculdubiò vocavit, quoniam tum apud philosophos Græcos, tum apud Patres Christianos, qui Græce scripserunt, toties legem generaliter, cum eò nomine Naturalem seu Universalem, ut sæpè intelligunt, vocari legerat λόγον τὸν ὀρθόν. Nam λόγον nemo nescit tam verbum & *sermonem*, quam *rationem* denotare. At intereà id certissimum est, cum Patres Christiani aliquot sic Græcè loquebantur, utcunque vocabula ipsa à Philosophis accepissent (& de Philosophorum sententia, quà de nudo, simplici ac merè libero, absque Numinis imperio, rationis usu intelligatur, capite satis dictum est superiori) ita tamen λόγον eos capi velle, ut, quatenus ad legem sic referebatur, non tam nudam hominis rationem significaret, quàm ipsum *Verbum* seu Numen, quæ persona est Trinitatis secunda, seu juxta illud apud D. Johannem, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. *Et Deus erat* ὁ λόγος seu *Verbum*, quod & apud veteres & recentiores interdum *Sermo* redditur. De vocabulo ipsoejusq; homonymia, qualem diximus, egerunt pridem viri doctissimi [k] non rarò. Ceterum dum λόγος sic sumitur, intereà ab ipso Numine, atque ab ejusce imperio, auto-

[i] *In Psalm. 104.*

[k] *Prater obvios in D. Ioann. Evangel. cap. 1. cõmentarios cõsulas Christophor. Helvic. de Paraphras. Chaldaic. cap. 5. Isaac. Casaubon. Exercitat. 1. §. 1. & Daniel. Heinsius in Aristarcho sacro c. 3. p. 78*

autoritate, & indicatione petitur, nec à ſcitis nuda ratione humana ortis emanâſſe dicitur lex illa; unde etiam Νόμος ὁ καὶ λόγος *Lex & verbum* ſimul, Numen, à quo jura naturalia edoceri, atque cum imperio indicari volebant, nuncupabatur; quemadmodum in Concione D. Petri, ut non ſemel obſervatum eſt à Clemente Alexandrino [l], qui notione jam memorata λόγου cum primis uſurpat. Huc maximè ſpectat illud D. Pauli [m], *Cùm gentes, quæ legem non habent* (ut Judæis libris ſcriptam) *naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt; legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientiâ ipſorum*. A Numine ſcilicet inſcriptum indicatumque. Unde & Patres [n] interdum legem naturalem loquùi in cordibus noſtris aiunt & ſimilia. *Et per hanc naturalem legem*, inquit D. Hieronymus, *& Cain cognovit peccatum ſuum, dicens, Major eſt cauſa mea, quàm ut dimittar; Et Adam & Eva cognoverunt peccatum ſuum, & propterea abſconditi ſunt ſub ligno vitæ. Pharao quoque, antequam Lex daretur per Moyſem, ſtimulatus lege Naturæ ſuæ crimina confitetur & dicit, Dominus [o] juſtus eſt, ego autem & populus meus impii.* Ideò etiam apud Jobum, cujus hiſtoria antiquior plerumque ſcripto Moſaico habetur, ſaltem non intra Rempublicam Ebraicam ſeu Moſaicam conſcripta, legimus [p]; *veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus, viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ex ea*. A מצות שפתיו *Mandatis Labiorum ejus non receſſi, & in ſinu meo abſcondi* אמרי פיו *verba* ſeu *dictata oris ejus.* Sic *Cuſtodia viæ Domini* [q] dicitur tempore Abrahæ id quod cuique ex officio præſtandum erat. Jura Naturalia ſeu Univerſalia ita Numinis Veſtigia, Via, Mandata, Verba ſeu Dictata ſunt. Atque apud Theologos item recentiores quamplurima occurrunt, quæ Juris Naturalis originem Numini tribuunt, ejusque inde ſolum obligationem petunt. Nempe Jus faciunt divinum duplex: Alterum Naturale ſeu Humanæ naturæ coævum; Alterum Poſitivum ſeu à Numine poſtmodùm adjectum. Secundi generis pleni ſunt libri ſacri. Primum autem aiunt [r] eſſe *participationem Legis æternæ in rationali creatura*, adeoque divinum. Et ad hanc rem appoſitè Ludovicus Molina [s]; *Cùm Natura à Deo O. M. inſtitu-*

[l] *Stromat. 6. & in Eclog. è prophetic.*

[m] *Ad Roman. 2. 14.*

[n] *D. Hieronym. ad Epiſt. ad Galat. c. 3. quem & Iidefis in Epiſt. 151 Algaſia quæſt. 8.*

[o] *Exod. 9. 27.*

[p] *Iob. 23. 10. & 11.*

[q] *Geneſ. 18. 19.*

[r] *Alexander Alenſis part 3. quæſt. 26. art. 4. S. Thom. 1. ſecundæ q. 19. art 2. Suarez. de legibus lib. 1. c. 3. & lib. 2. cap. 6. §. 13. &c.*

[s] *Tract. 1. de Juſtitia & Jure diſp. 3.*

inſtituta ſit, Naturaque legem, quâ bonum à Malo diſcernimus, ipſe mentibus noſtris impreſſerit, ut vel experientia ipſa conſtat, colligiturque apertè ex illo Pſalmi 4. Quis oſtendit nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, *quod ſane lumen aliud non eſt, quàm vis ipſa intellectus, qua ea, que ex ſe & natura ſeu bona ſunt, ab iis, que ex ſe mala ſunt, ſecernimus, ac dijudicamus: conſequens profectò eſt, ut Ius Naturale à Deo O. M. ſit mentibus noſtris inditum naturisque ipſis rerum impreſſum, atque adeò ut ſit Ius Divinum à Deo ipſo datum.* Et Alphonſus à Caſtro [t], *Ius Naturale eſt illud, quod ex ipſius Naturæ inſtitutione provenit, & hoc eſt omnibus commune. Et hoc etiam eſt Ius Divinum, quia Deus ipſe, qui Naturam condidit, eſt Iuris Naturalis autor & inſtitutor. Si igitur Ius illud ad conditorem referas, Divinum dicetur; ſi verò ad tempus ſui ortus illud comparare velis, Naturale dicetur; quia ſimùl cum ipſa oritur Natura & non poſteà per aliquam ſive humanam ſive Divinam legem.* Tantundem apud theologos alios non paucos. Quod ad Jurisconſultos demùm heic attinet; Fernandus Vaſquius [u], *omne Ius Naturale*, inquit, *eſt Ius Divinum, licet ex diverſo non omne Ius Divinum ſit Naturale, cum in multis ſit ſupernaturale (quale eſt in cunctis ſacramentis eccleſiæ,) ſicque Ius Divinum & Naturale differunt inter ſe tanquam genus & ſpecies.* Et Joachimus Mynſingerus [x], *Ius hominum Naturale poteſt, ſic rectè definiri. Ius Naturale eſt, quod Natura ideoque Deus ipſe omnes homines in creatione* (velut) *prima quædam præcepta & formulas Honeſtatis docuit.* Atque alii [y] Cauſam Juris Naturalis efficientem Deum rectè nuncupant. Similiter in opere illo Juris Conſuetudinarii Regni Hungariæ à Stephano de Werbewcz contexto, ab Jurisconſultis Regni celebrioribus recognito atque approbato, & regia autoritate confirmato, Jus Naturale dicitur [z] *incepiſſe ab exordio Naturalis creaturæ, à ſolo* Deo *inſtitutum.* Certè diu eſt, quod gloſſa ad illud *Ius a Naturale eſt, quod Natura omnia animalia docuit*, per Naturam Deum voluit intelligi, ſicut & recentiorum aliqui [b]; tametſi eo nomine reprehendatur gloſſa à Bartolo, qui Naturam Naturatam, non naturantem, ſeu Deum ibi denotari velit. Quin & ipſum Deum Juris Naturalis autorem expreſſim etiam facere videtur Juſtinianus, ubi de Ju-

t *De Lege penale lib. 2. c. 14.*

u *Controverſ. Illuſtr. lib. 1. cap. 29. §. 14.*

x *Ad Inſtit. in princ. tit. de Iure Nat. & ad §. 1. d. Naturalia.*

y *Matth. Wesenceb. Paratit. tit. de Inſtit. & Iure.*

z *In Prolog. ad D. tit. de Inſt. & Iure l. 1. §. 3.*

b *Fernand. Vaquius Illuſt. Controverſ. lib. 1. c. 29. §. 14. Michael Vicurnus de Regimine Mundi part. 1. qu. eſt 3. §. 1. &c.*

re simùl Civili & Naturali loqvutus, *palàm est autem* inquit, *vetustius esse jus Naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit*, quod Theophilus vertit ἅμα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων εἰς φῶς ἡ φύσις προήγαγε, *quod simul cum genere Humano in lucem eduxit ipsa Natura.* Quod id ipsum innuit Gajus, à quo sumsit Justinianus, ubi ait [d], *antiquius Jus Gentium cum ipso genere humano proditum esse.* Prodere heic, in lucem emittere, seu educere denotat. Et quod genus humanum in lucem emisit simul cum Jure Naturali, id aliud quid esse præter rerum omnium parentem Rectoremque summum seu Numen ne quidem posse satis intelligi existimo. Atque huc spectat etiam illud Justiniani [e], *Naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes peræquè observantur, divina quadam providentia constituta semper firma atque immutabilia permanent.* Jam verò hanc ipsam amplexi sunt semper sententiam eamque, dum hac de re decernunt, solam Ebræi. Unde quoties de Juris Humani generis pariter communis capitibus loqvuntur, dicere eis solenne est בני נה נצטוו *imperabantur Noachidæ* seu Noachi posteris, id est, generi Humano & נצטוה אדם הראשון *præcepta* illa *accepit Homo primus* seu Adam, à Numine scilicet, quæ מצות בני נח *præcepta Noachidarum* sexcenties nuncupantur. Qua de re mox. Nimirum à Sanctissimo Numine in ipsis rerum primordiis homini imperata indicataque fuisse Jura volunt quædam Naturalia, quæ ex imperio divino nunquam non obligârunt. Unde pro eo quod est in sacris literis *ambulavit cum Deo* dictum de Henocho [f] & Noacho, qui jure vixerunt Naturali subsituitur in paraphrasi Chaldaica Onkeli הליך ברחלתא דיי *ambulavit in timore Domini*, atque in versionibus, Saadiæ Gaon, tum Judæorum Mauritaniensium Arabicis ambulavit في طاعة الله *in obedientia Dei.* Justos scilicet fuisse utrosque, quod & de Noacho expressim dicitur, sic indicari volunt, quoniam Imperantis præcepta simul cum ipsa rerum natura orta & per genus humanum propagata observabant. Illinc scelus erat Caini fratricidium, aliorum adulterium, ejusmodi alia quæ in Pentateucho ante Mosis

[a] *Instit. tit. de rerum divis. § singulorum.*

[d] *L. 1. D. de adquir. rerũ dominio.*

[e] *Instit. De Iure Nat. §. sed Naturalia.*

[f] *Genes. 5. 22. & 6. 9.*

sis tempora seu legem tabulis scriptam, illicita fuisse constat. Unde etiam ad illud *Abraham* g *plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen domini Dei æterni* paraphrasis Hierosolymitana adjicit convivium ibi Abraham celebrasse, nec convivas locos suos reliquisse דהוה מגייר יתהון ומליף יתהון אורחא דעתידין עד זמן *donec eos proselytos fecisset, & viam seculi illos docuisset.* Id est, donec in Juris Naturalis ex imperio Numinis vim obtinentis observationis professionem eos reduxisset, jus illud hominum sociale explicatius docendo. Neque enim tunc temporis aliud significare potuit *proselytos facere.* Alia huc spectant in Geneseos atque Exodi libris obvia. Sic tandem admisso juxta Philosophorum, Theologorum, Jurisconsultorum scita, Jus Naturale seu generis Humani commune ex Imperio ac dictatis Numinis sanctissimi pendere, consectarium habemus manifestum de Obligatione hactenus in præmissis quæsitâ. Nimirum Jus propriè dictum omnimodum est, aut Divinum aut Humanum. Divinum seu ab ipso Numine immediatè indicatum, præstitutum, imperatumque, aut Naturale est, quale jam memoravimus, ipsisque hominum initiis coævum, aut Positivum seu recentius ac posteà in utroque federe adjectum. Et utrumque est aut Obligativum, id est, sive Affirmatione sive Negatione expressâ præscriptum, aut arbitrio humano Permissum, adeoque Permissivum dici solitum. Humanum appellamus quicquid ab Hominibus, quatenus Divinum sive quod Naturale est sive quod Naturali postmodum adjectum permittit, variatim superstrui addive solet. Jam verò de Obligatione Divini utriusque generis (ritè scilicet & juxta modos ac limitationes ejusdem ad legislatoris sanctissimi mentem intellecti) adeoque de Naturalis Obligatione nemo dubitabit, nisi qui simul Rectoris universi Potestatem & Imperium nequaquam agnoverit. Ipse enim ut rerum omnium moderator summus & Bonum & Malum per se indicat, & hoc fugiendum, illud amplexandum imperat, adeoque ex sui natura & pro libitu obligat, ut nil possit excogitari suprà. Atque illinc planè habetur Causa Efficiens Juris Obligativi tàm quantum Naturale est, quam quantum Naturali in sacris literis adjectum. Unde Jura Naturalia, semper firma & immutabilia permanere,

g *Genesis* 21.

quæ

quæ ſcilicet divina quadam providentia conſtituta ſunt, recte pronuntiavit olim Juſtinianus [h]. Tametſi non deſunt etiam Jurisconſulti, qui Rationem humanam, quæ ſimplicitèr ſumta in objectis Juris Suaſoria tantùm eſt, nec poteſtatem homine ſuperiorem, quæ eſt Imperatoria, reſpiciunt, ajunt quidem generatim *Ius Naturale eſſe immutabile*, ſed adjiciunt [i] *quamdiu Ius remanet, hoc eſt quamdiu jus illud naturalem habet rationem & æquitatem, quibus juſtum dicitur. Verumtamen & mutabile erit quando ſubductis columnis Rationis & æquitatis juſtum diſſolvitur, quod accidit, quando Rationes, quæ æquum ſtatuebant, aliis ſubortis cauſis novis, incipiunt minui & ſuperantur alia majori æquitate.* Sic Petrus Gregorius, ſic interdum alii. Quod ſanè de Juris Naturalis Obligativi capite aliquo dictum, rationi perquam eſt diſſonum. Nam quatenus ejusdem Juris capita obligant, id eſt, quatenus eorum obligatio intelligitur juxta id, quod voluit Deus legislator, omnimodam planè ſuperant hominum poteſtatem nec Rationis eorum incerto omninò ſubjacent. Quod nemo non videt. Quod verò ad Permiſſivum jus Naturale attinet, adeoque ad Sanctiones Humanas aliter atque aliter in ejusdem objectis indies ſe habentes, & demùm ad Obligationem, quà ad eas, quatenùs Divinis non adverſantur, obſervandas pro vario rerumpublicarum moderamine, homines obſtringuntur; Status hominum bifariàm conſideremus. Aut in ſeculis illis, quæ leges à Numine adjectas antevertunt, aut in eis quæ ſequuntur. Prioribus illis in ſeculis, cum jus aliud non habebatur præter Naturale, quicquid in obligativo Jure Naturali non continebatur, id ut ad permiſſivum ſpectaret neceſſe eſt. Permiſſivi autem Juris Naturalis Actus, quà huc ſpectant, duplicis erant generis; aut qui hominum ſingulis arbitrio naturaliter ſeu à Numine relicti, humana aliqua conſtitutione, pacto, moribus aliterve ab hominibus coerciti non ſunt, aut qui ſic ex ratione & conſenſu inito coerciti ſunt ac illiciti facti, tametſi tum ſingulis anteà paritèr liciti eſſent, tum poſteà, pro diverſa hominum poteſtate, ratione & conſenſu fieri poſſent rurſus liciti. Prioris generis univerſos palam eſt liberè ex ſui natura ac licitè exerceri à cun

h *Inſtit. tit. de Iure Nat. §. ſed Naturalia.*

i *Petrus Gregorius Syntagm. Iuris univerſ. lib. VI. cap. I. §. 8.*

Digitized by Google

cunctis potuiſſe. Atque inter hoſce nemo non videt Conſtitutiones ferendi, Pacta ineundi, Mores ac Regiminum formulas introducendi, atque hæc omnia pro hominum, quorum intererat, cœtuum arbitrio temperandi, reſcindendi, revocandi actus ſimiliter permiſſos. Quod verò ad Poſterioris attinet generis; ſimulatque ex ejuſmodi permiſſione, quid ab hominibus ſociatis coercitum, vetitum ſeu conſtitutum eſt, ad illud, in quod ſic conſenſerant ipſi (ſive pacto, ſive deditione, ſive aliter) & quicquid civiliter ita eſt novatum, juxta modos & temperamenta, quibus præſcriptum eſt, obſervandum obligatos eſſe quotquot & quatenus civiliter conſenſerant univerſos, eſſe ſolet in confeſſo. At undenam Obligatio iſta? ſcilicet à Natura parente actus ejuſmodi antea permiſſi ſunt. Atqui Obligationem ex ſimplici hominum ratione & conſenſu, abſque ſuperioris imperio, naſci nequire in antè[k] dictis oſtenditur. A Numinis igitur, id eſt, homine ſuperioris imperio etiam in hiſce petendus eſt obligationis ortus, adeoque ex capitibus aliquibus Juris Naturalis Obligativi. Nam permiſſi erant hominibus actus, de quibus loquimur, tum pro libitu exercere, tum ex conſenſu mutuo inhibere, ſuamque, ſive pacto invicem pariter inito, ſive principibus, qui res moderarentur, conſtitutis, minuere libertatem; quod ne quidem ſatis intelligi poſſe videtur, dum, ut heic ſemper, Jus & officii debitionem ſpectamus, niſi & adjicias etiam ex ipſius, qui ut homine ſuperior permittit autoritate ac imperio, inhibitioni ejuſmodi ac libertatis diminutioni Obligationem acceſſiſſe. Sic Obligatio, qua obtemperandum eſt decretis aut ſenatuſconſultis, ex permiſſione decurionibus ſeu corporis alicujus ſociis invicem hactenus paribus à principe indultâ, latis, ex ipſius principis autoritate ac imperio pendet, qui dum permittit pro eorum libitu decreta legeſque tum ferre tum reſcindere, æque etiam in ipſa permiſſione vult ſic latas leges, usque dum ex eadem ſimiliter permiſſione reſcindantur, obſervari; id eſt obligationem inducere. Juris autem Naturalis Obligativi capita, quorum in hanc rem erat tunc uſus, fuere: *Pactis ac Regiminum formulis civiliter initis ſtandum, Fidem ſervandam*, & quæ ſimiliter ſonant. Quomodo autem ea in capitibus Juris hujus juxta Ebræos ſint reperta, in ſequentibus videbimus. Ita pactis & legi-

[k] *Cap. 7.*

bus hominum positivis seu civilibus inerat Obligatio quidem Naturalis, id est, planè Divina, si causam ejusdem efficientem juxta jam dicta respicimus. Quæ tamen etiam Civilis rectè dicitur, dum ab objecto civili, cui accedit, denominatur. Resumere heic paululumque ampliare liceat similitudinem illam, quam viri aliquot maximè in schola celebres habent, capitum Juris Naturalis obligativi seu Principiorum practicorum, & Principiorum theorematumque ipsis principiis non minus certorum in demonstrativis, veluti in Mathematicis. Ipsa principia ac theoremata ejusmodi in Mathematicis perpetuò vera sunt, & studiosi seu artificis assensum etiam extroquent, adeoque quasi obligant. Ceterum quasi etiam permissum est ea construere, quæ in Problematis designari solent. Atqui Problematum diagrammatumque juxta ea tandem constructorum veritas & certitudo, quæ Obligationis perpetuæ item satis heic instar est, ex principiis illis ac theorematis nunquam non est demonstranda. Quemadmodum & heic Obligatio ad ea attinens, quæ ex Jure Permissivo (ante legem divinam aliquam aliam Naturali adjectam) ab hominibus constituta sunt, ex principiis & capitibus petenda erant Juris Naturalis Obligativi. Jam verò in Seculis, quæ legem scriptam seu Mosaicam sequuta sunt, aliæ accesserunt quidem Obligationes in utroque federe repertæ. At interea quicquid ex Permissione diverſimodè inter homines civiliter ac ritè juxta varias regiminum formulas, ab ipsis solùm sic per modum determinationis[l], ut in scholis loquuntur, constitutum est, ut nec Naturali nec Positivo, quod Divinum est, Juri adversetur, id etiam ex ejusdem Juris, quod tum Naturale est, tum in Numinis positivo seu scripto repetitur, capitibus, Obligationis, secundum multiplices constitutionis modos ac temperamenta, vim sortitur. Juxta illud Apostoli[m]; *Non est potestas nisi à Deo. Et quæ potestates sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Sed hac de re consulendi scriptores, qui de legum Civilium seu Humanarum ex permissione, quam diximus, latarum Obligatione earundemque observandarum ex conscientia debitione accuratiùs egerunt; ut præter eos, qui ad dictum locum & ad S. Thomam scripsère, & Casus explicant ex professo

l S. Thomas 2. secundæ q. 95. art. 2. &c.

m Ad Romanos cap. 13. 1.

Digitized by Google

fesso Conscientiæ, Franciscus Suarez n, Ludovicus Carbo o, Adamus Contzenus p, Claudius Carninius q, Azorius r, id genus alii. Et Carninius expressim, *Nunquam violatur lex humana* (ritè lata & quæ revera lex fuerit) *quin simul infringatur illi implicita annexa & involuta lex illa præfata Apostolica, Naturalis, Divina & Evangelica.* Scio quidem non deesse viros s gravissimos, qui legibus inesse interdum civilibus obligationem conscientiæ negant, tametsi vim retineant, nec Juri Naturali seu Divino sint omninò adversæ. Sed quæ hactenus dicta sunt, & autores jam citati id, ni fallor, satis refellunt.

n *De legibus lib. 2.*
o *De legibus lib. 6. disp. 16. & lib. 7. disp. 1. & c.*
p *Politicorum lib. 5. cap. 8.*
q *In Oppugnatione Turris Babel part. 1. cap. 18. & seq.*
r *Instit. Moral. lib. 5. cap. 6. & fide Bellarminum de Romano Pontifice lib. 4 cap. 20.*
s *Vide Navarr. in Manuali cap. 23. & lib. 1. Consil. 3.*

CAP. IX.

Quomodo Juris Naturalis *seu* Universalis Capita Humano generi, *ex imperio ac indicatione Divina*, innotescere *velint* Ebræi. Eorum *item uti &* Paganorum *atque* scholæ, *tum* Mahumedanæ *seu* Arabicæ, *tum* Christianæ *de* Intellectu Agente, *quà hunc spectat, sententia recepta.*

DIusquam autem Capitum Juris Naturalis, juxta jam dicta, adeoque juxta sententiam Ebræorum, à Numine præstituti singularium designatione inimus, instituto consonum esse duximus, ut de Modo, quo hominibus Jus illud, qualecunque demùm fuerit, innotuisse volunt illi, videamus. Rerum scilicet initiis coævum fit. Nec literis mandatum esse aliquod Jus ante Mosis tempora omninò reperitur; nisi fabellis de Razielis libro Adæ tradito t, atque id genus aliis credere velis. Quomodo igitur velint ut generi Humano patefacta sint capita illa Juris Naturalia seu Numinis rerum creationi coæva placita (utcunque postmodum sacris literis inter alia mixtim conscripta) indicandum. Solenne est in libris eorum Juridicis, quod & suprà memoravimus, imperata esse Capita hæc Noachidis u (quo nomine genus humanum universum eis venit) ac imperata esse Adæ x seu primo parenti. Unde & hæc nunquam non volunt obligare. Hoc autem bifariàm concipi potest. Aut scilicet intelligere eos ejusdem Juris capita, tum in ipsis rerum initiis, tum in ea, quæ fuit post diluvium, instaura-

t *Zohar in Bereshith fol. 55. editionis Mantuanæ.*
u *Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin c. 7. fol. 56. b. & c.*
x *Maimonid. balach. Melacim cap. 9. & c.*

tione Humano generi, ipſa ſanctiſſimâ Numinis voce, fuiſſe imperata, atque ad poſteros per Traditionem ſolùm inde manâſſe; aut tum fuiſſe humano generi in ipſa creatione præſtituta, tum Animæ ſimul cuique Rationali facultatem ejuſmodi inditam naturaliter eſſe ut homini cuilibet mentis non depravatæ, nec malè ſe habenti ac diligenter ſatis & ritè intuenti, ea quæ ſic imperata ſint, nec unquam ſint non obſervanda, ſicut & in demonſtrativis principia ac theoremata, indicentur & fiant manifeſta. De modo juxta eos priori, ſi nil aliud obſtet, non obſcurè videtur liquere ex ipſo locutionis genere, dum de Imperatis ſic verba faciunt. At & alia habent ipſi, quæ etiam poſteriorem ſimul admittunt. Philoni Judæo [y] lex Naturalis ὑπ' ἀθανάτε φύσεως ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τετυπωθὲις *ab Immortali Natura in mente immortali exarata* dicitur. Sed & Præcepta Naturalia interdum vocant [z] המצוות שנתפרסמו בכל אומות *præcepta quæ manifeſta ſunt apud omnes gentes*, & מצות שכליות [a] *præcepta intellectiva*. Nimirum ex debita Intellectus humani operatione & aſſidua Intellectus Agentis (qualiſnam is illis ſit, ſtatim oſtendimus) ope & auxilio ea, quæ ſic imperata ſunt, ſeu naturaliter habentur obſervanda, uti & principia cetera omnia & concluſiones, circa quas verſatur intellectus humanus, indicari, dignoſci & veluti intùs legi (quatenus ſcilicet dignoſcuntur) innuunt. Intellectus autem Agens, id eſt, שכל הפועל, illis eſt, aut Numen ipſum, aut (juxta diſciplinam eis recentiorem, Intelligentia omnium poſtrema, quam [b] האחרין שבשכלים הנפרדים ſeu *ſeparatarum Intelligentiarum poſtremam* nuncupant & miniſtrum intermedium faciunt, qui, vi atque autoritate à Numine derivatâ, mentem humanam in actu intelligendi illuminet. Sibi autem ipſum Numen ſine Intermedio eſſe interdum ajunt [c] Intellectum hunc Agentem, velut ex prærogativa gentis; ceteris, Intelligentiam illam, quam diximus. Et de utroque pariter capiunt illud [d] *In lumine tuo videbimus lumen*, quod Moſes Maimonides [e] interpretatur אשר ישפע ממך בשפע השכל *per influentiam Intelligentiæ, quæ á te influit.* Et R. Aben Tybbon [f] de intellectu agente ſic extra hominem ipſum poſito, מוציא שכל הפועל מן הכח אל האדם והוא התחלת שכלו המתפעל כמו שנוצץ השמש או שאר דברים

[y] *Lib. Quod omnis Probus liber.*
[z] *Aben Tybbon in* Ruachhachen *c. 6.*
[a] *R. Simeon in Logica c. 8.*
[b] *Aben Tybbon in* Ruachhachen *c. 3. & videſis R. Iehudam in* Sepher Cozri *part. 1. cap. 87. part. 4. c. 25. & 5. cap. 10. 12. & 14. Adde Moſ. Maimonid. in* More Nebochim *part. 2. cap. 4.*
[c] *R. Iſrael Ben Moſes in diſp. Cabaliſtic. de Anima cap 7. 21. & 25. & videſis no ſtrum Joſephi Voiſin ad. c. 7.*
[d] *Pſal. 36. 9.*
[e] More Nebochim *part. 2. cap. 4. 6. & 22. & part. 3. cap. 52.*
[f] Ruach hachen. *cap. 3.*

Digitized by Google

דברים המאורים יוציאו חוש העין מן הכח אל הפועל *efficit, ut intellectus humanus è potentia in actum educatur, atque eſt principium intellectus ejus in actum educti, quemadmodum radii Solares vel alia res lucida educunt ſenſum viſus in actum.* Similitudinem quidem hanc radiorum ſolarium & Viſus in re intelligendi, etiam ubi Intellectus Agens ipſius animæ pars eſſe admittitur, in ſcholis crebrò adhibitam nemo neſcit. At verò Ebræorum mihi heic ſenſus eſt hujuſmodi. Sive Numen ipſum ſive Intelligentiam, quam vocant Poſtremam, ut miniſtrum Numinis, non aliter ritè intelligendi actum menti humanæ ſemper præſtare, quàm Solem ſeu corpus Lucidum Oculo videndi actum. Atque ut in lumine claro, &, quemadmodum oportet, incidente, oculo nullo modo ſe malè habenti nec incommodè poſito objecta rectè ſatis internoſcuntur, quod non fit in tenebris, aut obſcuro lumine, aut oculo ægro aut malè ſive ſe habente, ſive collocato, ita etiam menti ſeu intellectui humano non depravato ac diligentiùs intuenti Intellectus Agentis ope illuminante, Imperata illa, quæ ex Naturæ parentis inſtituto ſunt obſervanda, uti & cetera etiam intellectus objecta (tam ſcilicet Vera ac falſa, quàm Bona & mala) indicari; Depravatam autem mentem, etiam & Intellectum Humanum qualemcunque, citra ejuſmodi opem, in Imperatis illis ceteriſque ritè diſcernendis planè hallucinari. Nimirùm ut Oculo à Sole ſeu ex radiis ſolaribus in Horologio aliterve horæ ad amuſſim demonſtrantur, ita velut in appenſa ob Intellectum Humanum perpetuò tabula ſeu libro expanſo indicari ei ritè diſpoſito (ex Intellectus, qualem diximus, Agentis ſubſidio, quo phantaſmata ritè intelligibilia fiant) Præcepta illa ſeu Jura Naturalia, ut perpetuò Obligantia, quemadmodum etiam cetera quæ humano arbitrio Permiſſa. Neque verò Principia Generalia tantùm, qualia ſunt: Bonum amplexandum, Malum fugiendum, Honeſtè vivendum, ſed & Concluſiones, & Propoſitiones, quibus quænam particulariùs Bona, quænam Mala ex natura ſui, id eſt, ex Naturæ parentis placito ac imperio, habenda fuerint, hoc modo hominibus primis ſeculiſque ſequentibus, juxta jam dicta, indicari atque imperari aſſerunt. Quod ex ſequentibus facilè conſtabit. Nec quod ſocietati

humanæ optimè conservandæ conducat Præceptum ullum ita prætermittere sibi videntur. Atque ita demum ex perpetua Indicatione simùl, atque Imperio Numinis præcepta Juris Naturalis haberi volunt, non aliter atque objecta visus à luce indicari, quæ tamen cæcutientibus, luscioſis, myopibus, aut neutiquam omninò aut malè nimis cernuntur. Sanè quod habent sic de Intellectu Agente, cum nempe non omninò esse animæ humanæ potentiam seu partem magis atque ipse Sol est Oculi, sed sive Numen ipsum sive ministrum Numinis (quod heic in idem recidit) separatum, velut Angelum seu Intelligentiam generi humano assistentem, novum aut ipsis singulare non esse scimus omnes. Nam tum inter Paganos atque Mahumedanos, tum etiam inter Christianos olim tantundem obtinuisse comperimus. Certè admodum affine est illud Epicharmi g;

ὁ δέ γε τ' ἀνθρώπων λόγος πέφυκ' ἀπὸ τᾶ θεία λόγω

Ipsaque humana ratio nata est ex ratione Dei. Et Seneca h; *Ratio nihil aliud est, quam in corpus Humanum pars divini spiritus mersa.* Antoninus; item imperator & philosophus, vivere cum Diis, seu ut hominem oportet, animam dicit πιθόμην ὅσα ἔβλεψε ὁ δαίμων ὃν ἑκάστῳ ποστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ ἕκας δέ ἐστιν ὁ ἑκάστων καὶ λόγος *agentem ea quæ Genio* seu *damoni, quem Iupiter in præfectum & ducem unicuique dedit, placeant. Is autem est Divinæ Naturæ particula, scilicet uniuscujusque Mens & ratio.* Ejusmodi alia non ita raro occurrunt in paganorum k scriptis. Sed expressiùs adstipulantur heic Platol, Priscianus Lydus m, Alexander Aphrodisæus n, Marinus Neapolitanus o. Quin & Aristoteles p ipse in partes interdum trahitur. Proximè etiam huic sententiæ accedit Themistius q. Neque ita diversum innuit ille quisquis fuerit Pimandræ Hermeti tributi autor, dum de cratere & præconio divino loquitur, quo ritè accepto adhibitoque, homines cognitionis participes fieri ait; sine eo autem, planè manere nescios ὅτι τὶ γεγόναση καὶ ἐπὶ τίνων *ad quid geniti sint & à quibus.* Consonam Arabum sententiam habemus ex Avicenna r, Averroe s, Algazele t, aliis; qui, tametsi de ipsa Intelligentia ejusve gradu, quæ Intellectus Agentis juxta jam dicta hominibus officium præstet, minimè satis consentiant,

g *Apud Clement. strom. 5. & Euseb. præpar. Evangelic. lib. 13. c. 13.*

h *Epist. 66. & Isidor. Ioan. Serisburiens. in Metalogico lib. 4. cap. 36.*

i *De Vita sua lib. 5. cap. 26.*

k *Vide Sixtũ Empiricum Adverſ. Mathematic. lib. 6. &c.*

l *De Republica lib. 6.*

m *Lib. de Phantasia & Intellectu.*

n *De Anima lib. 1. cap. de Intellectu agente & lib. 2. cap. 15. 20 &c.*

o *Apud Ioann. Philoponum ad Aristot. lib. 3. de Anima c. 5.*

p *De Anima l. 3. text. 20.*

q *De Anima lib. 3. cap. 25.*

r *De Anima cap. 10 & Metaphysic. tract. 9. c. 4.*

s *Ad 3. de Anima Com. 5. & Metaphysic. tract. 4.*

t *apud Albertum Magnum Sum. part. 2.*

Digitized by Google

tiant, separatum tamen quid ex Numinis ordinatione & præscripto id facere uno dictitant ore. Nec formam humanam illud esse ejusve partem aliquam, sed divinius quid, statuunt. Unde & ad calcem tractatuum aliquot acephalorum de Dialectica & Metaphysica inter codices quantivis pretii Arabicos complures Mss. quibus nuper, ut pro summa sua munificentia assolet, Bibliothecam Oxoniensem donavit Reverendissimus ac Præstantissimus præsul Guilielmus Archiepiscopus Cantuariensis, haberi memini hexastichon rythmicum.

لم يستطع المنطق بالانسان
ولم يكن يدرك بالبنان
لجل من حسن الذي هدانا
بفضل التصديق الذي دعانا
الى سبيل الحق والايمان
بواضح الحجة والبرهان

Quod sonat, *locum non habet Ratiocinatio in homine, neque intra ejusdem structuram formatur. Sed à Deo O. M. qui dirigit nos, venit disciplina illa, quæ nos vocat in viam veritatis & certitudinis per illuminationem probationis & demonstrationis.* Atque idem est, quantum ad id, quod jam de Intellectu humano consideramus, sive Numini ipsi, ut heic, sive ministerio angelico à Numine præstituto, ut Arabum plerique, intellectus agentis officium tribuatur. Utroque enim modo pariter animæ partem seu facultatem negatur illum esse. Sed planè manationem solummodo seu irradiationem asseritur esse divinam. Tàm verò de Arabum, quàm Paganorum sententia, si quis plura cupiat, adeat Joannem Philoponum u, Albertum Magnum x, Bonaventuram y, Jocobum Zabarellam z, & qui ad caput quintum tertii de Anima scribunt. Sed ante alios, Fortunium Lycetum, qui datà operà atque copiosiùs ea de re disputat. Quod verò

u *In 3. de Anima cap. 5.*
x *Summ. part. 2. seu de homine.*
y *In sent. 2. dist. 24. q. 4.*
z *Lib. de Mente Humana.*
a *De Intellectu Agente lib. 2.*

verò ſpectat tandem ad opinionem hac de re Scholarum Chriſtianarum; ea cernitur aut in illis, quæ quadringentis aut circiter abhinc annis floruêre, aut in illis, quæ recentiores ſunt. Non partem animæ ſeu ejuſce fatultatem fuiſſe Intellectum Agentem, ſed ipſum Numen ſanctiſſimum, quod immediate illuminaret, ſtatuére vetuſtiores illæ ſcholæ. Saltem ita ſtatuerunt Oxonienſis & Pariſienſis Academiæ viri quadringentis abhinc aut circiter annis perquam celebres, adverſamque ſententiam tunc invaleſcentem velut planè novitiam acriter impugnârunt. Robertum dico Epiſcopum Lincolnienſem, Guilielmum Arvernum Epiſcopum Pariſienſem, Adamum de Mariſco, id genus alios. Qua de re etiam egregium Rogeri Baconi Philoſophi, Theologi ac Mathematici ſummi teſtimonium attexere viſum eſt. *Quia à Deo eſt tota Philoſophorum illuſtratio* (ſic ille [b]) *oſtendo, quod intellectus agens eſt Deus principaliter & ſecundariò angeli, qui illuminant nos. Nam Deus reſpectu Animæ eſt ſicut Sol reſpectu Oculi corporalis, & angeli ſicut Stellæ. Et non ſolum oſtendo iſtud propter meam intentionem hèic, ſed propter evacuationem unius maximi Erroris, qui ſit in Theologia & Philoſophia. Nam Omnes Moderni dicunt, quod Intellectus Agens in animas noſtras & illuminans eas eſt pars animæ, ita quod in anima ſint duæ partes, agens ſcilicet & paſſibilis. Et intellectus paſſibilis vocatur, qui eſt in potentia ad ſcientiam & non habet eam de ſe; ſed quando recipit ſpecies rerum & agens influit, & illuminat ipſum tunc naſcitur ſcientia in eo. Et hoc eſt verum. Sed falſum eſt, quod Agens ſit pars Animæ. Nam hoc eſt penitus impoſſibile, ſicut ibi* (de alio loquitur Opere, quod Minus vocatur) *oſtendo per autoritates & rationes ſufficientes. Et Omnes Sapientes Antiqui & qui adhuc remanſerunt, uſque ad tempora noſtra dixerunt, quod fuit Deus. Unde ego bis audivi venerabilem antiſtitem Pariſienſis eccleſiæ, dominum Guilielmum Arvernenſem* (Guilielmum Arvernum Epiſcopum Pariſienſem [c], cujus opera proſtant, innuit) *congregatâ univerſitate eorum eo, reprobare eos & diſputare cum eis. Et probavit per aliquas rationes, quas pono, quod omnes erraverunt. Dominus verò Robertus Epiſcopus Lincolnienſis [d] & frater Adam de Mariſco majore, clerici demum-*

[b] *In lib. Mſ. de ſcientiarũ Vtilitate ad Clement PP. 4. cap. 28. ita etiam in lib. de Sapientia ejuſque Impedimentis perſuaſ. 1. part. 2. cap. 5.*

[c] *Conſulat ſis part. 2 de Vniverſo part. 3. cap. 3. Videſis eum in Poſter. Analytic. lib. 1. cap. 1. Venetiis 1504.*

Digitized by Google

de mundo & perfecti in ſapientia divina & humana hoc idem firmaverunt; unde quando per tentationem & deriſionem aliqui minores præſumtuosè quæſierunt à fratre Adam, quid eſt Intellectus Agens, reſpondet Corvus Helia. Volens per hoc dicere quod fuit Deus vel Angelus. Sed noluit exprimere, quia tentando & non propter Sapientiam quæſiverunt. Vides heic tum tenaciſſimos fuiſſe viros tunc in ſcholis Chriſtianis eximios ſententiæ illius de Intellectu Agente Ebræorum ſupparis, tum eam pro antiquiſſima tunc habitam & retrò ſeculis receptiori. Floruit Rogerus Baconus ſub annum Chriſti MCCXC. Illi, quos memorat, paulò vetuſtiores, ſub annum MCCL. Deſinere autem ſeu minui tunc cœpit, ut ex Baconi verbis liquet, ſententia illa quæ &, poſt Guilielmi Epiſcopi Pariſienſis tempora, à ſucceſſore ejus tantum non proximo, Stephano II. publicè Pariſiis anno MCCLXX. damnata eſt, cum aliis inde pendentibus dogmatis. Scilicet inter Errores tunc damnatos numerantur hi [e] de Anima & Intellectu; *Quod intellectus non est forma corporis, niſi ſicut nauta navis, nec eſt perfectio eſſentialis hominis.* Item *quod intellectus eſt unus numero omnium, licet omnino ſeparetur à corpore hoc, non tamen ab omni,* Item *quòd nos pejus vel meliùs intelligimus, hoc provenit ex intellectu paſſivo, quem dicunt eſſe potentiam ſenſitivam. Error eſt, quia hic ponit unum intellectum in omnibus, aut æqualitatem in omnibus animalibus.* Adeò ut inde magis invaleſcere ceperit ſententia altera, nempe Intellectum Agentem eſſe partem Animæ ſeu naturalem ejusdem facultatem, aut non formam ſeparatam ſeu aſſiſtentem, ſed informantem, ut in ſcholis loquuntur. Ea de re videſis cum primis Albertum Magnum [f], & diſcipulum ejus S. Thomam, cum in Summa [g], tum in opuſculo de Unitate Intellectus contra Averroiſtas alibique [h], uti & Alexandrum Halenſem [i] ac ejuſdem diſcipulum Bonaventuram [k] præter horum ſequaces ævi citerioris. Et Henricus Gandavenſis poſteà expreſſim de *Intellectu agente* inquit [l], *plurime erant opiniones; ſed in ſumma quoad duo. Quoniam quidam dicebant, quod erat intelligentia ſeparata alia à poſſibili. Alii verò communiùs, quod agens & poſſibilis ſunt duæ potentiæ animæ.* Sed demum ne præberet ſententia illa vetuſtior anſam propagandi Hæreſin, qua negatum eſt ſubſtantiam animæ rationalis

[e] *Habentur ad calcem Editionũ aliquot Petri Lombardi, & in Bibliothec. Patrũ Edit. Pariſ. 2. & 3. tom. 4.*

[f] *In Cõpend. Theologiæ l. 2 cap. 46. & In ſumma part. 2. q. 1 prim. q. 79. art. 4.*

[g] *Contra Gentiles lib. 2. c. 59.*

[h] *In Summ. p. 2. q. 69. membr 2. art. 3.*

[i] *In ſent. 2. diſt. 24. q. 4.*

[k] *Quodlibet 8 quæſt. 12.*

seu intellectivæ verè ac per se humani corporis esse formam, aliaque de unica duntaxat generi humano anima intellectrice assistente placita m asserendi, ideo, opinor, è scholis Christianorum fermè summota est. Hæresis illa damnatur in Concilio Viennensi n, utpote quæ ex Græcis & Arabibus de sumta seculo jam indicato invalescere cœperat. Et qui sententiam illam de Intellectu separato rejiciunt sunt passim obvii in Commentariis de Anima. Tametsi sint etiam nuperi seculi philosophi celebres o, qui eam velint revocatam. Cæterùm & qui animæ humanæ partem esse faciunt, ipsi assistentem seu perpetuo indicantem intellectum Deum itidem esse volunt, *à quo lumen intellectuale ea participat*, ut Thomæ p verba sunt; qui item, inde, quemadmodum & alii, legem Naturalem participationem legis æternæ in rationali creatura (ut capite superiori etiam occurrit) appellat. Unde, inquit q, cum David r *dixisset, sacrificate sacrificium Justitiæ, quasi quibusdam quærentibus, quæ sunt justitiæ opera, subjungit, multi dicunt, quis ostendit nobis bona? cui quæstioni respondens dicit, signatum est super nos lumen vultus tui Domine; quasi lumen Rationis Naturalis, quo discernimus, quid sit bonum, & quid malum (quod pertinet ad Naturalem legem) nil aliud sit, quàm impressio divini luminis in nobis.* Atque ad hunc modum intelligi solet illud D. Pauli s de lege naturali in cordibus hominum scripta & consimiles ea de re locutiones; quæ apud Patres occurrunt. Quomodocunque autem physicè circa hæc fuerit statuendum, certè in idem satis recidit, quantum ad rem, quæ præ manibus est, sive Numen ipsum, sive Ministrum aliquem ex ejusdem autoritate intermedium, sive Animæ Humanæ Partem seu Facultatem Intellectum Agentem facias; cum scilicet etiam qui partem seu facultatem Animæ illum faciunt, ipsi à Numine velut Oculo à sole Lumen intelligendi affulgere decernant, adeoque quæ naturaliter Bona sint, quæ Mala, ab ejusmodi illuminatione divina Rationi ac Intellectui humano ritè dispositio per Indicationem cum Imperio insinuari. Atque is fermè sensus est Ebræorum; unde & supremam illuminationis qualis dicta est maximè clarioris & perfectioris cautam seu divinitatem, qua huc spectat sexcenties in commentariis שכינה id est, *præsentiam* seu *majestatem divi-*

m *Videsis Colleg. Conimbric. ad lib. 2 de Anima c. 8. q. 7. art. 2.*
n *Clementin. tit. de summa Trinit. c. 1. §. porrò.*
o *Jac. Zabarella lib. de Mente agente c. 13. Cardanus apud Jul. Scaliger Exercit. 307. Sect. 30 Joann. Bodin. Theatr. Natur. l. 4. Alii apud Fortunat. Licetum de Intellectu agente l. 2. c. 1.*
p *1. prima q. 79. art. 4. & 1. Secundæ q. 91. art. 2.*
q *Psalm. 4.*
r *Ad Romanos cap. 4.*

Digitized by Google

nam (verbum ſonat ac ſi diceres *habitationem* t Dei in homine) non rarò etiam רוח הקדש *Spiritum Sanctum*, u (uti & Mahumedani x) appellitant, graduumque ejusdem diſcrimina faciunt. Atque per intervallum illud, quod rerum conditum & tempora Moſaica intervenit, præſentiam illam divinam, ſeu Juris naturalis Lumen Sethianis in poſteris Adæ & Semianis in poſteris Noachi præ aliis maximè volunt affulſiſſe. Scilicet in illis סגולה y ſeu ſucceſſionem *peculiarem* & populum περίσιον, ſeu ἐξαίρετον id eſt *ſelectum*, ſeu ut dicere ſolemus, *eccleſiam viſibilem*, habitum. Hiſce etiam acceſſiſſe ex aliis gentibus alios. Nam memorant z prophetas aliquot ſeculo in illo docuiſſe אומות העולם *populos* ſeu *gentes Mundi*. Septem nempè enumerant. Bileamum ſeu Balaamum a ejusque patrem, Jobum, Eliphazum Temanitem b, Baldadem Schucitem c, Tropharum Namathitem d, & Eliam Barcalidem Buzitem e quos omnes ſub Moſis ævum collocant nonnulli. De ſequenti autem tempore dictum habetur f ממשה ואילך לא שרתה שכינה על אומות העולם *A Moſe & deinceps non requievit præſentia* ſeu *majeſtas divina* (ſolennis eſt loquutio, ubi ejusdem abſentiam ſeu illuminationis, qualem diximus, negationem innuunt) *gentibus Mundi* ſeu Paganis. Nimirum raro affulſiſſe eam poſtea aliis præter ſeipſos volunt. Quid autem ſenſerint de Paganis, qui jura Naturalia Lumine Naturæ parentis adjuti cognoverint obſervaverintque, tum ante tetigimus, tum libro ſeptimo plura dicemus. Et ad Capitum tandem deſignationem tranſimus.

t *Videſis V. C. Daniel Heinſium in Ariſtarch. ſacro c. 15. & 18.*
u *Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *cap. 2. fol. 11. a &c. Et vide S. Hieronym. ad Iſaiam l. 11. c. 40.*
x *Aſicen. in tract. 10 Metaphyſ. cap. 2. & in Opuſculis Ambroſii. & vide Averroemin epit. Metaphyſic. tr. 4.*
y *Videſis R. Iehudam in* SepherCoſ. *ripart. 1. §. 63. &c.*
z *Gemar. Babylon. ad tit.* BabaBathra *c. 1. fol. 15. a.*
a *Num 22. 5.*
b *Iob. 4. 1.*
c *Ibid. 8. 1.*
d *Ibid. 11. 1.*
e *Ibid. 32 2.*
f *Gloſſ. ad citat. tit.* Baba Bathra, *& videſis Gemaram Babylon. ad tit.* Abod. Zara *c. 1. fol. 3. a.*
g *In Ep. ſt. ad Romanos 5*

CAP. X.

Singularia Juris Naturalis *ſeu* Univerſalis, *quod &* Noachidarum *dicitur, juxta* Ebræorum *diſciplinam* Capita, *quæ* Majora *ſunt ſeu* Illuſtriora, *generatim indicantur. Et de Nomine* Noachidarum. *Tum item de horum* Silentio, *tum de* Mentione obvia *apud Scriptores Chriſtianos.*

CApita Juris Naturalis ſeu Univerſalis, juxta Ebræos, deſignaturo ſubit in mentem illud S. Ambroſii; Lex g *Naturalis Tres habet Partes, cujus Prima hæc eſt, ut agnitus boneretur Creator, nec ejus Claritas & Majeſtas alicui de Creatu-*

ris deputetur. Secunda autem pars est Moralis, hoc est, ut bene vivatur, modestiâ gubernante. Congruit enim homini habenti notitiam creatoris vitam suam lege frenare, ne frustretur agnitio. Tertia verò pars est Docibilis, ut notitia Creatoris Dei & exemplum morum ceteris tradatur, ut discant, quemadmodum apud Creatorem meritum collocatur. Certè hujus heic sensui quâm propè accessisse Ebræos, sequentia luculenter satis ostendent. Juris Naturalis seu omnium hominum Communis, juxta eos, Capita sunt alia, ut superius memoratur. Majora atque Illustriora, alia Minora seu Obscuriora. Majora atque Illustriora numero continentur septenario. Horum bina sunt בן אדם למקום *inter Hominem & Numen sanctissimum*; quibus scilicet agnoscatur honoreturque Creator. Quatuor בין אדם לחבורו *inter Hominem & proximum suum*; seu ad hominum inter se invicem mores spectant. Septimùm demùm immanem erga alia animalia crudelitatem interdicit. Ordine hujusmodi recensèri plerumque solent

I. על עבודה זרה *de Cultu extraneo.*

II. על ברכת השם *de Maledictione Nominis sanctissimi* seu *Numinis.*

III. על שפיכות דמים *de Effusione Sanguinis* seu *Homicidio.*

IV. על גידוי ערות *de Revelatione Turpitudinum* seu *Turpitudine ex concubitu.*

V. על הגזל *de Furto ac Rapina.*

VI. על הדינים *de Iudiciis* seu *Regimine forensi ac Obedientia Civili.*

VII. על אבר מן החי *de Membro animalis viventis* non comedendo.

[b] *Maimon. halach. Melachim. c. 9. i Adversus Iudaeos c. 3.*

Priora Sex in ipsis rerum initiis homini imperata à Numine esse ajunt [b], velut primordialem legem & matricem omnium præceptorum Dei, quemadmodum ea, quæ primis parentibus imperabantur, vocat Tertullianus. [i] Adeoq; pro Naturalibus seu Univer-

Digitized by Google

verſalibus ſumunt & nunquam non obtinentibus. Id quod pariter etiam de Septino dici quidem poſſet. Sed quoniam cum Chriſtianis non paucis exiſtimant itidem ipſi, ante Diluvium, Carnis eſum non omninò homini permiſſum eſſe, ita ut interdictum ſingulare de Membro Animalis viventis planè ſupervacaneum tunc fuiſſet, quod tamen poſtea eliciunt ex carnis cum ſanguine eſu interdicto Noacho & filiis ejus, ubi [k] carnis eſus expreſſim indulgetur; Ideò hoc à Noachi tempore tantum ſolent auſpicari, utcunque eſſet generali lege, qua carnes in eſcam non permittebantur, ante involutum. Sed ea de re ibi [l]. Nuncupari autem ſimul omnia hæc ad genus humanam ſic attinentia מצות בני נח *Præcepta Noachidarum* ſeu *filiorum* aut *liberorum Noachi* aliquoties jam diximus. Hoc verò nomine licet etiam ipſi pariter atque alii omnes palàm, ſi genus ſpectes, contineantur, nihilo ſeciùs, ut ſeipſos velut populum Numini peculiarem à ceteris ſegregent, præceptorum interim corpus ſcripto Moſaico inſertum velut ſibi peculiare habentes, Gentes tantum ceteras ſignantius ita vocare ſolent, quemadmodum etiam אומות ſimpliciter, id eſt, *populos* ſeu *gentes* atque אומות העולם *gentes* ſeu *populos mundi* atque גוים id eſt *Gentes* ſeu *Barbaros*; uti etiam in ſacris libris [ɛθνη] ſeu *Gentes* paſſim occurrit pro aliis præter Ebræos Gentibus, ſicut etiam *Gentium* Nomen apud Romanos invaluit pro ceteris præter Quirites populis, tametſi pariter & hos idem complecteretur. Quin tam ſingulare nomen illud בני נח ſeu *Noachidarum* (quo nihil reapſe univerſalius eſt) faciunt Ebræi gentibus ceteris ſeu paganis, ut nec ipſos ſe eodem velint, ex vi phraſeos, comprehendi. Legitur in Misna [m]; קונם שאני נהנה לבני נח מותר בישראל ואסיר באומות *Si quis voto ſe damnaverit, commodum ſe nullum Noachidi* ſeu *Noachi filio præſiturum, interdictum ei inde non eſt, quin Iſraelita id præſtet. Sed at Gentibus* ſeu *Paganis aliquibus illud præſtet, planè illicitum eſt.* Fatentur שבו העולם יצאו מבני נח *univerſos paganos* ſeu *populos mundi Noachidarum eſſe propagines.* Sed non ſine hac exceptione ſeu temperamento de nomine; Iſraelitas exemptos eſſe מכלל בני נח כיון דאיקרש אברהם איתקרו על שמו (ut verba ſunt Gemaræ Babyloniæ) *ex univerſitate* ſeu *communi*

[k] *Geneſ.* 9. 3. & 4.

[l] *Lib. 5. capite primo.*

[m] *Tit. Nidarim c. 3. fol. 31. a. in Talm. Babylonic. & Maimonid. halach. Nidarim c. 8. & c.*

filiorum Noachi, quoniam ſcilicet ex eo, quod ſanctificatus eſt Abraham, nomen ſibi inde peculiare ſortiti ſunt. Quod ſolùm de Abrahamidis interim ſumunt, qui divina ſequuti ſunt inſtituta; non de Eſaui poſteris ſeu Edomitis, nec de Ismaelitis. Summa eſt; איתקרו ישראל עד שמיה דאברהם ולא על שום בני נח; *Nomen ſortiti ſunt Iſraelitæ ab Abrahæ nomine, & minimè à Noachidis.* Tametſi nemo non videt Abrahamum ipſum etiam Noachidem fuiſſe, quo etiam vocabulo non rarò in commentariis eorum nuncupatur, quatenus nimirùm ante legem Moſaicam datam floruit numenve coluit. Sed ex illo circumciſionis ejus tempore, interciſionem ejusmodi nominis ſeu avitæ originis talem in locutionibus ſuis haberi voluere, ut non ſolùm poſteri ejus, ſeu ipſi, Noachidæ non ſint dicti, ſed etiam aut Abrahamidum aut Iſraelitarum, uti & tandem etiam Judæorum nomine à Noachidis cunctis voluerint, velut è prærogativa, diſcriminari. De præceptis autem jam dictis legitur, in Gemara Babylonia[n]; תנ"ר שבע מצות נצטוו בני נח וזינין וברכת השם ע"ז וגילוי עריות ושפיכות דמים וגזל ואבר מן החי ר' חנינה בן גמליאל אומר אף על דם *Traditur à Rabbinis, Septem Præcepta imperata eſſe Noachidis; de Judiciis, de Maledictione Numinis, de Cultu Extraneo, de Revelatione Turpitudinum, de Sanguinis effuſione, de rapina* ſeu *Furto, de Membro animalis viventis. Etiam, ex ſententia Rabbi Chanina Ben Gamaliel, de Sanguine.* Et in *Bereſith Rabba*; על ז' דברים נצטוו בני נח על ע"ז ועל גלוי עריות ועל שפיכות דמים ועל ברכת השם ועל הדין ועל הגזל ועל אבר מן החי רבי חנינה בן גמליאל אומר אף על הדם מן החי *De ſeptem Rebus mandata acceperunt Noachitæ, de cultu extraneo, de Revelatione Turpitudinum, de Homicidio, de Maledictione Nominis Divini, de Judicio, de Rapina ſeu Furto, de Membro animalis viventis. Rabbi Chanina F. Gamalielis dixit etiam de Sanguine animalis viventis.* Maimonides[o] autem; על ששה דברים נצטוו אדם הראשון על ע"ז ועל ברכתו השם ועל שפיכות דמים ועל גלוי עריות ועל הגזל ועל הדינין אע"פ שכולן הן בקבלה בידינו ממשה רבינו והדעת נוטה להן מכלל דברי תורה היראה שעל אלו נצטוו הוסיף לנח אבר מן החי שנאך בשר בנפשו דמו לא תאכלו נמצא ז' מצות וכן היא הדבר בכל העולם עד אברם בא אברהם נצטוה יתר על אלו

[n] *Ad tit. Sanhedrin c. 7. fol. 56. a. Bereſith Rabba paraſch. 34. Moſes Mikòzi præcept. affirm. 122. R. Bechai in* Biur Tora *fol. 37. col. 3. & 4. & videſis Gemar. Babylon. ad tit.* Ioma *cap. 6. fol. 67. b.*

[o] *Halach. Melakim cap. 9.*

אלו המיל"ו וגו *De rebus ſex mandata accepit Adam* ſeu *primus homo, de Cultu extraneo, de Maledictione Nominis, de Homicidio, Relevatione Turpitudinum, de Rapina ſeu Furto & de Iudiciis; tametſi hæc cuncta apud nos ſint recepta à Moſe Magiſtro noſtro atque ejuſmodi ſint, ut ſententiæ humanæ in ea præ cæteris quæ legis corpore habentur, proniùs inclinet.* Liquet etiam *præter hæc Noacho mandatum traditum eſſe de membro animalis viventis, juxta illud,* Carnem [p] *in anima ſua ſanguine ſuo non comedetis. Ita fiunt ſeptem præcepta. Atque ad hunc modum ſe res habuit per univerſum terrarum orbem usque in Abrahæ tempora. Inſuper autem illi præceptum datum eſt de Circumciſione &c.* Tantundem Moſes Mikotzi [q], alii item obiter. Unde fit etiam, ut cum Magiſtri, diſtinctiùs ſubinde loquendo [r], Jura Naturalia, ſeu quæ perpetuò obligare volunt, משפטים & מצות id eſt ſimpliciter *Judicia, Jura, præcepta, ſeu Mores* univerſo generi humano præſcriptos uti & מצות חרשת *Præcepta ſcientiæ* ſeu nemini rectè intuenti ignota appellitent, Jura verò cætera, quæ à Numine ipſis ſingulariter imperata ſunt, חוקים ſeu *ritus* aut *ſtatuta* nuncupent; in prioris generis exempla, capita Juris Noachidarum afferant velut ea quæ non ſcripta à rerum initiis obtinuere, & in exempla generis poſterioris, ritu aliquot reipublicæ Ebraicæ primò ſcriptos propriosque. Qua de re animadvertendum eſt, quod habet Gemara Babylonia ad locum illum legis [s] Sacræ את משפטי תעשו ואת חוקתי תשמרו ללכת בהם אני יהוה אלהיכם *Judicia* ſeu *Jura mea facietis atque ſtatuta mea* (vertunt aliqui *Cæremonias meas* Judæi Hiſpanienſis ibi *mis fueros*) *cuſtodietis ut in eis ambuletis; ego* [t] *Dominus Deus veſter.* Scilicet Gemara illa; תנו רבנן את משפטי תעשו דברים שאלמלא לא נכתבו רין הוא שיכתבו ואלו הן ע"ז וגילוי עריות ושפיכות דמים וגזל וברכת השם את חוקותי תשמרו דברים שהשטן משיב עליהם ואומות העולם משיבין עליהם ואילו הן אכילת חזר ולבישת שעטנז וחליצת יבמה וטהרת מצורע ושעיר המשתלח ושמא תאמר מעשה תוהו הם ת"ל אני ה' חקותיו ואין לך רשות להרהר בהן *Traditio eſt Rabbinica, illud, Jura mea facietis, intelligendum de rebus ejuſmodi, quæ, tametſi Scriptis nondum mandarentur, mandari tamen per ſe debuerant; veluti*

[p] Genes. 9.

[q] *Precept. Affirm. 122.* [r] *Videſis* Morc Nebochim *part. 3. c. 26. & Hug. Grot. de Iure Belli lib. 1. c. 1. §. 9.*

[s] Levitic. 18.

[t] *Tit. Ioma cap. 6. fol. 67. b*

veluti de Cultu extraneo, Revelatione Turpitudinum, Homicidio, Rapina seu Furto, & Maledictione Nominis; Illud verò, Statuta mea custodietis, intelligendum de rebus, quas non solum mens humana protervior, verùm etiam Gentes mundi impugnabant; quales sunt esus porci, amictus heterogeneorum, mos calcei in fratriæ renuntiatione exuendi, uti leprosum mundandi, bircus apopompæus. Ne vero objiceret quis, res hujusmodi esse inanes, expressim adjicitur, ego Dominus, ego Dominus constitui eas. Unde nec tibi licet eas in controversiam revocare. Hinc est quod quæ sunt generis Prioris vocitent דברים המשורים u, *Res, in quibus rectitudo est manifestior*, utpote nemini ferè non agnita, secundi verò generis res, quarum ratio אין אלא גזירת מלך *non est alia præter decretum regium*. Sic mandata hæc discriminari volunt; non quòd genus utrumque non ex decreto Regis universi, id est, Numinis pendere voluerint (nam ex ejus autoritate & sancitis ipsum Jus Naturale manasse passim docent juxta jam ante ostensa) sed quod à legibus Regum mortalium autoritate Iuri naturali superinduci solitis, locutionis formulam desumserint. Sed interdum quidem in eorum x libris recentioribus hac de re (ut fit de aliis) verba ita malè transponuntur, ut משפטים locum חוקות & hujus pariter illud perperam occupet. Ex contextu verò Talmudico, quem citavimus, sunt corrigenda. Septem autem Præceptorum, quæ diximus, Naturalium fuisse Ebræis ipsis instaurationem in Mara paulò post exitum ex Ægypto, vetus est apud eos traditio. Seder Olam Rabba de statione eorum illic; שם נתנו לישראל עשר מצות שבע מהן שנצטוו עליהן בני נח ונו והוסיפו עליהן ישראל באותה שעה שבת ודינין וכיבוד אב ואם *Ibi tradita sunt decem præcepta Israelitis, quorum septem imperata fuerant Noachidis &c. &* (rencensitis quæ diximus septem) *adjecerunt tunc temporis Israelitæ Sabbatum & Judicia & Honorem Parentum.* Tantundem etiam habetur in Gemara Babylonia y cujus hac de re verba afferuntur infrà, ubi de singulari ipsis Sabbati jure, nec ad alias Gentes omninò juxta eos attinente agitur; libro nempe tertio. Nam ubi de statione in Mara verba fiunt sacra, adjicitur z *ibi posuit ei* חוק ומשפט *Statutum & Judicium* quod de Sabbato, & aliis aliquot interpretan-

u *Glossa Talmudica ad tit.* Ioma *c. 6. fol 67. b* Aiin Israel *part 1. f. 107. col. 4. & videsis Salom. Iarch. ad Levit. 18. 4. & Nachmanid in* Pirush Tora *fol. 198. b.*

x Pesikta Zoter ha *fol. 23. col 3.*

y *Ad tit.* Sanhedrin *c. 7. fol. 56. b.*

z *Exod. 15. 25.*

Digitized by Google

pretantur. Lex vero adjecta heic de Judiciis, quomodo ab ea, quæ antea Noachidis data erat, discreparet, atque in denario hoc præceptorum numero locum juxta eorum sententiam sortiretur, in sequentibus ostendimus, ubi Caput Juris Noachidarum de Judiciis tractamus. Quod ad Parentum verò attinet Honorem; etiam ea de re præceptum ex eadem in Mara statione petunt. Unde illud in Repetito decalogo, *Honora* a *Patrem tuum & Matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus* Deus *tuus*, intelligunt de præcepto in Mara antea dato. Rabbi Jehuda, b כאשר צוך במרה *sicut præcepit tibi, scilicet in Mara*; uti etiam ad eundem locum adnotat Salomon Jarchius, qui tamen ad memoratum in Exodo de statione in Mara locum, in Mara, inquit, tradita est פרה שבת מקצת פרשיות התורה שיתעסקו בהם ודינין ארומה *pars capitum legis, quæ se exercerent, nempe de Sabbato, de Vacca Rufa, de Iudiciis.* Honorem Parentum heic prætermittit, legem c de Vaccæ Rufæ sacrificio substituens, quod etiam d nt primariò tunc traditum ab aliis memoratur. Sed & de Parentum honore plura libro septimo, ubi de Minoribus seu obscurioribus Juris Naturalis capitibus agitur. Ut verò Præcepta illa Illustriora Septem, sacro veluti carmine designata, memoriæ facilius retinerentur, atque in rerum primordiorum aliquatenus historia inde tum lectori agnoscerentur, tum auditori, ideò ex veterrimo instituto fiebat, ut comma hoc è Genesi e desumtum in usum ejusmodi adhiberetur, *Et præcepit Dominus Deus ipsi Adam dicens de omni ligno horti comedendo comedes.* Rabbi Jehuda Ben Samuel verba faciens de commatis sacri sermonis in res hujusmodi adhiberi solitis כאשר, inquit f, שמעו נכוח ויצו ה' אלהים על האדם לאמר מכל עץ הגן אכל תאכל ויצו את האדם ז' מצות שנצטוו בני נח. ויצו את הדינין ה' ברכת השם אלהים זו ע"ז על האדם ג' שפיכות דמים לאמר זו גלוי עריות מכל עץ הגן זה גזל אכל תאכל זה אבר מן החי כמה רחוק בין אלו העבין ובין פסיק הזה אך אצל העם קברה בשבע המצות האלה סומכין אותה בפסוק הזה בסימן שמיקל עליהם זכרם *quemadmodum cum auditur comma illud,* & præcepit Dominus Deus ipsi Adam dicens &c. *signum est seu indicatio septem præceptorum, quæ Noachidis imperata sunt,* Et PRÆCEPIT *sic denotat Iudicia,* seu *præceptum de Iudiciis* (quoniam

a *Dent, cap. 5. 16.*

b *Gemar. Babylõ. ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 56. b & Videsis* Thosiphtha *ad Gemar. Babylon. tit.* Sabbath *c. 9. fol. 87. b.*

c *Num. 19.*

d *Videsis præter Lyranum ad Exod. 15. Dion. Carthusian. Exod. Enarrat. 31. & Abulens. ibi quæst. 9.*

e *Cap. 2. 16.*

f *In* Sepher Cozri *part. 3. §. 73.*

in eis præceptio eſt atque imperium) DOMINUS, *præceptum de non maledicendo Nomini ſeu Numini ſanctiſſimo*; DEUS, *interdictum Cultus Extranei ſeu Idololatriæ*; IPSI ADÆ ſeu HOMINI, interdictum Homicidii; DICENS, *interdictum Inceſtus* (quia ſcilicet *dicit dominus* alibi [g] increpationi de ſcortatione ſubjungitur) DE OMNI LIGNO HORTI *furtum* (quia Bona quædam vocabulis illis etiam denotantur) COMEDENDO COMEDES, *Membrum animalis viventis. Sed multum diſcrepat commatis hoc à rebus hiſce. Attamen habetur vulgò Cabala* ſeu *Traditio de ſeptem jam dictis præceptis perinde ac ſi ipſa hoc commate ſubniteretur, quod in faciliorem eorum memoriam ut ſignum adhiberi ſolet ac ſubſi[illegible]*. Alii [h] item hac de re plura. Horum quidem Capitum mentio occurrit ſubinde apud ſcriptores Chriſtianos doctrinæ Talmudicæ aſſuetiores; eaque ſatis interdum Ebræorum [illegible]ntariis conſona. Scriptores dico, tum qui ſeculo noſtro ſtudiis Orientalibus uberius ſcaturiente, cordatiores in[illegible]loratam ſibi noluere prætermitti veterem Ebræorum diſciplinam; tum qui non ita diu poſtquam literæ Orientales ſub centum abhinc annis in Occidente renaſcebantur, commentariis ſuis placita de Jure interſperſere Rabbinica. Neque enim [illegible], Chriſtianorum ante illud ævum ſcriptis mihi comperta eſt expreſſa horum mentio omninò aliqua. Delituere ſcilicet in libris Talmudicis, qui pauciſſimis præter Judæos ipſos intellecti olim lective. Neque e Scholaſticis, puto, quisquam omninò eis uſus eſt. Citatur quidem interdum S. Thomæ Rabbi Moſes, ſcilicet celeberrimus Ægyptius ille, Rambam dici ſolitus, ut etiam Joanni Bacono in Sententias, tituli aliquot Talmudici. Sed hic, uti & alii ſuperioris ævi id genus nonnulli, Talmudica ſeu Rabbinica ſua Hieronymo de Sancta Fide & Nicolao Lyrano Exjudæis planè debuit; & S. Thomas ſua ex R. Moſe deſumta veteri verſioni libri ejus *More Nebochim* dicti, in quo nec Jus hoc omninò tractatur. Seculo autem noſtro, non mentio ſolum Juris hujus capitum apud ſcriptores, quales diximus, ſatis obvia eſt, velut eorum, quorum ratio

in no-

[g] *Ierem. 3. 1.*

[h] *R. Joſe Ben Chalpetha in Seder Olam Rabba c. 5.*

in nobiliori, & libera rerum diſquiſitione eſt habenda, verùm etiam in argumentis de Jure Naturæ graviſſimis, eorum aliquotapp ofitiſſimè interdum uſurpantur. Id quod etiam maximè liquet ex incomparabili illo viri Ampliſſimi Hugonis Grotii opere i de Jure Belli ac Pacis; ut minorum Gentium commentarios mittam. At verò prætereundum non eſt, Theologos nonnullos qui etiam, puto, nunc, id eſt, in hac literarum Orientalium luce florent, viros alioquin eruditione ſingulari, ſeptenarium quidem eorundem numerum velut ex Ebræorum monimentis hauſtum, in ſcripta ſua nuperrimè tranſtuliſſe; ſed interea ab autoribus, quos citant ipſi, adeoq; ab eo, quod res ipſa eſt, nimiùm diſcrepare. Alter enim de Judæorum Myſteriis agens k, ſic; *Neque verò contemnendùm arbitror, quod Hebræi Doctores tradunt, ſi quis Gentilium Iudaicam religionem amplecti vellet, variis præceptionibus velut quibusdam gradibus inſtituebatur, antequam lex Moſaica illi explicaretur. Primum enim illum docebant Septem Præcepta filiis Noe à Deo data, ut ajunt, quæ erant ejusmodi. 1. Non colere Idola. 2. Benedicere Deum. 3. Cavere ab Inceſtu. 4. Quodvis aliud peccatum carnis vitare. 5. Non fundere Humanum ſanguinem, 6. Non rapere aliena. 7. Non tollere membrum de animali vivente.* Alter dum de Jobi pietate atque obſervatione præceptorum divinorum, quæ ante Moſaica ſcripta ab ipſis rerum initiis obtinuerant, verba facit, *his addam* inquit l, *quod R. Abraham Ben-Ezra, Rab. Levi Ben-Gerſon & alii ſcribunt, Gentiles non admitti ſolitos ad religionem Iudæorum, id eſt, verum Dei Cultum, niſi prius promitterent ſe ſervaturos Septem Præcepta, quæ ante legem Noe morti proximus filiis ſuis tradiderat. Idem aſſerunt* Talmudiſtæ, *unde & in libro, quem vocant Seder Olam* m, *ſcriptum habetur, quod Noe dedit filiis ſuis Septem Præcepta. Primum; ſervare Ius Gentium. 2. Fugere Idololatriam. 3. Fugere inceſtum adulterium & nefandum coitum. 4. Non occidere. 5. Non blaſphemare nomen Dei. 6. Non furari. 7. Non abſcindere membrum de vivo animali.* Confirmatur hæc doctrina (ſic pergit) *ex iis, quæ poſtea docet per modum examinis ſuæ conſcientiæ per totum caput trigeſimum-*

illib. 1. cap. 1. § 16. cap. 2. §. 5. &c.

k *Io Fileſaci Selectorum. lib. 2. Tit. Myſteria §. 10.*

l *Iacob. Boulducius in Iobi cap. 23. §. 12.*

m *Cap. 5.*

gesimum primum, ubi sigillatim discurrit & ordine quodam per omnes peccatorum species, quæ ad septem prædicta capita facile reduci possunt. Idemque alibi n; *Hebræi & R. Salomon tradunt à Deo data Noe præcepta numero septem:* 1. *Non colere Idola*, 2. *Benedicere Deum.* 3. *Servare jus publicum.* 4. *Cavere ab illegitimo Concubitu.* 5. *Non fundere humanum sanguinem.* 6. *Non rapere.* 7. *Non tollere membrum de animali viventi. Quæ Christus generaliter quidem, quantum spectat ad Proximum, expressit, iterumque promulgavit in Evangelio, sed sub affirmativo mandato, Omnia* o *quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim Lex & Prophetæ.* Sic ille. Horum autem Prior heic caput illud De *Iudiciis* omninò prætermittit, & nescio cur quartum facit, quod planè Capitis *de Revelatione Turpitudinis* seu *Incestu* pars est. Posterior pariter illud *de Iudiciis* non memorat, nisi in eo quod ei altero in loco primum est, scilicet *servare Ius Gentium* aut in altero loco tertium, *servare Jus publicum*, id forsan contineri velit. At interea *servare jus* sive *Gentium*, sive *publicum* nullibi apud Talmudicos seu Rabbinos, quos ipse affert, aut totidem verbis aut sensu, qualem verba illa exhibent inter præcepta, hæc enumeratur. Neque is sensus est eis Præcepti Naturalis *de Iudiciis*, ut infra suo loco fusius demonstramus. Quod verò Prior uti etiam altero in loco Posterior enumerat in hisce caput illud *Benedicere Deum*, quemadmodum sane & alii viri linguarum etiam peritissimi p Orientalium interdum faciunt; id ex eo evenit, quod verbum ברך (unde ברכה in enumeratione nostra pro *Maledictione*) tum *benedicere* denotat, tum quod prorsus contrarium est *maledicere*, ut fusius ostendetur, ubi inferius interdictum Maledictionis Numinis explicatur. Quin & in hisce prævit fermè Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aquensis literis Ebraicis certè apprimè eruditus & Rabbinicis. *Septem*, inquit q ille, *præcepta dantur, quæ Hebræi partim præcepta filiorum Noe, partim Præcepta Naturæ appellant, & obligare etiam Gentiles scribunt ipso ordine*, 1. *Non colere idola*, 2. *Benedicere Deum*, 3. *Servare jus publicum*, 4. *Cavere ab Incestu alioque nefando concubitu*, 5. *Non*

n *Lib. de Ecclesia post legem, cap. 8.*

o *Matth. 7. 12*

p *Schindler. Lexic. pag. 1530 & Guil. Selekardus lib. de Iure Regio cap. 5. theorem 17. alii.*

q *Chronologiæ l. 1. ann. mundi 1656.*

Digitized by Google

5. *Non fundere humanum ſangvinem*, 6. *Non mœchare*, 7. *Non tollere membrum de animali viventi.* Dari ſcilicet ſeptem hæc præcepta anno primo diluvii ait, atque autores affert R. Salomonem & *Seder Olam.* Sed inſtaurata tunc temporis fuiſſe ea, atque cum rerum initiis incepiſſe juxta ſuperiùs dicta ex Ebræorum mente ſtatuendum. Neque aliter verum eſt, quod toties occurrit, ſive Noacho, ſive à Noacho, ſive filiis ejus ea eſſe tradita, eorumve præcepta eſſe. Cæterùm quod Theologorum binorum, quos antè memoravimus, tàm Poſterior, quàm Prior habet de horum præceptorum uſu in Gentilibus ad religionem Judaicam admittendis, id immane quantum doctrinæ Talmudicæ atque Ebræorum magiſtris refragatur. Nullus enim omninò capitum horum in ejusmodi admiſſione uſus; ſed tantummodo in *Proſelytis domicilii* quos גרים תושבים appellitant, id eſt, Gentilibus ad incolatum ſeu pacem in territoriis ditionis Iſraeliticæ fruendam, tametſi *Proſelyti Juſtitiæ* non fuerint ſeu religione Moſaica non omninò imbuerentur, admittendis. Quotquot enim ſic tantùm admitterentur, eos in Capitum horum ritè explicatorum obſervationis futuræ profeſſionem adigebant; florente ſcilicet eorum ſtatu. Id quod explicatiùs ſuo infrà loco etiam demonſtratur. Et quoties *Proſelytus Juſtitiæ*, id eſt, גר הצדק fiebat, ipſâ legis Moſaicæ profeſſio cum circumſione aliisque aliquot ritibus (de quibus etiam inferiùs nos fusè) initia fuêre, quibus admittendus erat; nullâ omninò Noachidarum Juris capitum, quà Noachidarum, ea in re habitâ. Chriſtianis autem ſcriptoribus accedat etiam hic Manaſſeh Ben Iſrael Judæus, Archiſynagogus (id munus ni fallor gerit) Amſtelodamenſis, qui & Latinè & Hiſpanicè de rebus aliquot Rabbinicis ſcripſit. Septem, inquit ille, *Præcepta, ut traditur in Gemara* Sanhedrin [t] *omnes Gentes obſervare tenentur*, [u] *quæ ictirco vocata ſunt* שבע מצות בני נח *ſeptem præcepta filiorum Noachi. Ex his* (*quemadmodum in* Seder Olam *cap.* 5. *& apud R. Moſem in* iad Chazaqua [f] *legimus*) *ſena Adamo data ſunt*; *Nimirum ut abſtineret ab idololatria*, 2. *Maledictione nominis divini* 3. *Cæde*, 4. *Adulterio*, 5. *Furto*, 6. *Ut Judices inſtitueret, quorum eſſet curare, ut illa præcepta obſervarentur. Super hæc Noacho ſeptimum*

[t] Cap. 7.

[u] Cap. 9.

[f] Sepher Melakim cap. 9.

peimum additum fuit, ne membrum vivo animali amputatum comederet his verbis Carnem cum anima & ſangvine ſuo ne comedas. *Hac ſunt precepta ob quorum violationem, ut ex ſacra Scriptura ibidem in* Sanhedrin *probatur, etiam Gentes Mundi à Deo punitas conſtat.* Sic ille in Conciliatore t. Nec alio ſenſu in libris u de Reſurrectione mortuorum; nec diſſono ab eo, qui Talmudicis recipitur, ſi tum Adulterii nomine omnimodum coitum ex Jure Noachidarum homini illicitum, id eſt, tàm maſculorum ac brutorum (ut infra patebit,) quàm ex ſangvine inceſtum contineri admittas, tum Judiciorum Præceptum nil aliud complecti, præter id, quod eſt Judices inſtituere, quorum eſſet curare, ut illa obſervarentur. Qua de re libro videbimus ſeptimo.. Sed de generali apud Scriptores numerandi exprimendique Præcepta Noachidarum Majora atque illuſtriora ratione, hactenus. Capita juris hujus, juxta Ebræos, Minora ſeu Obſcuriora infra ſuo in loco ſeorſim habentur. Singulorum autem, tam eorum quæ Majora diximus, atque Illuſtriora, quàm quæ Minora, uberiorem, juxta Talmudicorum, id eſt, tàm Theologorum, quàm Jurisconſultorum apud Ebræos mentem, explicationem, (quam quidem vix aut ne vix quidem attigit ſcriptorum, quantum ſcio, qui Latinè proſtant, aliquis,) libris ſequentibus unà cum Juris Gentibus aliis, atque Ebræis ſimul, ſive ex præſcripto Numinis Imperativi, ſive ex moribus ſeu arbitrio eorum qui rebus præerant, Intervenientis Capitibus Apicibusque ſatis vulgo etiam doctorum incognitis exhibebimus.

t *Queſt. 2. in Deut. Latine, ſed 163. Hiſpanice. u lib. 2. cap. 9.*

Libri Primi

FINIS.

Digitized by Google

DE JURE NATURALI ET GENTIUM

Juxta Disciplinam EBRÆORUM,

LIBER SECUNDUS;

In quo *Interdicta* Noachidarum seu *Naturalia bina Priora*, *Cultus* nempe *Extranei* seu *Idololatriæ* atque *Maledictionis Nominis* Divini seu *Blasphemiæ* explicantur, unâ cum Jure Ebræis simul atque aliis Gentibus tum *Imperativo* tum *Interveniente*, quod ad interdicti utriusque in ditione Israeliticâ observationem firmandam, priorisque inprimis violationis ansam qualemcunque etiam Noachidis præripiendam superinductum est. Accedit, ut hisce cæterisque sequentibus necessariò prævium, *Proselytorum Justitiæ*, *Proselytorum* Domicilii, *Libertinorum* designatio; aliorum item ad *Jura Gentium*, juxta eorum mores attinentium.

CAP. I.

De Cultu Extraneo *seu* Idololatria, *quod eorum quæ* Juris Noachidarum *seu* Naturalis Majora *seu* Illustriora *sunt*, *Caput est* Primum. *Interdicti hujus violationis* Noachidi, *in ditione Ismelitica*, pœna *erat* plerunque capitalis. *Obiter & compendio de* Idololatria Judæorum, *& ut*

& ut aliqui volunt ipſius Synedrii Magni. *Quam* grave crimen *hanc faciant Magiſtri.* Magiæ infamis *ſpecies aliquot* Idololatriam *eſſe ſtatuunt.*

Ultus Extranei nomine (quod Primum eſt Juris Noachidarum ſeu Naturalis Illuſtrioris, juxta libri ſuperioris capite poſtremo deſignata, Caput) Noachidis ſeu Universo humano generi, ſecundum Ebræos, interdicitur non modò Saxorum, Stipitum, Statuarum, Imaginum, ſed etiam qualiscunque Angelorum, Corporum cœleſtium, Elementorum, aliusve cujuscunque creaturæ Cultus, ſive quà pro Numine ſupremo ipſa habeatur, ſive quà, veluti Intermedia, ad Supremum colenti placandum, invocetur. Imò ut Intermedia tantùm Numina, coli ſolitas fuiſſe à Gentilibus Creaturas ſic credebant, ut nec aliter à quoquam eorum aliquam cultam crederent fuiſſe; quod ex ſermone etiam ſacro eliciunt. Egregius eſt ad hanc rem Maimonidis a locus,

a More Nebochim. *part. 1. c. 36.*

ואתה יודע כי כל מי שעובד עבודה זרה לא יעברה דעת שאין אלוה בלעדיו ולא דמה מעולם כלל מן העובדים ולא ידמה מן הבאים שהצורה אשר יעשה מן המתכות או מן האבנים והעצים שהצירה הזה היא הזה אשר בראה השמים והארץ והוא הנהיגם אבל אמנם יעברוה על צד שהוא דמיון לדבר שהוא אמצעי בינם ובין האלוה יתברך כמו שבאר ואמר מי לא ייראך מלך הגוים וכו ואמר בכל מקום מוקטר מוגש לשמי וכו וזמן אל הכבה הראשונה אצלם וכבר ביארנו זה בחבוריני הגדול וזה כמה שלא יחלוק בו אחד מבעלי תורתנו *Noſti, quicunque fuerit extraneo cultui aſſuetus, eum non eâ ſententiâ eo cultu uti ac ſi Numen non eſſet aliud præter id quod colit. Neque enim ſive ex ipſis, qui olim colebant, cuipiam venit in mentem, ſive ex eis, qui colent impoſterum, in mentem veniet, figuram ſive ex metallo, ſive ex ſaxo, ſive ex ligno confectam, fuiſſe ipſum Cæli & Telluris Creatorem gubernatoremque. Sed ita eam colunt, quatenus imaginem induit rei alicujus, quæ velut intermedia ſit inter ipſos, & Deum Benedictum;* ſicut & ipſe explicat, ubi b ait; *Quis non timebit te ô Rex Gentium Tuum enim eſt imperium. Etiam apud omnes ſapientes Gentium & in omni imperio eorum non eſt ſimilis tui. In uno autem* בארח, ubi

b Jeremiæ 10 7. ubi videſis R. Dabid. Kimchium.

Digitized by Google

ἄμα seu *pariter* apud Hellenistas & in vulgatâ substituitur) *desipiunt & stulti sunt, doctrina vanitatis* (eorum) *lignum est.* Atque alibi c, *& in omni loco incensum offertur nomini meo atque oblatio munda, quoniam magnum est nomen meum in Gentibus. Vbi causa prima, ex eorum sententia indicatur. Atqui hac de re jam egimus in Opere* d *nostro Majore. Neque sane de ea quispiam ex Legis nostræ Magistris dissensit.* Hactenus ille; qui receptam etiam Talmudicorum e heic de Cultus Extranei discrimine, quâ ad Noachidas attinebat, sententiam breviter sic est f complexus

בן נח שעבד ע"ז וחייב והוא שיעבוד כוכבים וכו' ע"ז שבידת
דין של ישראל ממיתין עליה בן נח נהרג עליה וכל שאין
בידם דין של ישראל ממיתין עליה אין בן נח נהרג עליה ואף
על פי שאינו נהרג אסור בכל ואין מנחין אותו לחקים מצבה
ולא ליטע אשרה ולא לעשות צורות וכוצא בהן לגוי

Noachides qui cultu utitur extraneo reus est, modò scilicet juxta assuetum ritum colat. Nam ubicunque ultimo supplicio punitur in foro Israelitico Cultus Extraneus, ibi Noachides, ob similem cultum, gladio plectendus erat. Et ubicunque in foro Israelitico morte non punitur ejusmodi cultus, neque, ob similem, gladio plectitur Noachides. Ceterùm tametsi gladio non fuerit plectendus, interdicitur ei nihilominùs omnimodus cultus extraneus. Neque permittitur ei sive Statuam erigere, sive Lucum plantare, sive Imagines facere, sive quæ sunt id genus alia, ne quidem etiam Ornatu causâ. Loquitur de Noachide seu Gentili Hierosolymis alibive in Ebræorum veterum ditione reo. Israelita autem ultimo supplicio, minimè ob Cultum Extraneum puniebatur, nisi sive propalàm ac disertis verbis Deum sibi Novum invocaret, sive במשתחוה *Adoratione* sive בזבח *immolatione*, sive במקטר *suffimento*, sive במנסך *Libamine*, sive כדרך עבודתו *cultu qui peculiaris erat Numini* g *commentitio*, sive בעבודה שהיא מיוחדת לשם *cultu Numini vero proprio*, illum, idque saltem velut Numen, coleret. Cuicunque igitur ficto Deo sive expressa invocatione Divinitatem apud Ebræos tribueret Noachides, sive ex illis quatuor prioribus ritu aliquo faceret, sive cultum aut Numini Sanctissimo, aut Idolo ipsi h peculiarem atque proprium adhiberet, ultimo puniendus erat supplicio. Idque partim ex Jure ipsis aliisque Gentibus

c *Malachiæ* 1. 11. *ubi vide ad hāc rem, Salomō Iarchium & David Kimchium.*

d *In Iad. halachoth* lesudi Thora. & Aboda Zara.

e *Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 56. & 57.*

f *Halach. Melakim cap. 9.*

g *Mecilthæ (unde Maimonides hal.* AbodaZara *cap. 3. & 4.) & Mish tit.* Sanhedrin *c. 7. Gem. Babylon. ibi fol. 60. b. Obadias Bartenorini, alii.*

h *Videsis Deut. 12. 30.*

interveniente, ſeu ex more majorum ſuperinductо, partim ex Imperativo; non autem ex Naturali ſeu ipſo Noachidarum per ſe jure, quo Pœnarum ſpecies apud homines forenſes has vel illas in univerſum præfiniri neutiquam docent. At verò ſi quis, præter Oſculum aut Amplexum, Saxi jactu Baal Peor, ac corporis denudatione Mercolis ſeu Mercurium coleret, mortis reus non habebatur. Nam huic peculiaris eratSaxi jactus, illi denudatio corporis. Neutri verò ſive Oſculum ſive Amplexus. Quod de ceteris diis fictis itidem dicendum. Non quod impune omninò Cultum qualemcunqueExtraneum fieri, nedum licitum fuiſſe putarent, ſed quod ultimo ſupplicio, ex judicio forenſi, illum aliter puniri nollent. Nulla erat Cultus Extranei ſpecies, circumſtantia nulla, nullæ fermè appendices, quæ non fuêre באזהרה *in Monito* ſeu *Cautione*, id eſt, quæ non ita etiam pro interdictis haberentur, ut non modò earum graviùs commonefieret populus, verùm etiam, ſive ex lege ſacra, Exciſionis pœna (quam כרת nuncupatam in ſequentibus fuſiùs explicamus) ſive pœna qualiscunque בד שמים *cœlitus infligenda*, ſive Verbera, quibus pro vetuſtiſſimo reipublicæ inſtituto culpæ frequentiùs caſtigabantur, ſeu id genus pœnæ aliæ, quoties contra quid heic commiſſum, nec ultimo ſupplicio locus erat, ſequerentur. Sed de Pœnis ac Judiciis, quâ Noachidas ſpectabant, libro agitur maximè ſeptimo; aliis nihilominùs ea de re ſubinde, pro re natâ, aliis in locis, ut heic nec imtempeſtivè interſperſis. Summa heic eſt, voluiſſe eos à Noachidis ſeu genere humano, ex præcepto hoc, ita Univerſi Creatoris Rectorisque Majeſtatis Divinæ Unitatem Simplicitatem ac Poteſtatem inſociabilem perpetuò eſſe agnoſcendam, ut nec Creaturarum alicui, ne quidem ut medioxumo, cultum liceret exhibere aliquem divinum. Ita nempe ſe habuit diſciplina eorum ſacra pura atque intaminata, ut volunt Magiſtri, quam in Theologiæ & Jurisprudentiæ Pandectis ſuis docent. Ceterùm hanc nemo neſcit moribus perquam adverſis ſæpiùs interpolatam eſſe fœdatamque. Ante Templi primi maximè excidium. Seculis enim illis, pro vario hominum perverſorum affectu atque dominantium libidine, ita idololatria ſeu Cultus extraneus ſubinde apud eos recruduit, ut nullum fermè

ejusdem

Digitized by Google

ejusdem genus non ſit etiam publicè admiſſum. Id quod paſſim in federe veteri liquet. De Baalim, Aſtarte, Lucis ſive cultis ſive cultui inſervientibus, Militia Cœli, Thammuz, ejusdem farinæ ceteris mentio eſt obvia. Et præ aliis eſt illud Ezechielis inprimis i obſervandam; *& ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium & animalium abominatio, & univerſa idola Iſrael depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum ſtantium ante picturas, & unusquisque habebat thuribulum in manu ſua: & vapor nebula de thure conſurgebat.* Ubi nec illud planè negligendum, Magiſtros aliquos k ſeptuaginta heic memoratos ſumendos velle pro rotundo Synedrii Magni ſeu ſeptuaginta unius-viralis numero, iis ſcilicet, quorum ex dictatis decretisque, juxta divinam in Pentateucho l inſtitutionem, יוצאה תורה לכל ישראל *egreditur* m ſeu *traditur lex univerſis Iſraelitis.* De quibus item ſæpiùs dicitur n כל דבר שנותנין ב"ך נפשם עליו סופו להתקיים בתוך כמה שנאמר למשה בסיני *Quidquid id fuerit, quod amplexandum cenſuerint ſynedrium, id ex eorum autoritate vim ſortitur, perinde ac ſi dictum fuiſſet Moſi ſeu à Moſe receptum in Sinai.* Id quod interdùm ſic interdum temperatur, ut pariter aiant o כל גזירה שב"ך נותנין עליה הצבור ולא קבלו רוב הצבור עליהן אינה גזירה *Quodcunque decretum tulerit ſynedrium (Magnum) à populo obſervandum, id nequiquam vim ſortiri niſi ſi populi pars major id in ſe ſuſceperat.* Sed hoc obiter. Et de hujusmodi decretis, Synedrii Magni Dignitate & poteſtate, partisque heic majoris ratione, fuſiùs in libris de eodem conſcriptis agimus. Tandem verò poſt Templi primi excidium gens toties icta eousque ſapuit (Judaicam dico ita propriè dictam, ut Samaritticam colluvionem excludam,) ut nihil magis atque cultum extraneum, idque ex majorum diſciplina, quam mali temporis anterioris mores nimium ſæpe obumbrarant, ſed delere nequibant, velut peſtem graviſſimam ante alias execrandam fugerent. Occurrunt quidem ſubinde apud ſcriptores veteres p de Judaico Angelorum & Aſtrorum cultu aliquo etiam poſt ſecundi Templi excidium teſtimonia; ſed quæ conjecturæ potiùs ſunt, nec temerè admittendæ. Et quod è Concione, quàm neſcio quis D. Petri nomine inſignivit, citatum habetur

k Ezech. 8. 10. k David Kimchi. ibidem. l Numer. 11. 16. & Deut. 17. 10. m Mišna t. Sanhedrin. cap. 10. n Gem. Hieroſolymit. tit. Succa c. 4. fol. 54. col. 2. ad t. Shebiith fol. 35. col. 3. halach. 7. ad cap. 1. tit. de Sabbato fol. 3. col. 4. ad cap. 8. tit. Cethuboth fol. 30. col. 3. halach. 11. o Gem. Hieroſolymit. ad tit. de Sabbato c. 1. fol. 3. col. 4. p Concio B. Petro tributa ap. Clem. Alexand. ſtrom. 6. D. Hieron. Epiſt. 151. ad Algaſiam quæſt. 10. & ſide ſis Baronium Ann. Chr. 60.

habetur apud Clementem Alexandrinum de cultu eorum Angelis, Archangelis, Menſi ac Lunæ exhibito, planè hallucinatio eſt. Angelos quidem, quos & ſuis deſignant nominibus, menſibus præeſſe, ut infrà apertius [q] oſtenditur, aliisque rebus exiſtimarunt, ſollicitiùs etiam more majorum in menſium initiis finibusque, adeoque feſtorum ratione ex Lunæ viſione præfinienda ſemper agere ſoliti ſunt, quod & Concionis illius autor ille ibi memorat, & velut cauſam ejus, quod de Cultu dixerat, affert [r]. De cujus verbis alibi [r] fuſius. Sed hæc quid ad cultum? Ita ſanè qui Solaris Lunarisque motus apicibus minutiisque, ut temporum ratio ſibi in periodis conſonet, cruciare ſe ſolent, Solem & Lunam adorare ſeu colere dicerentur. Ita fuêre ex Gentilibus, qui, porcinum Numen [f] eos adorare [s], tradere non vererentur, quemadmodum & alii Aſininum, ſeu [t] Aſini caput. Fortè ex porcinæ carnis abſtinentia, quæ præ abſtinentia aliarum ſacra lege interdictarum, gentilibus multo notior procul dubio & frequentior erat, natum eſt illud de Porcini numinis cultu convitium; uti & alterum illud de Aſino, ex ſingulari Aſini primogeniti redimendi jure [u] ac more gentilibus perpetam intellecto. Sanè utrumque falſiſſimum eſſe & cum Apionum, Molonum, id genus aliorum calumniis ceteris connumerandum, nemo, puto, dubitat [x]. *Cœli autem ſummas advocare auriculas* apud Petronium, & *nil præter nubes & Cœli numen adorare* apud Juvenalem [x], tantundemque ab aliis [y] de Judæis dictum ex eo ortum eſt, quod ſolenni eorum locutione Numen ſanctiſſimum, quod ſolum volebant adorandum, שמים id eſt, *Cœlum*, ſit nuncupatum, uti & Federis novi [z] linguâ Helleniſticâ. Nubes autem & Cœlum ab eo, qui non ipſum numen, ſed Cœlum quod videmus Stellatum, innui putabat, ſic conjungi mirum non eſt. Hinc & Judaica ſecta quædam Cœlicolæ etiã apud Chriſtianos dictæ, de qua codex [a] uterque, ſed maxime Theodoſian9. Sed hæc miſſa ſint. Quod verò ad interdictum Noachidarum ſeu omnium hominum commune de Idololatria fugienda attinet; illud Magiſtri dum defæcatam majorum eamque divinitùs acceptam diſciplinam de eo tradere conantur, ceterorum quæ ſunt Fundamentum primarium faciunt. Unde cum de eo in corpore Moſaico repetito

[q] *lib. 4. cap. 6*

[r] *Lib. 2. de Synedrio Magno cap. 13.*

[f] *Petronius in Catalectis Plutarchus Symp. 4. cap. 5. Sidefis Syntagm. de Dius Syris cap. 17.*

[t] *Plutarch. loc. cit. at. Tacit. Hiſt. 5 Apion. apud Joſephum adv. cum l. 2. Sidefis Petrum Crinitum de Honeſta diſciplina lib. 1. c. 9.*

[u] *Exod. 13. 13.*

[x] *Satyr. 14.*

[y] *Strabo L. 16.*

[z] *D. Matth. 21. 25. Luc. 15. 18.*

[a] *Tit. de Iudaeis, Cœlicolis &c.*

[b] *Lib. 16. tit. 8. l. 19.*

Digitized by Google

petito loquuntur, non semel habent c מצות ע"ז כנגד המצות כולן *Præceptum de Cultu extraneo* seu *Idololatria, est instar præceptorum cunctorum*, & היא עיקר כל המצות כולן *Fundamentum est, quo cætera innituntur præcepta universa*, Tam nempè sua seu reipublicæ Israeliticæ propria, quàm omnium hominum communia, seu cum ipsis rerum initiis nata. A quo & illud כל המודה בע"ז כופר בכל התורה כולה ובכל הנביאים ובכל מה שנצטוו הנביאים מאדם הראשון ועד סוף העולם וכל הכופר בע"ז מודה בכל התורה כולה ובכל הנביאים ובכל מה שנצטוו הנביאים מאדם ועד סוף העולם *Quicunque Cultum Extraneum exhibendum esse professus fuerit, certè is renuntiat non modo Legi universæ, sed & universis Prophetis atque Imperatis, quæcunque acceperint Prophetæ ab Ada hominum primo, usque ad finem seculi. Quisquis autem Cultui Extraneo renuntiaverit, is professione agnoscit Legem universam, uti & Prophetas universos & Imperata, quæcunque acceperint Prophetæ ab Ada usque in finem Seculi.* Nimirùm, dum unicum agnoscit quis Deum, nec præter eum alium omninò Colendum (quod heic est Cultui Extraneo renuntiare, seu exhibendum eum esse prorsus nolle) Imperium simùl ejus atque Autoritatem, adeoque Legis universæ tam rerum initiis æquævæ quàm posteà divinitùs acceptæ atque Prophetiarum, qualescunque nimirum fuerint & quatenùs ex eodem imperio atque autoritate pendent, vim palam innuunt illum agnoscere; Idololatram verò, seu qui Creaturæ qualemcunque pro Divino exhiberi velit cultum, sic, quantum in se est, aliud in rerum natura facere aut admittere, præter illud, quod reverà unicum est, sive Socium sive Medioxumum Numen, ut unici illius Creatoris Rectorisque, à quo ejusmodi cultus sub ipsa creatione expressim est interdictus, Imperio simplici, quà simplex est, planè renuntiet. seu vim ejus Mandata sortiri, quâ satis obstringantur homines, diffiteatur. Perinde scilicet ac si omnimodo Juri, quod non tam ex Numinis ejusmodi adscititii, quàm veri ac unici instituto manaverit, vim ac autoritatem quæ sic obstringat, dum utrunque vult coli, prorsus denegaret. Nam pro Numine quomodocunque colere aliud quidpiam, esse pariter Imperii Divini saltem aliquatenus particeps illud facere, intelligunt. Adeoque

c *Maimonides hal. Aboda zarah c.2, & Sidesis Gemarum Babylon. tit.* Nidarim *c. 3. fol. 25.*

ubi Imperii participes ſunt bini, alterius,quà ſolùm particeps eſt, autoritatem minorem ſimul admitti, quàm quæ ſatis edictis obliget ſola. Atque ad hunc modum ſe habet heic Magiſtrorum ſenſus, tum in ipſo Idololatriæ actu deſignando, tum in Opinionis ſeu Hæreſis, quâ quis, ſine actu aliquo creaturam colendi eam colendam eſſe fuerit profeſſus, ſcelere deſignando. Tametſi interim hæreſim ejusmodi, ubi cultus ipſe actu non intervenit, Maledictionis Numinis ſpeciem faciunt, adeoque ad Interdictum ejusdem,quod Noachidarum ſeu Naturalium ſecundum heic eſt, rectè trahunt, ut inferius [d] oſtenditur. Illud verò prætereundum non eſt, ad ſpeciem primam earum,quæ ſuperius enumerantur idolatriæ, id eſt, ad eam, qua quis Deum ſibi novum invocaret, ſeu Creaturæ divinitatem tribueret,referri à Magiſtris [e] id quod habetur in ſacris literis de infamibus Magiæ ſpeciebus [f] morte plectendis. Nam à Magis ejusmodi cultum divinum innuunt Spiritibus neſcio quibus exhiberi aut divinitatem quadamtenus tribui, dum quaſi Numinis alicujus, ſeu ejus,quod ſtatum rerum ordinem ac ſcientiam Numinis inſtar ſupereminet, loco habentur. Maimonides [g] כל מכשף הוא עובד ע"ז בלא ספק אבל ברוכים מיוחדים זריהם בלתי ורבי עבודת הכוכבים לאלוהות להם *Quilibet magus citra dubium eſt Idololatra, modo tamen peculiari & diverſo ab eo, quo vulgus Idola colit.* Sed de Magis, quales diximus, ſumendum eſt. Apud eum videſis hac de re plura; uti & quæ de Ariolis, Auguribus, id genus farinæ aliis occurrũt infra capite ſeptimo.

[d] *Cap. 11. huius libri.*

[e] *Halach. Aboda Zara cap. 6.*

[f] *Exod. 22. 17. Levitic. 20. 27. Videſis de eis, juxta Magiſtrorum placita, Paul. Fagium ad Levitic. 19. 31. Munſter ad Levitic. 20. Cõſtãtin, L' Empereur in Notis ad Pamphr. Daniel cap. 2. verſ. 2. & More Nebochim part. 3. c. 37.*

[g]

Cap. II.

Ex Jure Ebræis Gentibusque *aliis partim* Imperativo *partim* Interveniente *(utrumque* Gentium Jus *heic vocamus)* Templa, *& quæ cetera ad* Cultum *attinerent* Extraneum, *in Ebræorum ditione qualicunque*, diruenda, abolenda. Noachidis *ex eodem jure* Interveniente *non ibi permiſſa, quæ Cultus ejusmodi novandi anſam aliquatenus præbere poſſent, tametſi ex* Jure Naturali *ſeu hominum omnium communi omninò licita.* Perſonarum, *quæ ſive è Gentilismo in eorum ritus tranſirent, ſive ſedibus intra eorum ditiones* Gẽtium *hoc* jure *fruerentur*, Conditio, Status Diſcrimina. Proſelytorum Juſtitiæ Initiationis Rituum (ut Circumciſionis. Baptismi, Sacrificii) *Vetuſtas, Exempla. Eorum ſcilicet qui ex* hominibus Liberis *fiebant.* Ha-

HActenus de Cultus Extranei Interdicto Naturali seu Noachidarum, id est, omnium pariter hominum communi. Ex instituto autem, non modò Jus illud Naturale seu omnium hominũ gentiumque ex imperato Numinis, juxta disciplinam Ebræorum, commune tradendum est, verùm etiam angustius illud Jus, quod Gentium in Operis lemmate nuncupamus. Jus scilicet Noachidis seu Gentibus finitimis, vicinis, aliis, sive quæ seu quarum pars aliqua solo Judaico sedes haberent, sive quibuscum bellum gererent, sive quæ in eorum ditionem quovismodo transirent, seu federe, pacto, usu qualicunque cum ipsis jungerentur, Ipsisque tantummodò commune erat; idque sive ex Imperato etiam Numinis ipsis atque aliis ejusmodi, tametsi diversimodè, Imperativum, sive ex Constitutionibus, Pactis Moribusve solùm superinductis, Interveniens, nec ad alias omninò Gentes ex autoritate sui ullatenus diffusum. Ex Imperativo hoc jure ad cultum Extraneum attinente diruenda ab Israelitis fuêre Gentium delubra, atque id genus cetera cum universis eorum appendicibus. Legis verba sunt, h *Diruetis omnia loca, in quibus coluêre Gentes, quas possidebitis, Deos suos &c.* Quod de solo Israelitico tantùm, seu terrâ promissâ, ex ipsa legis indicatione, capiunt. Non de terris aliis sibi subactis. Ajunt enim, i, מצוה לרדוף אחרי ע"ז ער שנאבד אותה מכל ארצנו אבל בחוצה לארץ אין אנו מצויין לרדוף אחריה *Impemtum est nobis, ut persequamur Cultum extraneum, usque dumeruatur è cuncta terra nostra. At verò extra terram nostram imperatum non est, ut persequamur eum.* Id etiam genus sunt illa de federibus, aut pactis cum populis idola ibi colentibus non ineundis, quæ in sacris literis k obvia. Sed de pactis & federibus ejusmodi plura inferiùs; ubi de Septem populis ac Jure Belli & Pacis Imperativo & Interveniente agitur. Hæc autem ideò maximè imperata sunt, ne idololatriæ contagione faciliùs postmodùm inquinarentur Israelitæ. Quam Legis sacræ rationem imitati ipsi, Jus superinduxerunt Interveniens de omnimodis templis, aris, lucis, ceterisque idolorum cultui sacratis rebus diruendis abolendisque, etiam in territorio qualicunque alio bello sibi subacto. Nam tametsi de ejus-

h *Deuteron.* 12.2. *Exod.* 34.13.

i *Maimonides halach* Aboda Zara *cap.* 7. *Mos. Mikotzi præcept. Affirm.* 14. Sepher Siphri *f.* 39. *colu. Mina & Gemara tit.* Aboda Zara *cap.* 3.

k *Exod.* 34.15. *Deuter.* 7. 6.

ejusmodi territorio, quantum ad hanc rem, nihil in Imperativo Gentium hoc jure à Numine expressim præstituebatur, attamen כל מקום שנכבוש אותו נאבר כל ע"ז שבו *Quoties territorium ejusmodi subactum est, aboleri in eo, quicquid idolis est dicatum, ex more solebat.* Adeò ut in eorum ditione idolorum cultus ex jure, partim Imperativo, partim Interveniente quod diximus Gentium, omnimodus abolendus esset, nec magis Noachidis, quàm Israelitis permittendus. Etiam ex jure hoc interveniente, pœnarum fuêre genera, quibus ex sententia forensi Noachides, juxta capite superiori dicta, in Ebræorum ditione idololatra afficiebatur. Inde item Idololatrarum consuetudinem, uti & commercii genus omne, quod suspicionem, sive de promovenda, sive sustinenda idololatria injiceret, in vetitis habebant. Quin neque Noachidis, nedum Israelitis, apud ipsos permissum est quidpiam, quod ex civili & singulari Israelitis jure ideò vetitum, ne fortè idololatriæ animis in eam proniori-bus occasionem seu ansam præberet, utcunque per se seu jure Noachidarum aut Naturali non omnino illicitum. Idque ex jure quod diximus Interveniente. Quale est illud ad calcem verborum ex Maimonide paulò post initium capitis superioris citatorum; scilicet. *Nec permittitur ei* (Noachidi) seu, *Non permittunt eum, sive Statuam erigere, sive Lucum plantare, sive Imagines facere, sive quæ sunt id genus alia, ne quidem Ornatus causâ.* Neque enim id capiendum perindè ac si velint facultatem Statuam erigendi, Lucum plantandi, Imagines faciendi Noachidi ex jure simpliciter suo, seu quod humani generis commune est, quemadmodum idola colendi, negari. Nam hæc & ejusmodi qualiacunque extra territoria seu ditiones Israeliticas degentibus pro arbitrio, modò non in Cultum extraneum, facere Noachidi licuisse non dubitabant. Cum verò in corpore Mosaico, præter ipsum Cultus extranei interdictum, quod universale est, non semel repetitum, compluria haberentur alia divinitùs ideò ipsis posita, ut populus in idololatriam propensior non solùm ab ea ipsa, sed etiam ab omnimodis rebus, quæ eam quovis modo in animos leviores fortè revocare possent, penitus arceretur; quæ tamen Noachidas seu alios præter ipsos, & qui in eorum ritus transierant, obstringere negant, utpote sibi peculiaria & solùm

[1] *Videsis Maimonid. hasach.* Aboda Zara *cap. 9. Mikotzi prac. Neg. 48. Ioseph Karo in* Shulcan Aruch *lib. Iore Dea, c. 134. & Misn. & Gemaras superiùs citatas.*

solùm posita; Idcircò Mos. Pactum seu Constitutio ipsis aliisque Gentibus sibi commistis Interveniens superinducta est ad eas ita regendas cohibendasque, ut nec illis permitteretur quid in ditione Israelitica facere, unde forsàn velut ab Exemplo seu Invitamento alitervè idololatria sic prorsus abolenda recrudescere posset. Juxta etiam illud ipsi Mosi tributum apud Josephum [m], Δεῖ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον συγκεχωρημένον, ἐξ ἧς κατ' ἐμίμησιν παρανομίας τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν ἔσται τι, *Cavēdum est, ne quid ejusmodi permittatur, ex cujus imitatione mores publici depravari queant.* Hæc autem ut rite intelligantur simul cum aliis, quæ de Noachidis, Gentilibus, Proselytis, inter Ebræos seu in eorum ditione degentibus, ac de Jure, sive Imperativo, sive Interveniente ad illos variatim spectante sequuntur, præmittere visum est Personarum ejusmodi apud eos Qualitatem & Conditionem, ejusque Discrimina, quibus non satis animadversis, quicquid de jam memorato jure occurrerit, in obscuro nimis & confuso remanebit. Hoc simulac præstitimus, ad Statuas, Lucos, Imagines, qua locum heic habent, aliaque pariter ejusmodi tam Noachidis quàm Israelitis ex Jure illo Interveniente interdicta redibimus. Bina fuêre hominum ex Noachidis seu Gentibus genera, quibus sedes licitæ in imperio Israelitico. Alterum eorum, qui in ritus Ebræorum prorsus transierant, seu juris Mosaici corpori nomina palàm, admissi juxta modum statim indicatum, dederant. Alterum eorum, quibus sedes ibi citra aliquam Judaismi professionem permissæ. Prioris generis, alii Conditionis seu Status fuêre Liberi, quos גרי הצדק *Proselytos Justitiæ* seu *Justos* nuncupant, alii Servi, alii demum Libertini משוחררים dicti. De hisce ordine suo. Et primò de Ritu hosce omnes utriusque generis Admittendi seu Initiandi, dein de Admissionis seu Initiationis Effectu. Nam leges illas sacras, quibus generatim imperatum est [n], si peregrinus fuerit apud vos, לא תונו אותו *Non vexabitis eum*, aliasque [o], quæ breviter conceptæ parilem omninò peregrini atque Ebræi conditionem facere videntur, ita interpretantur passim Talmudici, ut sine distinctionibus aliquot subtilitatibusque à majoribus acceptis, quarum præcipuas saltem jam dabimus, ea nolint intelligi. Cum ex Noachide seu Gentili conditionis

[m] *Originum* 4. cap. 8.

[n] *Exod. 22, 20. Levit. 19, 33. & vide 25, 36.*

[o] *Num. 15, 15. Videsis S. Thom. 1. Secunde, quæst. 105. art. 3. Adde Constantin l. Empereurin Baba Kama cap. 4. §. 3.*

nis Liberæ fiebat Proselytus Justus, id est, cum in fedus, quod cum Israelitis icerat Numen, recipiebatur Gentilis, Tria illa adhibebantur Initiamenta, sine quibus nec ipsi Israelitæ fedus illud, juxta receptam ipsorum sententiam, primò inierant, nimirùm מילה טבילה וקרבן *Circumcisio*, *Ablutio* seu *Baptismus*, & *Oblatio* seu *Sacrificium*, qua de re etiam alibi p diximus. בשלשה נכנסו ישראל לברית במילה וטבילה וקרבן inquiunt *Tribus initiamentis inierunt Ismelitæ fedus, Circumcisione, Baptismo & Oblatione.* Id docent passim Talmudici q. De Circumcisione, tum quà ad Israelitas r spectabat, tum quà ad Proselytos s nemini non constat. Baptismi in his initiamentis rationem seu primum testimonium sive usum in deserto cum legem Deus O. M. erat traditurus, eliciunt ex illo ad Mosem t, *Vade ad populum & sanctifica illos hodie & cras, laventque vestimenta sua, ut sint parati in diem tertium, quoniam in die tertio descendet Dominus in oculis totius populi super montem Sinai.* Et paulò post; *Descenditque Moses de monte ad populum, & sanctificavit eum, cumque lavissent vestimenta sua, ait ad eos, estote parati in diem tertium, &c.* Ita vestimentorum ablutione ipsorum qui vestiebantur ablutionem contineri u seu indicari volebant. Utcunque verò ratio seu origo sit petenda de re ipsa, id est, de Proselyti Baptismo modo infra indicato adhibendo uno consentiunt ore, ex majorum placitis ac more edocti. Oblationis jus huc afferunt, ex eo quòd acceptam legem propediem Sacrificia seu Oblationes insequerentur. *Et scripsit x Moses omnia verba Domini, surgensque manè ædificavit altare sub monte, & duodecim statuas seu titulos secundum duodecim tribus Ismel, misitque juvenes de filiis Israel, qui adduxerunt holocausta & sacrificaverunt sacrificia pacifica Domino, nempe juvencos.* Proselyti verò cooptati Oblatio, seu Initiationis sacrificium holocaustum erat, sive scilicet ex pecore, sive turtures aut columbi. Ita dum stetit templum. Nam eo exciso, tertium hoc initiamentum usque in ejusdem instaurationem comperendinatum volunt. Proselytæ autem Baptismo duntaxat & Oblatione initiabantur. Unde & apud Gulielmum Parisiensem y legitur, *Intrant* (mulieres) *in pactum Abrahæ per quædam baptismata & traditiones, quæ in corpore legis non inveniuntur.* Sed nec Circumcisio sola nisi accederet Baptismus, neque

p *De successionibus cap. 16.*

q *Gemara Babylon. ad tit.* Iabimoth *c. 4. fol. 46. a. & tit.* Cerithoth *cap. 2. fol. 8. & 9. Maimonid. halach.* Issurbia *c. 13. & 14. Moses Mikhotzi. Præcept. Negat. 116. R Ioseph Karo in* Shulcan Aruch *tit.* Iore dea *cap. 268.*

r *Gen 17. 10.*

s *Exod. 12. 48 ibid. 19. 10.*

t *Vide Lebit. n. 25. & 14. 47. & 15. 10. & 23. &c.*

x *Lebit. 19. 243.*

y *Lib. de legibus cap. 3.*

Digitized by Google

neque hic, nisi & illa accederet, Proselytum faciebat. Numerus item Israelitarum Ternarius qui baptismo præessent, uti & Tempora, velut & alia idonea, præstituebantur. Nec Baptismo solùm, verùm etiam Circumcisioni Proselyti ejusmodi Triumviros adesse debuisse volunt aliqui, eosque omnes כשרים לדון *Qui rite judicia apud Ebræos exercere possent*, id est, sanguinis defæcatissimi Israelitas, etiam & Jurisconsultos. Sed Triumviri Baptismo solùm plerunque præficiuntur, velut ritui cujus heic maxima ratio, Maimonides z; גרשמל ולא טבל אע"ו טבל ולא מל אינו גר עד שימול ויטבול וציריך לטבול בפני שלשה והיאך והדבר צריך בית דין אין מטבלין אותו בשבת ולא ביום טוב ולא בלילה ואם הטבילוהו הרי זה גר *Proselytus qui circumciditur, nec tamen baptizatur, aut qui baptizatur, nec circumciditur, Proselytus neutiquam habendus, antequam tàm baptizetur, quàm circumcidatur. Neque legitimus erat baptismus, nisi coram Triumviris perageretur. Et cum actus sit forensis* (Triumviri nempè, qui huic negotio sic præerant, Fori genus erant, sive autoritate publica, sive velut ex compromisso seu auspiciis eorum, quorum intererat, uti & in rebus aliis fieri assolebat, selectum) *ideo nec Sabbato baptismus ritè satis adhibebatur, nec die festo, nec noctu. Quibus temporibus nihilominùs si fortè adhiberetur, Proselytus quidem is erat, qui sic baptizatus.* Actus scilicet non irritus erat, tametsi fieri non debuisset. Quod de tempore adjicitur, ex singularibus sessionum forensium diebus & horis habetur. At verò si pauciores, quàm qui Triumvirorum numerum constituerent, Baptismo aderant, irritus[a] nec pro initiamento habebatur. Gentilem seu Noachidem, qui in fœdus hoc suum, sive pellectus, sive ultrò recipi cupiebat (id quod להכנס ולהסתופף תחת כנפי השכינה non rarò appellant, id est, *Intrare & tutam habere stationem sub alis Majestatis divinæ*, & להכנס לקהל ישראל *Introire in congregationem* seu *Ecclesiam Israel*) de rei gravitate plurifariàm monebant[b], de Gentis, cujus in societatem cooptandus esset, dignitate, de Justorum mercede, pœnâ impiorum, futuro seculo, Præceptorum Mosaicorum onere, id genus ceteris; diligenter etiam an ob simplicem Judaismi amorem in illum transire desideraret explorantes. Quo ritè peracto, post sinceram Judaismi professionem,

z Shulcan Aruch *lib.* IoreDea *c.* 268. §. 3.

a *Halach.* Isuri bia *c.* 13 & *cap.* 14. & R. Iochanan *Gemar. Babylon. ad tit* Iabimoth *c.* 4. *fol.* 46. *a* & *videsis* R. *Mosem Bar-Nachmanin* PirushTora *fol* 213. b *Talm. Hierosolym. apud Mos Mikotzi præcept. Negat.* 116. *Gemara Babylon. ad tit* Iabimoth *c.* 4. *fol.* 47. b *Gloss. Talmud. ad tit.* Cethuboth *c.* 1. *fol.* 11. *a.*

b *Gem. Babylon. tit.* Iabimoth *cap.* 4. *fol.* 47. *a Alphesius part.* 2. *fol* 419. *Loci alii ante citati, & videsis Guil. Schikard. de Iure Regio cap.* 5. *Theorem.* 17. & *Paraphras. Chald. Ruth c.* 1. & *Iarchium ibid.*

nem, cum circumcidebant. Professionem scilicet integram & perfectam totius Judaismi, & uniuscujusque legis Mosaicæ capitis. Nam si unicum aliquod observare renueret, federe sacro arcebatur. Gemara Babylonia c, גוי שבא לקבל דברי תורה חץ מדבר אחר אין מקבלין אותו *Si Gentilis adveniret, ut in se susciperet capita legis excepto unico aliquo, eum non admittebant.* Non scilicet in conditionem Proselyti Justitiæ, qualem heic tractamus. Si anteà ex more sive veterum Ægyptiorum d, Ismaelitarum, Æthiopum, Colchorum, sive aliorum, quorum in moribus circumcisio, aliterve fuisset circumcisus, eliciendum tamen fuisse plerunque e volunt דם ברית *Sanguinem federis* ex præeuntis circumcisionis cicatrice. Id quod etiam fieri solitum Samaritis, quando ex eis Proselytus factus, scribit Epiphanius f. Sed eos, id est, Cuthæos, in Proselyti Justitiæ jus seu conditionem, olim non recipiendos ex edicto Ezræ scribit R. Eliezer g, ob odium scilicet in eos inde natum, quod urbis instaurationem pro viribus impedierant. Quod si גברת הגיד אין סרלתו מעכבת מלהתגייר נסגי ליה בטבילה *Abscissum fortè ante esset ei membrum virile, id non obstabat, quo minus Proselytus fieret. Sufficiebat ea in specie solus* Baptismus, quemadmodum in fœminis in Judaismum cooptandis. Circumcisioni Proselyti accessit, ut ritûs appendix solennis, hæc benedictionis formula i ברוך אתה ה אלהים מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו למול את הגרים ולהטיף מהם דם הברית שאלמלא הם הבריה לא נתקיימו שמים וארץ שנ אם לא בריתי יומם ולילה חוקות שמים וארץ לא שמתי *Benedictus sis Domine Deus Rex mundi, qui sanctificavit nos præceptis suis, & jussit nos circumcidere Proselytos, & ex eis elicere sanguinem federis. Quia nisi sanguis federis fuisset, nequaquam firmata fuissent Cœlum & Terra, juxta quod & dicitur* k, *Absque pacto meo seu fœdere meo fuisset, Diem & Noctem leges Cœli & Telluris non posueram.* Israelita, qui Proselytum circumcidebat, sic benedictione præibat; membro, dum ea pronuntiabatur, si Major ætate esset, obtecto. Benedictionem item adhibebant, ut actibus aliis plerisque, Israelitarum circumcisioni. Sed ab hac, ut res

c *Ad sit.* Becoroth *cap.* 4. *fol.* 30. *b.* d *Josephus l.* 8. *c.* 4. *Herodotus lib.* 2. *Origen. contra Celsum l.* 5. *D. Ambros. in Lebit. cap.* 12. 4. *D. Hieronym. lib.* 2. *in Ieremiam cap.* 9. *alii. Vide* Petrum Cunæum *de Rep. Ebræor. lib.* 3. *cap.* 5. e *Gemar. Babylon. ad tit* Iabimoth *c.* 4. *fol.* 47. *a. Maimonid. & Mikotzi locis citatis, & Halach.* Milla *cap.* 1. §. 7 *& vide ibi citata à R. Iom Tob in* Migdoloz f *Lib. de Ponderibus & Mensuris & vide Gemar. Hieros. lyt. mit. ad tit.* Sabbath *cap* 18. *fol.* 17. *col.* 1. g *Perek.* 38. *& vide si Io. Morin. Exercit. in Pent at. Samarit.* 1. *cap.* 2.

h Shulcan Aruch *lib.* Iore Dea *c.* 268. §. 1. *Maimonides halach.* Milla *c.* 3. §. 4. *Jer.* 33. 25.

Digitized by Google

ut res ipsa postulavit, aliquantulùm ea discrepabat. Veluti *Benedictus &c.* וצונו על המילה *& jussit nos circumcisione uti,* & וציונו למול הבן *& jussit nos filium circumcidere.* Prior nempe formula in usu, cum quis alterius filium circumcideret; posterior, cum suum. Atque aliam insuper adjicere solebat Pater. Astantes autem, tàm ubi Proselytus, quàm cum Israelita circumcisus est, adclamabant, כשם שהכנסתו לברית כן תכניסנו לתורה ולחופה ולמעשים טובים *Quemadmodum introduxisti eum in fœdus, sic introduc nos in legem, & protectionem* seu *salutem, & bona opera.* Abluendum autem Proselyti (quemadmodum uniuscujusque immundi) corpus omninò integrum erat [1], idque in מקוה מים *confluente seu conceptaculo aquarum* naturali, veluti fluvio, stagno, fonte. Cavendum item, ne corporis particulæ ulli maneret quid, quod ejusdem ablutionem impediret. Id חציץ nuncupant, seu quod obstat, quo minus integrum corpus ejusve, quod idem heic est, tota superficies pariter abluatur. In hoc genere enumerant oculorum mucum, cicatricum crustulas, sangvinem induratum, aliasque sortes cuti adhærentes perplurimas. Scilicet voluêre aquâ passim continuâ corpus ablui. Unde aiunt res שהמים באין בהן *per quas transit aqua* (veluti etiam vestium aliquot genera) aut שלא מברולין בין הגוף ובין המים *Quæ corpus & aquam non intervenichant*, seu *hanc ab illo non separabant*; אין חוצצין *Abstinentiam non impedire.* Subtilitates heic habent non paucas de מקוה מים הכשר לטבילת *Confluente* seu *conceptaculo aquarum, quod baptismo ritè posset adhiberi,* in quibus nihil minùs admittunt, quam ut aquâ haustâ, aut conceptaculis artificiosis receptâ, quis ritè omninò sive ut Proselytus sive aliter mundaretur, nisi ubi fortè pauxillulum haustæ in conceptaculum naturale alias idoneum incideret. Et quoties conceptaculum aquæ ipsum ejusmodi non erat, ut rite in eo esset lavandum, aut per res, quales diximus, aquam ad corporis superficiem non admittentes, integrum corpus non baptizabatur, לא עלתה לו טבילה *Baptismus lavato non profuit*, seu *irritus habebatur.* Baptismus autem non adhibebatur, antequam circumsionis vulnusculum integrè resanaretur. Tunc eum baptismo suscipiebant, ita ut, dum in aqua stabat ipse, Triumviri

[1] *Maimonides halachæ Isuribia cap. 13. & tum Side cap. 11. & dein eundem halach. Mikvaoth c. 1. 2. &c.*

ſupernè inclinarent ſuper eum tàm graviora aliquot, quàm leviora præceptorum binis vicibus explicantes. Ita etiam præcepta aliquot utriusque generis explicabant, ubi Proſelyta baptismo erat initianda. In Præceptorum autem corpore, quod obiter monendum, Graviora quæ חמורות vocant הן שחייבין עליהם מיתת ב"ד או כרת ושבועת שוא ושקר אף ע"פ שאין בהן כרת הרי הן מן החמורות *Quorum in violatione immi-*

m *Maimonides halach.* Theſuba *ca.* 5.

nebat ſive ultimum ſupplicium ex ſententia forenſi, infligendum ſive Exciſio (de qua plura inferiùs) *uti etiam præcepta de Iumento vano & falſo, quibus tametſi non adjiceretur Exciſionis pœna, inter graviora ſunt nihilominus etiam numeranda.* De levioribus verò, quæ קלות nuncupant, poſt graviora ſic deſignata, ושאר מצות לא תעשה ומצות עשה שאין בהן כרת הם הקלות *Cætera præcepta Negativa & Affirmativa, quorum violationi Exciſio non imminet, leviora ſunt.* Fœmina in aquis collocabatur collo tenus à fœminis tantùm, quæ eam lavarent, dum adſtabant Triumviri baptismum ritè obſervantes, quibus pudoris causà facies avertendæ, abeundumque ipſa ex aquis aſcendente. Ita autem Baptizatus Benedictione n uſus eſt etiam ipſe ſimulac è lavacro aſcenderat, eâque עד הטבילה ſeu *ob Baptismum*. Cave putes baptismum ſeu ablutionem hanc commune quid, præter ipſas aquas, habuiſſe cum quotidianis illis Judæorum lavacris, de quibus Tertullianus o, alii p. *Semel*, inquit Tertullianus, *lavacrum inimus* Chriſtiani, *ſemel delicta diluuntur, quia iterari non oportet. Caterum Iſrael Iudaus quotidie lavat, quia quotidie inquinatur. Quod ne in nobis quoque faciliaretur propterea de uno lavacro definitum eſt.* Verum quidem eſt, quotidianis ablutionibus, uti hodieque, aſſvetos olim eſſe Judæos. At vero ſolennis illa, quâ Proſelytus Juſtus fiebat, unica tantùm erat. Rite peracta, neque ex minoris Proſelyti, poſtquam ætatem compleverat, diſſenſu, ut mox dicetur, irrita habita eſt. Nunquam iterabatur, ne quidem in poſteris. Adeo ut plane de uno lavacro etiam apud Judæos, dum de eo, quod initiationis erat, loquimur, fuerit definitum. Nec ſi Proſelytus ætate major initiatus, ut apoſtata, Judaismo renuntiaſſet, unquam iterandus erat ei baptismus. Atque hoc demùm erat, προσήλυτον ποιεῖν *Proſelytum facere*,

n Shulcan Aruch *lib.* Iore Dea *c.* 268. §. 2.

o *Lib. de Baptismo c.* 15.

p *Petrus Bleſenſis adv. Perfidiã Iudæorum. cap* 36.

Digitized by Google

facere, quæ locutionis formula in Evangelio q. Ut Gentiles Majores ad hunc modum ex animi ſui ſententia Proſelyti fiebant, ita Minores (maſculi ante annum decimum tertium præter diem unicum, fœminæ ante duodecimum & diem inſuper expletum) ex ſententia ſive Patris ſive fori, cui ſuberant, in Judaismum pariter cooptati. Atque actus tàm forenſis, quàm paternus aſſenſum eorum, tum in Circumciſione r & Baptismo, tum in Sacrificio offerendo, quod ſequebatur, ſupplebat. Nempè ſ גר קטן מטבלין אותו על דעת בית דין שלכורתו הוא לו *Proſelytum minorem baptizabant ex ſententia Fori, quia in commodum ejus res ceſſit.* Nimirùm quod in minoris commodum cedebat, quoniam ipſe לאו בר דיעה הוא *Filius aſſenſus non erat*, ſeu *ritè aſſentire nequibat*, id ita ex Fori ſententia, quæ aſſenſus minoris vicem obtinuit, perficiendum. Idem de Fatuo t Jus. Si verò Minor, ſimulac ætatem compleverat, Judaismo renuntiaſſet, nec eum omninò, poſtquam major erat, fuiſſet amplexus, ita dein evanuit u, quicquid acceſſerat per initiamenta, quibus ex aſſenſu ſive paterno ſive forenſi cooptatus eſt, ut in Gentilis planè conditionem rediret. Nominantur Proſelyti hujusmodi juſti in ſacris literis x non rarò גרים הגרים בתוככם προσήλυτοι προσκείμενοι ὑμῖν *Proſelyti vobis adjecti*, ſeu *juris veſtri participes*, ut Helleniſtæ, qui in eundem ſenſum idem aliter ſubinde reddunt. Item גר אשר בשעריך *Proſelytus* ſeu *advena*, *qui in portis tuis* hujusmodi Proſelytum interdum, ut in Decalogo, denotat. Alias habent y ejusmodi deſignationes. Interdum etiam ſimpliciter גרים dicuntur ſeu *advenæ*, ex re, circa quam verſatur nomen, diſcriminati ab illis, qui Proſelyti domicilii erant, de quibus infra. Unde fit, ut, quoties ſimplex nomen גר ſeu *Proſelyti* in lege ſacra aliqua ſimul occurrit cum nomine אזרח *indigenæ*, neque objectum ipſum legis omnium hominum aliàs commune eſt ſeu Naturale, non magis indigenam pro Ebræo ſeu Iſraelita originario ſumant, quàm Proſelytum pro Proſelyto tantùm Juſto, ſeu quod idem eſt pro בן ברית *filio federis*. Legis verba ſunt: *Et omnis* z *anima, quæ comederit cadaver aut raptum à beſtia* (באזרח ובגר) *ſive indigena fuerit, ſive peregrinus, lavabit veſtimenta ſua &c.* Ibi in commentariis priſcis a, וכל נפש תכול אף הנוי"ל גר או גר וכול אף גר תושב

q *Matth.23. 15.*

r *Videt. Maccab.2.46.*

s *Gemar Babylon. ad tit.* Cethuboth *cap.1.fol.11. a & Gloſſ. Ibidem. Maimonid. hal.* Iſurl bia *cap. 13.* Shulcan Aruch Iore Dea *cap.268. §. 7. & 8.*

t Shulcan Aruch *l.* Iore Dea *cap. 267. §.6.*

u *Idem. ib.c. 268. §.7. & 8. & Maimonid. Halach.* Melakim *c. 10.*

x *Leviticc. 16. 29.17.8.25.6. Exod.12 49. Num.15.13. &c. & videſis gloſſ. Iarchi ad Levit. 24.10.*

y *Videſis R. David Kimchi in Joſua cap.8.35.*

z *Leviticc. 17. penult.*

a Sepher Siphra *col.171.* & Peſiktha Zotertha *f. 23.col.2.*

Digitized by Google

תושב ת"ל אזרח מרחץ אזרח בן ברית אף גר בן ברית *Et omnis anima; quibus verbis comprehendi forsan videatur etiam Gentilis. Sed animadvertendus est Proselyti nominis hoc usus. Quid Proselytus? Eo nomine venire videatur etiam forsan Proselytus domicilii. Sed animadverte indigena nomen conjungi. Quid autem eo in loco indigena? Certè filius federis. Unde & Proselytus ibi est filius federis.* Scriptoribus etiam Christianis Proselyti Justi Γειῶραι οἱ Δημιχτοι *Proselyti immisti* interdum nuncupantur, ut habetur apud Eusebium [b], alios. Sed verò nomen quidem Proselyti Justi tribuunt interdum nonnullis, ad quorum initiamenta juxta rationes memoratas ritus jam dicti omnes attinere nequibant. Nam & Abraham ipse, quocum primò circumcisionis fedus initum est, ita comperio [c], appellatum. Postquam autem rationes, quas de Baptismi & Oblationis initiis afferunt, natæ sunt, Primus, quantum observavi, qui in Proselytis Justitiæ nomine memoratur, est Iethro Mosis socer. In *Semoth Rabba* [d] legitur eum dictum fuisse Jether (& polyonymum fuisse certò scimus) בשהוא גוי שנ' וישב אל יתר חותנו ומשנתגייר הוסף לו אותן אותן כשם שעשו לאברהם ונקרא יתרו *Dum Gentilis* seu *Paganus fuit, juxta illud, quod in sacro* [e] *habetur sermone; & reversus est ad Iether socerum suum. Simul ac autem factus est Proselytus, litera unica adjecta est illi, uti & olim Abrahæ, & vocatus est Iethro.* Proselytum item eum factum ait Gemara [f] Babylonia, Et in tabulis apud Judæos genealogicis sub Christi tempora fuêre, quæ stemmata Proselytorum [g] τῶν ἀπ' Αἰγύπτου συνεπόντων Δημίκτοις *Qui ex Aegypto, patriæ renuntiantes institutis commiscebantur* cum Israelitis. Quin Ægyptium illum בתוך בני ישראל *Inter filios Israel* [h], blasphemi patrem, Proselytum fuisse vult Iarchius. Nam ad vocabula ea is; מלמד שנתגייר *Inde discendum est, eum Proselytum factum esse:* Quod tamen pro argumento necessario capi nolunt alii [i]. Sed & quamplurimos factos esse Proselytos Mosis tempore memorat Philo [k], uti & D. Ambrosius, qui *fœneravit*, inquit [l], *Moyses Gentibus, qui Proselytos acquisivit.* Observant etiam ad illud Josuæ [m] de Rahaba patreque ejus ac matre, *positos fuisse extra castra Israelitarum*, ibi positos esse & relictos [n] עד שיתגיירו וישובו לדת ישראל ואחר

[b] *Eccles. hist. lib. 3. c. 7.*

[c] *Machsor part. 1. fol. 150. b & 175.*

[d] *Parash. 27*

[e] *Exod. 4. 18.*

[f] *Addit. Zebachim cap. 14. fol. 116 a.*

[g] *Euseb. Hist Eccles. 3. c. 7.*

[h] *Levitic. 24. 10.*

[i] *Nachmanides in Pirush Tora fol. 213 b*

[k] *Lib. 1. de Monarchia.*

[l] *Lib. de Tobia cap. 19. Ambr. ep. 6. 25.*

[m] *R. David. Kimchi ad dict. locum.*

[n]

ואחר שנתגיירו ישבו בתוך ישראל כמו שאמר והשב בקרב ישראל עד היום הזה *Vsque dum Proselyti fierent & Iudaismum susciperent. Proselyti autem facti sedes habuere inter Israelitas, juxta illud, & habitavit inter Israelitas usque in diem hodiernum.* De Rutha Moabitide item proselyta facta luculentum est in paraphrasi ejusdem historiolæ sacræ Chaldaica o (cui heic Magistri concordes) testimonium. Et de Nabuzardane, aliis in Gemara p Babylonia. De sequentibus seculis plura suis in locis obiter dicentur. Legitur autem in Gemara Babylonia q לא קבלן גרים ראו בימי דוד ולא בימי שלמה *In more positum non erat proselytos admittere seu recipere aut Davidis tempore aut Salomonis* Quod à clarissimi nominis Magistris r ad hunc modum explicatur. Proselyti hujusmodi nomine initiari debuit nemo, qui sive honoris, sive opum, sive timoris aliàve id genus causâ in Judaismum voluit transire. Et כל inquit Maimonides החוזר מן הגוים בשביל דבר מהבלי העולם איט מגיורי צרק *Quisquis è gentilissimo transit ob vanitatem seculi, inter proselytos Iustitiæ non est connumerandus.* Mutationem vitæ & religionis hujusmodi inire debuit מאהבה ומלב שלם *Ex amore syncero & integra corde ac animo.* Id quod satis credebatur fieri, quoties amoris ejusmodi indicia in ipsis initiamentis juxta superiùs dicta manifestò haberentur. Timoris autem causâ complures è Gentibus, ait ille, Davidis tempore, uti & causâ honoris atque opulentiæ, quam in regno florentissimo futuram spe devorassent, tempore Salomonis, à Triumviris quidem, sive ex compromisso, sive ex autoritate principali constitutis ita initiatos fuisse, ut nec Circumcisio, nec Baptismus, nec Oblatio quidem deesset. Attamen, aut amoris animique erga Judaismum synceri professionem tunc non præcessisse, aut de ejusdem simulatione fuisse meritissimò præsumendum. Ubi enim ea præcesserat, nec de simulatione erat præsumendum, initiatio undiquaque, peractis, quos diximus, ritibus, legitima erat. At verò si aut non præcesserat, aut de simulatione præsumebatur, tametsi ex ipsis solùm ritibus illis, hoc nomine nunquam iterandis, velut ex opere, ut loquimur in Scholis, operato fieret quidem quis Proselytus Justus adeoque inde sic esset indigetandus & יצא מכלל הגוים *Ex Gentium universitate eximeretur*, nihilominùs publicè

o *Capit. 8. & 9.*
p *Addit. Sanhedrin. c. 10. fol. 96. b &* 61*de I Cochin Excerpt. p. 339.*
q *Addit. Iebimoth. fol. 76. a.*
r *Maimonid. halach. Issuri bia cap. 14.*

licè non admittebatur, antequam ex sententia fori sive supremi quod Synedrium erat LXXI-virûm, sive XXIII-viralis Synedrii, cui fuberat, constaret de Justitia ejus, i. e. aut nomen cum Judaismo ultrò atque ejusdem solùm ob amorem dedisse, aut jam initiatum Judaicam religionem libenter amplecti liqueret. Unde & Maimonides, גר שלא בקואחריו או של א הודיעוהו המצות ועינשין זמל ונטבל בפני ג. הדיוטות הרי זה גר אפילו נודע שבשביל דבר הוא מתגייר הואיל ומל וטבל יצא מכלל הגוים וחוששין לו עדשיתבאר צדקתן *Ubi in Proselyto initiando de animo ejus solicitiùs non inquiritur, nec præcepta vel pœna ei explicantur, sed nihilominus adhibetur Circumcisio & Baptismus eorum Triumviris è vulgo adscitis, is quidem proselytus est, idque, tametsi manifestum fuerit, eum in Judaismum transisse lucri seu aliâ ejusmodi causa. Quoniam enim circumcisus est & baptizatus, eximitur ex universitate Gentium, sed diligentiùs eum observant, nec publicè agnoscunt, antequam de Justitia ejus satis constet.* Quin si in Gentium idololatriam relaberetur, habebatur כישראל משומד *veluti Israelites apostata*, & non ut Gentilis. Jam verò quod ad illud attinet de proselytis tempore Davidis & Salomonis non receptis, adjiciunt, in foro, id est, autoritate publicâ, tunc quales diximus initiatos, non quidem receptos fuisse, antequam de Justitia eorum constaret, nec tamen rejectos causâ jam memoratâ. Verba Maimonidis; לא קיבלו בית דין גרים כל ימי דוד ושלמה *Non recipiebat forum Proselytos toto tempore Davidis & Salomonis.* Ceterùm inquit, היו גרים הרבה מתגיירים בימי דוד ושלמה בשני הדיוטות והיו בית דין הגדול חוששין להם לא רוחץ אומן אורג שמבלו מבל מקום ולא מקריבין אותן עד שתראה אחריתם *Complures fuêre Proselyti initiati tempore Davidis & Salomonis à privatis* (scilicet triumviris sive ex compromisso sive ex autoritate Principali, non autem forensi seu ordinariâ, constitutis) *sed Synedrium Magnum* (cujus imperio fuberant cetera, quæ fuêre) *hos itaque voluit observatos exploratosque, ut nec eos rejiceret, quoniam baptizati utcunque fuerant, nec interea eos publicè vellet admitti, usque dum insequentis vitæ ratio satis eam in rem innotesceret.* Cum verò tunc initiatorum aut nullus aut quam pauciissimi pristina ita exuerent vitæ instituta, ut

Digitized by Google

ut reverà Judaïsmum amplecti viderentur, ideò nec publicè in Proselytorum censum admissi sunt, nec sive juris Israelitici, ut videtur, prærogativis, quatenus earum alias participes fuêre, uti, sive idem violare permissi. Atque ex ejusmodi Proselytorum justitiæ, sive Admissione, sive Rejectione pro eorum, qui rebus præerant, arbitrio, intelligendum est rescriptum Theodosii, Arcadii & Honorii AAA. ad Tatianum præfectum prætorio, de quibusdam, qui illis etiam in seculis, (quibus ita floruêre Judæorum in Oriente res, utcunque afflictæ majorum fuissent, ut post excidium Templi nunquam clariùs) autoritate judicum recepti sunt in sectam Judaicam, reclamantibus legis eorum primatibus. Verba sunt [f], *Judæorum querela quosdam autoritate judicum recipi in sectam suam, reclamantibus legis suæ primatibus, adseverant, quos ipsi judicio suo ac voluntate projiciunt; quam omninò submoveri jubemus injuriam, nec eorum in ea superstitione sedulus cœtus, aut per vim judicum, aut rescripti subreptione, invitis primatibus suis, quos virorum clarissimorum & illustrium patriarcharum arbitrio manifestum est habere suam de religione sententiam, opem reconciliationis mereantur indebitæ. Dat. xv. Kal. Maji. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coss.* Et hac de re plura libro quinto, ubi de Salomonis uxoribus aliisque ex Gentilibus sumtis agitur. Certè & tempore Mordecai in Susis complures Proselytos hujusmodi timoris causâ factos docet Scriptura Verba sunt [t], וְרַבִּים מֵעַמֵּי הָאָרֶץ מִתְיַהֲדִים כִּי נָפַל פַּחַד הַיְהוּדִים עֲלֵיהֶם *Et multi ex populis terræ fiebant Judæi, quoniam pavor Judæorum super eos.* Quo de loco vide plura capite inferiùs quarto. Exemplum etiam habetur illustre de tota Idumæorum Gente, quæ patriæ retinendæ causâ ex edicto Joannis Hyrcani in Judaïsmum transierunt. Nam circumcidi, utpote ex Abrahæ posteris, anteà [u] soliti avitum illum morem exuerant. Cum subegerat scilicet Hyrcanus Idumæos, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς (sic Josephus [x]) μένειν ἐν τῇ χώρᾳ εἰ περιτέμνοιντο τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς ἰουδαίοις νόμοις χρῆσθαι θέλοιεν. Οἱ δὲ πόθῳ τῆς πατρίου γῆς καὶ τιμῇ ἀφετομῇ καὶ τιμῇ ἄλλῃ ξυνηθείᾳ ὑπήκουσαν τιμῇ αὐτῇ ἰουδαίοις ποιήσασθαι. κἀκεῖνος αὐτοῖς χρόνος ὑπῆρχεν, ὡς ἕνας τὸ λοιπὸν ἰουδαίους, *Edixit mansuros illos in patria, si circumcidi, & legibus Iudaicis uti vellent. Illi autem amore Patriæ ducti & circumcisionem & reliquam juxta Iudai-*

[f] *Cod. Theodos. lib 16. tit. 8. l. 8.*

[t] *Esther. 8. 17.* [u] *Vide Hieronym. in cap. 6. Isaiæ, & ibi D. Hieronymum Lutherum, lib. de Iudaïis & eorum mendaciis. Hugon. Grotium de Iure belli ac pacis lib 1. cap. 1. §. 16. &c.*

[x] *Originum lib 13. cap. 17*

Iudaicos ritus vivendi formulam admiserunt. Atque eo tempore eò contigit, ut deinceps Iudæi essent. Inde etiam Straboni y, Stephano z, Ammonio a inter Judæos censiti Idumæi. Sed & Ammonius disertè ait; eos coactos esse in Judaismum transire. Affirmant etiam inter Talmudicos aliqui, Neronem Cesarem b, & Antoninum Pium c Proselytos esse factos, qua de re non disputo. Certè memorat Dio Cassius d cum Judæis tempore Hadriani complures alias Gentes lucri cupiditate conjungi & tumultuari, ac fere ob eam causam omnem orbem terrarum commoveri. Quod de Proselytis Justitiæ, si non de Christianis, dictum. Nam aliorum illo in seculo consuetudinem, quâ fieri potuit, non admisêre Judæi, ut fusius ostenditur infrà capite quinto. Jam accedat heic mos Ebræorum etiam recentiorum Proselytos, juxta traditiones majorum, admittendi, quemadmodum à Ludovico Mutinensi, Rabbino Veneto, describitur. *Si alcune* sic ille e *voleſſe farſi Hebreo, primo ſono tenuti tre Rabbini, o perſone di autorità interrogarlo ſottilmente, che coſa lo move a far queſta riſſolutione, e intender bene ſe foſſe a qualche fine mondano, che devono licentiarlo, epoi proteſtarle con notificarle che la legge Moſaica é ſtrettiſſima e che gl' Hebrei al preſente ſono abietti è vili & eſortarlo che meglio ſarebbe ch' egli ſe ne ſtaſſe nel ſtato che ſi trova. Stando ſaldo a queſto eſame, e proteſto, ſi circoncide; e come è ſano, ſi bagna tutto in acqua, ſempre alla preſentia di quelli tre predetti, e reſta con ciò Hebreo come gli altri.* Et de Proselytis Justis, seu Justitiæ dici solitis, id est, Gentilibus conditionis Liberæ Judaismo initiandis hactenus.

y *Gregor. lib. 16.*
z *In Idæ μαρτ.*
a *Lib. de Differ Verborũ.*
b *Videſis Gemar. Babylon. ad tit.* Gittin *cap. 5. fol. 56. a.* Sepher Inchas *in fol. 41. a* Tzemach David *part 2. fol. 24. a. Gemar. Hierosolymitana ad tit.* Megitta *c. 3. fol. 74. col. 2. hal. 2. & ad tit.* Sanhedrin *c. penult. fol. 29. col. 3. hal. 6. & Hiſtor. by.*
c *Hiſtoria degli riti Hebraici. part. 3. cap. 2.*

Cap. III.

De Servis & Libertinis *è Gentilibus* Judaismo *initiandis. De* Proselytis Domicilii *seu Gentilibus tum Servis tum Liberis,* quibus *citra Iudaismi professionem* sedes in Ebræorum ditione permissa, *ritè admittendis. Admissio ejusmodi solennis* post captivitatem Babylonicam, *seu postquam sui juris satis esse desierant Ebræi, non in usu. Alii postmodùm* instar *ejusmodi* Proselytorum *Ebræis in solo Israelitico, præter Gentiles idololatras, permissi.*

D

Digitized by Google

DE Servis initiatis Judaismo proximè dicendum. Ii fuêre ex Gentilibus emtitii, aliâve ex causâ ejusmodi adquisiti, aut ex ancillis domini nondum in Judaismum cooptatis domi nati. Quemadmodum verò à Parentibus ingenuis Filii, ita à Dominis Servi ejusmodi circumcidi debebant. Atque ut filius à patre, ita servus, qualem diximus, domi natus, die octavo; adquisitus, si minor, simulac adquirebatur. Ejusmodi officio si decesset, sive Pater, sive Dominus, ex sententia forensi [f] res erat peragenda. Servus ejusmodi Major, quamprimùm ipse Judaismo nomen dare voluit, nec antè, circumcidebatur. Sed uterque modo, qualem diximus, erat Baptismo item suscipiendus, & oblatio ut in Proselytis Iustitiæ initiandis sequebatur. Cetcrùm nisi libertate in ipso actu baptismi donandus esset, disertis verbis baptizabatur לשם עבדות *Nomine servitutis retentæ*. Domino heic cavendum erat, ne servus major in præsentia ejus [g] Baptismo susceptus profiteretur Triumviris שטיבר בפניהם לשם בן חורין או לשם גיותו *Se baptizari coram illa nomine* seu *in nomen Ingenui liberivè, aut nomine Iuris Proselyti*, id est, ut libertatem seu integrum Proselyti Iusti jus sibi nanciscerctur, atque ita ex aquis liberè ascenderet. Sic enim יצא לחרות *liber fiebat*, seu *in libertinitatem transibat*, & תיגמר גרותן *integer reddebatur Proselytismus ejus*; adhibito interdum, ex sententia forensi quæ abnuentem dominum coerceret, גט שחרור seu *manumissionis libello*, qui semper libertati plenè adquirendæ necessarius. Qua de re uti etiam de Personarum dominio, plura libro Sexto. Ex more igitur, dominus eum supernè inclinans in aquis cohibuit, nec ascendere sivit, usque dum verbis sive domini sive ipsius disertis Baptismum nomine servitutis retentæ fieri pronuntiaretur. Servi Circumsioni Benedictio etiam accessit [h], qualis Proselytorum Iustitiæ superiùs ostensa; si nempè Proselytorum in ea nomen in Servorum mutaretur. Baptizatus item benedicendus [i] erat. Sed alii volunt à domino, nisi in ipso baptismi actu manumitteretur, non

[f] *Gemar. Babylon. ad tit.* Iabimoth *c. 4. fol. 47. & 48. Maimonid. halach.* Isuri bia *c. 13. & hal.* Milla *c. 1. Moses Mikotzi Prac. Negat. 116.* Shulcan Aruch *lib.* Iore Dea *c. 267*

[g] *Dict. Gemara fol. 46. a Maimonid halach. cad. cap. 14. & halach.* Aibdim *cap. 8.*

[h] *Maimonid Halach.* Milla *cap. 3. §. 4.* Shulcan Aruch *lib.* Iore Dea *cap. 267. §. 12.*

[i] *Vide* Magid Misna *ad Maimonid. Halach.* Isuri Bia *cap. 13. fol. 337. a.*

non ab ipso, uti à Proselyto, benedictionem adhibendam; Libertini fuêre, qui sive in ipso baptismi, quem diximus, actu, sive postmodùm libertate à Dominis donati. Si in ipso baptismi actu, quomodo id fieret ex jam dictis liquet. Si posteà, alius accessit baptismus לשם חרות *Nomine libertinitatis*, isque coram Triumviris, ut prior. Sed juxta nonnullos, ex jure seu moribus receptis haud ita necessarius erat hic ad libertinitatem baptismus secundus. Utcunque, nova Judaismi professione in baptismo ejusmodi opus non erat. Sexus heic discrimen non aliud atque in Proselytis Justitiæ initiandis; de quibus capite superiore. Minorem seu Infantem è Gentibus captum aut fortè repertum, Israelitæ, qui possideret, integrum erat, sive in Ingenuitatem, sive in Servitutem, sive in Libertinitatem baptizare. Maimonides [k]; ישראל שתפס בגוי קטן או מצאו תינוק גוי וטבילו לשם גר הרי זה גר עבר לשם הרי זה עבר לשם בן חורין הרי זה בן חורין *Si Israelita ceperit Gentilem minorem, aut infantem è Gentilibus repereret, eumque baptizarè fecerit in nomen Proselyti: is Proselytus sit* (Justitiæ,) *si in nomen Servi, Servus est, si in nomen Libertini, Libertinus.* Servus autem major, qui initiamenta hæc seu Judaismum renueret, Gentilibus retrò vendendus [l] erat, si modo per annum integrum, à domino sæpius iteratâ ut susciperet Judaismum monitione, contumax persisteret. Ita nihilominùs ut, si eâ conditione primò expressim adjectâ emtus esset, ut circumcisionis expers serviret eo solùm initiatus modo, quo Gentiles, quibus sedes ritè in ditione Israelitica citra aliquam Judaismi professionnm permissæ, tunc sic initiatus apud Israelitas servire permitteretur. Ceterùm si ejusmodi etiam detrectaret initiationem, veluti ne tantillùm luce dignus, morte erat damnandus. Quod verò ad Secundum heic genus Personarum seu Gentiles illos demùm attinet, quibus sedes & habitatio in ditione Israelitica citra Judaismi professionem permissa est; eorum ratio habenda est duplex. Aut tempore, quo floruit suique prorsus juris manfit Ebræorum status, veluti sub Davide, Salomone & si quæ sunt alia id genus tempora; aut tempore rerum eorum accisarum imperiique admodum imminuti, ut sub Romanis, aliisque etiam ante seculis. Tempore priori, permissæ sunt in ditione Israelitica sedes

[k] *Halach. Aibdim cap. 8.*

[l] *Gemar. Babylon. tit.* Iabimoth *cap. 4. fol. 48 b Maimonid. halach* Milla *cap. 1. §. 6. & halach.* Isuri bia *cap. 14.*

Digitized by Google

sedes iis tantum, qui Juris Noachidarum seu Naturalis, quod supra & in sequentibus fusius indicatur, ejusque capitum septem, secundum Ebræorum mentem, observationi nomina dederant, גרים תושבים *advena* seu *Proselyti Inhabitantes* seu *Proselyti domicilii* seu *inquilini*, dici soliti. Gentili enim Idololatræ, seu qui septem illius Juris præceptis nomen non dederat, sedes & domicilium in ditione sua, dum juris planè sui erant, negabant. Quin in solo Israelitico [m] ne hospitio quidem volebant excipi. De Proselyto autem hujusmodi, juxta doctrinam Talmudicam, Maimonides [n]; אי זהו הנאמן גר תושב זהו גוי שקיבל עליו שלא יעבוד עבודה זרה עם שאר המצות שנצטוו בני נח ולא נתולא טבר הרי זה מקבלין אותו והוא מחסידי אומות עולם ומן נקרא שמו תושב רפי שמותר לנו להושיבו בינינו בארץ ישראל *Qualisnam est is, quem Proselytum domicilii* seu *inhabitantem vocamus?* (Ut scilicet à Proselyto Justitiæ discriminetur.) *Is Gentilis est, qui in se susceperat à cultu extraneo abstinere, ac cetera observare, quæ in Noachidarum seu omnium hominum communi Iure continentur. Nec circumcidebatur ille, nec baptizabatur; sed admittebant eum veluti unum ex piis è Gentibus mundi. Ideò autem nuncupatur Inhabitans* seu *Inquilinus, quoniam licuit nobis ei sedes inter nos assignare in territorio Israelitico.* Alii tantundem. Hinc Judæus qui nuperrimè scripsit [o] גר תושב *Proselytum domicilii* seu qui septem, quæ tractamus, præcepta in se receperat, vocat *Peregrino moradiso que podia morar con Ismel*, id est, *Peregrinum* (ut ipse vertit) *habitantem, quia in Israele morari poterat.* Quin Maimonides vult nec transitum quidem per ditiones Israeliticas Gentili ex jure permissum olim, quoties florebat & sui planè juris erat Ebræorum status, nisi is simili Professione cultui extraneo renuntians cetera etiam Præcepta juris Noachidarum septem in se reciperet. Postquam enim de vulgaribus commerciorum aliquot officiorumque generibus inter Israelitas & Gentiles, qui hactenus cultui extraneo non renuntiaverant, seculis recentioribus permissis egerat, subdit [p] אין כל הדברים האלו אמורים אלא בזמן שגלו ישראל לבין האומות או שיד הגוים תקיפה על ישראל אבל בזמן שיד ישראל תקיפה על אומות העולם אסור לנו להניח גוי עובד ע"ז בינינו אפילו יושב ישיבת עראי או עובר ממקום למקום בסחורה ליעבור בארצנו עד שיקבל עליו שבע מצות

m *Mishna & Gemar. Babylon. ad tit.* AbodaZara *cap. I. fol. 21. Moses Mikotzi præcept. Negat. 41. & Fidesis Hugonum Grotium de Iure Belli l. 1. cap. 1. §. 16.*

n *Halachisuria bia cap. 14. Gemar. Babylon. ad tit.* AbodaZara *cap. 5. fol. 64. b.*

o *Manasseh Benisrael in Conciliatore ad Deuter. q. 134. Hispanice, 2. Latine.*

p *Halach.* AbodaZara *cap. 10.*

Digitized by Google

מצרים שנצטוו בני נח שנ' לא ישבו בארצך אפי' לפי שעה ואם קבל עליו ז' מצות הרי זה גר תושב *Hæc autem intelligenda ſunt tantùm de tempore, quo aut exulabant inter Gentiles Iſmelitæ, aut quo Gentiles ipſis prævalebant. Ceterùm quoties Iſraelitæ prævalebant Gentibus mundi,* (id eſt, ſui omninò Juris fuere) *illicitum erat nobis permittere, apud nos Gentilem idololatram, ne quidem ex accidenti illic agentem*, (veluti Ægyptios, Phœnicios, Tyriosque operarios ad Salomonem Regem à regibus ſuis in templi ædificationem q miſſos) *aut mercaturæ gratiâ à loco ad locum tranſeuntem. Ne quidem per Terram noſtram ei tranſeundum erat, niſi in ſe receperat ſeptem præcepta, quæ Noachidis ſunt imperata; ſecundum id quod dicitur*, nec habitabunt* aut *manebunt in terra tua, ne quidem ullam ob rationem. Si verò præcepta illa ſeptem ſe obſervaturum profiteretur, Proſelytus deinceps domicilii erat.* Alibi etiam idem r בר גוי שלא קבל מצות שנצטוו בני נח חורגין אותו אם ישבו תורת ירינו *Gentilis quilibet, qui non in ſe receperat ſeptem præcepta Noachidis imperata, ultimo ſupplicio afficiendus erat, ſi in ditione noſtra commoraretur.* Sed quod de transeuntibus habet, non admittunt alii t, verba quæ affert ſacra de domicilio tantùm eoque populorum ſeptem, quos diſertè exſcindi juſſit Numen, intelligentes. Sed Vir eruditiſſimus atque in literis hiſce verſatus Petrus Cunæus, *Septem*, inquit t, *præcepta quæ Talmudici dicunt eſſe filiis Noachi data, Juſtitiæ regulas quasdam continebant, quibus carere hominum vita nequibat. Quare vis eorum tam latè ad omnes pertinuit, ut qui neſcirent ea, hos interficere in bello atque ex hominum communione tollere juſſi ſint Iſraelitæ.* Cæterùm ea de re plura inferiùs, ubi de jure belli Ebræis aliisque Gentibus Imperativo atque Interveniente agitur. Quemadmodum autem Proſelytus Juſtitiæ, Servus, Libertinus, Judaismo non ſine Triumviris initiabatur, ut oſtenſum eſt, ita nec Proſelytus hic domicilii. Admittendus erat ac profeſſio facienda בפני שלשה הברים *coram* u *tribus minimùm ſui generis*, ſeu, *profeſſione hujusmodi priſtina ſibi conſociatis*, ſi non coram tribus Iſraelitis aliisve qui Judaismo nomen dederant. Neque aliter ſatis intelligere queo verba illa de Triumviris. Mentio Proſelytorum hujusmodi occurrit in Pentateucho. Sed non ſemper eisdem verbis. Diſcrimen ex natura rei & circumſtantiis elicendum, Sed & expreſſim legimus x de החושבים הגרים עמכם *Inhabitanti-*

q *Eupolemus apud Euſeb. Præpar. Evangelic. 9. c. 30. Clem. Alexand. Strom. 6*

* *Exod. 23. 33.*

r *Halach Melakim cap. 8.*

t *Abraham Ben. Dabid. ad Maimonid. halach. Aboda Zara cap. 10.*

t *De Repub. Hebræor. lib. 1. cap. 1. quem vide lib. 2. cap. 19.*

u *Gemar. Babylon. ad tit. Aboda Zara cap. 5. fol. 64. b & Maimonid. halach. Melakim c. 8.*

x *Leviticus 25. 45. & 47.*

Digitized by Google

bitantibus seu *inquilinis, qui Proselyti sunt* seu *peregrinantur apud vos*; quos Chaldæus vocat תותבינא ערלאי דדיירין עמכון *Incolas incircumcisos qui sunt habitantes vobiscum*. Similisque alibi y apud eum locutio. Quibus verbis proselyti hi domicilii optimè indicantur. Interdum Proselytus etiam ejusmodi magistris dicitur כל שקבל עליו שלא לעבוד ע"ז ואובל נבלות *Quisquis Cultui Extraneo* seu *Idololatriæ renunciaverit, ita tamen, ut is sit, qui morticinia licitè comederit.* Cultus extranei renuntiatione, utpote quæ in Proselyti hujusmodi initiatione res erat primaria, cetera quæ ipsi in se recipienda erant sic complectuntur. Id autem quod de morticiniis sequitur, ex loco Deuteronomii jam antè indicato satis explicatur. Quod verò ad morem illum Gentiles in professionem hanc intra ditionem eorum adigendi attinet; aiunt, tametsi nemo Gentilium Iudaismo nomen dare erat omninò cogendus, nihilominùs ex jussu etiam divino à Mose se accepisse, mortalium quemlibet apud ipsos degentem professione ad Septem, quæ diximus, præcepta observanda adstringi debuisse. Maimonides z מי שלא רצו לקבל עליו כופין אותו לקבל תורה ומצות וכן צוה משה רבינו מפי הגבורה לכוף את כל באי העולם לקבל מצות שנצטוו בני נח וכל מי שלא קבל יהרג *Nolentem non cogebant in se suscipere Legem & Præcepta (Mosaica.) At verò jussit Moses à Numine ipso edoctus, ut quemadmodum dictum est, quisque mortalium in se suscipere cogeretur Præcepta Noachidis imperata. Et qui id facere nolebat, ultimo supplicio esset afficiendus.* Et de tempore duntaxat, quo sui erant satis juris Ebræi, adeò ut nec imperium eorum in Gentiles, qui quovismodo advenirent, minueretur, hæc dicta. Id est, de tempore potissimùm, quod Captivitatem antevertit Babylonicam. Nam & aliqui tunc temporis desiisse morem Proselytos domicilii sic admittendi docent. Nimirum אין inquiunt a גר תושב נוהג אלא בזמן שהיובל נוהג *non erat mos Proselytos domicilii recipere, nisi tempore tantum, quo observari solebant Iubilæi.* Id est, tempore quo eousque ditionis fuêre omnia in terris illis Israeliticæ, ut leges de possessionibus in Jubilæo restituendis atque id genus ceteris vim & effectum, veluti apud Gentem summum sibi imperium occupantem, integrum retinerent. Iubilæorum autem ob-

y *Deut. 14. 21*

z *Halach. Melakim cap. 8.*

a *R. Simeon Ben Eliezer in Gem. Babylon. tit. Erakim cap. 7. fol. 29. 4. Maimonid. halach Isuri bia cap. 14. & halach. Milla cap. 1.*

b *Maimonid. hacach.* Semita Wejubal *cap.* 10.

c *Idem. hal.* Iſurt. bia *c.* 14. *Vide ibi comm. R. Iom. Tob.*

obſervationem ſub captivitatem Babylonicam deſiiſſe ſcribũt, unde etiam adjiciunt c ſervum, qualem ſuprà diximus, ſi Iudaismum detrectaret, poſt Iubilęorum ceſſationem non retinendum, quoniã ſcilicet ad præceptorum Noachidarum obſervationis profeſſionẽ rite quempiam adigendi mos deſierat. Quod verò ad Tempora inſequentia attinet, quo non ſui juris erant Ebræi, ſed rebus fruebantur nimium acciſis; tametſi ſolennis, & qui ex ſummo, quo ante gavili ſunt, imperio natus eſt, ritus ille Proſelytos domicilii admittendi evanuerat, nihilominùs quos cogere jam nequibant, eorum ambigendum non eſt, quin nonnullos pro re natà ad hanc profeſſionem interdum invitarent & hortarentur, eisque quos viderent eſſe מחסידי אומות העולם *Ex piis è Gentibus mundi*, id eſt, citra Judaismum bonis moribus & religione, quali oportuit eſſe Proſelytum domicilii ſolenni ritu admiſſum, imbutos, ſedes in ſolo Iudaico permiſſas eſſe non ita illibentèr vellent. *Et cujus regionis homines non contigit*, inquit Ioſephus d, *aliquando apud vos peregrinari?* Egregium hac de re habetur exemplum in fedère Novo, ubi occurrit e *Vir quidam in Cæſarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis quæ dicitur Italica; religioſus & timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi & deprecans Deum ſemper, vir Juſtus, teſtimonium habens ab univerſa gente Judæorum.* Hunc Gentilem fuiſſe liquet. Nec Italum fuiſſe, etiam & Romanum, dubitant viri docti f. Id genus fuit Candaces Eunuchus g Hieroſolymis, uti & Theſſalonicæ Ἑλλήνες illi σεβόμενοι ſeu *Græci* Gentilesve *Deum colentes*, qualibus non eſt quod dubitemus, quin ſedes ſolo Iſraelitico permiſſas eſſe non illibenter ſeculis illis voluerint Ebræi, cum plane Proſelytorum Domicilii rite admiſſorum inſtar eſſent, utpotè qui ſimpliciorem illam colerent religionem moresque, quibus Proſelyti ejusmodi initiari ſoliti.

d *Adverſ. Apion. lib* 2.

e *Act. Apoſt.* 10. 1. & 22.

f *Baronius Ann. Chriſti* 41.

g *Act.* 8. 27.

CAP.

Digitized by Google

Cap. IV.

De Effectibus Initiationis & Admissionis Proselytorum Justitiæ, *veluti* nominis Judæi adquisitione, Regeneratione, Juris Judaici participatione, Peregrinitatis retentione & conditione Posterorum, *quæ omnia* Juris Gentium *sive* Imperativi *sive* Intervenientis *fuêre*.

INitiationum autem & Admissionum, quas capite præcedenti ostendimus, Effectus duplici sunt in genere. Alii in Jure, juxta quod deinceps initiatis ac admissis posterisque suis vivendum erat, cernuntur. Alii in ipsa personis tum ipsorum, tum posterorum inhærente qualitate, secundum quam censebantur. Qui prioris sunt generis, sparsim in sequentibus pro re nata, maximè quoties de Jure Gentium agitur, suum obtinent locum. Unde etiam qui secundi sunt, fusiùs subinde sic explicantur. Sed in priore genere caput habetur unum heic non prætereundum. Scilicet pristinæ vitæ conditionem seu statum idololatricum sive Proselyti ipsius sive parentum ejus neutiquam probro ei objiciendum. Nimirum legem illam [h] Peregrinum לא תונו *non molestabitis*, seu *non vexabitis* ita interpretantur; nec minùs puto, quantum video; ad Proselytum domicilii, quam ad eum, qui Justitiæ erat, volunt attinere. Sed Secundi generis Effectus compendio jam præmittere visum est, ut quoties nomina Proselyti Justitiæ, Libertini, Servi è Gentilibus in Judaismum cooptati & Proselyti domicilii obvia inter legendum habeantur, minùs obscura sint ea, nec de singulari personarum qualitate satis non liqueat. Quod ad Proselytum Justitiæ attinet; Quinque inprimis considerandi sunt heic Effectus ejusdem Initiationis. Judæi nominis adquisitio, Regeneratio, Juris Judaici seu prærogativæ Israeliticæ participatio, Originis atque Peregrinitatis, velut characteris perpetui ac indelebilis Retentio, & Conditio Posterorum. De Judæi nomine testimonium est sanè luculentum, in eo quod capite superius secundo affertur tum ex Josepho de Idumæis Proselytis factis, tum ex historia Estheris sacra. Idumæos, postquam in ritus Judæorum transierant, Judæos fuisse ait diserte Josephus [i]. Ammonius autem, ἐκλήθησαν ἰουδαῖοι, *nominabantur*

[h] *Exod. 22. 20. Levitic. 19. 33. Ibid. Iareh. & Bide Paulum. Fagium ad locum citatum.*

[i] *Originum lib. 13. cap. 17.*

k Cap. 8. 17. *tur Iudei.* Et in Esthere k מתיהדים à verbo התיהד quod *Iudæum fieri* denotat, usurpatur pro eo quod est in vulgata, *sectæ eorum, religioni & ceremoniis jungebantur*, seu ut apud Hellenistas *circumcisi Iudaizabant*, id est, Proselyti facti sunt. Uti etiam disertè ibi Salomon Jarchius, qui מתיהדים explicat per מתגיירים *Proselyti fiebant*, quemadmodum & Paraphrastes Chaldæus. Nomen item Judęi Proselyto cujuscunque gentis exteræ accessisse palàm memorat Dio l. Et memini me legisse olim in forensibus temporis Henrici Angliæ Regis tertii tabulis m, Judæos quamplurimos Norwici puerum Anglicanum, Benedicti Physici filium, quemquinquennem circumciderant & proselytum fecerant, ex ædibus, ubi hospitio à muliercula Christiana exceptus est, vi rapere voluisse, sæpiùs inclamantes *ipsum esse Judæum suum*. Et signanter ad hanc rem Josephus n, ubi de Proselytis justitiæ ex Mosis mente admittendis verba faciens, eum ait existimasse, ὁ τῷ μόνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει, ζῆν βίᾳ ἔναι τὸν οἰκειότητα, *non solùm ex genere* seu *sanguine, verum etiam ex singulari instituti vitæ electione nasci cognationem quandam*. Quæ velut in Judæi nomine indicatur. Unde distinctio illa Ebræorum ex Ebræis o, seu Judæorum omnino originariorum ab Ebræis seu Judæis, qui sive ipsi primò accesserunt ad Judaismum, sive è Proselytis Justis nati fuerunt. Alia de nomine hoc Proselytis indito alibi p diximus. Sed advertendum, illud tum demùm cœpisse Proselytis Justitiæ dari, postquam Ebræi, quotquot in terra Israelitica reliqui, Judæi generatim dicti. Nemo enim nescit antiquitus gentem Ebræos & Israelitas dictam; nec Judæos alios præter Judæ tribules q, nec Judæam aliam Territorii Israelitici partem præter portionem Judæ tribui assignatam primò denotasse. Quod sanè quamdiu obtinuit, non est cur dubitemus, quin ut postea Judæi, ita tunc, sive Ebræi, sive Israelitæ nomen Proselyto Justitiæ tribueretur. Neque enim dissimilis tunc erat horum nominum ratio. Quemadmodum autem Tribus decem, post secessionem, nomine Israelis & domus Josepho ita reliquæ binæ, Juda & Benjamin, Judæ nomine r indigetatæ. Etiam & lingva harum Judaica s dicta. Et post Tribuum decem captivitatem, cum aliæ præter binas illas (quibus tamen ex Tribubus, quæ asportatæ sunt, non pauci proculdubio sunt commixti t; & de Levitis res est mani-

l *Hist 37.*

m *Placit. 18. Hen. 3. rot. 21. in Arce Londinens.*

n *Adversus Appion. lib 2.*

o *Vide Epist. ad Philip. 3. 5. & ibi commentar. Adde I. Drus. Observat. 4. cap. 20.*

p *Lib. de successionibus in bona cap. 26.*

q *2. Reg. 16. 6. 2. Sam. 23. 3.*

r *Vide 2. Regum. 17. 18. & S. Hieronymum in Oseæ cap. 1. §. & in illa die, & lib. 2. in Esaiam cap. 5. §. vinea autem Domini*

s *2. Reg. 18. 6. & 25.*

Digitized by Google

manifestissima) in solo Israelitico non remanebant, dein quicquid gentis ibi supererat, seu illuc subinde revertebatur, Judæi [u] nomen sive retinebat sive induebat, adeoque quicquid dein Proselytorum Justitiæ Genti accessit eodem appellabatur. D. Hieronymus [x], *Scissum decem Tribuum à duabus, populo nomen* (Judæorum) *imposuit.* Hinc obvium Judæorum nomen in Ezra, Nehemia, Esthere, Jeremia, libris Maccabaicis. Et ut Mordecai Bejaminita inde Judæus [y] nuncupatur; ita ceteri cujuscunque è Tribu fuerint in reliquiis illis. Post binarum autem Tribuum seu Judæorum, quos diximus, è captivitate reditum, non solùm Judæi inde dicti binarum illarum [Tribuum territoriorum ex Ebræis incolæ, verum etiam quotquot Ebræi sive Tribuum ceterarum, principum indultu, territorio possiderent sive alibi Babylone seu loco quovis alio dispergerentur. Unde etiam Terra sancta tota Judææ nomen induit. S. Hieronymus, ad illud Isaiæ [z], *Visio quam vidit super Judam & Jerusalem, Pro Juda*, inquit, *in quo significantur duæ Tribus, LXX. & Theodotio posuere Iudæam, quæ totam terram duodecim Tribuum ostendit.* Josephus autem, ubi de Esdra & Nehemia populum reducem ad urbem templumque instaurandum hortantibus agit [b] περὶ Ἰουδαίων, ait, πρὸς τὸ ἱερὸν παρεσκεύαζοντο. ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα ἀπ' ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ Βαβυλῶνος, ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, αὐτοί τε καὶ ἡ χώρα τὴν προσηγορίας μετελάβοντο. *Et Judæi ad opus se accingebant. Vocabantur autem, hoc nomine, ex illa die, quâ ascenderunt è Babylone, à Tribu scilicet Juda, quæ cum prima in locos illos pervenerit, tum ipsis tum regioni hujusmodi appellatio indita est.* Nempe à nomine Judæorum (quod tam apud Josephum, quàm in sacris literis, binis illis Tribubus, & qui eis ex aliis commisti sunt ante etiam tribuitur) post reditum è captivitate, non modo territorii Tribus Judæ ac Bejamiticæ incolæ, sed etiam in ceterorum agris sedes habentes qualescunque atque undecunque illuc confluentes Ebræi, uti etiam ipsa Terra promissa, dominabantur. Sunt [c] qui à tempore Judæ Maccabæi Judæos dici cœpisse scripserunt. Sed hallucinatio est manifesta. Certè invaluit etiam apud Paganos opinio, Israelitas omnes Iudæos à Iudæ patriarchæ non solum nomine, sed & ævo sic dictos. Iustinus historicus [d]; *Populum in de-*

[t] *Vide sis Dionys. Petavium in Epiph. hæres. 78. pag. 333.*
[u] *Vide Petrum Cunæum de Repub. Hebræorum lib. 1. cap. 10. Ludovic. Capell. ad Alt. 26. 7. Constantin. L' Empereur in* Baba Kama *c. 7. §. 7. &c.*
[x] *In Ionam cap. 1.*
[y] *Esther. 2. 5.*
[z] *Cap. 1.*
[a] *Vide librum de locis Hebraicis inter D. Hieronymi editum, in Verb. Iudea.*
[b] *Origin. lib. 11. cap. 5. Videsis Is. Casaubonum Exercit. 1. Ad Apparatum Annal. Baron. §. 63. & S. Ambros. in Epist. ad Rom. cap. 1. & videsis Petr. Abelardum. Sed & adde S. Ambros. lib. 4. de Sacramentis cap. 3.*
[c] *Hist. 36.*

in decem regna divisum filiis tradidit, omnesque ex nomine Jude, qui post divisionem decesserat, Judæos appellavit, coliqne ejus memoriam ab omnibus jussit. De Jacobo loquitur. Ad singularem autem tum vetustatem tum dignitatem hujus nominis spectant etiam, quæ crebrò apud scriptores occurrunt de sacræ illius prophetiæ, seu Iacobi verborum sensu; *Non* e *auferetur sceptrum de Juda &c.* Christiani scriptores, iique doctissimi nec pauci, ea de re passim leguntur. Et sententias etiam Magistrorum exhibet Manasse Ben Israel f, quem vide. Summa verò est, à Iuda quidem patriarcha, velut ab ipsa origine, sumptum esse Iudæorum nomen g, quatenus scilicet ab eo denominata est illustrior illa Tribus, quæ Genti postmodum nomen dedit. Sed ævo ejus multò, ut dictum est, esse illud recentius. Tametsi per prolepsin subinde etiam Mosis Tempori à scriptoribus h tribuatur. Quemadmodum autem novum sic nomen Proselyto accessit, ita etiam Natales planè novi. Adeo ut simulac initiabatur, Regeneratus haberetur. Non semel Talmudici i, גר שנתגייר כקטן שנולד דמי *Proselytus, ex quo Proselytus, velut infans, qui recens nascitur, habebatur*, idque perinde ac si ipse ex nova aliqua matre renasceretur. Unde evenit, ut nulla dein ei restaret pristina cognatio seu sangvinis relatio, nec fratrem, sororem, patrem, matrem, liberos antè genitos omninò in suis haberet. Nomina hæc, etiamsi naturalia, esse desiere. Quin si pater, mater, filius, frater simul fierent Proselyti, nulla prorsus restabat cognatio seu sangvinis inter eos relatio. Et pro regula habetur; כל שאר בשר שהיו לו כשהוא גוי אינן שאר בשר *Quisquis Proselyto consangvineus erat, dum fuit Gentilis, consangvineus plane jam non est.* Nempe velut jam primò creatus aut è cœlo lapsus omninò novus homo fiebat consangvinitate pristina non minùs ac Gentilismo prorsus exutus. Unde nec ex jure sangvinis pristini ei succedere quis potuit, ut alibi k ostendimus. Instar ferè erat apud Ebræos eorum qui Athenis à peste convalescentes *ἀγνόησαν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ξυγγενεῖς Neque ipsi se noverunt nec propinquos*, ut ait Thucydides l. Habebatur quidem in Jure Attico m Regeneratio quædam. Atque in Cæsareo habetur; quando nempe servus non solùm manumissione fruitur

e *Genes. cap. 49. 10.*
f *Lib. Conciliator. ad Gen. quæst. 65.*
g *Epiphanius hæres. 8. Justin. Martyr. Apolog. 2. Euseb. Præp. Evang. lib. 7. c. 6.*
h *Euseb. ibid. cap. 8 &c.*
i *Gemar. Babylon. ad tit* Iabimoth *c. 2. fol. 22. 2. & cap. 11. fol. 97. b Maimon. balach.* Iebom Wechalitza *cap. 1. &* Isuri bia *cap. 14. Moses Mikotzi præc. affirm. 51. fol. 135. col. 4.* Shulcan Aruch *lib. Aben haæzer. p. 157. sect. 3.*
k *De successionibus in bona cap. 26.*
l *Lib. 2. &* Galen. *lib. de Temptom. dict. cap. 3.*
m *Vide Ios. Scalig. in Festum. verb.* Postliminiū

Digitized by Google

fruitur ac Libertinitate, sed etiam *naturalibus* n *restituitur, in quibus initio omnes homines ferunt, non in quibus ipse nascitur, cum servus natus esset.* Id est, plenâ donatur ingenuitate, adeo ut natales simul & mater, quæ ancilla erat, adeoque ipse, jam pro ingenuis civilitèr habeantur. Atque ita ingenuitate donare, dicitur in Novellis o, Regenerare. Sed in regeneratione hujusmodi natalium regenerati conditio tantùm ex autoritate principali mutata est. Proselytus verò Justitiæ sic regenerabatur, ut nec pro antea omninò nato deinceps sumeretur. Hinc erat, quod cum Nicodemus mirabatur Jesum Christum dixisse, *Oportet vos nasci denuò* p instaretque quæritans, *Quomodo possunt hæc fieri, respondit Iesus & dixit ei,* Tu es διδάσκαλος ὁ Ισραὴλ, *Magister Ismelis*, seu *Magister in Ismel*, ut vulgata, *& hæc ignoras?* Etenim Regenerationis notio (tametsi de eâ quæ Spiritu fit, non solum aquâ, loqueretur Christus) in Ebræorum de Proselytis Justitiæ initiandis disciplina ac moribus, quos mirum est Nicodemum non agnovisse, erat minimè obscura. Sed ea de re & quæ consequuntur plura libro quinto, ubi de Proselytorum, Libertinorum, aliorum conjugiis agimus. Heic tantùm adjicimus, stupendam, quæ jam memorata est, regenerationem doctrinæ cuidam de animabus Proselytorum in reconditiori eorum philosophia repertæ adeo esse consonam, ut ex hac illam de novis planè natalibus aut ex illa hanc ortam esse sive pendere non immeritò forsan suspicandum. Nimirum animas, aiunt Cabalistæ q, sive singulares, sive è massa, ut loquuntur, ideali educendas innumeras semper existere; atque ex hisce in corpora humana seu embryones immissis fieri homines; instar fermè Platonicorum. Corpus autem humanum esse materiem, Animam formam hominis, ut Physici alii, secundum quos etiam ipsi formam esse scribunt r דבר המוציא לאור הורת החומר אשר בו הורה מורה שיהיה ובו נתעשם רוב שבעתם שלם ונברר בו מעשה אשר *Rem quæ educit in lucem ipsam materiæ essentiam, quæ ex ea est id quod est, & perfectis efficitur substantia, & ab alia substantia ea distinguitur.* Jam verò sicut in Embryonem animam, quâ homo fit, è cœlo delabi aiunt, ita etiam Proselytum quemlibet Justitiæ, novam statim ipsoque eodem, quo fit momento, animam, priore quæ corpus in Gentilismo

n *L. 2. D. de Natalibus restituendis*

o *Novell. 18. cap. 11. & Nov. 78. cap. 2. & 5.*

p *D. Ioann. 3. 7.*

q *Apud Patrem Archangelum in Dogmat. Cabalistic. 43.*

r *R. Aben Tybbon in Ruach hachen cap. 8.*

sismo occupaverat sive evanescente sive redeunte, immissam cœlitùs asserunt. Quin & commentum hanc ad rem habent de, nescio, quali animarum generatione, quæ omnes in Proselytos novos illabantur. In celebri illo Codice, quem Zohar nuncupant, etiam & [f] Rabbi Shimeon Ben Jochai, qui sub Adriani tempora vivere desiit Magister illustris, velut autori alii, alii discipulis ejus tribuunt (ut Cabalisticæ doctrinæ promptuarium summum) memorantur quatuor in mundo superiori seu regione cœlesti, היכלין *Palatia*, quæ vocantur היכלין דבנות בוסחות *Palatia filiarum* seu *puellarum confidentium*. Primum tribuitur Bathea filiæ Pharaonis; ita eam vocitant, quæ Mosem [t] educavit, Josepho [u] Thermuthin dictam. Secundum Sarachæ filiæ [x] Aser. Tertium Jochabedæ matri Mosis [y]. Quartum denique Deboræ [z]. Cum hisce singulis, aiunt Cabalistæ, velut palatiorum præsidibus, adesse innumeras alias sanctas animas, atque eis, tanquam conjugio, virorum etiam sanctorum animas copulari. Addunt, ut in conjugiis hujus mundi seu terrestribus, corpora corporibus conjunguntur, ita in alterius illius seu cœlestibus conjugiis esse אתדבקוא רנשמתא בנשמתא נהוא בנהורא *Conjunctionem animarum cum animabus Luminis cum Lumine*. Et demùm, ut rem absolvant, subjiciunt [a], זווגא דההוא עלמא אתעביד איבא יתיר מאיבא ראתעביד בהאי עלמא בזווגא דלהון דההוא עלמא בתאובתא דלהון כחדא בר מתדבקן נשמתין דא עם דא עבדי איבין ונפקי נהורין מניהו ואתעבדי שרגין ואינון נשמתין דגיורין דסתגיירין וכל הני עיליין ל היכלא דא וכד פתגיירא גיורא חדא פרחא מהחוא היכלא נשמתא ועאלת תהות גרפהא דשכינתא ונשקת לא לה בנין דאיהי איבא דצדיקיא ומשדרת לה לגו החוא גיורא ושראת ביה ומהוא זמנא אקרי גר צדק *Conjugium illius* (cœlestis) *mundi fatit fructum præstantiorem fructu eo, quem facit conjugium hujus* (terrestris) *mundi. In conjugiis illius mundi, cum mutuâ dilectione animæ invicem conjunguntur, fructum faciunt, ac producuntur* Lumina, *è quibus fiunt* (velut) *Lucernæ, quæ sunt animæ eorum, qui fiunt Proselyti. Hæ omnes in palatium illud* (ad quod attinent animæ, è quibus prodeunt) *ascendunt. Et quamprimùm fit Proselytus, volat ex eo palatio anima, & subit alas Divinæ*

[f] *R. Gedalia in* Shalshelech *fol. 31. b.*

[t] *Exod. 2. 5.*
[u] *Archæolog. lib. 2. cap. 5.*
[x] *Numer. 26. 46.*
[y] *Exod. 6. 20.*
[z] *Judic. 4. 4.*

[a] Zohar *in* Midbar, *fol. 167. & 168. Mantuæ.*

Digitized by Google

Divinæ Majestatis, quæ eam osculatur, eo quod est fructus justorum, atque eam mittit in corpus Proselyti, in quo manet. Ab eo igitur tempore vocantur Proselytus Justus seu *Justitiæ.* Ita legitur in Zoar. Et pro more Magistrorum, qui sacri sermonis loca ad commenta sua qualiacunque, sive stabilienda, sive ornanda ambitiosius afferre solent, adtexitur heic illud Salomonis, *Fructus justi, arbor vitæ.* מרח *Quid arbor vitæ? proventus animarum.* אילנא דחיי אפרק נשמתין Inde fere hæc transtulit Rabbi Israel Ben Moses in libellum suum b תמים יחדיו seu *Perfecta simul* dictum, quem etiam Latinè edidit jam pridem Josephus Voisinius Gallus & *Disputationem Cabalisticam de anima* non immeritò nuncupavit. Rescissis heic de animarum generatione nugis (quibus vix impares sunt Platonicorum aliquot) illud animadvertatur, voluisse eos animas in cœlo, antequã in humana corpora infundantur creari, atq; novam in Proselytum quemlibet, quam primùm factus esset, animam, adeoque novam formam cœlitùs illabi solere. Certè ita planè novus homo dicendus erat, atque pristinam qualemcunque cognationem exuisse, utpote velut infans in utero matris novæ denuò conceptus atque renatus. *Enimvero quis non anima*, inquit Tertullianus d, *debit summam omnem, cujus nomine totius hominis mentio titulata est. Quantas animas pasco, ait dives.* Et frequentissimus est in linguis Orientalibus usus נפש seu *Animæ* pro ipsa persona. Nova, secundum ipsos, anima ipse erat Proselytus, nulla corporis solius seu materiæ habitâ, in cognatione seu natalibus discernendis, ratione. Quoniam quicquid omninò erat Proselytus, ex ipsa forma solummodò seu anima id, uti quisque alius, erat. Juxta fere illud Pythagoræ e,

Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram; ----

ex Metempsychosis doctrina dictum. Diversa fuisse sibi & Euphorbo corpora non dubitavit, uti & Æthalidi f, Pyrrho piscatori, Hermotimo, quos omnes se antea fuisse etiam asserebat. Sed ex eadem ipsa anima in hosce universos ac demum in seipsum, dum in utero matris Embryo erat, transmigrante, nulla corporis ratione habitâ, fuisse se illos pronunciavit. Ausonius g, ---- *Sic*

b *Cap. 21.*

c *Vide* Manasseh *Ben* Israel *lib. de Creatione problem.* 15. & 16.

d *Lib. de Anima cap. 33. sic fere Epiphanius in Ancorato, nō semel, alii.*

e *Apud Ovid. Metamorph. lib. 15.*

f *Tertullian. de Anima c. 28.*

g *Epist. 29.*

---- Sic fama renatam
Pythagonum docuiſſe refert ----

Et fingatur certe in recidivatu illo animarum, quem ipſe affirmavit, revolubili (ut Tertulliano nuncupatur) animam novam, quacum natus non eſt, ei illapſam eſſe, dum in ſubterraneo latuit mortuus, ut poſt ſeptennium reviviſceret. Ita expreſſimum renati (juxta commentum jam dictum) Proſelyti exemplum in eo haberemus, quantum ad priſtinam cognationem ac natales novos attinet. Etiam & Euphorbus fuiſſe & Pythagoras ipſe ita defierat, adeoque nec parentum filius (quod nomen ex primis natalibus animaque corpori antè conjuncta pendet) erat dein dicendus. Sed ex novæ animæ, id eſt, novæ omninò formæ acceſſione, novus homo atque denuò renatus ſine parentibus. Fuêre etiam inter Ebræos, qui Metempſychoſin ſeu transanimationem, qualem ferme Pythagoræi, admittebant. Ea an huc attinuerit neſcio. Solas autem piorum animas ita tranſire volebant illi, ut memorat Joſephus [h], Participatio Juris Judaici ſeu Iſraeliticæ prærogativæ, quâ gaudebant Proſelyti Iuſtitiæ, in eo cernitur, quod habetur in lege ſacra [i], כמכם כגר *Sicut vobis ſic Proſelyto.* Unde Talmudici paſſim ajunt [k], Proſelytum ejusmodi fuiſſe כישראל לכל דבר *Velut Iſraëlitam reſpectu omnimodo,* & Philo [l] cum originariis fuiſſe ſcribit Proſelytis ἰσονομίαν ſeu *parem conditionem,* atque alienigenas, qui Iudaiſmum amplecterentur ab eis οὐχ ἧττον [m] τῶν ἰδίων πολιτῶν *Non minùs atque ſuos cives* æſtimari. Sed hæc temperanda ſunt, atque juxta majorum diſciplinam non ſine diſtinctione ſumenda. Nimirum in Iure Iſraelitico alia fuêre, quæ ad vitæ rationem in officiis, juxta Moſaica præſcripta, tum erga Deum O. M., tum erga proximum præſtandis inſtituendam, alia quæ ad Magiſtratus & Præfecturas capeſſendas gerendasque, & Connubia quædam ineunda ſpectabant. Prioris quæ fuêre generis, non minùs ad Proſelytum Iuſtitiæ, quam ad Iſraelitam originarium attinuêre. Quod tamen ſic temperandum, ut Sacrorum formulis à Numine datis, quibus quidpiam occurrit, quod originarios ſignantiùs denotet, minimè uterentur Proſelyti Iuſtitiæ, nec ad ejusmodi Sacra præſtanda obligarentur. Etenim in lege [n] præſcripta eſt *Confeſſionis* ſeu *Profeſſio-*

[h] *Heloſ. lib. 2. cap. 7.*
[i] *Numer. 15. 15. adde Lev. 19. 33.*
[k] *Gem. Babylon. Ad tit.* Iabimoth *c. 8. fol. 77. a.* Maimon. *hal.* Iſuri bia *cap 12. &c.*
[l] *Lib. de Monarchia.*
[m] *De Legat. ad Caium.*
[n] *Deut 26. 13.*

nii Decimandi (quam וידוי מעשר *Profeſſionem decimæ* nuncupant) formula anno quarto feſtique Paſchalis die poſtremo poſt pauperum decimas polluctas adhibenda. In ea habentur verba illa; *benedic populo tuo Iſrael, atque terræ, quam dediſti nobis, ſicut juraſti patribus noſtris;* Quæ adeo ſingularia habita ſunt Iſraelitis, ut ad Proſelytos ideò formula illa neutiquam omninò attineret. Maimonides o ex mente & moribus p majorum, ישראל וממזרים מתודים אבל לא גרים ועבדים משוחררים מפני שאין להם חלק בארץ והרי הוא אומר כאשר נשבעת לאבותינו כהנים ולוים מתודים שאף על פי שלא נטלו חלק בארץ יש להם עיר מגרש *Iſraelitæ & Mamzeres Profeſſione illa utuntur. Neutiquam verò Proſelyti aut Libertini. Quoniam eis ſors non eſt in Terra ſancta* (juxta Profeſſionis ſcilicet ſenſum) *nam dicitur, ſicut juraſti patribus noſtris. Sacerdotes autem & Levitæ eadem pariter utuntur profeſſione. Nam tametſi ſortem ſeu partem ſibi in Terra Sancta,* (ut tribus ceteræ) *non habebant, erant nihilominus illis Urbes & prædiola* q *Suburbana.* De aliis aliquot parilis ratio. Adhibito autem hujusmodi temperamento, Prioris generis res intelligi volunt, quoties Originariorum & Proſelytorum conditionis paritas innuitur. Quod de eis, quæ ſunt generis Secundi, non dicendum. Nam à Magiſtratibus & Præfecturis tàm civilibus omnimodis, quàm Caſtrenſibus regulariter r ex jure arcebantur Proſelyti hujusmodi, velut neutiquam, ex ipſa Legis Sacræ mente, idonei. Quod fuſiùs oſtenditur in ſequentibus. Proſelytarum item connubia Sacerdotibus interdicta eſſe alibi ſ monſtravimus, quæ tamen Iſraelitis originariis permiſſa. Alia etiam Proſelytis permiſſa eſſe conjugia, quæ illis vetita, nec par Proſelytorum omnium in re connubiali jus fuiſſe inferiùs libro docetur quinto. Quod ad Peregrinitatis ſeu Originis, velut characteris perpetui ac indelebilis heic Retentionem ſpectat; tametſi Gentilis, quamprimùm factus eſt Proſelytus Juſtitiæ, Judæus dicebatur, adeo ut non ſolùm jam Religionis Judaicæ ſodalitio, Gentiliſmo renuntiato, immiſceretur, verùm etiam alius patriæ nomen ſibi ſic regeneratus indueret, ita nihilominùs ſemper retinuit גר ſeu *Proſelyti* aut *advenæ* etiam nomen, ut ab originariis perpetuò etiam inde diſtingueretur. Nec ſanè Judæi in illo nomen aliud innuit

o *Halach.* Maigſher Sheni *cap.* 11.
p *Mism. tit.* Maigsher Sheni *c.* 5. §. 15.
q *Numer.* 35. 2.
r *Mism. tit.* Sanhedrin *cap.* 4. *Maimonid. Halach.* Sanhedrin *c.* 3. & 11. *halach.* Melacim *c.* 1. *alii paſſim.*
ſ *De ſucceſſione in Pontificatum Hebræorum l.* 2. *cap.* 3.

Digitized by Google

quam id, quod eſt Judæus ex Peregrinis ſeu Proſelytis, non Judæus ſimpliciter, ſeu Judæus civiliter ex Judæis, aut Ebræus ex Ebræis, ut ſe vocavit D. *Paulus* t. Et tametſi in קהל ישראל *Cœtum* ſeu *Eccleſiam Iſraelitarum* ſeu *originariorum* ingrediebatur (ut ſolennis erat locutio) Proſelytus, nihilominus ea multis nominibus ſanctior atque alia ſemper habebatur, etiam & fuit, à קהל גרים *cœtu* ſeu *univerſitate Proſelytorum* ſeorſim ſumpta. Id quod aliter ſane ſe habere nequiviſſe liquet etiam ex eo, quod jam dictum eſt de eis à Dignitatibus, Magiſtratibus & Præfecturis arcendis, atque Connubiis aliquot eis interdictis, quæ Originariis permiſſa, aliiſque eis permiſſis, quæ vetita Originariis. Nam à Peregrinitate perpetuò retenta & Originis exteræ non deletæ ratione hoc diſcrimen. Finge Romanæ Eccleſiæ ſacris initiatos quoſque exteros, neque ex Romanis familiis oriundos dici ex more Romanos, nec tamen in urbe ſeu regionibus ſuburbicariis dignitatum ſeu munium capeſſendorum jus illis permitti. Alia aliquot peregrinæ originis nomine eis denegari. Pleraque interim ibi concedi. Ipſiſſimum ſic haberetur Proſelytorum Juſtitiæ apud Judæos exemplum ſeu ſpecimen. Denominarentur quidem illi à Roma, quam velut novam etiam ſic induiſſent patriam, quatenus ſcilicet ex initiatione Romani ſic fierent, ac quam plurimis, quà Numen, quà Hominem ſpectarent, privilegiis novisque ſibi juris generibus in territorio Romano gauderent. At verò quia alia originariis permiſſa (juxta quod diximus) eis ſic negarentur, idque ex eo, quod è Peregrinis eſſent, neceſſum foret, ut perpetuâ Peregrinitatis diſcriminarentur notâ. Nimirùm ut nunquam non haberentur quidem Romani, ſed nihilominùs ex peregrinis, ſeu peregrini ac homines novi, qui Romanum induiſſent nomen; non verò civitate plenè eſſent, ſed quadantenus tantùm donati. Adeo ut Proſelyti hi, retentæ peregrinitatis hujusmodi nomine, inſtar fermè eſſent Cumanorum, Acerranorum, Atellanorum, qui ea conditione olim Cives Romani erant u, ut ſemper Rempublicam ſeparatim à populo Romano haberent, & in legione mererent, ſed dignitates non caperent, ſeu municipum quibus jus civitatis honorarium x, ſed ſine ſuffragii aut magiſtratuum capeſſendo-

t *Ad Philip. cap. 3.*

u *Feſtus in* Municeps. x *Agell Noct. Attic. lib. 16. cap. 13.*

sendorum jure. Adeò ut juxta Aristotelem y, cui Civis *μάλιστα τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς nulla re alia magis explicari definirique potest, quàm Iudiciorum & magistratuum communione,* Proselytus Justitiæ, utcunque novato patriæ nomine Judæus diceretur, non tam quidem Civis Judaicus simpliciter censendus esset, quam Peregrinus semper, cui jura quamplurima inter Cives. Ceterùm, quod obiter non prætereundum, ex eo quod jam dictum est de Judæi nomine adquisito, Pristina ex Regeneratione Cognatione omnimoda Deleta & Peregrinitate nihilominùs Retenta, ritè sumendum est illud Taciti z, cui Proselyti Justitiæ rectè dicuntur transgressi in morem Judæorum. De quibus inquit, *nec quidquam prius imbuuntur, quàm contemnere Deos, exuere patriam, Parentes, liberos, fratres, vilia habere.* Horum demùm Posteri, quotquot ex Parentibus utrisque proselytis geniti eâdem cum parentibus perpetuò conditione fuêre. Neque magis aut aliter Cives Israelitici erant, quam parentes ipsi, seu qui primò sunt initiati. Exemplum fermè est in legibus moribusque Hispanorum de Mahumedanis ac Judæis, qui Christianismo nomina dederunt, eorumque posteris. Peregrinitatem enim tàm hi, quàm illi ejusmodi semper retinent, ut à dignitatibus officiisque civilibus non paucis, idque originis seu status pristini unde exibant nomine, arceantur. Ut fusiùs videre est apud Ludovicum à Peguera a, Joannem Escobarum b, alios Hispaniæ Jurisconsultos. Sed verò non aliter atque Israelitæ ipsi, filii Proselytorum circumcidendi tantùm erant, nec quemadmodum parentes sive illi sive filiæ baptizandæ. Nunquam enim solennis Proselyti baptismus ille iterandus erat; nec in ipso, qui primò baptizatus, (tametsi apostata factus in ritus Judaicos rediret,) nec in posteris. Et patris conditionem sequebatur proles ex fœminis, quarum conjugia Proselytis hujusmodi jure permissa sunt, à Proselyto susceptæ, extra quam ubi ex Israelitide eorum aliquis prolem genuisset. Ea enim matris, ob gentis dignitatem, sequebatur conditionem, & civis optima lege erat Judaicus. Proselyti autem filius ex fœmina Gentili susceptus planè Gentilis censebatur, ut ex Ancilla natus, servus. Horum enim nuptiæ ei, ut in sequentibus dicetur,

y *Politic. 3. c. 1. & 3.*

z *Histor. 5.*

a *Decis. Criminal. 13.*

b *Tract. de Puritate & Nobilitate probanda part. 1. Quæst. 18.*

tur, quemadmodum & Iſraelitis interdictæ. Proſelytarum autem proles patrum, quibus ritè nubere poſſent ipſæ, conditione ſemper fruebatur; aliàs in profanam [c], veluti cum ſacerdoti Proſelyta pepererat, tranſibat, aut in Proſelytis item habebatur, ut ubi à Gentili aut Servo genita. Sed hæc regulariter dicta exceptiones aliquot ſubinde admittunt, de quibus uti & de non paucis huc ſpectantibus libro quinto, ubi de conjugiorum jure adeoque prolis conditione fuſiùs agitur. Hiſce heic tantùm ſubjungere nonnulla ſufficiat de fœminæ Gentilis gravidæ [d], quæ proſelyta facta eſt, prole. Ea maternam ita ſequebatur conditionem, ut baptismo ei opus non eſſet. Aiunt ſcilicet, מעוברת שנתגיירה וטבלה אין בנה צריך טבילה *ſi Gravida fiat proſelyta, adeoque Lavacro ſuſcipiatur, proli ejus baptismo opus non eſt.* Nimirum ex eo, quod nata eſt בקדושה ſeu *in Sanctitate* matris aut ביהודית *in* ejus *Indaismo* (nam hiſce ſic uruntur vocibus) Proſelyti ſeu matris conditionem induebat. Ad verò animadvertendum, tametſi ex ipſis ſolùm natalibus ita conditionem Proſelyti Juſtitiæ adquiri volunt, nihilominus conſangvinitatis ſeu fraternitatis rationem inter Proſelytæ binos, verbi gratiâ, filios nolunt haberi undiquaque plenam, niſi pariter concepti fuerint utrique, nec ſolùm ſic nati, in Sanctitate, id eſt, poſtquam mater eſt baptismo initiata. Nimirum inter præceptum de fratria leviro ducenda, defuncto ſine [e] prole fratre, & interdictum de fratria [f] extra illam ſpeciem non ducenda diſtingvunt heic Talmudici. Nam verba facientes de fraternitatis jure, quo fratris ſine prole defuncti uxor ex lege ducenda, ואפילו inquiunt [g] אחד מהם הורתו שלא בקדושה ולידתו בקדושה והשני הורתו ולידתו בקדושה הרי הן כזרים ואפילו תאומין ונולדו בקדושה אין ביניהן אחוה עד שתהא הורתן ולידתן בקדושה *etiam ubi frater alter non concipiebatur in Sanctitate, ſed in ſanctitate naſcebatur, alter verò tàm concipiebatur quàm naſcebatur in Sanctitate, fuêre invicem velut extranei. Quod item dicendum de Geminis in Sanctitate natis. Nam neque inter eos Fraternitas habebatur, niſi tàm conciperentur, quàm naſcerentur in Sanctitate.* Adeò ut ex illa lege nec fratriam duceret, nec ei ritu ſolenni renuntiaret. Cæterum משום אשת אח ſeu *interdictio de non ducenda aliàs fratris uxore* ſeu de ejusce concubitu fratres e-

jus-

[c] *Videſis lib. 1. de Succeſſione in Pontificat. cap. 2.*

[d] *Gemar. Babylon. ad tit.* Iabimoth *cap. 8. fol. 78.* & *Maimonid. hal.* Iſuri bia *c. 13.* Shulcan Aruch *lib.* IoreDea *c. 268. 6.*

[e] *Deut. 25. 5.*

[f] *Leviti. 18. 16.*

[g] *Ex Mišna 2.* Iabimoth *cap. 11. Maimonides hal.* Iebom Węchalitza *cap. 1.* Shulcan Aruch *lib.* Aben hazer. *c. 157. §. 1.*

jusmodi teneri [h] volunt. Sed hæc ad Effectus Secundi heic generis, qui suis sparsim occurrunt infra locis, potiùs spectant. Et de Proselytorum Justiæ eorumque posterorum Qualitate, ac Conditione hoc in loco hæc sufficiant.

[h] *Maimon. hal.* Isuri bia *cap.*14. Shulcan Aruch *lib.* Iore Dea *cap.*269. §.4.

Cap. V.

De Libertinorum *eorumque posterorum Qualitate & Conditione.* Libertini generis Judæi *apud Tacitum quinam fuerint.* Synagoga Libertinorum *in Apostolorum Actis.* *De* Servorum *Iudaismo, citra manumissionem* initiatorum, item Proselytorum domicilii, *uti & qui* horum *seculis recentioribus* instar *fuêre, Conditione & Qualitate* Gentilium omnimodorum consuetudine Ebræi, *seculis recentioribus cũ sui satis juris non erant,* ipsi sibi interdixêre. Jus & Mores *ea de re* varii, *pro locorum ac ætatum diversitate.* *De* Samaritanis. Publicani *nomen unde adeò invisum. Titulus olim singularis in* Talmude Hierosolymitano, *De* Proselytis.

EX eis, quæ de Proselytis Justitiæ capite ostenduntur proximè superiori, difficile non est Qualitatem & Conditionem Libertinorum pariter ediscere. Præter ipsum Liberti nomen, ovum non ovo similius quàm in cunctis Libertinus Proselyto. Omnia de Judæi nominis adquisitione, Regeneratione adeoque cognatione pristinâ deletâ, Juris Judaici participatione, Peregrinitatis retentione & Conditione posterorum jam antè dicta, in eundem similiter ad amussim conveniunt. Adeò ut reverà Libertinus in Judaismum cooptatus, id est, ut monstratum est, in ipso cooptationis actu Libertinitate donatus, undiquaque ejusdem esset Conditionis & Qualitatis cum Proselyto Justitiæ, qui tempore cooptationis è Gentilismo in Judaismum erat ingenuus seu liber. Qui primò manumissus etiam, & postmodûm circumcisus & baptizatus erat, Proselytus Justitiæ non Libertinus dicendus. Quoniam autem in ipso actu transitionis in Judaismum, Servus baptizatus לשם בן חורין *in nomen Ingenui* seu *liberi* seu לשם גרות *in nomen Proselytismi* libertatem necessa-

rió

riò ex more majorum consequebatur, ideò in pristinæ conditionis seu Servitutis memoriam, Libertini seu libertate donati nomen retinuit ipse posterique ejus, quemadmodum origine Liber seu Proselytus Justitiæ nomen, ut dictum est, Proselyti in Peregrinitatis, quam nec totam exuerat, memoriam. Ita nomine tantùm hi discriminantur. Et solenne est Talmudicis [i] גרים ומשוחררים *Proselytos & Libertinos* & גרים שנתגיירו ועבדים שנשתחררו *Proselytos, qui proselytantur* (verbo venia detur) *& Servos, qui libertate donantur*, seu Libertinos modo, quem indicavimus, factos conjungere, velut par, cui jus non omninò diversum, tametsi nomine ita discreparent. Occurrunt quidem apud scriptores Judæi Libertini generis, quod nomen aliud omninò, si notionem spectes, ab eo, quod jam tractamus, significat; licet veri sit satis simile, in personis eo nomine designatis etiam & Libertinos, quales diximus, repertos. Legitur apud Tacitum [k] *Actum & de sacris Aegyptiis* (sub Tiberio) *Judaicisque pellendis factumq; patrum consultum, ut quatuor millia Libertini generis ea superstitione infecta, queis idonea ætas, in insulam Sardiniam veherentur coercendis illic Latrociniis, & si ob gravitatem cœli interiissent, vile damnum: ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.* Quatuor hæc millia Judæos expressim vocat Josephus [l]. Et ea de re Suetonius [m], *Iudaeorum juventutem, per speciem Sacramenti in provincias gravioris cœli distribuit* (Tiberius) *reliquos Gentis ejusdem vel similia sectantes urbe submovit, sub pœna perpetuæ servitutis, nisi obtemperassent.* De Ægyptiis sic distributis nihil ait. Adeo ut manifestum sit, Tacitum loqui tantùm de Judæis Libertini generis, quanquam verba ejus simpliciter sumta Ægyptios pariter atque Judæos respicere forsan videantur. Sed verò hi universi posteri fuêre Judæorum bello Pompeiano in Judæa sub annum ante octogesimum ac posteà in Sosiano sub Augusto Cæsare aliasque captorum, qui in servitutem abducti dein à Romanis dominis libertate donati sunt, atque ita Libertini Romani facti. Unde Libertini generis dicti, quà jura Manumissionis Romana nomen illud spectat, non omninò quà Manumissionem ex Jure, quod ante explicatum est, Gentium Judæis in usu. Ita in hisce esse potuere, & vix dubitandum est, quin sanè fuerint, tàm Proselyti Justitiæ atq; Libertini, quales ex jure hoc Gentium descripsimus, quàm Judæi Originarii. Nam

[i] *Maimonid. halach.* Issuri Bia *cap.* 13. & 14. *Misnas.* Iabimoth *cap.* 8. *&c.*

[k] *Annal.* 2.

[l] *Origin. lib.* 18. *cap.* 5.

[m] *Lib.* 3. *c.* 36.

rii. Nam omnes pariter Judæorum nomine veniunt, ut oſtenſum eſt, & non minùs ex illis, quàm ex his captivos è Judæa bello captos, atque abductos eſt exiſtimandum. Ita autem ſe rem habuiſſe ſatis diſcimus ex Philone, ubi de regione Transtiberina Judæorum ſedibus Auguſti indultu aſſignata verba faciens n, Ρωμαῖοι δὲ inquit, ἦσαν οἱ πλείους ἀπελεύθεροι. αἰχμάλωτοι γὰρ ἀχθέντες εἰς Ἰταλίαν ὑπὸ τῶν κεκρατηκότων ἠλευθερώθησαν, οὐδὲν τῶν πατρίων παραχαράξαι διαθέντες, *Romani verò erant eorum plerique quibus libertas donata, ſeu Libertini. Nam bello capti & in Italiam abducti à dominis ſunt manumiſſi, nec ritus patrios violare coacti.* Senſus ab interprete Philonis curtè nimis redditur. Nec Romanorum aut Italiæ apud illum mentio. Hi igitur Judæi etiam Romani fuerunt Cives; id eſt, Libertini optima lege facti. Quorſum aliàs à Philone ſignantiùs dicti Romani? Et civem Romanum ſimul & optima lege Judæum, etiam extra territorium Judaicum natum, quempiam eſſe potuiſſe manifeſtum eſt ex D. Pauli exemplo; qui ex Ebræis. Nam is Tarſo Ciliciæ, o natus & Judæus erat & civis Romanus. Quod verò ad Libertinos hoſce ſpectat; ſcimus quidem ex jure Cæſareo vetuſtiori Libertinos fuiſſe alios qui aut P teſtamento aut in Eccleſia ſeu concione (æde ſacra volunt aliqui) aut ante Conſulem manumitterentur, alios qui per Epiſtolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione, alios qui quoviſmodo manumiſſi ſunt, poſtquam pœnæ infamiam inſigniorem ſubierant. Secundum & tertium Genus Latini & Dedititii nuncupabantur, nec civitate fruebantur. Genus autem primum Cives erant Romani ſeu Quirites quales una vertigo, ut eſt apud Perſium q, fecit. Atque illis eadem competebat [illegible]eras, quam habebat manumiſſor, niſi quòd ſcilicet Liberti[illegible] eſſet, qui manumittebatur, licet manumiſſor eſſet Ingenuus, ut loquitur Juſtinianus, qui diſcrimen illud Libertinorum ſuſtulit r, atque omnes pariter civitate donatos voluit. Generis igitur Libertini quod Romani juris erat, non omninò quod Judaici, Judæi ſic apud Tacitum denotati ſunt cenſendi. Id eſt, Judæorum Proſelytorum & Libertinorum, qui juxta mores & ritus Judaicos ſuperius oſtenſos facti, in ſervitutem poſtea à Roma-

n *Lib. de Legatione ad Caium.*

o *Act. Apoſt. 22. 3. & 27.*

p *Gaius Inſtit. tit. 1.*

q *Satyr. 5.*

r *L. Vnic. C. tit. de Dedititiis l. toll. & C. tit. de Latinis lib. tol. & Inſtit. tit. de Libertinis §. Libertinorum.*

Digitized by Google

nis redacti sunt, posteritas. Qualis quidem Servitus, aut Libertinitas Romana obstare nequibat, quo minùs, quà Judaicam rempublicam spectabant, pristino nomine & conditione pristina, prorsus etiam absque postliminio frui possent. Utrum Libertinorum hujusmodi Romanorum in patriam reducum, an Judaicorum, qui nomen scilicet illud ex ipsâ è servitute in Judaismum simul & libertatem cooptatione jam ostensâ nacti fuerant, Synagoga illa in Novo federe memorata conflaretur, viderint acutiores. Verba sunt [f], *surrexerunt autem quidam ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων*, &c. *Ex synagoga quæ appellatur Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum, & eorum, qui erant è Cilicia & Asia disputantes cum Stephano.* Non nescimus, inter veteres non deesse, qui Libertinorum nomen ibi sumant pro eo quod regionem [t], Gentem seu populum pariter ut cætera quæ sequuntur, significet; id est, Judæos dispersionum, ex gente seu populo sic dicto apud quem nati sunt, atque unde in terram sanctam velut reduces confluxerant, promore denominatos. Et Suidas, *Λιβερτῖνοι, ἔθνος ἰδίας, Libertinos*, ait, *Gentis nomen esse.* Quin & *ecclesia Libertinensis* in Africa habetur in Collatione Carthaginensi. Quin ex Ægypto nomen hoc, qua sectam, nescio, quam designet, petitur ab aliis. Atque ab aliis aliter. Sunt verò interea non pauci ex doctissimis [u] qui de Libertini generis judæis, qua libertate utcunque donatos verbum illud è Latio in sermonem Hellenisticum receptum atque tum Syro, tum ab Arabe retentum indicat, locum interpretantur, Chrysostomum [x] secuti, cui Romanorum *ἀπελεύθεροι Libertini* vocantur, qui eo heic fruuntur nomine. De vocabuli notione, qua libertatem nuper acquisitam complectitur, assensum libentissimè præbeo. At verò an non potius Libertinorum sic ex Jure Ebraico juxta jam narrata dictorum, id est משׁחררים seu qui è servitute in libertatem ac Judaismum migrarent, quàm eorum qui ex Jure tantùm Romano sic dicebantur, notio eo in loco obtinere debeat, subdubito. Certè id quod apud Tacitum de juventute Judaica generis Libertini in Sardiniam à Tiberio missa habetur, spectat ad annum, quo Marcus Silanus & Lucius Norbanus fuêre Consules seu decimum nonum, juxta vulgi compu-

[f] *Act. Apost. 6. 9.*

[t] *Glossa Interlinearis.*

[u] *Th. Beza, Cornelius à Lapide, I. Lorinus, Ludovicus de Dieu &c. in Act 6.*

[x] *Homil. 15. in Act.*

computum, à Christi natalibus annum. Et sub annum inde quintumdecimum, seu sub Stephani martyrium manifestum est. Synagogam hanc, neque tunc primum ut videtur, Hyerosolymis floruisse. Ita incongruum non est de Libertini juxta jura Romana generis sodalitio aliquo synagogam illam intelligere. Nec tanè rationi dissidet, si de Libertinis juxta ritus Judaicos factis capias. Nam & hosce suos habuisse seorsim uti & Proselytos Justitiæ sodalitia & synagogas, vix aut ne vix est cur dubitemus. Et tametsi Libertinitatis nomen tempore illo, quo ita imperarunt Cæsares tam Hierosolymis, quàm Romæ, potuit quidem locum tàm Hierosolymis, quàm Romæ obtinere, quà Servitutem in Libertatem ex jure Romano mutatam innuit; nihilominùs verò propiùs in conjecturæ statera accedere videtur, Libertini nomen, licet è Latio deductum, Hierosolymis tunc temporis, in Synagoga seu collegio ejusmodi, Judæos cos posterosve eorum denotare, qui Libertini dici ex ipsâ in Judaismum è servitute cooptatione solebant; idque ex Jure Ebraico seu Hierosolymitano jam ostenso ejusve tunc temporis reliquiis neque sanè ex Romano jure, quod à Judæis ipsis neutiquam nominetenus, nedum re aliqua in synagogarum proculdubiò disciplina receptum est adhibitumve. Porrò haud ita ambigendum videtur, quin Judæi generis Libertini apud Romanos, postquam Hierosolymas redierant, non Libertinæ ibi conditionis sed planè Ingenuæ atque Originariæ, veluti ex jure quodam Postliminii, haberentur. Apud Syrum autem legitur, *surrexerunt homines ex synagoga, quæ dicitur Libertinorum, Cyrenei & Alexandrini, & qui erant ex Cilicia &c.* Omissâ copulâ illa post *Libertinorum* è qua ceteri, qui sequuntur, ab illis sic disterminati sunt, ut pro aliarum synagogarum sodalibus sumendi videantur. Neque aliter, ut videtur, apud Arabem, quem transtulit Junius. Nam in Erpeniano copula habetur uti & in Latina versione, atque Æthiopica, ut adnotat præstantissimus Vir Ludovicus de Dieu, qui ad illud de copula in Syro omissa *sic*, inquit, *unum indigitatur collegium Libertinis Iudæis consecratum, cujuscunque tandem gentis essent, sive Cyrenæi sive Alexandrini sive Cilices sive Asiatici. Quod valde nobis arrideret*

ſi lectio comprobaretur. Certè nil ita mihi videtur obſtare, quo minùs etiam dum copulam legimus de unica tantùm Synagoga eaque Libertinorum dicta, ſed cujus ſodales gentium quæ inſeqvuntur nominibus diſtinguantur, locus capi poſſit. Atque ita eum olim intellexit Cajetanus. Et conſulas quæ de hoc nomine pridem ſcripſit Ægidius Bucherius in tractatu de Paſchali Judæorum cyclo y. Sed de Libertinis ſatis ſuperque. De Servis, ut ſuperiùs monſtratum eſt, Circumciſis & Baptizatis, ſeu Judaiſmo retentâ ſervitute initiatis, ajunt z יצאו מכלל הגוים ולבלל הישראל לא באו *exeunt ex univerſitate* ſeu *numero Gentilium, nec tamen univerſitati Iſraelis* (ſicut proſelyti Juſtitiæ ac Libertini) *accedunt.* Veluti medium quid inter Gentilem & Judæum ſeu Proſelytum Juſtitiæ habebantur. Quod pariter de Ancillis baptizatis dicendum. Nam Servus ex baptiſmo ejuſmodi quo quidem eatenus Judaiſmo initiabatur quatenus ſervi, qui ab alio inter bona poſſidetur, conditio ferret, deſiit eſſe Gentilis, quia Judaiſmi inſtitutis nomen ritu ſolenni dederat. Nec tamen habebatur Proſelytus Juſtitiæ quia libertate caruit, nec ſui omninò erat juris. Unde adquiſiviſſe eum ajunt מקצת גרות *partem Proſelytiſmi*, ſed qualis eum inter bona potiùs quàm in hominum cenſu collocabat. Cognationis autem ſervilis ratio erat eis nulla. Poſteri ejus ex ancillis è Gentilibus ſuſcepti, uti ancillarum è Gentilibus ſic adſcitarum perpetuò parentum ſequebantur conditionem. Quamprimùm autem libertate, juxta ſuperiùs dicta, non ſine alio baptiſmo donabantur, Libertini fiebant tàm poſteri, quàm ipſi qui primò Judaiſmo nomina dederant. Aliud omninò erat Servitutis genus Ebraica illa, quam ſerviebant Ebræi originarii ipſi, in ſacris literis non ſemel memorata. Eam libro Sexto ubi de ſervis etiam hiſce plura, latiùs, ut de utroque genere ſimul conſtet, explicamus. Ita demùm tàm apud Ebræos, quàm Romanos, aliosque illud, quod de hoc hominum ex jure Gentium diſcrimine apud Juſtinianum a habetur, obtinuit. *Poſtquam jure Gentium*, ſic ille, *ſervitus ingenuitatem invaſit, ſecutum eſt beneficium manumiſſionis. Et cum uno communi nomine omnes homines appellarentur, Iure Gentium tria hominum genera eſſe cœperunt; Liberi & his contrarium*

y *Cap. 6. pag. 387.*

z *Gemar. Babylon. ad t. Sanhedrin cap. 4. fol. 58. b. Maimon. halach. Iſuri bia cap. 13. & 14.*

a *Inſtit. tit. De Libertinis.*

marium Servi & tertium genus Libertini, qui desierant esse Servi. Proselyti autem Domicilii Qualitas & Conditio satis quidem videtur manifesta ex eis, quæ de eo jam suprà sunt dicta. Aut Liberæ nempe, qua rempublicam spectavit Ebraicam, aut Servilis erat conditionis. Utrique sedes in territorio Israelitico eorumque ditione, juxta qualitatis discrimen, permissæ. Sic tamen ut Hierosolymis ob singularem urbis sanctitatem habitationis locus eis assignandus non esset. Maimonides [b] תושב אין נותנין בתוכו מקום לגר *Locus Proselyto domicilii intra urbem Hierosolymæ assignandus non erat.* Alibi autem, ut dictum est, permissæ Proselytis ejusmodi sedes; idque citra Judaismi professionem, ad quam neminem mortalium adigebant. Sed aut Judaismus amplexandus, aut futuræ Septem Noachidarum seu omnium hominum communium præceptorum observationi nomen dandum erat Gentili cuique in eorum potestate degenti, dum sui juris erant, ut ostensum est. Aliter velut pro hoste habitus. Cognatio omnimoda apud Proselytos domicilii manebat. Et posteri non minus atque ipsi, opinor, in hujusmodi professionem adigi soliti. Quo autem foro uterentur, & quomodo tùm ob Juris Noachidarum seu Naturalis, tùm ob Gentium Juris Imperativi ac Intervenientis violationem puniendi essent, suis in locis obiter in sequentibus docetur. Nec dubitandum puto, quin Proselytus ejusmodi, dum sui juris erant Ebræi, id est, seculis quibus, juxta superiùs dicta, admissio hæc in usu fuit, consvetudine tùm Israelitarum, tùm Proselytorum Justitiæ, aliorumque qui in eorum mores transierant, pro arbitrio, exceptâ sacrorum communicatione (qua de re plura inferiùs) uti posset. Atque illuc spectat illud Josephi [c] Τὰς δὲ ἐπιπαρίοντας ἀναμίγνυσθαι ταῖς συνηθείαις οὐκ ἠθέλησεν. τὰ ἀλλὰ ἦ προείρηκεν, ὧν ἔστιν ἡ λειτάδοσις ἀναγκαῖα, πᾶσι παρέχειν τοῖς δεομένοις, καὶ, ὡσὰς, τροφὴν ὁδοῖς φέρειν, ἄβατον μὴ ποιεῖν, *Eos autem, qui obiter adveniunt,* seu *non ad Judaismum susciendum,* id est, *Proselytos domicilii* seu *advenas in mores nostros non transeuntes* (nam de Proselytis Justitiæ proximè ante locutus est) *miscere solennitatibus* scilicet sacris *noluit* (Moses.) *Cetera tamen indigentibus universis exhibenda constituit, quorum scilicet participatio*

[b] *Halacb. a* Bith habechira *cap. 7.*

[c] *Contra Apionem l. 2.*

ticipatio ac communicatio necessaria est, veluti ignem, aquam, alimentum. Itinera item indicari, nec insepultum quempiam relinquere. Ita is veteris seu Mosaicæ de Prosélytis domicilii institutionis sensum explicat ex majorum traditionibus, quæ ad tempora anteriora, quibus sui fuére juris, spectant. Seculis autem insequentibus, seu cum plerumque partim sui juris (solùm fermè in rebus sive sacris sive ad sacra seu singularem Gentis sanctitatem necessario attinentibus; idque ex dominantium indultu, quo nec semper ita fruebantur) partim alieni fuêre, neque eis integrum satis relinquebatur Proselytos domicilii ritu solenni, ac more majorum admittere, utpote quos coërcere jam nequibant, sed tantùm Proselytos Iustitiæ, Libertinos ac Servos in Judaismum eo nomine, ut ostensum est, cooptare, quorum omnium initiationis, nempè quæ ad sacra ferè omninò jam spectabat, neque jus neque usus unquam desiit; seculis inquam illis insequentibus, domicilio sæpè commistos fuisse illis, nemo non videt, Gentiles pro exterorum, qui dominabantur, lubitu, quibus reluctari nequibant. In hiice autem palam est, fuisse tum qui Idololatriam aliosque Gentium, qui Noachidarum juri adversantur, mores retinuerint tum qui מחסידי אומות עולם *è piis* seu *religiosis ex Gentilibus*, seu quitametti Proselyti Domicilii nec fiebant, nec jam ex more publico fieri quibant, Proselytorum tamen ejusmodi instar fuére, tantùm non ritè admissi. Qualis Cæsareæ Cornelius ille cohortis Italicæ centurio, qui non solùm vir religiosus erat & timens Deum sed etiam [d] μαρτυρούμενος ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, *testimonium habens ab universa Gente* seu *multitudine Gentis Judaeorum*, quales item alii suprà [e] memorati. Ceterùm quoniam quinam jam essent in iis idololatræ, quinam juxta Noachidarum jura pii, ex professione aliquâ publica, & quæ sub pœna obligaret, sciri nequibat & adeò moribus avitis adversum fuerat consuetudinem cujuspiam in solo Judaico admittere, nisi idololatriæ ritu solenni renuncians cetera Noachidarum juris capita in se suscepisset observanda, atque ut Proselytus domicilii esset admissus, ideo quod ex imperio in Gentiles adeò minuto seu penè deleto præstare non potuére, id, quantum in ipsis erat, ex imperii in suos reliquiis volebant præstitum. Scilicet ex superinducto

d Act. 10. 22.

e Cap. 3.

ducto à sapientibus jure Interveniente, quo Judæi, quatenus Gentes respiciebant, inter se, atque ad Judaismum ejusque ritus sartos tectos conservandos essent regendi, mores inolevere de Gentilium omnimodorum, qui in Judaismum non transirent, non solum, quatenùs commodè fieri posset, maximè in solo Judaico, consvetudine, societate ac familiari consortio, sed etiam contractuum commerciorumque generibus compluribus fugiendis. Ratio quâ Jus ita superinductum nitebatur, velut sola, saltem obtenditur, ne ex eorum, quibus per Jus Israelitarum in solo Judaico ne sedes tenere liceret, consvetudine, consortio ac commerciis, idololatriâ rebusve aliis idololatriæ causâ fugiendis (ut fusiùs infra ostenditur) ipsi inquinarentur. Maimonides de interdictis ejusmodi cum Idololatriis consortiis, pactis commerciisque; וכל הרחיקה הואת מפני עז הואשיב וקרא לך ואכלת מזבחו ולקחת מבניתיו לבניך וזנו וגו inquit f *Et omne id quod sic dicitur de non admittendo Idololatrarum consortio & commercio, idololatriæ causâ introductum est, juxta id quod habetur in sacra Lege* g, *ne vocet* seu *invitet te, edasque de sacrificio ejus & accipias de filiabus ejus filiis tuis & fornicentur &c.* Nimirum ob ipsam quæ in sacris literis non semel affertur de septem populorum consortio commerciisque evitandis rationem (unde & de eis Jus Gentium imperativum seu à Numine præscriptum habetur) aliarum item Gentium, quarum non dissimilis ratio, ex Jure Gentium sibi, maximè in solo Judaico quantum fieri potuit, aliisque Gentibus Interveniente seu ab ipsis superinducto, consvetudinem, consortium & commercia aliquot vetabant. Quod ut faciliùs effectum sortiretur, etiam Gentiles omnes pro immundis, seu qui contactu Judæum nunquam non contaminaret, statuère habendos. Cum enim h sacras haberent leges, tum de Puerperæ, tum de viri seminis & mulieris sangvinis profluvio laborantis immundite, quæ contactu personarum contrahebatur, neq; leges ex, Israelitis nempè peculiares, ad Gentiles attinerent, superinductum est sapientum decretum, quo nūquam hujusmodi immunditie seu ejus effectu, quantum ad Judæos, carere Gentiles constitutum est. Scribunt. enim i הגוים אין חייבין עליה משום נדה ולא משום זבה ולא משום יולדת וחכמים גזור

f *Halach 6 Aboda zara cap. 9.*

g *Exod. 34. 16*

h *Leviti. c. 7. & cap. 15.*

i *Maimonid. halach* Isurbia *cap. 4. & fide Misnam t.* Nidda *cap. 4.*

Digitized by Google

זרו על כל הגוים הזכרים והנקבות שיהיו כזבים תמיד בין ראן בין לא ראו. לעבין מומאין וטהרין Leges *ſacræ de muliere menſtruis aut ſanguinis profluvio laborante, aut de puerpera, ad Gentiles quidem non attinent*; id eſt, ex ipſâ lege ſacra immundi ex cauſis illis non ſunt. *Sed ſapientes decrevêre omnimodos Gentiles, tàm maſculos, quam fœminas pro eis, qui perpetuo ſanguinis profluvio laborant (ſive ea de re conſtet, ſive minimè) habendos, quoties de munditia & immunditia quæſtio ſit.* Id eſt, ex eorum contactu immunditiam contrahi. Eos enim qui ſacrâ immunditiæ lege non tenebantur, ipſi eis, qui eâ tenebantur, ſemper immundos haberi, jam ex ſuperinducto hoc atque interveniente jure volebant, ut facilius ſic eorum conſortio, quantum fieri poſſet, arcerentur Judæi. Quod & tempore Hasmonæorum aut antè, initium habuit. Nam illis tribuitur k decretum, in quo fœmina quælibet Gentilis cenſebatur velut ſemper נדה ut libro quinto expreſſius oſtenditur, id eſt, *quæ menſtruis laborat*. Ex hujusmodi decretis pendet illud in Evangelio l, ubi Judæi *non introierunt in Prætorium* Pilati miniſtris qui Gentiles erant refertum *ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha* intaminati. Atque ex ſuperinducta Gentilium immunditie manavit & illud D. Petri m; *Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Judæo conjungi, aut accedere ad alienigenam.* Græca ſunt, ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ ἰουδαίῳ, κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ, *quod illicitum ſit viro Judæo adhæreſcere ſeu advenire ad alienigenam*, ubi Syrus habet לאנשא נוכריא דלא הוא בר שרבתה *ad hominem extraneum, qui non ſit filius generationis ſuæ. Sed mihi oſtendit Deus*, ita ibi ſtatim Petrus, *neminem communem, aut immundum dicendum hominem*. Quod de adventu ejus ad Cornelium Italum dictum eſt, & immunditie qua Gentiles univerſos pollutos eſſe, ex more Judaico exiſtimabatur n. Unde etiam ad Petrum viri aliquot ex circumciſione, *Quare* n *introiiſti ad viros præputium habentes & manducaſti cum illis*? Nimirum, eousque tunc illicitum erat atque infame Gentilem convenire & familiarius conſvetudine ejus uti, ut tum contra majorum morem quo absque publica Proſelyti domicilii profeſſione in ſolo Judaico Gentilem ſedes habere non permitte-

batur,

k *Gemar. Babylonia ad tit.* Abodazara *cap. 2. fol. 36. b* Sepher a Iauchaſin *fol.* 15. *a*

l *D. Ioan. 18. 28.*

m *Act. Apoſt. 10. 28.*

n *Act. Apoſt. 11. 3.*

Digitized by Google

batur, iniquiùs commissum esse videretur, tum aut immunditiem lavacro, velut pœnâ simùl & purgatione solvendam, aut ejus non levem saltem suspicionem contraheret, quisquis id faceret. Hinc & illud apud Justinum historicum o; *Quoniam metu contagionis pulsos se ab Ægypto meminerant, ne eâdem causâ invisi apud incolas forent, caverunt, ne cum peregrinis communicarent: quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemque convertit.* Hinc illud Apollonii Molonis p, Judæos recipere noluisse ex aliis Gentibus quempiam diversa de Numine sentientem, *μὴ δὲ κοινωνεῖν τοῖς κατ' ἐτέρους συνήθειαν εἰς ἣν περιαιρεθήσεσθαι, Nec consuetudine eorum uti, qui aliam, præter Iudaicam, vitæ rationem sequebantur.* Quod & verum fuisse palam asserit Josephus, dum rem ipsam ex Græcorum aliquot de peregrinis more pluribus defendit. De Commerciis autem & humanitatis Officiis aliquot, instituta habuêre, pro locorum diversitate, alia atque alia, uti & proculdubio seculorum. Huc etiam spectat illud de Samaritanis, qui nunc se sanguine Judæis junctos profitebantur q, nunc ibant inficias ipsi, sed perpetuò Judæis exosissimi. *Quomodò* q *tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? οὐ γὰρ συγχῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, non enim coutuntur Iudæi Samaritanis*, seu לא מתחשרין *Non habent commercium*, ut Syrus. Verba sunt Samaritanæ ad Jesum Christum aquam poscentem, unde propter consuetudinem hanc cum muliere illa uti etiam cum aliis r Samaritanis atque ex eo, quod discipuli ejus cum Samaritanis commercia habuerunt, convitium illud Judæorum ei impactum est, Samaritanum s illum fuisse, id est, Judæum Apostatam t, seu qui ex consortio illo Iudaismo renuntiasse videretur. Et sanè gentem Samariticam, utpote quæ Cuthæorum & Iudæorum colluvies verum cultum diversimodè adulterarat, habebant sibi præ aliis invisissimam & veluti Gentiles. Atque, ut aliàs fieri solet, quò angustius post defectionem erat vicinitatis interstitium, eò graviùs utrinque odium. In vetitis autem jam erat ædes u agrosve in solo Iudaico Gentili cuicunque vendere, uti & agros locare. Sed ædes ibi locare ei fas erat modo non in habitationem; nec, ut opinor, Samaritano. De habitatione autem ajunt, אין שכינה פחות משלשה *habitatio non est dicenda nisi tres simùl inhabitarint.* At in Suria (sic vocitant Aram

o *Lib. 36.*

p *Iosephus contra Apionem. Libr.*

q *D. Ioan. 4. 9.*
r *Ibid. vers 8. & 40.*
s *Ibid. cap. 8. 48.*
t *Videsis Daniel. Heinsium in Aristarcho sacro, cap. 7. juxta finem, & Io. Morin: in exercit. 6. in Pentat. Samarit. cap. 2. & 4. &c*
u *Misna tit.* Aboda Zara *cap. & Maimonid. halach. ejusd. tit. cap. 10. & Iside Mosem Mikotzi Prac. Negat.*

ram zoba, regionem ſolo Judaico vicinam à Davide ſubactam) eis locare fas erat, etiam & agros in culturam. Alibi locorum & ædes & agros pariter vendere. Commercia alia eis etiam intra ſolum Judaicum ex majorum inſtitutis cum Gentilibus permiſſa; ſed ea tantùm, quæ nec Gentilium omninò cultui extraneo adjumento, nec libertatis Iſraeliticæ reliquiis ipſorumve cultui ſacro detrimento, ſive re verâ ſive exiſtimatione forent.

x *In Miſna & Gemara tit.* Aboda Zara *cap. 1. & 2. & Maimonide halach. ejusd. tit. c. 9. & 10*

Qua de re quam plurimæ occurrunt ſubtilitates x. Eas autem, quoniam potiùs ſive ad tempora locosque, quibus poſt urbis templique Excidium per orbem terrarum diſperſi ſunt Ebræi, ſive ad ejusmodi ſtatum, tempora & locos ante Excidium ſpectant, prætermittimus. Et fieri nequit, quin, pro re nata, alia atque alia de rebus hujusmodi ab iis, qui exulantibus Babylone, Ægypto, alibique per Aſiam, Europam, Africam, Judæis præerant, diverſimodè ſuperinducerentur inſtituta. Nam munera civilia inter Gentiles ac Chriſtianos, veluti Decurionatus,

y *L. 3. §. 3. D. tit. de Decurionibus L. 5. & 10. C. tit. de Iudæis. L. 3. tit. eod. Cod Theodoſiani & vide ibi l. 24.*

alia ſeculis, quæ Templi excidium propiùs ſecuta ſunt, neceſſariò ſubindè y ambitioſiùs obibant, interdum nihilominùs immunes etiam nec admittendi. Unde diverſitas, puto, etiam ipſis juris, de aliorum conſortio fugiendo, admittendo. Et vide hac de re plura capite hujus libri poſtremo. Ex jam dictis autem ſatis, opinor, conſtabit de cauſa, cur adeò inviſum eſſet Ebræis Publicanorum nomen, id eſt, eorum, qui vectilia ac cenſum Romanis ab eis ſolvendum conduxerant. Eorum planè Gentiles alii, alii Judæi. Qui Gentiles erant eo nomine ſatis odio habiti, utpote Idololatræ, aut ſaltem ſic cenſiti. Qui Judæi, ideo inviſi, quòd cum ejusmodi Gentilibus in terra Iſraelitica degentibus, velut Præſidibus, Quæſtoribus Legatisque Romanis, nec Proſelyti domicilii profeſſione, quæ tunc non in uſu, obſtrictis conductionis ejusmodi contractum, conſortium ac conſuetudinem contra morem atque inſtituta majorum, idque palàm velut Gentiles, alieni nempè imperii miniſtri, inierant. Cum peccatoribus igitur ac meretricibus ſignantiùs cenſentur interdum in Evangelii a locutionibus Publicani; interdum pari cum Gentilibus conditione b. *Si eccleſiam* c *non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus* ſeu *Gentilis & Publicanus.* Atque cum bis repetatur in Græcis Matthei c editis, *nomne & Publicani hoc*

z *L. 19. C. tit. de Iudæis & C. Theodoſ. lib. 16. tit. 8. L. 13. & vide inferius hoc cap. 9.*

a *D. Matth. 9, 11. 11, 19. 21, 32. D. Marc. 2, 15. D. Luc. 7. 29.*

b *D. Matth. 18, 17. videſis Tertullian. adverſ. Marcion. lib. 4. c. 12.*

hoc faciunt? Posteriori in loco tum nonnulli codices Græci [d], tum versio vulgata habet veluti synonymum, *nonne & Ethnici hoc faciunt*? Quod verò habet Tertullianus velut ex Deuteronomio [e], *Non erit* [f] *vectigal pendens ex filiis Israel*, perinde ac si Publicanus ex ipsis inde non fuisset admittendus; id manavit ex versione Helleniſtica, quâ πλεσφόρος & πλεσκόμος usiurpantur sive pro eo, quod est scortum sive masculum sive fœmineum vectigalia seu pretia sive pendens sive accipiens sive pro eo quod est mysteriorum gentilium præfectus seu initiatus, ut vult Theodoretus [g]. vide hac de re item D. Hieronymum [h], præter recentiores [i] aliquot. De Proselytorum autem, quos jam tractavimus jure, quod sparsim in corpore, quo utimur Talmudico, & apud Magistros traditur nec sibi, quantum scio, in Talmude, sive Hierosolymitano, sive Babylonio ullo quod typis editum est, aliisve Mischnæ editionibus titulum fortitur proprium, habetur, aut olim saltem habebatur apud Judæos Titulus ac liber singularis, qui etiam, ni fallor, Talmudis saltem Hierosolymitani pars. Cum enim librorum corporis Talmudici utriusque quilibet מסכת dicatur, ut *Massecteth Sanhedrin*, *Massecteth Iabimoth*, & qui sunt ceteri, citatur non semel [k] Rabbi Jom Tob bar Abraham in commentario suo ad Maimonidem [k] *Migdaloz* dicto, מסכת גרים *Massecteth Gerim seu Tractatus* aut *liber de Proselytis*, uti & פרק שני ומסכת גרים ירושלמי *caput secundum Libri de Proselytis in Talmude Hierosolymitano*, atque id genus alia. Perquam mancam esse tàm Venetam, quàm Cracovienſem Talmudis Hierosolymitani editionem nemo nescit, utpote quamplurimis, qui in Babylonia habentur, titulis etiam ad ipsum pariter spectantibus carentem, adeò ut iis, qui sic desunt hic connumerandus esse videatur. Sed nec in Titulis Talmudicis sive ab Ebræis [l] sive à Christianis [m] simul enumeratis hunc de Proselytis comperio. Floruit Jom Tob sub annum Christi trecentesimum septuagesimum supra millesimum.

[c] *Cap. 5. 46. & 47.*
[d] *Rob. Stephan. ibid. & Theodor. Beza.*
[e] *Cap. 23, 18.*
[f] *De Pudicitia cap. 9.*
[g] *Quæst. 28.*
[h] *Epist. 146.*
[i] *Baron. Annal. 31. num. 71. & Isaac. Casaubon. Exercit. 13. §. 36. Caspar. Waserus l. 1. de Antiquis Hebræ. nummis c. 18. Abrah. Scultet. 9 exercit. Evangelic. lib. 1. cap. 18. Constantin. L'Empereur ad* Baba Kama *c. 10. §. 1.*
[k] *Ad Halach. Isuri bia c. 13. fol. 337. a & b*
[l] *R. Gedaliah Ben Iechaia Shalsheleth fol. 35. & 36.*
[m] *Petr. Galatinus, de Arcanis lib. 1. Sixt Senensis bibliothec. 4. 1. Buxtorf. in Bibl. Rabbinica &c.*

Digitized by Google

Cap. VI.

De facultate **Statuam *seu* Titulum erigendi, Saxum adorationis ad illud causâ pro libitu dolandi *seu* figurandi, Lucum plantandi, Imagines formandi, (*quales scilicet nec Ebræis formare fas erat*) Noachidis *seu* Proselytis Domicilii *ex* Jure Gentium Interveniente, *ob novandæ Idololatriæ metum, negatâ. Et de* Humanarum, Cœlestium, *aliarum hoc discrimine* Imaginum.**

PErsonarum, quarum obvia necessariò nec infrequens erit in commentariis his mentio, veluti *Proselyti Iustitiæ*, *Libertini*, *Servi in Iudaismum cooptati*, *Proselyti domicilii*, ejusque qui hujus *Proselyti* seculis recentioribus *instar* erat, discrimine sic in superioribus explicato; redimus ad illud [n], quod habetur de facultate Statuam erigendi, Lucum plantandi, Imagines aliaque id genus etiam ornatus causâ faciendi. Noachidis in eorum ditione, id est, Proselytis domicilii, ex iure Gentibus aliis ipsisque Interveniente, negata. Quod ad illud attinet de Statua non erigenda; habetur in sacræ legis [o] verbis interdictum Israeliticum לא תקים לך מצבה *non constitues* seu *eriges tibi statuam.* Sic enim מצבה vertit vulgata [p], uti etiam sæpius *Titulum.* Hellenistæ verò στήλην *Cippum* seu *columnam.* Vocabulum hoc sensu non rarò in fœdere Veteri occurrit [q]. Neque dum Statua vertitur, id quod vulgo statua denotat, id est, figuram humanam, significat. Sed ut volunt Magistri, qualecunque opus, velut etiam altare, seu id genus aliud, ideò constitutum erectumque (ultrò scilicet neque ex mandatis de Tabernaculo aut Templo erigendo ornandoque) ut conventus publicus, ad sacra illic peragenda qualiacunque etiam vero Deo, fieret. Nam si Deo commentitio; tunc ex generali Cultus Extranei seu Idololatriæ interdicto prohibitum est hujusmodi opus, ipsis quidem Ebræis aliàs, ac fine aliquâ sacrorum causâ erectum non illicitum. Maimonides [r] לא כל מצבה שאסרה בתורה היא בכלל שהכל מתקבצין אצלה ואפילו לעבור את הדרך שכן היא דרך עבודת זרה *Statua* seu *Tumulus interdictus in lege erat opus ideò constructum, ut publicus ad illud fieret conventus. Idque etiamsi fieret veri Numinis cultus gratiâ. Nam mos ejusmodi obtinuit apud Idolelatras.*

[n] *Supra cap. 1. & 2.*

[o] *Deut. 16. 22.*

[p] *Iosue c. 4. 9. & videsis Abarbinel in* Pirush Tora *fol. 363. col 2.*

[q] *Halach. Aboda Zara cap. 6. & Videsis Lebi Gersonidem ad Levit. 26. 1 Nachmanidem ad Deut. 16. 22. Sepher Sephra col. 121, alios ad locum utrumque.*

Pro

Digitized by Google

Pro arbitrio scilicet statuas id genus Diis suis erigendi. Quò spectat sanè & mos ille Græcorum apud Paulaniam r, Τὰ παλαίτερα μὲν τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι πρὸς Θεῶν αἰτὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι, *Seculis vetustioribus apud Græcos quidem universos, rudes lapides pro Simulachris divinos honores habuêre.* Quoniam igitur Titulum ejusmodi erigi Israelitis ipsis inhibitum est à sacra lege, (quà pariter comprehensi sunt Proselyti Justitiæ, Libertini, & Servi in Judaismum cooptati,) velut id quod in Idololatrarum moribus erat frequentissimum, ideò, ne fortè idololatriæ ansam aliquam ex ejusmodi opere, sive arriperent, sive præberent intra ditionem Israeliticam Noachidæ seu Proselyti domicilii, id est, qui lege & fœdere Israelitarum sacro non contenti ibi sedes haberent, ex Jure quod diximus Interveniente, eis pariter titulorum ejusmodi erectio ibi interdicta est. Cum aliàs Noachidi ex jure Naturali seu omnium hominum communi id neutiquam omninò vetaretur, sed planè & licitè & cum pietatis laude fieret. Id quod satis liquet, tum ex Tituli ejusmodi à Jacobo Patriarcha s ante legem Mosaicam tum ex altari & duodecim statuis ejusmodi, seu Titulis à Mose ipso t ante Tabernaculum constructum erectis. Parilis ratio de אבן משכית והשתחוית עליה *Saxo formato, ut adoretur super ipsum.* Nimirùm libera ejusmodi saxa figurandi facultas, utpote apud Idololatras in usu, verbis legis sacræ u disertis, Israelitis extra templum negata est. Adeoque & ex Jure Interveniente, ac simili causa, Proselytis domicilii. Sequitur, *neque Lucum plantare* Noachidi permissum. Nempe Lucum, qualis in lege sacrâ Israelitis citra cultum prohibitus est, plantare Noachidem seu Proselytum domicilii prohibebant. Verba legis sunt x; Non plantabis tibi אשרה כל עץ וגו׳ *Lucum, ullam arborem,* seu *ex ullâ arbore juxta altare Domini Dei tui, quod facies tibi.* Id sumunt de lucis seu arboribus qualitercunque sive juxta altare, sive in atrio, sive in monte Templi plantatis seu collocatis y לנוי וליופי למקדש *ad ornatum & pulchritudinem Templi.* Causam autem interdicta afferunt; מפני שהיה זה דרך עבודה זרה נוטעין אילנות בצד מזבח שלה כדי שיתקבצו שמה עם *quoniam ritus is erat Idololatrarum. Arbores scilicet juxta altaria sua plantare, ut ibi convenirent populus.* Neque igitur Noachidi per-

r *In Achaicis.*

s *Gen. 35. 14. & Videsis* PesikthaZoretertha (*ad Deut.* 16. 22.) *fol. 67. col. 1.*

t *Exod. 24. 4.*

u *Levit. 26. 1. Videsis Maimonid. halach.* Aboda Zara *c. 9. p. 6.*

x *Deut. 16. 21.*

y *Maimonid halach.* AbodaZara *c. 6. Moses Mikotzi Præcept. Negat. 44 & Videsis Maimonid. halach.* Sanhedrin, *cap. 19. ordine 2. num. 5.*

 per-

permiſſum, ſive juxta Tabernaculum, ſive Templum Hieroſolymitanum, ſive, ut videtur, in loci ubi adoraret ipſe qualiscunque ornatum, Lucum plantare ſeu arborum ordines conſerere. Quin nonnulli z legem ſacram ita capiunt, ut nec cuiquam apud eos fas eſſet ſibi Lucum utcunque plantare, nec opus ligneum ſive juxta altare, ſive in monte Templi conſtruere. Quod ſi ita fuerit, nec ſanè Noachidi Lucum ſibi omninò in ædium ornatum ſuive commodum intra territoria Iſraelitica plantare licuiſſe, par eſt ut exiſtimemus. Sed de permiſſa extra loca ſacra & cultus rationem arbores ſive frugiferas ſive ſteriles conſerendi adeoque Lucum in promiſcuos vitæ uſus plantandi facultate, luculentum etiam eſt alibi a teſtimonium, quod, puto, potiùs amplexandum. Nec permiſſum eſt Noachidi ſeu Proſelyto domicilii *Imagines facere* in territorio Iſraelitico; ne Ornatus quidem causâ; ſplendoris ſcilicet ſeu magnificentiæ; aut in majorum, ut apud Græcos Romanosque, memoriam. Quod itidem ſic accipiendum, ut quales Imagines Iſraelitæ nefas erat formare, tales pariter ex ſuperinducto, quod diximus, Noachidis ſeu Proſelytis domicilii jure, nec hiſce omninò formare eſſet fas. Cum alioquin ex jure Noachidarum communi, ſeu quo genus humanum obſtringi docent, Imagines qualescunque facere, id eſt, Picturam, Sculptoriam, Statuariam, Cælaturam, id genus artes alias pro arbitrio exercere, nemini interdictum eſſe velint. Ut verò, quod de Imaginibus minimè apud ipſos faciendis habent, ritè capiatur; de eis diſtingvendum. Alia ipſis erat Imaginis Humanæ, alia aliorum Animantium, ut Quadrupedum, Volucrum, Arborum rerumque quarumlibet, præter Hominem, terreſtrium & aquaticarum, alia denique Cœleſtium ratio; veluti Solis, Lunæ, Siderum ceterorum. Humanæ rurſus alia erat ratio in Cherubinis Tabernaculi & Templi, alia ubi aliàs ſive Statua fieret ſive ſculptoris artificio promineret, alia ubi ſive Pictura ſive Textura planam ſive Cælatura inſculptam exhiberet. Diſtinctiones nimirum has faciunt doctiores cordatioresque, dum Idololatriæ in Decalogo interdictum, aliasque leges congeneres ex more majorum interpretantur. Nec ſine his ac ſequenti explicatione intelligi volunt capita de non faciendis imaginibus in Scriptis Talmudicis breviuſculè, nec

z *Salomon Iarchi in Deut. 16. 21. & ſide ibi Nachmanidem.*

a *Vide Maimonid. ha-Laeh.* Melakim *cap. 7. & hal.* Bith habechira *c. 7.*

Digitized by Google

nec adjectis quæ integrum ſenſum aperiant, ſubinde [b] concepta. Cherubinis, quorum figuræ genus heic primum eſt, facies fuiſſe humanas agnoſcunt [c], & teſtatur Scriptura [d]; alas item eis adjectas quatuor præter alia, unde forma eorum erat, qualis [e] in rerum natura alibi non omninò ſimul reperta. Jam verò, præter id quod de ſingularis Numinis, qui omnium præceptorum dominus eſt, heic mandato, nemini non facilè occurrit, aiunt interdicti de imaginibus verbis utcunque aliàs intellectis neutiquam contineri horum formationem, quia nihil in eo interdicitur præter imaginem rei, quæ aut in ſuperiori, aut in inferiori mundi parte reperitur. Rabbi Iſaac [f] Moſaides, à proavo etiam Arama dici ſolitus, אין מעשה כרובתם בכלל שהרי אין צורתם נמצאת בשום אחד מהמדורים *Non comprehenſa eſt formatio Cherubinorum in generali interdicto, quoniam ſcilicet eorum figura non reperitur in re aliqua ſive ſuperioris ſive inferioris mundi partis.* Qua de re item videſis, quæ è Talmudicis habet alia Manaſſeh Ben Iſrael [g]. Et de Cherubinorum figuris, præter commentarios magis obvios, conſule, ſi plura velis tum I. Baptiſtam Villalpandum [h] tum Viſorii & Moncæi diſputationes de Vitulo aureo. Quod verò ad Imaginem ſimpliciter humanam in Solido ſeu Statua, aut materie Prominente expreſſam attinet; receptiſſima eſt eis ſententia, talem facere non omninò licuiſſe. Talmudici [i]: אסור לעשות צורות לנוי וא"ע שאינן ע"ז שנאמר לא תעשון אתי כלומר צורות של כסף וזהב שאינם אלא לנוי כדי שלא יטעו בהן הטועים וידמו שהם ל"ע ואין אסור לצור לנוי אלא צורת האדם בלבר לפיכך אין מציירין לא בעגולא בסיד ולא באבן צורת האדם והוא שתהיה צורת בולטת כגון הציור והכיור שבטרקלין וכיוצא בהן ואם צר לוקרץ *Nefas erat facere Imagines etiam ornatus causâ, etiamſi citra cultus Extranei rationem; juxta illud, non facietis mecum* ſeu *coram me deos argenteos & deos aureos &c. Videlicet Imagines argenteas & aureas etiam quæ non fiant ob aliam quàm ornatus cauſam. Ideò ſcilicet ne errent, qui in errorem fuerint proniores, & exiſtiment eas in cultum extraneum factas. Ceterùm illicitum non eſt Imaginem* (rei terreſtris alicujus) *aliam præter hominis tantum, ornatus causâ fingere. Unde fit, ut nec è ligno, nec calce, nec ſaxo Imaginem formarent humanam, quæ ſcili-*

Shulcan Aruch *lib.* Iore Deac. 4

[b] *Apud Maimonid. halach.* Sanhedrin *cap.* 10. *alibi.*

[c] *Gloſſ. Iarchii ad Exod.* 25. 18.

[d] *Vide Ezechiel.* 41. 18. & 19. & 3. *Regum in Vulg.* 5. 36. & *Fide Leontium in Synod.* 7. *act.* 4.

[e] *Ioſeph. Archæolog.* 3. c. 6. & *L.* 8. c. 3.

[f] *In* Aqueda Shair. 45. *fol* 149. *col.* 1. & Shair 48.

[g] *In Cõcilia-tore ad Exodũ quæſt.* 30. *Latine* 97. *Hiſpanice.*

[h] *Explan. in Ezech. Tom.* 2. *part.* 2. *lib.* 4. *cap* 43.

[i] *Maimonides halach.* Aboda zara *cap.* 3. *Halach.* Sanhedrin *cap.* 19. *Moſes Mikotai Præcept. Neg.* 22. *Ex Gemara Babylonia ad tit.* Aboda zara *cap.* 3. *fol.* 42. & 43.

ſcilicet promineret ſeu extaret, quemadmodum ornamenta & figuræ in triclinijs poni ſolitæ, & id genus alia. Et, qui ejusmodi formaverat imaginem, verberibus puniebatur. Sunt qui heic integram tantùm hominis figuram, non partem intelligunt. Fictas autem ſeu ita inſculptas Figuras Humanas, ut non Protuberarent, ſed aut in Plano tantum aut in Concavo viſerentur, licitas habebant. Sic tamen ut ectypas, quæ ex inſculptis prominerent, formare nefas. Tametſi intereà tàm figuris humanis in parie-
k *Ezechiel. c. 8, 10, & 23, 14.* te [k] pictis cultum apud ipſos extraneum olim exhibitum quàm imaginibus ſolidis doceamur. Sed regulariter jam dicta exceptiones aliquot pro ſeculorum rerumque diſcrimine admittebant, quas ſuis in locis infrà dabimus. Certè apud Flavium
l *Archaolog. lib. 18. cap. 4. & Haloſ. lib. 2. cap. 8.* Joſephum [l], exemplum eſt de iconibus Cæſaris decurtatis, quæ ſignis adeſſe ſolebant ab Hieroſolymitanis non admiſſis. Pilatus, inquit Joſephus, à Cæſareâ, Hieroſolyma traducto in hyberna milite, περιτμὰς Καίσαρος τὰς εἰκόνας τοῖς σημείοις πρόσωπον, *Decurtatas Cæſaris imagines, quæ ſignis aderant*, in urbem intulit. Id quod adjicit factum, διὰ καταλύσει τῶν νόμων ἰουδαϊκῶν, *In Legum Iudaicarum violationem*; ſubjiciens εἰκόνων ποίησιν ἀπαγορεύοντος ἡμῖν τοῦ νόμου, *Cum nobis interdictum ſit Imagines facere.* Unde magno agmine Cives Hieroſolymitani, qui Legum ſuarum violationem ejusmodi ferre nequibant, eum adeunt, & demùm, ut Cæſaream reportarentur, nec ſine tumultu ingenti, impetrant. Etiam ex hac cauſa, qui ante eum fuerant Præſides cum ſignis aliter inſignitis urbem ingredi ſolebant, ut ibi memorat etiam Joſephus. Vitellius item ad bellum paratus Arabicum, quum vellet per Iudæam exercitum ducere, occurrerunt ejusdem prin-
m *Joſephus Archaolog.* cipes [m] deprecantes tranſitum; Οὐ γὰρ αὐτοῖς ἔνεστι πάτριον, οὕτως ἐᾶν εἰκόνας εἰς αὐτὴν φέρεσθαι, *neque enim mores permittere patrios, ut inferantur Imagines*, quales ſcilicet ſigna comitarentur, ſeu Cæſaris. Et precibus horum flexus Vitellius propoſitum mutavit. Quin cum theatrum aliaque moris Romani Hieroſolymitanis perquam inaſſueta in urbem induxerat Herodes
n *Archaolog. lib 18. cap. 7. 15. cap. 11.* [n] Rex Antipatri F. atque, inter alia, gentium devictarum Trophæa, ſcilicet Arma humana auro & argento collucentia, nihil æquè atque hæc civibus moleſta, inviſa atque execranda fuêre. Nimirùm

minùm existimabant imagines humanas eis tectas fuisse. Atque Herode blandis alloquiis eos hac superstitione eximere conante, ὁμοθυμαδὸν ἐξεβόων, εἰ καὶ πάντα δοκοῖεν εἶναι, μὴ φέρειν εἰκόνας ἀνθρώπων ἐν τῇ πόλει, τὰ τροπαῖα λέγοντες· εἰ γὰρ εἶναι πάτρια αὐτοῖς, *Uno ore exclamant, etiamsi reliqua omnia ferenda viderentur, non permissuros se intra urbem Imagines Hominum. Sic Trophæa nuncupabant. Patrium enim suum morem eis adversari.* Postquam autem detracto armorum ornatu Herodes, ut tumultum sedaret, nudos, qui sustinerent stipites, non humanas subesse imagines ostenderat, plerisque satisfactum est. Atque ex hisce Josephi eliciendum videtur non solum Imagines in Solido Humanas, etiamsi decurtatas, non fieri apud eos debuisse, sed nec omninò factas conspici, aut in usum admitti. Cæterùm juxta disciplinam Magistrorum, tametsi Facere hujusmodi Imagines apud illos illicitum habitum est, tamen de Factarum Usu aliter statuebatur. Et cautiùs intelligendus heic alibique de Imaginibus Josephus. Nam aliæ planæ heic suberant & singulares rationes, ob quas adeò exosæ Judæis imagines illæ. Sed ea de re capite proximo & octavo. Jam verò tametsi ornatus solùm seu Animi causâ imagines ejusmodi fieri illicitum habebant, nihilominùs להתלמד seu *discendi docendique* solùm quid vitæ humanæ necessarium, imagines ejusmodi formare, apud cordatiores saltem eorum neutiquam habebatur nefas. Quod sanè evincitur ex eo, quod mox dicetur de corporum Cœlestium imaginibus discendi docendique causâ formatis. Incisas autem seu Cælatas, nec protuberantes effigies humanas quamplurimas à Judæis ipsis editas habemus in Rituali illo Paschali nuper Venetiis typis mandato, tàm Hispanicè, quàm Ebraicè. Nimirùm res Patriarcharum atque aliorum gestas eorumque vitæ atque itinerum iconas. Tantùm abest, ut in universum verum sit, nullius generis Imagines seu Figuras Humanas ex Judæorum institutis licitè fieri! Joannes Baptista Villalpandus •, vidisse se, ait, apud Fulvium Ursinum nummum pondere drachmæ, qui ex altera parte refert Marci Antonii caput cum inscriptione hujusmodi שלמה מלך. hoc est, *Rex Salomon*; ex adverso verò rudem quandam & incongruam Templi formam cum inscriptione היכל שלמה

• *Hispanus. Vide in ac Templi part. 2. lib. 2 disp. 46. cap. 25.*

Templum Salomonis. Nec dissentit ab Ursino, qui arbitratus est percussum esse hunc ab Herode, qui, ut Antonio assentaretur, ei Salomonis nomen & ædificati templi gloriam adscriberet. *Quapropter*, inquit. *tàm hunc, quàm alium quemcunque similem, si reperiatur, non Hebræorum habendum esse putamus, sed peregrinum. Percussus enim est ab Herode iniquo Principe, qui se Hebræum esse planè profiteretur, ac nihilminùs curaret, quam Hebræorum legibus se subdere atque institutis, quibus impium habetur atque execrandum, Hominis Imaginem quâcunque ratione aut causâ efformare.* Sed reclamant celeberrimi, quorum scita ex more majorum desumta attulimus, Magistri, si de figurâ humanâ quacunque etiam depictâ aut cælatâ loquatur. Satis intereà concordes, de protuberante in nummo alibive figura humana non effornanda. Quid igitur dicendum de nummo hoc æneo, Mosis figura & nomine insignito, idque velut ex disciplina Ebraica, apud Gulielmum Schikardum p, qui ex antiquaria Thomæ Lansii supellectili illud depromsit? Certè institutis ac moribus Israeliticis planè est alienum. Literæ alterâ parte inscriptæ, sive à vetustate, sive à Sculptoris incuria, qui primò incidit, vitii nonnihil traxêre. Sed id, quod volunt, est, quod legitur in Decalogo לא יהיה לך אלהים על פני *non erunt tibi Dii alieni coram facie mea.* Neque verò, quod affert idem Schikardus de numismate Abrahæ Sene & Vetula insignito, quidquam heic probat. Concedatur, si vis, Traditionem q illam de Abrahæ nummo veram esse. Certè ad instituta Israelitica, quæ diu posteà nata, moresque inde sequentes ritè dignoscendos nihil omninò ea facere potest. Nam Abrahæ ævo nullum de imaginibus faciendis interdictum habebatur, sed tantùm de non colendis; quod Noachidarum faciunt universale. Quin nonnulli Ebræorum, qui legem Mosaicam tot seculis posteà ortam

p *In Proœmio ad Tarich Regum Persarum p. 34.*

q *In Bereshith Rabba parash 39.*

Digitized by Google

ad Abrahamum nescio qua ratione retrotrahunt, adeoque & ipsum interdictis de Imaginibus humanis neutiquam faciendis teneri volunt, traditionem illam non de Senis & Vetulæ imaginibus, sed de vocabulis tantùm ipsis in Nummo capiunt r; quoniam scilicet אסור לעשות צורת אדם *interdictum est, sic facere imaginem humanam.* Habeo equidem ipse item Mosis iunculam antiquitùs expressam in Lamina æris rotunda, quam non ita pridem Shenæ, in agro Surreiensi circa nonum à Londino lapidem, inter rudera repertam accepi. Crassa est ea admodùm, & ponderis paulò ampliùs dodrantis unciæ; id est, minoris quàm Lansianum illud æs pendens unciam cum sextante aut paulò plus, quod ait Schikardus. Crassitie parili protuberat mecum icon, qualem heic damus; parte alterâ non solum eadem ipsa præ se ferente verba, sed eandem etiam ipsissimam Scriptionis formam, quæ in ære Lansiano. At verò in meo non tam crinis crispus, ut in Lansiano, quam cornu arietinum cernitur. Rem satis non intelligo. Nec capillum ejus an indumentum aliquod Capitis videamus. Nam intereà ratio insit aliqua cornutæ illius faciei, quæ Mosi tribui solet, viderint, qui operæ duxerint pretium. Sed in figuris ejus cornutis, erigi solent, ut Panum & Satyrorum aut capreolorum, non incurvari, ut arietum atque Jovis Hammonis, cornua. In picturâ scilicet Christianorum, qui ex eo, quod in vulgata habetur de Mose, *ignorabat* f, *quod cornuta esset facies sua, & videbat faciem egredientis Moysi esse cornutam*, bicornem Mosem pingunt. Rident autem cornua illa Judæi, quibus ibi, קרן עור פניו quod *cornuta erat ei facies* sonat in vulgata, sumitur pro eo, quod est *splenduit* seu *radiavit cutis faciei ejus.* Nec alio sensu reddunt Judæi Mauritanienses, Hispanienses, præter paraphrastas Chaldæos. Nec sane alio Helleni-

r *Thosiphtho in* Baba Kama *cap. 9. & Comment. ad* Bereschit Rabba *fol. 43. 2.*

f *Exod. 34. 29. & 35.*

ſtæ. Quin nec alium meritò exiſtimant viri doctì fuiſſe interpretis vulgati ſenſum, utcunque pictores ſculptoresque atque ii, à quibus docentur, illum interverterint. Nam lucis radii cornua velut imitantur, & Ebraicè קרנים τὰ τὰ tàm hæc, quàm illos denotat. Et radios illos faciei Moſis קרני ההוד *cornua magnificentiæ* vocat ibi Salomon Jarchius. Quin expreſſim D. Paulus [t] τὸ δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ *Gloriam vultus ejus* nuncupat. Adjici verò inſuper ſeu deliteſcere in Moſis hujus collari crucis videtur icuncula nomini ſubjuncta. Adeò demum, ut Chriſtiani alicujus potius opus eſſe ſuſpicer, fortean ideo ante ſecula aliquot factum, ut officioſi muneris vice inſerviret ad Judæos aliquos, ſive demerendos, ſive ad Chriſtianiſmum civiliter invitandos. Nam quanquam à faciendis ornatus animive causâ hujusmodi imaginibus protuberantibus ex more eis abſtinendum erat, factis tamen, modò in venerationem neutiquam fierent, ex diſciplina ſua uti, adeoque dono accipere ritè potuêre, ut capite oſtenditur proximo. Tantum autem abeſt, ut pro nummo aliquo, ſive funderetur, ſive percuteretur æs hoc meum, ut vel ipſa tum laminæ tum figuræ exſtantis craſſities ſatis mihi videatur id palam denegare. Certè & Moſis figuram cum nomine adjecto a Chriſtianis olim interdum fieri, idque velut in eorum gratiam facilè concedet, quisquis fidem habuerit hiſtoriolæ illi, quam, neſcio, unde hauſerint ſeculorum paulò anteriorum Judæi de Imagine Moſis, eaque apud Anglos noſtros juſſu olim regio ſic formata, pro inſigni tentorii, in quod Judæi Anglienſes ſe reciperent, quotquot Chriſtianismo nomina dare pertinaciter nollent. Ea de re narrationem legimus apud R. Gedaliam Ben Jechaia ſcriptorem quidem nuperum, (nam ſub quinquaginta ab hinc annis floruit,) ſed qui è vetuſtioribus multò ævi antiquioris mediique ſui generis ſcriptoribus quamplurima nec ſine induſtria ſumma edidit. Verba [u] apponam.

[t] 2 Ad Corinthios cap. 3. 7

[u] In Sepher Shalsheleth hacabala f. 112. & 113.

בשנת ה' אלפים כ' כומר א' ניכול באינגילכרה
כרי ל הנשא עם יהודית שנתלהב באהבתה ויודע הדבר לבני העיר והיו
רוצים לשרפם אבל המיך בחר ליעשות הנקמה בדרך אחרת וגזר כי
תוך ג' חדשים ימירו ואשר מלו הכומר בשרפו ורבים מהם המירו
ויקרע כל בניהם מי' שנים ורמטה ויוליכום לכוף מלכותו ומעין ישכחו
מכיר אבותיהם היהודים ויסת המלך וימלוך בנו תחתיו ותבף בא על
מלכותו

Digitized by Google

מלכותו וכר ורעב ויאמרו יועציו כי לחטארת היהודים שאינם
מאמינים הטב בא העונש להם ויעש שני אהלים ער״ח חק
הים ער״ל א׳ ציור צורת מח״ע ער״ח ושמו ער״ל אחר צייר משיחם
ויקרא לכ״ר האנוסים ברבים טובים ויאמר אליהם וכי
מרשרין לדם להתיהר ול״א יכריח שום מהם לשום וכר
אמנם כך להבין מי יחיד״ח והוי רחצ״ח שהמתיהדים יכנסן
באהל מר״ע ר״ח וקבלו עריהם לעשותו ורבים נכנסו באהל
מר״ע ר״ח ואחרי הכנסם היו שם מרצחם אותם וכן כפו הט כלם

Anno quinquies millesimo & vigesimo, Sacerdos quidam Christianus circumcisus est in Anglia, ideò scilicet, ut uxorem duceret Iudaicæ gentis fœminam, quam efflictim deperibat. Id quamprimùm est locì civibus notum, voluêre illi eos vivicomburio punire. Ceterum alio modo ultionem futuram statuit Rex; edicto nempè promulgato, ut intra tempus trimestre Iudæorum commune Iudaismo renuntiaret, & qui Sacerdotem circumciderant comburerentur. Et eorum perplurimi sane Iudaismo renuntiarunt. Liberi autem eorum universi Sexennii ætatis & minoris in extremos regni limites missi sunt, ut ibi disciplinæ avitæ seu Iudaicæ obliviscerentur. Mortuo autem regi huic successit filius ejus. Nec diù post, cum & pestis & fames regnum ejus invasit, monuerunt consiliarii ejus, pœnæ hujus causam esse peccatum Iudæorum non rectè credentium. Fiebant igitur jussu regio duo tentoria juxta littus marinum, quorum super alterum efformabatur figura Mosis Magistri nostri, super quem sit pax, uti & Nomen ejus; super alterum autem figura Christi eorum. Mitioribus dein verbis cum eis in angustias has redactis Rex agens, denuntiavit cuilibet eorum licitum fore Iudaismum amplecti & retinere, nec omninò ad rem quampiam eos iri coactum. Id tantùm se velle dignoscere satis, quisnam revera Iudæus esset, quis non. Imperavit igitur, ut, qui revera Iudæi essent, atque esse vellent, ingrederentur tentorium Mosis Magistri nostri, super quem sit pax. Conditione acceptâ, quamplurimi illud ingrediuntur. Ingressos autem occiderunt & in mare projecerunt. Atque sic exitus erat universorum. Ita Rabbi ille Gedalia. Et tantundem, de tentoriis ac Judæis Anglienſibus trucidatis ac in Mare prôiectis, ferè habetur apud autorem Christianum Fortalitii [z] Fidei, sive is [y] Guilielmus Totanus sit, sive

[x] *Lib. 3. pag. 219. Edit. Lugdū. 1525. & pag 169. Edit. Norimberg. 1494.*

[y] *Videsis Antō. Possevin. in Biblioth. select. lib. 9. cap. 3. & I. Molanum in Bibliotb. Materiarum.*

Bartholomæus de Spina. Sed pro eo, quod legitur apud Gedaliam de Imagine Mosis & Christi super tentoria, in Fortalitio dicitur Legem Iudæorum in altero, in altero Crucem Christi positam; nullâ Mosis mentione habitâ. *Et intrantes*; inquit, *papilionem* (Legis) *unus post alterum jugulabantur in secreto ex altera parte papilionis, & projiciebantur in mare, & sic purgatum est predictum regnum & continuò cessit plaga, nec amplius Iudeus ibi habitavit, sed nec habitat usque in hodiernum diem.* Scripsit verò autor hic diù ante Gedaliæ tempora, atque ut nonnulli [z] volunt, anno Christi 1459; sodalis scilicet Franciscanus. Id verò scribit ille velut è *Chronicis*, ut ipse ait, *Anglorum antiquis* sibi relatum. Nondum quid in Chronicis nostratibus ejusmodi mihi repertum. In iis quidem Iudæos Anglià pulsos legimus sub annum Regis Edwardi primi decimum octavum, id est, Christi 1290. Neque ea de re dubitandum, cum sexcenties in Archivis illius temporis, tùm Cancellariæ nostræ, tùm Fiscalibus idem asseratur. Sed Occisos seu Tentoria, qualia memorantur sive apud R. Gedaliam, sive in Fortalitio Fidei, posita esse inde non discimus. De tempore autem non satis liquet apud Gedaliam. Initium historiolæ collocat in Judaicæ seu Hillelianæ, quâ hodieque utuntur Judæi, periodi anno 5020, id est, Christi 1260. Occisos verò & in mare projectos tempore Regis, qui tunc regnanti filius successit. Id est, proculdubiò Edwardi nostri primi; qui filius Henrici tertii, cujus annus 43 idem est cum Christi 1260. Quin eidem ipsi anno perperam tribuit Iudæorum Anglienſium exilium Salomon [a] Ben Wirga, qui avorum memoria calamitates atque adeò variantia per orbem terrarum gentis suæ discrimina operosiùs collegit. De exilio Anglicano verba faciens ille, וירחם הגירוש inquit שנת המשת אלפי ועשרים ליצירה *atque erat exilium illud anno* 5020 *à creatione*, id est, anno Christi 1260, seu Henrici nostri tertii 43; quod falsum esse scimus. Hallucinatum igitur eum fuisse existimo, aut ex eo, quòd historiolæ initium juxta id, quod apud Gedaliam habetur, alibi ipsi apud suos repertum (nam is Gedaliâ vetustior est) pro ipso exilii anno malè sumpserit, aut ex eo, quòd numeros literis apud suos alibi juxta morem denotatos haud sedulò satis animadvertit. Nam

[z] *Editor Norimbergens. sic* 1494. *in Prologi fronte.*

[a] *In* Sebet Iehudi *fol.* 19. *a Edit Adrianopolitana.*

ut

ut ה' אלפים כ' denotant 5020, sic ה' אלפים נ' 5050. Et נ pro ל; elemento maxime in scriptione Rabbinis usitatiori non rarò simillimo, sumi uti & hoc pro illo tralititium est. Annus autem periodi Judaicæ 5050 exilio Anglicano satis respondet, id est, Christi 1290; juxta id quod plerunque in Annalibus nostratibus legitur. Nec carent Judæi etiam è suis testimonio omni exceptione majori, quo asseritur circa triennium antè non expulsos Anglia Judæos. Etenim Judæus Anglicus, qui tunc vixit, scriptum reliquit, anno 47 sexti millenarii (id est, periodi quam diximus Judaicæ 5087) prehensos, adeoque in carcerem traditos esse universos per Angliam Judæos. Scilicet in cellæ arcis Wintonienſis subterraneæ, quæ procul dubio nonnullis eorum carcer erat, parieti Saxeo hujusmodi habetur inscripio

יום ואמר היו
תפיסים כל יהודי
ארצ הא' שנ'
מ"ז לפ' לאלף
ששי אני אשר
חקקתי

quod sonat *Die*..... (utrum ביא מר', quod incisis proximat, id est, 11. *Mar.* sit ibi legendum nescio; & vocabulum, ut exaratum est, sonat *& dixit*, aut quid simile cujus ibi sensui locus non est) *prehensi sunt universi Iudæi* seu *Iudæorum communitas* (quæ locutionis apud nos formula tunc temporis in usu) *Terræ hujus, anno 47 juxta sexti millenarii rationem. Ego qui* (seu potiùs *ego Asser*) *incidi.* Descriptam è cella ante annos aliquot mecum amicissimè communicavit V. Cl. Patricius Junius Bibliothecarius regis, uti & postmodùm Henricus Jacobius. Certè & Annalium nostratium aliqui [b] secundo Maii anni Christi 1187, qui ipsissimus est huic annus, ejusmodi Judæorum collocant prehensionem custodiamque.

[b] *Stoffam ex Gul. Thorno Ms. monacho Cantuariensi.*

c Holinshed. eod. ann. pag. 283.

amque. Alii anno 1285 c qui etiam facilè in ipsum 47 sexti millenarii cadit, si annorum variatim inchoantium apicumque temporis inde pendentium quales heic prætermisimus ratio habeatur. Sed hæc obiter. Ad Guilielmum Schikardum redimus. Quod adjicit ille de aliarum rerum signis in numismatis Ebræorum veterum protuberantibus, haud quicquam facit ad asserendum suum illud de humana in nummo apud eos figurâ. Nam de ceterarum rerum in terra aquave imaginibus, receptior est sententia, nullam ex eis fuisse, quam formare ornatus animi causâ quomodolibetcunque non liceret. Sic enim generatim Magistri celeberrimi d צורת הבהמות ושאר נפש חיה חוץ מן האדם וצורות האילנות ודשאים וכיוצא בהן מותר לצור אותם ואפילו היתוך הצורה בודדת *Imagines bestiarum aliorumque, præter Hominem, animalium, imagines item Arborum, Herbarum, id genus aliarum rerum facere licet, idque etiamsi promineant.* Sed excipiunt nonnulli Leonis, Bovis atque Aquilæ (quorum facies in Ezechielis visione) figuras; aliqui etiam Draconis, quippe cujus in Idolis adeò frequens cultus. Sed nec desunt, qui non minùs hujusmodi rerum Imagines, quàm Hominum velint interdictas. Certè scimus Flavium Josephum Legatum à Populo Hierosolymitano ad Tiberienses missum, ut cum illis ageret e de diruendo τῷ οἴκῳ τοῦ Ηρώδου ἐπεχόντι καταπεπλάσθαι, ζώων μορφὰς ἔχοντι, τῶν νόμων ἅτας τὸ κατασκεύασμα ἀπαγορεύόντων, *Palatio ab Herode Tetrarcha extructo, quod animalium habebat Imagines, cum ita quid extruere ex lege esset interdictum.* Quod & factum est. Sed ea de re vide, quæ dicuntur capite proximo. Nam reverà aliò planè spectat. Eousque etiam detestantur Judæi nonnulli hodierni imagines omnimodas, ut nec sigillis f, quibus figura ceræ imprimatur ulla, uti velint. Sed ad sententiam illam de aliarum in terris præter hominem rerum imaginibus pro libitu faciendis adstruendam, veluti nempè vetustioribus Ebræis receptam, haud parùm facit quod de Numismatis eorum legimus g. Fuisse Numisma Josuæ altera parte Tauro, altera Monocerote insignitum; Davidi etiam, cui, מקל ותרמיל מיכן ומגרל מיכן *Baculum & pera in parte altera, altera turris* visebatur; quin &

d Maimon. hal. Aboda Zara *cap.* 3. *Mos. Kotzensis Precept. Neg.* 22. *ex Gem. Babylon. ad tit.* Aboda Zara *cap* 3. *fol.* 42. & 43.

e In vita sua.

f Guil. Schikard. in Prooem. ad Tarich. *Regum Persiæ pag.* 43. *Videsis Manass. Ben Israel in Exod. qu. est.* 30. *& Jerusalem Rabba Parash.* 39.

Digitized by Google

Morde-

Mordecæo, cui שק ואפר סכן ועטרת זהב מכן *Saccus & cinis in altera, & corona aurea altera* eminebat, non autem Regina Eſther & cum ea ipſe (ut hallucinati nonnulli [h] ajunt) quod ex Ebræorum moribus ferendum, ut oſtenſum eſt, non erat. Finguntur fortè numiſmata hæc. Nec ea de re contendo. At dum in libris eorum vetuſtiſſimis, viris illis ſanctis ea utcunque tribuuntur, dubitari, opinor, nequit, quin ejusmodi rerum apud majores ſuos idque poſt Moſaica inſtituta, imagines non illicitas interea haberent; ſaltem qui hæc ſcriberent. Nec ſanè ſerpens æneus [i] ſic aut formatus aut retentus, quaſi ipſa ſimpliciter formatio ex jure communi non fuiſſet licita. Nummi autem Ebræorum ſeu Sicli ac congeneres, quos ſive ipſos ſive apud ſcriptores depictos vidimus, animalium carent figuris, & ſive virga Aaronis ſive urna Mannæ, ſive Thuribulo, Palma (quæ velut gentis ſymbolum in Cæſarum etiam Nummis ſubinde reperitur, veluti Auguſti, Veſpaſiani, Nervæ) id genus aliis tantum inſigniuntur. Horum figuras habes apud Antonium Auguſtinum [k], I. Baptiſtam [l] Villalpandum, Caſparum Waſerum [m], Joannem Morinum [n], ut alios, qui de eis obiter, prætermittam. Eorum par exhibemus, velut ceterorum omnium fermè inſtar. Nam tametſi plures apud jam citatorum aliquos habentur binis tamen hiſce inſpectis quicquid eorum reliquum eſt ac genuinum, ad rem ſaltem, quam tractamus, ſatis inſpicitur dignoſciturque. Ceteri enim aut planè ſimiles ſunt aut proximè ſive huic ſive illi accedunt.



[h] *Villalpād. Apparat. Urbis & Templi part. 2. l. 2. diſp. 4. cap. 27.*

[i] *Num. 21. 8. 2. Reg. 18. 4.*

[k] *Dialog. 2. Loco iam citato, & ſeqq.*

[l] *Lib. de Antiq. Nummis Hebræorum.*

[m] *In Pentateuch. Samaritan. Exercit. 2. cap. 10. & ſide Moſ. Nachmanidem in Pirush Tora. fol. 342. b.*

De Numiſmate autem Cenſus, Cæſaris in Evangelio imagine inſignito, vide quæ habentur infrà capite octavo. Binorum, quæ jam depicta ſunt, numiſmatum, Prioris archetypon unum argenteum penes me habeo, cujus altera pars urnulam Mannæ (ſic credi ſolet) altera Aaronis virgam oſtendit. Hæc autem verbis hiſce Characterе Samaritano, id eſt, qui Judæis antè captivitatem in uſu, circumſcribitur, ירושלים הקדושה *Ieruſalim ſanctа*; illa eodem item characterе, verbis hiſce שקל ישראל *Siclus Iſraelis*. Poſterioris verba ſunt eadem characterе Aſſyriaco, ſeu qui poſt Ezram in utu. Partem alteram Thuribulum & Fumus aſcendens, alteram Palma, ſeu palmæ ramus occupat. Etiam & hujus generis aliquot non ſemel vidi, figuris, ut in priori, prominentioribus. Sed cum præſtò jam non ſit ejusmodi mihi ullum, ex Villalpando & Antonio Auguſtino figuram huc tranſtuli. Quod demum ad Cœleſtium rerum Imagines ſpectat; quemadmodum ex illo legis ſacræ o *Non facietis mecum* ſeu *coram me Deos argenteos* &c. aliisque legibus congeneribus, Humanam figuram exſtantem ſeu prominentem adeoque ſtatuam humanam formare interdictum eſſe volunt, ita etiam exinde in univerſum quidē pronuntiant Talmudici p לא תעשון אתי לא תעשו כרמות שמשיי המשמשין לפני במרום כגון חמה ולבנה כוכבים ומזלות ומלאכי השרת *Non facietis mecum* ſcilicet, *non facietis imagines inſtar miniſtrorum, qui coram me ſuperiùs miniſtrant, veluti Solis, Lunæ, Signorum, Syderum, aut Angelorum miniſtrantium*; unde Maimonides q aliique אסור לצור דמות חמה ולבנה כוכבים ומזלות ומלאכים שנ' לא תעשון אתי לא תעשו כרמות שמשי המשמשין לפני במרום ואפילו על הלוח *illicitum eſt formare ſimulacra Solis, Lunæ, Stellarum, ſignorum, & Angelorum; juxta id quod ſcriptum eſt, Non facietis mecum; non ſcilicet facietis inſtar Miniſtrorum, qui coram me ſupernè miniſtrant, ne quidem etiamſi in tabula* ſeu plano, Id eſt, etiamſi non promineant, nec exſtent, ſeu ut nonnulli, ואפילו אין הצורה בולטת בהן שברקיע הם שקועים *etiamſi non exſtet* ſeu *promineat earum figura. Nam & ipſa ſidera in firmamento immerguntur.* Non prominere videntur. Adeò ut qui in plano ſydera depingit, veram omnimodò, quantum fieri poteſt, ipſorum figuram (ita proculdubio ſenſus eſt) exhibeat, quod fieri non debet. Sic illi. Et tametſi aliter atque aliter inter-

o *Exod.20.23*

p *Gem. Babylon. ad c. Aboda Zara cap3 f. 43b.*

q *Halach. Aboda Zara c. 3. Moſ. Mikotzi Præcept. neg. 22, & videſis Paraphras. Vzielidis tribut. Exod. 20.23.*

Digitized by Google

interpretantur legem illam Exodi de Diis argenteis & aureis in hanc rem à Magistris, quorum verba attulimus, citatam. nihilominùs, quantum video, Corporum Cœlestium Figuras sive planas sive prominentes Ornatûs causâ velut in xystis, prothyris, parietibus, aulæis, alibive fieri apud ipsos illicitum unanimes habebant, si Talmudicis fides. At quid intereà tum dicendum de pronai Herodiani velo illo pretiosissimo seu peplo Babylonio apud Josephum [1] non solùm ita coloribus hyacinthino, purpureo byssino & & coccineo variegato, ut *ὥσπερ εἰκόνα τοῦ ὅλου velut omnium rerum imaginem*, quæ scilicet sub Luna visuntur, uti per symbola præ se ferret, verùm etiam *πᾶσαν τὴν ἐγκύκλιον θεωρίαν πλὴν ζῳδίων omnem Cœli rationem præter Signa*, ut vertit Ruffinus, haberet in se perscriptam, id est, ipsam Cœli, si quid video, imaginem totam, modò Signa excipias; si ζῳδία pro *signis* seu Zodiaci illis duodecim, ut vulgò, solùm hic sumenda. Cum autem vocabulum ipsum tàm generatim Animalia denotet, quàm Signa illa duodecim, quæ nec Animalia sunt omnia, fortè voluit potiùs Josephus omnem cœli rationem seu rerum cœlestium imagines in velo illo depictas, modò animalium figuras, in quas tam Zodiaci sidera, quam quæ occupant cœlum, reliqua antiquitùs tributa sunt, excipias. Veluti Orionem, Cepheum, Draconem, Cygnum, , Canem, Delphinum. Nam & Tabernaculi Mosaici velum (cujus heic imitatio) ipse alibi [2] ait floribus omnigenis variegatum esse *τοῖς τε ἄλλοις ἀνυφασμένον, ἔκ τε μὴ ἐναργῶν ἰδέαν, πλὴν ζώων μορφῆς, Rebus aliis omnimodis intertextis quæ ornamento esse possent, exceptis Animalium figuris.* Adeo ut absonum non sit τὰ ζῴδια in velo illo Herodiano idem denotare quod τὰ ζῶα in Mosaico illo. Ideonè verò innuit Josephus Stellarum ipsarum tam Zodiaci quàm reliqui cœli spatii, Solis, Lunæ, atque errantium ceterarum figuras sive in Mosaico sive in Herodiano velo depictas? aut cum hisce etiam Coronam Ariadnes, Deltoton, Lyram, Argo, Thuribulum, id genus alia. Nam in hujusmodi Partes ac Nomina cœlum diu ante Herodis Magni, id est, Augusti tempora ab Ægyptiis ac Chaldæis, uti etiam à Græcis distributum nemini non est in confesso. Sed, ut ex jam antè dictis vides, doctrinæ Talmudicæ omnino adversum

[1] *Halosres. L. 6 cap. 6 gr. 14. lat.*

[2] *Origin. lib. 3. cap. 5. & fide I Bapt: Villalpandi Explanationum in Ezech. tom. 2. part. 2. lib. 3. cap. 45.*

Digitized by Google

versum est Figuras id genus Cœlestes depingere seu quovismodo formare; Ornatûs scilicet seu Elegantiæ tantum Animive causâ. Quod ut signanter adjectum capias. Nam causâ Astronomiam aliave independentia Docendi Discendive, veluti in Globis cœlestibus conficiendis, Ecclipticum diagrammatis designandis, Magnitudinum, Illuminationum, Motuum, aliorumque in theoria syderum id genus, quæ Mathematicis in usu, ob oculos demonstratione, etiam Figuras Cœlestes fieri apud veteres quidem haud video interdictum. Sunt fateor in Magistris, qui nec sic figuras ejusmodi libenter admittere videntur. Abraham Aben Ezra, & ipse Astrologus summus t אין תמונות בשמים רק שמנה וארבעים צורות וחכמי הצורות עושים רבים אשר לא כן ומעשיהם קרובים לעבודה זרה *non sunt imagines aut simulachra in cœlo præter quadraginta octo* (constellationes Astronomis notissimas) *& Pictores formare solent res quidem dissimiles. Sed dum ita faciunt, proxime accedunt ad Cultum extraneum.* Nimirùm Arietem, Taurum, Geminos & quæ sunt cetera, imaginum ipsorum syderum loco habent. Quin & religiosiores hodie Judæi, quod ait Guilielmus Schikardus u, *ne characteres quidem* ☉☾✶ *aut* ♈♉♊♋ *tolerant etiam in suis Lucoth, hoc est calendariis aut Astronomorum libris, neque ceras quovis annulo signant.* At verò non solùm annulorum signatoriorum usus in libris Talmudicis x licitus citra controversiam habetur, verùm etiam permissum Ebræis utcunque non simplicis Ornatûs, tamen Discendi Docendique causâ, juxta Majorum suorum ritus, etiam Figuras rerum ipsarum Cœlestium facere; id quod tum ex virorum clarissimorum seculorumque priscorum recentiorumque in libris eorum Mathematicis exemplo, tum ex Talmudicorum scitis edocemur. Illustre est exemplum illud Rabban Gamalielis. Is Princeps erat Synedrii Magni. Abesse autem sibi in supellectili forensi noluit quidquam, quo facilius in Mensium initiis discernendis sanctificandisque fidem probaret testium, qui ex more se Lunam nascentem vidisse affererent. Scilicet à phasi Lunæ noctis à præcedentis mensis initio tricesimæ, quoties ejusmodi phasis haberi quiret, ita supputabant ut ex prima hac Lunæ visione Ratio eis penderet & mensium & anni initii. Adeoque festorum

t *Ad Exod. 20. 22. seu in Decalogum.*

u *In Prooem. ad Tarich. Regum. Pers. pag. 34.*

x *Videsis* Shulcan Aruch *lib.* Orach Chiim. *cap. 301. §. 9. &c.*

Digitized by Google

festorum quæ sive annua erant sive menstrua. Unde Syracides y Lunam ait fuisse εἰς ἀπόδειξιν χρόνου, καὶ σημεῖον αἰῶνος. Ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς, *in ostensionem temporis & signum seculi; à Lunæ signum festi;* ut quæ in Pentateucho alibique in fedære vetere de ea in hanc rem occurrunt, præteream. Illinc igitur Menses finiebantur sive cavi seu dierum viginti novem, sive pleni seu triginta dierum. Nam quoties ex phasi z, qualem diximus, per cœli nubila aliterve res definiri nequibat, mensis qui præterierat plenus seu dierum 30 fiebat. Neque ullus unquam admittebatur aut plurium sanè quàm triginta aut pauciorum quàm viginti novem. Et ex phasi tempore jam memorato habitâ vigesimus nonus præcedentis mensis illum claudebat; proximo à phasi incipiente. Quam mensium rationem unà cum integri mensis seu Adar secundi ex re natâ & pro Synedrii Magni libitu intercalatione incertâ, dum non discunt aut non advertunt Chronologi, de vero anno & die Passionis D. N. Jesu Christi, adeoque de Natalium tempore inde disputantes, circa inaccessa frustrà nimis sudant. Nimirùm calculi solum Astronomici apicibus tempora civilia perperam metiuntur. Etenim ex phasis solùm diversitate ac dicta mensium sive cavorum sive plenorum ratione, tum Synodi tum Plenilunia naturalia seu Astronomica civile mensis initium mediumque seu primum & quartumdecimum diem seu diem Paschatis (quem inprimis heic intueri solent) biduo, triduo, quatriduo, plus etiam idque incertissimè ut anteverterent necesse est. Sed hoc obiter. Jam verò manifestum est, Lunam novam, pro habitudine sua ad Solem mense quolibet post coitum aliter atque aliter mutante, diversimodè versus Occidentem primò in Cœlo satis sereno conspici. Idque sive partis nobis illuminatæ quantitatem, sive cornuum posituram, sive visionis primæ tempus locumque spectes. Nam pro Nodorum loci seu Latitudinis ab Eccliptica, longitudinis à Sole, motus sive velocitatis sive tarditatis, Zodiaci & Horizontis obliquitatis, adeoque descensionum, poli altitudinis, & quæ sunt id genus in calculo tum Astronomico tum Optico aliorum discrimine multiplici, citiùs quandoque primò conspicitur, veluti die à coitu proximo seu etiam intra ipsum coitûs diem; quandoque

2 *Videsis Iosseph. Scaliger. l.2. de Emend. Temp. cap. de Periodo Iudæorũ Alexandrea. Canon. Isagogic. lib. 3. pag. 278. Dionys. Petaviũ in Epiphanii um Hæres. 51. pag. 151. Samuel. Petitũ Eclog. Chronologic. lib. 1. cap. 1.*

Digitized by Google

doque autem tardiùs, veluti die tertio, etiam interdum & quarto. Unde major minorve partis nobis illuminatæ quæ primo, conſpicitur quantitas. Nunc inſtar tenuioris tantum arcûs ſeu lineolæ curvæ lucis; nunc inſtar ſegmenti ferè circuli, pro temporis Lunæque loci varietate, anguſtioris ampliorisque. Easdem item ob cauſas cornua nunc inclinantur, reclinantur, erectiores apparent. Qua de re accuratiùs egêre ſeculis vetuſtis Mathematici illi ex Arabibus egregii, Albategnius ſeu Muhamedes Aracenſis [a] &Muhamedes ille alter Alfragamus [b] præter Meſſahalam [c]. Orientalium enim plerique, quemadmodum ferè Judæi, ut & alii aliquot Orientalium mores ſecuti, à prima Lunæ viſione menſes auſpicari ſunt ſoliti. Unde illis de primæ viſionis diverſitate diſciplina perquam erat neceſſaria. Et Albategnius, *Visûs Lunæ ſcientia*, inquit, *in menſium primordiis ac eorum extremitatibus inter præmiſſorum* (eorum quæ de Lunæ motu præmiſerat) *potiſſima numeratur, eo quod Taric* (Epocha ac computi ratio) *Arabum eorumque menſium initia ſecundum Lunæ viſum diſcurrunt, & in hujus vera cognitione quædam multimodæ difficultates habentur, quæ ſunt Lunæ vicinitas ejusque à Sole remotio, &c.* Quod de prima dicitur viſione, quam diligentius perſequitur, haud pariter tractatam apud Mathematicos Græcos, Ptolemæum, Geminum, Cleomedem, alios qui ſyſtematis quæ reliquêre Aſtronomicis res Lunares ceteras fuſiùs tradiderunt. Certè inter Veteres nemo, puto, hac de re æquè expreſſim atque argutè ac Ariſtoteles [d], tametſi breviuſculè. Sed & de ea recentiores aliquot noſtri ſuperiorisque ſeculi obiter agunt; ut Eraſmus Rheinoldus & Petrus Nonnius ad Georgii Purbachii Paſſiones Planetarum & Joannes Keplerus in Paralipomenis ad Vitellionem, ſeu Aſtronomiæ parte Optica; uti etiam Talmudici [e] ſumma cum accuratione. Et de Viſione hac prima decernebat Princeps ſeu præſes Synedrii Magni cum Collegis aliquot, quibus hoc munus mandatum. Maimonides [f] juxta veterum mentem; בית דין מחשבין ברכים שהאיצטגנין מחשבין בהן ויודעין הלבנה כשהוא בחדש זה אם תהיה בצפון השמש או ברומה ואם תהי' רחבה או קצרה ול זכן יהיו ראשי קרני' נוטין וכשיבאו הערי' להעיר בודקין אותם מצד ראותם אות' בצפון או ברום להיכן הוו קרני' נוטות כמה היתה

[a] *De Scientia Stellarũ cap. 41.*
[b] *Element. Aſtron. c. 27. Seu Diff. 25.*
[c] *De Elementis & Orbibus Cæleſtibus cap. 9.*
[d] *Problem. ſect. 15. qu. 6.*
[e] *Mish & Gemar. Babylon. tit.* RoshHashena *c. 2. Maimonides Halach.* QuidoshHachodesh *&c. cap. 2. maxime cap. 17. alit.*
[f] *Halac.* Quidosh hachodesh *cap. 2. §. 4 ex tit. Talmudico* Rosh Hashena, *c. 2. f. 22. &c.*

Digitized by Google

חיתה גבוה בראיית עיניהם וכמה הייתה החבה אם נמצאו דבריהם מכוונין למה שנודע בחשבון מקבלין אותם ואם לא נמצאו דבריהם מכוונין אין מקבלין אותם *Calculo Aſtronomico uſi qui huic rei præerant* (id eſt Præſes, quem diximus & collegæ,) *inde ſciebant, utrum Luna prima ſen quæ primò viſa eſt (menſis ſcilicet proximè futuri) Soli eſſet Septentrionalis an Auſtralis, qualisnam item eſſet ejus latitudo ſen ab Ecliptica ſive diſtantia ſive propinquitas, qualis etiam inde cornuum inclinatio ac poſitura. Quoties igitur aderant teſtes* (qui ſcilicet de Viſione ritu ſolenni Principem Synedrii ac Collegas, quando ipſi non viderant, certiores facerent) *ad teſtificandum, inquirebant ab eis quomodo Lunam vidiſſent; an in parte Cœli Septentrionaliori an in Auſtraliori; quamnam in partem inclinarent cornua ejus; quanta eſſet oculorum eorum aciei altitudo ejus, qualisnam latitudo. Horum reſponſa ſi calculo Aſtronomico diſſona non eſſent, pro teſtibus hac in re habebantur idonei. Sin verò, planè rejiciebantur.* Siquidem pro diverſa Lunæ ad Solem, juxta antè memorata,



configuratione, aliter atque aliter colluſtrari eam, luminisque cornua variatim nobis inde inclinare, reclinare, erigi, ex hac etiam

iam manifeſtum ſatis eſt figurâ. Quò ſpectat quidem & illud Feſti Avieni in Prognoſticorum Arateorum paraphraſi.

Cynthia cum primùm cælo nova cornua promit,
Cautus utrinque Deam circumſpice : namque revectæ
Nequaquam ſemper ſimilis lux imbuit ortum:
Sed ſpecies diverſa trahit, varioque notatur
Formarum primi cum ſurgit luminis igne.

Et de cornibus erectis, reſupinis, inclinantibus, plura apud eum, atque ipſum Aratum. Quam intereà poſituræ diverſitatem intemperiei aeris ventoſæ, ventiſve nunc his nunc illis imminentibus, tribui ſubinde etiam à viris doctiſſimis nequeo ſatis mirari. Id verum quidem eſt, pallorem, ruborem, albedinem, colores, quorum in prognoſticis uſus ſolennis, alios, Lunæ, quà nobis apparet, ab Aeris qualitate contrahi. Quod nec minùs dicendum de figurà cornuum plus minusve ſive acuminata ſive obtuſa. Sed de iſtis ſimùl & de ipſa cornuum inclinatione pariter ita loquuntur, ut tàm hanc quàm iſta ab aëris velint intemperie pendere, aut veluti inter meteora haberi. De Arato ipſo, ac id genus aliis ſcriptoribus, qui non tam reverà Aſtronomi aut Phyſici, quam Poëtæ Aſtra ac meteora in carmen deducentes, haud adeò mirùm eſt. Sed Theon ipſe, Mathematicus quidem ſummus, in commentariis g εἰ μὲν ζέφυρος, inquit, πνέοι, δῆτα τὸ δύσεως ὑπερθεν αὐτὸ διαθλώμενον τὸν κέρω, ὅμοιον ἡμῖν παρέχει ἐν δοκεῖν τὸ Σελήνης τὰ κέρατα ὡς ἐπὶ πλεῖστον πρὸς ἕω τείνειν. ἐὰν δ' ἀπηλιώτης πνέοι, πότε μὲν ἀπάλιν νεύοντα τὰ κέρατα φαίνεται ὡς ἐπιτόμως. ἐαν δ' βορέας πνέοι, τὸ ἐν κέρας τὸ βόρειον ἐπικαμπὲς γίνεται. πάλιν ἐαν νότος, πρὸς νότου κέρας καμπόμενον, ὡς ἂν εἴποιμι μὴ ἐπὶ πλεῖον αἴτιος. *ſi flabit Favonius, quoniam ab Occidente in adverſum aërem impellit, ideo in cauſa eſt, ut etiam Lunæ naſcentis Cornua nobis videantur in Orientem inclinare. Si verò flabit Eurus, tunc econverſò cornua videntur in partem alteram reclinare ac reſupinare. Si flabit Boreas, cornu alterum, ſeu quod Boreale eſt incurvari videtur; ſi Notus, pariter cornu illud quod Notum reſpicit. Quemadmodum igitur diximus, harum rerum Aer in cauſa eſt.* Ex hujuſmodi etiam ratione forſan illud Theophraſti h; τὸ σελήνιον ἐαν ὀρθὸν ᾖ μίσει πλεόνως καὶ εὐκυκλες, χειμάσει μίσει διχοτόμως, *Luna nova ſi fuerit directa* (vertitur etiam *Lunæ cornu alterum ſirectum flabit*) usque

g *In Dioſcuride.*

h *Lib. de ſignis Tempeſtat.*

usque ad quartum diem, & benè rotunda; biemabit usque in partem dimidiam illuminatam. Varro i item, ex veterum disciplina; *si quarto die Luna erit directa, magnam tempestatem in mari præsagiet, nisi si coronam circa se habebit.* Alii veterum id genus alia. Neque hæc recentioribus k aliquot non admissa; perinde quasi ab aeris intemperie seu tempestatum imminentium diversitate comuum posituram oculis mortalium variatim ingeri non dubitarent. Ex ejusdem quidem latitudine varia, adeoque cornuũ erectione, inclinatione, reclinatione, tempestates olim, uti & hunc agricolis, solitas prædici, ex Ptolemæo l, Proclo m, aliis sequacibus scimus. Sed varietatem illam Aeri, aut non motibus solùm cœlestibus tribuere, planè Mathematici aut Physici non est. Qua de re etiam olim monuit venerabilis Beda n nostras. Itaque Rabban ille Gamaliel, ut fidem sollertiùs probaret testium visionis, quam diximus, Lunaris, in tabulis & parietibus figuras aptavit Lunares seu Lunulas adeò variatim illuminatas, corniculatas, cornibusque hâc illâc inclinantibus, reclinántibus, erectioribus, ut, qui testandi de visione gratiâ adessent, inspectis figuris illis responderent, hâc an illâ vidisse nascentem Lunam figurâ. Nam si quis visionis suæ figuram in tabula aut pariete elegerat, sive calculo Astronomico ita alienam, ut revera sic conspici nequiviſſe ex demonstratione statuendum esset, sive figuræ ex more pro visione tantùm admittendæ adverlàm, ejus veluti falsò de visione testantis fidei ratio habebatur nulla. Ex more nimirùm admittend non erant de visione testes, nisi partem nobis illuminatam sine nubium interventu integram à se conspectam assererent. Hac autem de re plenius multò in libris de Synedrio Magno agimus. Sed de Figuris, quas diximus, disertè Misna o; רמות צורות לבנות היו לו לרבן גמליאל בסבלא ובכותל בעליתו שכהן מראה את ההדיוטות ואומר הכזה ראית הכזה *Imagines figurarum Lunarium fuere Rabban Gamaliel in Tabula & in Pariete in cænaculo ejus, quas ostendens testibus & vulgo rogabat hâc an illâ figurâ Lunam vidisse?* Schema adponimus, quali ustum fuisse, Principem illum Synedrii, arbitror. Atque id ipsum est, quod pro Lunæ ψηφοφορίᾳ, & ψηφοφορίᾳ σελωνιακῇ συνόδων Gamaliciana sumsit vir maximus p perinde ac si

i *Apud Plin. Hist. Nat. 18. cap. 35.*

k *Andreas Mirobki in Theoria Ventorum §. 109. alii.*

l *Tetrabib. lib 2. cap. 2. περὶ τῶν ὅλων μέρους, &c.*

m *In locum citatum.*

n *De Rat. Temp. cap. 35.*

o *Tit.* Rosh hashena *cap. 2. Talmud. Babylon. fol 24.*

p *Ios. Scaliger De Emenda. Temp. lib. 2. cap. de periodo Iudeorum Alexandrea & Canon Isagogic. lib. 3. pag 278. Videsis* Io. Cochium *in Tit.* Sanhedrin *cap. 1. pag. 13.*



Oriens. *Occidens.*

per צורות מבנורת *figuras Lunares* computi tabulæ seu Noviluniorum Computus esset intelligendus. Neque obiter id fecit, aut semel. Nam in libris de Emendatione temporum ubi de visione, quæ jam præ manibus, loquitur, *cui rei etiam*, inquit, *fidem facit, quod in eodem capite Rosch Haschana* (caput idem antè citavimus) *Scriptum extat, Iudices* (Principem quem diximus Synedrii Magni & Collegas) *cum de neomenia speculatum homines delegarent ipsos in ante* צורת הלבנה *habuisse, id est figuram Lunæ quod intelligo* ψηφοφορίαν Σεληνιακῶν συνόδων *ad quam nimirum confugerent, quoties nubila aut imbres visionem oculis inviderent. Sane magna me hujus rei incessit admiratio, &c.* Et in canonibus Isagogicis diu pòst scriptis, *Tempore* ait *nubilo, quod ipsi vocabant* יומא דעיבא *diem nubilum item* יומא דסיתוא *diem opacum, habebant Lunæ* ψηφοφορίαν, *ut hodiè, quam sequebantur. Ea in Talmud dicitur* צורת חלבנה χῆμα τῆς Σελήνης, *qualem* ψηφοφορίαν *semper ante oculos scribitur habuisse Rabbi Gamaliel.* Ita ille, adeò ut constanter affirmârit non figuras nascentis Lunæ ejusq; illuminationes varias, sed calculi Lunaris formã seu tabulas Lunares seu quibus motus Lunaris epilogismus indicaretur, duntaxat in jam citatis innui fuisse Gamalieli. Sed verò aut depravatũ aliquod Talmudicæ Misnæ

Misnæ Exemplar virum præstantissimum fefellit, aut lectionem veram non satis animadvertit. Nam pro eo quod utroque in loco vocat ille צורת הלבנה *Figuram Lunæ* (quo forsan nomine simpliciter sumto non ita absonum fuerit, tametsi opinor nondum compertum, ipsum calculum, quo figuræ Lunæ nascentis possint dignosci, per Metonymiam designari) legitur in Misnæ loco à Scaligero laudato, idque in editionibus, quas consuluimus, optimis, nec ita paucis, aut דמות צורות לבנות (ut superius citatur) *Imagines Figurarum Lunarium*, seu *Lunarum*, aut דמות צורות לבנה ut tam in Hierosolymitano, quàm Babylonico Talmude, id est *imagines figurarum Lunæ.* Alio item in loco seu Gemara in Babylonia q idem totidem affertur verbis juxta lectionem priorem. Sed verò lectio sive hæc sive illa nec Lunarem epilogismum, nec quidquam præter id, quod jam monstravimus, si quid video, ritè satis potest denotare. Id palàm etiam asserunt Magistri r, quibus explicatio est צורות לבנות שעור היוח ולאיזה צד קרניה נוטות *figura* seu *Imagines lunares denotant Lunæ mensuram ac quantitatem, atque indicationem, unde dignosceretur, in quamnam cornua ejus inclinarent partem.* Quin & ita rem capiendam, satis docet Gemara in utroque, quem memoravimus, loco Babylonia. Disputatur quidem ibi, utrum licitæ ejusmodi figuræ, cum regulariter corpora Cœlestia neutiquam juxta superius dicta depingenda. Sed tandem Lunularum has figuras licitas juxtà cum Misna ait Gemara, quia factæ sunt להת למד seu *docendi discendique causâ* ut expressim ibi dicitur. Nec ianè è subtilioribus tantum calculi apicibus (qui planè non ignaris tantum, sed & inassuetis cruces sunt) aut nudo de Visione colloquio potuisse testem ex hominum vulgo sive discere sive satis enarrare figuræ seu cornuum, de quibus respondendum esset, posituram, omninò credibile est. Unde & R. Joseph Karo s, צורות חמה ולבנה וכוכבים אסור בין בולטת בין שוקעת ואם הם להתלמד להבין ולהורות כולן מותרות אפילו בולטות *Figuræ Solis & Lunæ & Syderum tam planæ, quàm prominentes interdictæ sunt. At verò si sint discendi, docendi, resque dubias decernendi gratiâ, licitæ sunt Omnes, adeoetiam prominentes.* Ubi *Omnes*, opinor, tàm ad figuram referuntur etiam huma-

q *Ad tit.* Aboda Zara *c. 3. fol. 43. a.*

r *R. Obadias Bartenorius ad tit.* Rosh Hashana *c. 2. fol. 8. Maimonides ibid*

s *In* Shulcan Aruch, *lib.* lore dea *cap.* 141. §. 4.

humanas docendi quid discendive gratiâ simul & Cœlestium corporum qualescunque facere; tametsi Ornatûs solùm animique causâ hæ non omninò, illæ nisi in plano aut cœlatura, textura, seu incisione fieri non deberent. Certè & de Cœlestium figuris idem firmant Ritualia aliquot Judæorum ab ipsis typis edita. Hymnus scilicet interdum sacris Paschalibus adjicitur, in quo tum mensium duodecim tum Zodiaci signorum, quibus suo ordine respondent, fit mentio; unde & typis etiam margine [a] depictæ habentur signorum omnium, veluti Arietis, Tauri, Geminorum figuræ. Nisi si dicas has reverà non esse figuras cœlestes, sed planè (sicut se res ipsa habet) adinventas, ut Sceliarum in Zodiaco Spatia & Numerus aliarum rerum nominibus denotentur, Stellasque tantùm ipsas esse corpora cœlestia, adeoque figuras ipsis similes esse tantùm corporum cœlestium imagines. Certè in Commentariis eorum de motu Solis & Lunæ, id est, de Annorum ratione etiam Talmudicis, Orbes Cœlestes uti Eccentricos, Concentricos, Epicyclos, alios quemadmodum apud Mathematicos sive Paganos sive Christianos, describi ab ipsis solenne est. Et adnotat R. Salomon Loria [b] reperisse se ad Calcem Gemaræ Babyloniæ ad titulum de Sabbato codicis Rabbini celeberrimi צורת הגלגל ומזלותיה *Figuram Cœli* seu *Sphæræ & Signorum ejus*. Quæ tamen, ut ipse ob oculos posuit, circulus tantùm est, cujus aream circumeunt mensium nomina Ebraica; peripheriam verò, Signorum duodecim nomina citra aliam omninò figuram. Sed de hisce satis superque. Ex jam dictis verò tandem sequitur, proselyto domicilii ex Jure, quod diximus, Superinducto seu Gentium Interveniente neutiquam permissum esse, Imagines in Solido seu Promberantes Humanas, nec sive Protuberantes sive in Plano Cœlestes Ornatûs seu splendoris gratiâ, sed tantùm להתלמד *seu docendi discendique causâ* formare. Alias autem pro libitu formandi permissam ei libertatem, si receptiorem spectamus sententiam, veterumque morum, ut par est, rationem heic habemus. Utcunque verò ea se res habuerit, dubitandum vix est, quin pro variante eorum, cui rebus ac disciplinæ præerant, opinione secus nunque de crimine, aliter atque aliter Permissio seu Interdictum hoc se habuerit. Nam

[a] Machzor *Judæorum Germ. par. 1. fol. 171. &c.*

[b] In Chochmath Shelomo, *fol. 61, 6.*

quod

Digitized by Google

quod Israelitæ ob Idololatriæ novandæ metum, de hisce variatim & juxta discrepantes hominum, ut fieri amat, sententiás negatum est, id neque Noachidi apud eos permissum esse, eandem ob causam, secundum jam ostensa, æquum est ut existimemus. Et qui Statuam erexerat, Lucum plantaverat, aut Imaginem aliter atque dictum est fecerat, verberibus ex sententia forensi [x], uti etiam qui alia id genus juris capita, quæ mox sequuntur, violaverat, pro more puniendus erat; atque ex jure Civili Judæus. Proselyti autem domicilii, juxta jus Gentium ad regendos eos Civili superinductum, id est, Interveniens Gentium jus, sive verberibus sive aliis, pro rerum temporumque discrimine, pœnis afficiebantur.

[x] *Maimonid. Halach. Sanhedrin, cap. 19.*

CAP. VII.

De Actibus aliis, *à quibus ideo ex* Jure Gentium Interveniente abstinendum Proselyto Domicilii, (*uti ex* Jure Civili *Israelitæ,*) *quia ritus Idololatricos imitari vid. bantur. Item de* Imaginibus jam factis Proselyto Domicilii, *uti &* Israelitæ (*huic ex* Civili suo, *illi ex* Interveniente, *quod diximus*, Jure) utendis, retinendis, abolendis. Imaginum ac Rerum idolis sacratarum, *nisi fuerint resecratæ*, possessio & usus *omnimodus utrique* interdictus. *Scilicet* prorsus *erant* abolendæ. Omnimodarum Imaginum *Cultûs gratiâ non factarum nec cultarum* possessio & usus promiscuus eis licitus. *Quid hoc* Resecratio. *Quemodo* Lucorum sive Cultûs gratiâ *plantatorum sive* Fructûs causâ, & postea cultorum usus *seu* possessio licita illicitave, *ex jure jam memorato. Qui demùm ratione* abolendæ *res, quarum* usus & possessio *causis jam dictis vetita.*

IN Verbis Maimonidis superiùs [y] memoratis de Statuam erigendi, Lucum plantandi, Imagines formandi libertate Proselytis domicilii ex Jure Gentibus aliis Ebræisque Interveniente negatâ, occurrit illud ובית אבן לנוי *nec quæ similia* seu *ideo eum sunt alia Omnibus* seu *splendoris* aut *nitoris*, id est, *planè usûs qualiscunque etiam qui facer non fuerit causâ.* Adeo ut, ex Talmudicorum sententia, non solùm tria illa, quæ jam explicata capite habes præcedente, sed & cætera, quæ ex Ebræorum disciplina eandem aut parilem sortiuntur rationem, Prosely-

[y] *Cap. 1. 2. & 6.*

elytis domicilii fuerint similiter interdicta. Non ex jure hominum communi, seu quod per excellentiam Noachidarum dici solet, sed tantum ex Interveniente hoc seu Ebræis atque Inquilinis ejusmodi seu in eorum ditione vitam transigentibus singulari, ut supra monitum est; quod inprimis heic semper animadvertendum. Designatio autem illa generalis partim, ni nimium fallor, Imaginum quarundam Possessionem & Usum (nam de faciendis, non de Utendis seu Possidendis Imaginibus antè factis hactenùs solùm agitur; saltem si excipias exempla superiùs ex Josepho adducta de Cæsaris Iconibus & trophæis atque Animalium in Palatio Tiberiensi figuris, de quibus, quà jam facta in usum ab Herode, Pilato, Tiberiensibus aliisve apud Ebræos qualemcunque adhibita sunt, mox plura) Imaginum, inquam, quarundam aliorumque bonorum sive ipsâ Idololatriâ sive ejusdem circumstantiis inquinatorum Possessionem & Usum complectitur, partim Actuum abstinentiam aliquot aliorum quos, cum pro Cultûs extranei seu Idololatriæ sive imitamentis, sive invitamentis, ab Ebræis, idque ex Lege Sacrâ cum Gentilium ritibus collatâ, haberentur, haud Proselytis Domicilii magis quam sibi ipsis (quos solos cum Proselytis Justitiæ ex Sacrâ Lege scriptâ teneri heic censebant) permitti voluére. Actus, aliàs per se ac simpliciter liciti, quibus hoc nomine abstinendum erat z, fuère, habitum sexuum ementiri seu sexum alterum alterius habitum induere a (& magnopere sanè mirandum, ut rectè Dionysius Petavius, si modò verum est, quod tradit Epiphanius b, γυναικείοις ἱματίοις *muliebribus palliolis* usos esse Pharisæos ipsos, cum expresssimis legis sacræ verbis adversetur, uti & doctrinæ Talmudicæ) vestimentum ex diversis generibus, veluti lanâ & lino, confectum gestare, diversi generis animalia ad coitum seu ad c aratrum simul admittere, fructus ante annum quartum comedere d, in rotundum attondere comam, aut barbam rădere, cutem incidere e, alii id genus aliquot in fedele veteri prohibiti. Ideo enim hosce actus aiunt Israelitis prohibitos, quia solenniores anteà f erant Idololatris sive Cananæis sive vicinis, & quoniam, tametsi extra cultum fierent, propè nimis nihilominùs ad Idololatriam ejusve ritus, quibus verendum erat, ne verus Cultus forsan inquinaretur, ac-

z *Vide Lebit. 18. 3. & 20. 23.*
a *Deut. 22. 5.*
b *Hæres. 16.*
c *Lebit. 19, 19.*
d *Ibid. 23.*
e *Ibid. 27. & 28.*
f *Videsis Lebit. 20. 23.*

Digitized by Google

tur, accedebant. Ea de re fusiùs Moses Maimonides g. Eg More Nebochim *part* 3. *cap.* 37. & *in* Halach Aboda Zara *cap.* 11. & 12. & *in Numer Præcept. Negat.* 40. &c.

cujus item & *More Nebochim* versione veteri S. Thomas h, alii. Neque solùm conjecturâ nituntur, aut traditione majorum, dum actus ejusmodi Paganis, atque Idololatris Orientis vicinisve in usu solenniori fuisse scribunt, indeque vetitos. Nam illis in usu fuisse actus hosce simul cum aliis non paucis, qui ipso Idololatriæ genere per se contenti pariter in lege sacra prohibentur, expressim docent è libris Orientis vetustissimis, nullibi nobis repertis, de Zabiorum ritibus, seu de eorum, qui Orientem maximè occuparunt, omnimodis sacris. Vocantur illi Maimonidi i, אומת הצאבה *gens Zabea*, quæ inquit, היא אומה שמלאה כל הארץ *erat Gens qua implevit totum orbem.* Zabiorum rituum atque superstitionum, seu, ut Saido Batricidi dicuntur, دين الصابيين

h 1. *Secunda quæst.* 102. *art.* 6. *ad* 6. 8. 9. 11. & 2 *Secunda quæst.* 196. *art.* 2. *ad* 3.

i *Ibid. ca.* 29.

Religionis morumque Zabiorum origo tribuitur ætati Nachoris Abrahæ avi, atque Zaredshatho velut authori. Verba ejus sunt

وفي ايامه ظهر رجل فارسي يقال له زرادشت فاظهر

دين الصابيين . وكان بفارس ملك يقال له طخمورث

Et in diebus ejus (Nachoris) *Claruit Persa quidam nomine Zaradshath* (pro eo, ni fallor, quem Zoroastrem dicere solent; nam & eum Zaradem k dictum scimus) *& publicavit* seu *propagavit religionem Zabiorum, regnante tunc in Perside Tecmuratho.* Sed alias habet ille sententias, quibus è Græcia petitur disciplina Zabiorum. Videsis etiam de Zabiis responsa Josephi Scaligeri l, ad quæsita aliquot Isaaci m Casauboni. Et de Zoroastre, quà huc spectet, consulas Laërtium n, Justinum o, alios. In libris autem illis, quos de Zabiorum ritibus in hanc rem memorat Maimonides, primarium obtinet locum is, qui inscriptus est העבודה הנבטית, quod nomen in versione sua Latinà retinuit doctissimus Joannes Buxtorfius nec transtulit. Veteri autem versione Latinà pro eo substituitur liber *de Agricultura Aegyptiorum* & liber *de servitio Aegyptiaco.* Unde S. Thomas p, aliique heic sequaces de Ægyptiorum Veterum moribus toties loquuntur, dum præcepta aliquot Mosaica explicant.

k *Agathias lib.* 2. & c.

l *In Epistolis Francof.* 1612. *pag.* 341.

m *Epist.* 438

n *Lib.* 1.

o *Lib.* 30. & *videsis Jacobum Bouldu-cum de Ecclesia ante legem, lib.* 2. *cap.* 18.

p 2 *Secundæ q.* 102. *art.* 6. &c.

Cestè

Certè vocabulum prius, tàm cultum, quâ sacra respicit, quàm quâ agrum denotat, & sacra Zabiorum agriculturam imprimis spectatis monet etiam Maimonides q. Quod verò ad vocabulum posterius attinet seu הנבטיה seu הנבטית, ut interdum r ex eo citatur, id *Nabathæa* fortè seu *Nabathæorum* vertendum. Adeo ut de Nabathæorum, gentis Arabicæ Judææ vicinæ, cultu ritibusque juxta Zabiorum disciplinam congestis intelligatur. Nec ita mirum est, autorem versionis vetustioris *Ægyptiorum* substituisse. Nam vix dubitandum, quin ex elementorum ב & כ cognatione, quæ in manu exaratis sæpe est maxima, legerit ille הכבטיה, quod pro Ægytiaco capi posse manifestum est. Atque illum Ebraicam Maimonidis versionem quam R. Samueli Ben R. Jehudæ Aben Tybbon debemus, non Arabicam ipsius autoris transtuliisse non ambigimus. De libris autem illis ritibusque Zabiorum in eis repertis, Maimonides; ידיעת הדעות ההם והמעשים ההם הוא שער גדול מאד בנתינת עלת המצות *Cognitio disciplina in eis contenta ritusumque juxta eam solemniorum, porta magna est* seu *impensè facit ad reddendas præceptorum causas.* Summa demum est, actus omnimodos, qui viciniorum Gentium Idololatriam ejusve ritus omninò saperent, aut imitari viderentur, tametsi Idoli cultus procul abesset, ex jure Interveniente, non verò Communi seu Naturali, Proselytis domicilii, ut ex Civili Israelitis, interdictos. Quibus dubitari nequit, quin annumerandæ sunt Sortilegorum, Augurum, aliorum artes, quæ in sacra lege morte non puniuntur. Nam Magiam infamem s, morte punitam, ad ipsam Idololatriam referunt, ut capite primo diximus. Id est artes illas quibus creditum est Spiritibus, nescio, quibus cultum divinum seu divinitatem tribui. Ceteræ autem, veluti Augurum t, Sortilegorum, Ariolorum, Præstigiatorum seu quæ citra ejusmodi Idololatriam adhibitæ tantùm interdicuntur, nullà expressim in sacris literis nedum mortis ullibi pœnâ adjectâ, nomine simplici הגוים הוקות *Statutorum* seu *morum Gentium* veniunt; qui tametsi Idololatriâ carerent ipsâ, fugiendi nihilominus Ebræis erant, quoniam apud Idolatras atque ex ipsâ Idololatriæ non rarò ratione u orti sunt fotique. Mores autem hi sic vetiti, adeoque artes, quales

q More Nebochim *part 3. cap. 30.*

r *In comment. ad* Sepher Cozri *part. 1 cap. 61 fol. 28.*

s *Exod. 22. 17. Levitic. 20. 26.*

t *Deut. 18. 10. & 11.*

u *Vide Maimonidem* More Nebochim *part. 3. cap. 29. 30. &c.*

Digitized by Google

quales diximus, verberibus ex ſententia forenſi in Judæorum iendæ erant. Neque æquum eſt, ut exiſtimemus Noachidem ſeu Proſelytum domicilii artibus ejusmodi, utcunque ex Jure hominum communi ſeu naturali, juxta ipſos, non vetitis, impune ex Jure Interveniente uti potuiſſe; maximè ſi harum actus ac circumſtantias cum ceteris, quæ nunc tractamus, ritè componimus. Quod verò ad Imaginum jam factarum poſſeſſionem & uſum heic attinet; Triplex erat harum genus Aut enim factæ ſunt Cultûs Causâ necdum cultæ, aut etiam Cultæ, aut Factæ tantummodò לנוי id eſt, *in Ornatum*, ut fieri ſoſet, ſive Ruſticum ſive Urbanum, ſeu ejusmodi alium uſum citra omnimodam Cultûs Extranei rationem. Primi generis quæ fuêre, aut à Noachide ſeu Gentili factæ ſunt, aut ab Iſraelita. Imaginem qualemcunque à Gentili Cultûs Gratiâ ſic formatam, inter ipſos fuiſſe y aiunt אסורה להנאה *adeò illicitam, ut nec in uſum* ſeu promiſcuum *vitæ Commodum ullatenùs eſſet adhibenda*. Idque etiam tametſi nondum à Gentili culta fuiſſet. Et diſtinctionem habent de præſumptionibus, quibus heic, ubi de re non aliter liqueret, ſtandum erat. Si in Gentilium villis ſeu oppidulis reperirentur imagines qualescunque אסורים בהנאה מפני שחזקתם שלעבודה זרה הן עשויין *uſus earum interdictus erat omnino eas, quoniam præſumebatur eas in cultum extraneum eſſe factas.* At verò הנמצאות במדינה אם הוו עומדין על פתח המדינה ויהיה בהן חצורת צורת מקל או צפור או כתר או סיף או עכרה וטבעת ח קתן מהנא לע"ז ואסור בהנאה ubi ubi *Imagines reperta ſint in Vrbe aliqua, ſi ad portam collocata haberent manu figuram baculi, ſphærula, aut globi, aut gladii aut Coronæ & annuli, præſumitur factas eas eſſe in cultum extraneum, adeoque uſus earum interdictus eſt.* Aliter præſumendum non erat eas Cultûs causâ factas, ſed tantùm in Ornatum urbanum. Temperamentum item adjiciunt, de Imagine ejusmodi reſecrata, ſeu quæ antea religione ita ſolveretur, ut Sacra eſſe planè deſineret. Tunc enim uſus ejus, ut bonorum aliorum, ſatis licitus. Sed de Reſecrandis imaginibus plura mox. Ab Iſraelita autem Imago qualiscunque facta, ſi minimè omninò culta fuiſſet aut ſacrata, ab omnimodo uſu ſic arcenda non erat, שר בן ע"ז של גוי לע"ז של

x *Idem Hal. Sanhedrin cap. 19.*

y *Mina & Gemara tit.* Aboda Zara *cap. 2 & 3. Maimonides Hal.* Aboda Zara *ca. 7.* Hilcoth Gedaloth *fol. 120. e Moſes Mikotzi Præcep. Negativ. 45. Ioſeph. Karo in* Shulcan Aruch, *lib.* Iore Dea *cap. 139.*

שר ישראר ע"ז שר נכרי אסורה בהנאה סד שנ' פסילי אלהיהם תשרפון באש משפטו נעשה לו אלוה ושר ישראל אינה אסורה בהנאה עד שתעבר שנ' ושם בסתר עד שיעשה לה רכיה שבסתר שהן עבודתה *Quod ad discrimen spectat inter imaginem Cultûs causâ ab Gentili factam, atque eam, quæ causâ pa-*

a Deut. 7. 25. *rili fit ab Israelita; Gentilis Imago ejusmodi statim atque fit, ab omnimodo arcenda est usu, juxta id, quod dicitur in sacra lege, Sculptilia a eorum igne comburetis. Simulac sculpserint, tribuitur ei divinitas. At verò Israelitæ ejusmodi Imago non ita omnimodo arcenda est usu, priusquam colatur (juxta etiam id, quod in sacra lege ha-*

a Ibid. 7. 15. *betur a & in abscondito posuerit) scilicet priusquam ea in abscondito* seu *clanculùm faciat, quæ ad cultum ejus attinent.* Tertii generis Imagines factæ seu repertæ, id est, quæ tantum factæ sunt, sive à Gentili sive ab Israelita, Ornatûs gratiâ, aut in promiscuum sive in ædibus, sive in vasis, tabulis, aulæis, velis, vestibus ornandis usum, nec postmodum dicatæ, seu cultu extraneo inquinatæ, habebantur planè licitæ (utcunque illicitè apud Israelitas factæ veluti cœlestes qualicunque formâ, & humanæ in solido seu prominentes) non aliter atque suppellectilis pars aliqua alia seu bona qualiacunque cetera. Nam pœnâ verberum, quæ illicitas facienti infligenda, expiabatur ipsa faciendi culpa. Nec retinendo alia commissa est. Unde & de imagine apud Gentiles repertâ, quam cultûs gratiâ neutiquam factam esse, juxta jam dicta, præsumebatur, aiunt, חזי הוא בחזקת לנוי ומותר *præsumendum erat eam Ornatûs tantùm gratiâ factam, adeoque uti frui licuit.* Quâ de re etiam pronuntiant המוצא כלים ועליהן צורת המה ולבנה ודקין אם היו כלי כסף וזהב או בגדי שט או שהיו חקוקים על הנומים ועל חטבעות הרי אלו אסורין ועל שאר הכלים מותרין מפני שחקקתן לנוי וכן שאר הצורות הנמצאות על כל הכלים חקקתן לנוי ומותרין *si quis repererit utensilia, in quibus figura Lunæ aut Solis aut Draconis, eaque fuerint aurea aut argentea, aut vestes purpureæ, aut si fuerint figuræ hæ in monilibus aut annulis, utensilia sunt ipsa illicita. Attamen si utensilibus in aliis fuerint repertæ, ea licita sunt, eo quod præsumitur Ornatûs gratiâ tantùm esse formatas. Quin & figuræ cetera in quibuscunque repertæ utensilibus licitæ sunt, quia præsumitur formatas esse ornatûs tantùm gratiâ.* Quoties

ties nempe de cultûs gratiâ palam non confiterato. Atque huc fanè spectat illud Procli Polyzeli F. & Rabban Gamalielis. Misna b; שאר פרקלוס בן פלוסלוס את רבן גמליאל בעבור שהיה רוחץ במרחץ של אפחדישי אמר לו כתוב בתורתכם ולא ידבק בידך מאומה מן החרם מפני מה אתה רוחץ במרחץ של אפחדישי אמר לו אין משיבין במרחץ כשיצא אמ'ל אני לא באתי בגבולה היא את כגבולי אין אומרין נעשה מרחץ נוי לאפרוד אלא נעשית אפרוד נוי למרחץ. *Interrogavit Proclus Polyzeli filius Rabban Gamalielem, curnam se lavaret in balneo Veneris* (balneo, ut interpretantur Magistri, in quo figura habebatur Veneris, unde est denominatum) *nam, inquit, scriptum est in lege vestra* c, *non adhærebit in manu tua quidquam de anathemate: cur igitur tute lavas in balneo Veneris? Dixit ei Gamaliel, Respondendum non est in balneo* (nudo scilicet, reverentiæ causâ de lege loquendum non est; quemadmodum apud Gentiles in templis nudare se quempiam seu Vestimenta mutasse nefas d habebatur) *Simulac autem exierat* (& vestem induerat) *Ego, inquit, huc non accessi figuræ Venereæ causâ, sed ea huc mei causâ advenit* (id est, causâ balnei & lavantium in eo.) *Neque quisquam dixerit balneum in Veneris usum factum, sed Venerem hanc*, seu figuram *in usum seu ornatum Balnei.* Sensus est, & balneo utor, & in eo figuram hanc collocatam non illibenter conspicio. Sed cum consecratio omnimoda cultusque absit, & figura utcunque ejus, quod aliâs interdum pro numine habetur, ornatûs tantùm causa locum heic habeat, non est omninò, cur violatæ legis nostræ hoc nomine incusetur. Quâ nempe, earum quæ cultus gratiâ tantum factæ sunt, aut diis dicatæ Imaginum, juxta majorum interpretationes, Usus omnimodus interdicitur. Sed verò non solùm Imaginum sive Cultûs gratiâ factarum sive cultarum, quales diximus, verumetiam Victimarum, Oblationum, & Instrumentorum ac Vasorum veluti Pollubri, Simpuli, Aræ, Mensæ, (simulac in cultu adhibita fuerint hæc, uti illæ simulac fuerint oblatæ, aut in oblationem signatæ, nec antè) & quæ sunt aliorum id genus, imò & כל התעשיה בשבילה *universi apparatus Cultûs Exsanei gratiâ facti*, id est, Idolo culto dicati, Usus omnimodus pariter est interdictus. Excepto, quod culter, cujus in Idolo-

b Tit. Aboda Zara ca. 3. §. 4. & videsis Maimonid. Halach. Abboda Zara c. 6. & c. Shulcan Aruch lib. IoreDea cap. 142. §. 14.

c Deut. 13. 17.

d Plutarch. in Quæst. Romanis.

Digitized by Google

latria usus fuerat, non illicitè e in victima tantum mactanda, sed non dissecanda, adhiberetur. Adeo ut ne quidem ex horum alicujus, aut possessione, aut venditione locupletiorem fieri apud Israelitas fas esset. Pretium, æquè atque ipsa, illicitum. Præceptum quidem sibi civile habent ex illo legis f *Non inferes abominationem*, seu ut vulgata, *quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Sed execrando execraberis illud, & detestando detestaberis illud, quia anathema est.* Rationem etiam afferunt; ne aut ipsum Idolum, aut vasa aliave ipsa ad illud spectantia possessorem in Idololatriam forsan invitarent, aut g rerum dein ejus secundarum seu vitæ, quæ forte sequeretur beatioris causam vulgus, cui in rebus maximè ejusmodi discernendis hallucinari solenne est, in hujusmodi Possessione & Usu temerè collocaret, indeque existimatio & honor cultui extraneo accederet. Atque ex hac ratione consonum superinduxêre Jus Gentium seu Proselytorum domicilii Interveniens. Sed prætereundum non est, tàm vasa & apparatum Idoli, quàm ipsum Idolum, si Resecrarentur seu Religione Solverentur, antequam in Israelitæ possessionem devenirent, non aliter atque alia bona in vitæ usum & commodum licitè adhiberi potuisse. Resecrandi facultatem aiunt fuisse tantummodo Gentili; qui scilicet hactenus esset ipse Idololatra, non Gentili, qui Idololatriæ renuntiaverat. Nec tamen omnigenas Imagines consecratas resecrandi ei fuisse facultatem, sed eas tantùm, quæ à Gentili etiam consecratæ fuissent ab Israelita nondum possessæ. Nam nec Israelita ipse resecrare potuit ejusmodi sive Imaginem, sive vas, sive apparatûs sacri partem aliquam â quocunque sacratam. Nec postquam ipse possederat, quis alius mortalium, ut volunt nonnulli. Quod quantum ad Imaginem sacratam ipsam attinet, admittunt omnes. De vasis autem, & instrumentis ita dissentiunt, ut aliqui velint illa etiam, postquam ab Israelita possiderentur, potuisse ritè resecrari. Quod verò legitur in Misna Talmudis Hierosolymitani h נברי מבטל עבודה זרה שלו ישראל *Gentilis resecrat tàm consecratàm imaginem* seu *Idolum, quod suum est, quam quod est Israelitæ*, lapsus est, opinor, sive typographi, sive librarii. Restituendum igitur שלו ושל הבורו *quod suum*

e Gem. Babylonica ad tit. Cholin. cap. 1. fol. 8. 4. Maimonid. Hal. Aboda Zara cap. 7. Schulcan Archuch. Iosef Dea cap. 139. & 142.

f Deut. 7. 26. & vide cap. 13. 17.

g Vide ante alios, Maimon. More Nebochim part 3. cap. 37.

h Tit. Aboda Zara cap. 4. §. 4.

sanum est, quàm quod Gentilis est alterius. Nam Talmudis Babylonii Misna aliæque Misnæ editiones ita locum illum habent. Et Gemara utrique ibi non semel, ע"ז שעברה ישראל אין לה ביטול לעולם *Idolum quod coluit Israelita nunquam omnino potest resecrari,* seu *religione solvi*, quemadmodum & Magistri consentiunt passim. Ubi & obiter advertendum nomine עבודה זרה *Cultûs extranei* seu *peregrini*, non solùm venire ipsum cultum seu latriam, sed rem etiam ipsam, pro discrimine rerum, de quibus verba fiunt, quæ sive ut idolum colebatur, sive Idolo sacrata est, veluti *ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων inquinamenta idolorum* & Idolothyta, id genus cetera. Id quod apud Magistros est frequentissimum. Gentili autem, qualem diximus, non solùm quod ipse fecerat seu sacraverat idolum, sed quod alius quis Gentilis, resecrandi facultatem tribuunt. Resecrato autem Idolo ipso, resacrata simul consequenter omnia, quæ ad id spectabant vasa, instrumenta, apparatum asserunt, præter victimas atque oblationes, quæ nec Resecrationis capaces. Vasis autem, instrumentis aut apparatu resecrato, non simul inde resecratum est Idolum. Resecrare heic erat, non solùm liquefacere seu resecrandi animo comminuere aut mutilare, verùm etiam, ut liquefieret seu confringeretur, alienare, & usibus communibus palàm addicere, juxta illud i Tertulliani k; *Domesticos deos, quos Lares dicitis, domestrâ potestate tractatis, pignerando, venditando, demutando aliquando in tacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva; ut quisque contritus atque consutus est, dum diu colitur; ut quisque dominus sanctiorem expertus est domesticam necessitatem.* Quin & Idolum, quod tempore pacis coli desiit, exinde resecratum est; non item, quod tempore belli. Magistri, ע"ז שהניחו עובדיה בשעת שלום מותרת בהנאה שחרי ביטלוה בשעת מלחמה אסורת מפני שלא הניחוה אלא מפני הסלחמה *Idolo, quod tempore pacis à colentibus negligitur, seu coli desinit, uti frui* (inter bona) *fas est. Nam id resecrarunt. At verò si id fiat tempore belli, eo sic uti frui est nefas, quoniam non ob aliam, quàm belli causam coli desiit.* Tametsi autem Gentilis tàm alienum, quam suum idolum, juxta jam dicta, ita resecrare potuit, ut usus ejusdem re-

idololatriæ, cap. 15
k Idem. ca. 3.

rumque ei antè ſacratarum promiſcuus inde licitus eſſet, nihilominùs rem alienam ita conſecrare nemo ritè quibat, ut inde ejusdem uſus fieret illicitus. Quo ſpectat illud l אין אדם אוסר דבר שאנו שלו *nemo mortalium uſum rei alienæ illicitum reddere poteſt.* Quemadmodum verò imaginum in cultum extraneum factarum rerumque aliarum eis dicatarum uſus, ſecundùm jam memorata, illicitus erat, ita parili ratione etiam Luci m ſeu Arboris ſive eo nomine ut coleretur ipſa, ſive ut Idolum obumbraret, idoliumve ornaret, plantatæ. Adeò ut nec umbræ proceritatis ejus ſeu trunci juxta extenſæ beneficio uti frui liceret; quam tamen à foliorum & ramorum tegmine ita diſcriminant aliqui n, ut hujus, nec interim illius refrigerium licitum haberetur. Nec per Lucum ejusmodi tranſire fas, niſi alia non pateret via. Volucrum item in eo nidificantium, tum ova, tum pulli teneriores illiciti. Ratio adjicitur; שדרי האשרה כמו בסיס להן *quoniam locus ipſe biſce eſt veluti baſis* ſeu *fundamentum*, locus nempè, in quo orti atque eis peculiaris. At de nido ipſo aiunt, והקן עצמה שבראשה מותר מפני שהעוף מביא עצים ממקום אחר *Nidus ipſe, qui in ejus eſt ſummitate, licitus eſt, quoniam virgulas* ſeu *ligna è quibus conficitur nidus, avis ex alio loco affert.* Lignari ex ejusmodi Luco non licuit; nec panibus in furno inde calefacto coctis uti. Adeò, ut ſi fortè panis ſic coctus aliis ita commiſceretur, ut dignoſci nequiret, יזליך דמי אותה הפת לים המלח כדי שלא יהנאה בה ושאר הככרות מותרין *pretium ejusdem panis projiciendum eſſet in mare ſalſum, ne ex eo Commodum fieret, & ceterorum uſus* (ut & jam hujus) *licitus eſſet.* Parilis ratio erat in cibis elixandis, aſſandisque. Quin quoties radius textorius, aut quid ejusmodi aliud è lignis luci, qualem diximus, fieret, veſtis pannusve eo textus illicitus habitus; qui ſi fortè aliis ſic commiſceretur, ut nec quiret internoſci, ſimiliter de pretio ejus, ut de panis jam memorati, ſtatuendum. Nec in cujusquam commodum ritè cedebat Luci combuſti Cinis. Abjiciendus erat, uſibusque eximendus. Solum autem Luci ejusque Umbræ neutiquam ita interdictum, quin herbas, legumina, olera, quæcunque in umbrâ feliciùs creſcerent, ibi ſerere fas eſſet, eorumque poſſeſſio & uſus licitus. Ratio redditur, מפני שצל האשרה שהוא אסור עם הקרקע שאינה נאסרת גרשם

l *Maimonid. halach.* Abodа Zara *cap.* 8. *& Mish. & Gemar. ſuprà citata.*

m *Mish. & Gemar. tit.* Aboda Zara *c.* 3. *& Maimonid. ad dict. Mish. & hal. citat. cap.* 7. Shulcan Aruch *lib.* Iore Dea *cap.* 142.

n *Videſis Mish. & Gemar. Babylon. ad tit.* Aboda Zara *cap.* 3. *fol.* 48. *b & Maimonid. loc. citat.*

גורמים לירקות אלו לצמוח וכל שדבר אסור ודבר מותר גורמין לו הרי זה מותר בכל מקום *quoniam Vmbra Luci, quæ illicita est, simul & Solum quod illicitum non est, in causa sunt, cur germinent crescantque olera hæc. Et quoties quid rem licitam & rem illicitam simul in causa sibi ejusmodi habuerit, id perpetuò in licitis habitum.* Scilicet ubi res id genus naturales, fortè etiam contra fas, commistæ. Unde ager fimo victimarum idolis sacratarum stercoratus ritè seminabatur, uti & jumentum, quod pabulo, cujus usus idololatriæ nomine aliàs interdictus, pingvefiebat, ritè satis comedebatur. Et similis de aliis id genus ratio. Quæ autem hactenus dicta sunt, ad res attinent aut ideo ab homine factas, veluti Statuas, Imagines, Lucos, ut colerentur, aut idolo culto oblatas aliterve sacratas peculiaresque. Extra harum numerum fuêre Res meræ Naturales seu, ut dictitant magistri, res, שאין בהן תפיס ודי אדם *Quibus artificium humanum non omnino* (cultûs gratia) *accessit*, quæ interdum ipsæ etiam ab idololatris cultæ; veluti Montes, Luci item fructûs causâ primò non cultùs plantati, Fontes & Flumina publica, etiam & Jumenta & Pecora, modo quo apud Ægyptios Apis, & quæ sunt ejusmodi alia. De hisce in Universum pronuntiant, כל שאין בו תפיס אדם ולא עשאו אדם אע"פ שנעבד הרי זה מותר בהנאה *Quicquid artificio caret humano, nec ab homine factum est, etiamsi velut idolum cultum fuerit, ejus usus & possessio non interdicitur.* Ceterùm Luci non in cultum extraneum plantati nec culti, nec cultui extraneo inservientis, possessio & usus non illicitus erat, tametsi, juxta jam dicta, plantatio ipsa illicita; secundum eandem, quam de Imaginibus afferunt rationem. Quorum verò usus ut in antè dictis omninò negatus, id est, quæcunque causis jam memoratis erant אסורים בהנאה nullibi locorum reponere aut retinere ea licuit. Sed aut igne comburenda erant, aut comminuenda, conterenda & projicienda sive in aerem sive לים המלח *in Mare sallum*, sive in flumina o, ut, quantum fieri posset, nuspiam haberentur. Neque Cineris at Carbonum rerum ejusmodi usus licitus. Et de Imaginibus, Idolis, eorumve vasis ac supellectili aliisque rebus cultis idolisve sacratis sive retinendis sive abolendis sive sic projiciendis, ad hunc modum statuunt Talmudici.

o *Videsis Exod.* 32. 20. 1 *Regum* 15. 13 2 *Regum* 18. 4. 23. 4. & 6. 2 *Paralip.* 15. 16. 29. 16. 30. 14.

Cap.

Cap. VIII.

Ut quæ de Jure Gentium Interveniente *circa* Imaginũ uſum *ſuperius adferuntur, ritè capiantur, ea quæ occurrunt apud* Fl. Joſephum, *Capite ſexto ante citato, de* Iconibus Cæſaris aliisq; figuris jam factis *à populo Iudaico* nec admiſſis nec permiſſis, *unà cum* Joſephi ipſius ſententia *de Imaginibus animalium omnino nullorum rite apud ipſos faciendis, expendantur. Totius hujus rei apud populum Iudaicum, rationem pendere, non ex eo, quod Rerum ſeu Perſonarum* Simpliciter figuræ *eſſent, ſed quod verentur*, ne earum cultus, *pro more ſeculi*, divinus inde irrepe-ret. *Ea de re alia. Quamobrem* Numismatis Cæſaris icone cuſis uſi ſint Judæi, *apud* Signa *interea* Romana aliterve *ſuo in ſolo eam conſpici nolentes*. Nummis aliis Principum *exterorum* vultibus inſignitis *uſos fuiſſe Iudæos*. *De* Rhodio numismate Romæ & Pariſiis, *veluti ex trigintà; quibus divenditus eſt Chriſtus, adſervato. De eo, quod veterum aliqui habent, nec* Pictorem, *nec* Statuariũ *apud Iudæos eſſe permiſſum. De* Vite aureâ *tum quæ Pompeio ab Ariſtobulo donata, tùm quæ ſupra fores Templi Herodiani*. Judæorum hodiernorum *de* Imaginibus *mores, uti &* Mahumedanorum.

AT qui unde intereà evenit tanto Ebræos habuiſſe odio Cæſaris icones & figuras generatim humanas in exemplis capite ſexto ex Joſepho allatis? Nam non modo legi ſuæ omnino adverſas eas eſſe clamitabant, ſed nec intra ditiones ſuas conſpici fas habebant. Quinetiam præ aliis omnibus, quæ contra majorum diſciplinam ſub id ævum introducerentur, eas habebant longè inviſiſſimas. Imo in œco Tiberienſi τῶν ζώων μορφὰς *Animalium figuras* ita deteſtati ſunt, ut earum causâ œcus ipſe, ſolenni ea de re legatione peractâ, ſit dirutus. Et de legibus ſuis Hieroſolymitani ᵖ acriter & conſtanter; *ἀδὲν ἀξιόν ἐν τῇ πολιτείᾳ νόμῳ θεῷ neutiquam ab eis permiſſum, in urbe imaginem ullam poni*. Ita ſcilicet Pilato; Et poſtmodum Petronio, ex lege aſſerunt & moribus Patriis, *οὐδὲ ἦν τὸ δείκηλον, οὐχ ὅπως ἀνδρὸς, οὐ χὶ τὸν ναὸν μόνον ἀλλ' οὐδὲ ἐν ἑτέρᾳ ὑπὸ πατρῴῳ θεσμῷ ἤμενον, non Dei Simulachrum, nedum hominis, non ſolum in templo, ſed nec in prophano alio quo loco fas ſibi lorare*. Immane quantum diſtare videntur hæc à doctrina, quam attulimus, Talmudicâ, quâ non duntaxat omnimodis imaginibus ornatûs ſeu communis usûs ſolùm causâ factis (utcunque factis illicitè) uti frui licuit, verùm etiam ipſis idolis, ante-

ᵖ *Joſeph. Hiſt. lib. 2. c. 8. ibid. c. 9.*

antequam ab Israelita possiderentur, resecratis. Quin Josephus ipse, de Salomone Rege q; ἁμαρτεῖν αὐτὸν ἔτυχε καὶ σφαλῆναι περὶ τὰ φυλακὰ τῶν νομίμων, ὅτι τῶν χαλκῶν βοῶν ὁμοιώματα ὑπεστηκότας τῇ ὑπὸ τὴν θαλάττην αἱμάτι καὶ τῶν λεόντων τῶν περὶ τὸν θρόνον τὸν ἴδιον. *A præscripto legum discessit, quando æreas boum effigies basi maris addiderat, sicut solio suo leonum post apposuit.* Quibus adjicit ἐδὲ γὸ αὐτὰ ποιεῖν ὅσιον· *Neque enim illa facere fas erat.* Adeò ut tum expressissimam habeamus de Imaginibus non omninò faciendis Josephi Sententiam, tum alia ex eo & heic & capite sexto, de eis citra legis violationem à Judæis non admissis. Quod ad illius sententiam attinet; novum non est, Talmudicam doctrinam, illius de rebus Ebraicis doctrinæ adversari. Ut heic, ita alibi subinde id ita se habet; quod non semel monuimus. Et non autumare sanè nequeo ea, quæ sic de Imaginibus apud Judæos suos non omninò admissis narravit, eum perperam sententiâ suâ, receptissimæ adeò dissonâ, inter narrandum velut incrustâsse. Jam verò quod ad ipsa, quæ hac de re narravit ille, spectat; sanè iniquum non est, ut existimemus ea, quæ generatim in Judæorum rationibus, per se & absque Josephi præjudicio sumptis, sic impugnasse videntur qualescunque figuras humanas (nam de Tiberiensium palatio & Animalium in eo figuris seorsim loquemur) eò tantummodò tetendisse, ut tum, quàm compendiosissimè possent, assertione generali ac responso rotundo mores avitos tutarentur, tum ab Cæsaris irritatione ac offensâ, quantum fieri posset, procul abessent; rem ipsam, quam sibi obtrudi nunc palam viderent, nunc meritò dubitarent anxiè intereà verentes. Scilicet in Romanorum votis inprimis erat, ut Cæsarum icones Hierosolymis, atque per Judæam, alibique in eorum Proseuchis, quemadmodum aliis in Orbe Romano locis, dicatæ velut Numina colerentur. Quod quidem expressissimum habetur, tum in rebus à Petronio [r] gestis, qui, Caio Cæsare jubente, plurimùm, ut id fieret etiam in Templo Hierosolymitano, instabat, tum in historiola illa de Judæis Alexandrinis, quam cum altera illa de Petronio atque legatione sua ad Caium literis mandavit Philo. Id verum quidem est, neque ab Augusto neque à Tiberio, nedum à Julio, qui omnes Judæis plurima indulserunt,

q *Archæol. l. 8. cap. 2.*

r *Joseph. Hist. lib. 2. cap. 9.*

iconum ejusmodi dedicationem omninò eis imperatam. Nempe à Cæsaribus illis permissum est ritus servare patrios, quos nihilominùs dedicationibus ejusmodi violatum iri, maximè postquam in Divos est relatus Augustus, summoperè suspicabantur. In Italia enim, Græcia, Ægypto, Asiæ provinciis non paucis, Augusto superstiti ruti & Divo Julio divinos honores haberi, templa extrui, Statuas seu icones sacrari viderant. Quin Herodes t Antipatri filius ipsorum Rex, licet in solo Judaico non auderet, extrà nihilominùs veluti Cæsareæ in Phœnice alibique templa Augusto erexit, atque Statuas sacravit colendas. Prætereà, tametsi Tiberius, quia modicis contentum se honoribus simulare voluit, *Templa, Flamines* u, *Sacerdotes, decerni sibi prohibuit, etiam Statuas atque Imagines nisi permittente se poni: permisitque, ea sola conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta ædium ponerentur*, adeo ut nec ante turpissimum Caii factum, quo Jovis nomine per Judæam pariter atque alibi se coli imperavit, Imagines expresso cultûs nomine Judæis omninò à Romanis obtruderentur; attamen prudenter sanè opinor sub Augusto timebant, ne summâ Herodis adulatione & nequitiâ, utpote qui extra solum Judaicum templa & imagines ei dicaverat, uti & alii frequenter fecerant, fortè eveniret, ut, postquam tot disciplinæ patriæ adversa alia intulerat, aut sub armis humanis auratis (qualia fuêre trophæa illa, de quibus in jam antè allatis Josephus) laterent Imagines, sive Cæsaris, sive Romæ cum illius imaginibus ex more interdum simul dicatæ, aut Cæsaris Romæque nomine ipsa in cultum ab eo adveherentur. Civiliter autem in humanas tantùm clamitant figuras, tum à Cæsaris nomine cautiùs abstinentes, tum figuras soluinmodò cultûs, quem tantopere abhorrebant, gratiâ illatas, non omnimodas aliasve, si quid video, innuentes. Quid quod etiam trophæa illa seu imagines ex eo erant genere, quod & adorari solebat. Tertullianus x; *sed & victorias adoratis cum in tropæis cruces intestina sint tropæorum*. Non ita disimilis sane ratio locum habuit, sive cum Pilatus Tiberii imaginem in urbem intulit, sive cum Vitellii exercitum ob ejusmodi apud signa Imagines per Judæam transire nolebant. Scilicet

f Videsis Josephum lib. 16. cap. 10. Is. Casaubon. in Monimentis Ancyranum, &c.

t Josephus Archol. lib. 15. cap. 12. & 13.

u Suetonius, lib. 2. cap. 26

x Apologetic. cap. 16.

Digitized by Google

cet Imagines illas seu vultus & pectore tenus effigies clypeis exprimi solitas, Thoracidas item dictas, & θωρακίς. Quicquid enim incomparabilis simulandi ac dissimulandi artifex ille Tiberius de Imaginibus suis jusserat, eas nihilominùs proculdubio locis non incommodis coluêre non pauci, ut honorem ei atque Augusto & Julio exhibere alicubi saltem viderentur parilem. Et Aspendi, quæ Pamphyliæ urbs est, sanctissimas habitas & supra Jovi Olympio dicatas venerabiles etiam Tiberii Statuas legimus apud Philostratum y. Utcunque verò, saltem imagines ejus, quæ apud signa militaria erant, quales hasce fuisse palàm liquet, in castris cultas & adoratas esse z, non est quod ambigamus. Etiam & ipsa Signa, quorum planè hæ veluti pars divinior habitæ, *signorum præsentium & divinorum* nomine indigetabantur, atque adorari solebant. Tertullianus a; *Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa jurat, signa omnibus Diis præponit.* Et Tacitus b; *irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum numina.* Adeò etiam, ut signis μὴ μετὰ θείων ἢ κόσμων, *hujusmodi imperatoriis effigiebus carentibus*, quibuscum Hierosolymam ingredi solebant retrò præsides (idque ne cives conspectis apud se, quas coli scirent, aut saltem dubitarent, imaginibus commoverentur) cultus quidem exhiberetur à castrensibus divinus, qui tamen Judæis aut ignotus aut dissimulatus. Aliter existimandum est, nec illa admittere ipsos voluisse. Scimus enim Pilatum etiam, non tam in Tiberii gratiam, quàm in odium populi, intra urbem in Herodis regia, ἀσπίδας ἐπιχρύσους *auratos clypeos* dedicasse μήτε μορφὴν ἔχούσας, μήτε ἄλλό τι τῶν ἀπηγορευμένων *nec imagine* seu *figurâ aliqua insignitos, nec alia re quacunque ex lege vetita*; excepto solùm quod nomen dedicantis & ejus ἕνεκα ἡ ἀνάθεσις, *cujus causâ* seu *cui facta est dedicatio*, ut inscriptiones necessariè adjicerentur; veluti, opinor, TIBERIO CÆS. AUGUSTI F. PONTIUS PILATUS. Rem narrat Agrippa in libello c, quem popularium gratiâ Caio Cæsari exhibuit. Atqui quoniam Consecrationis Formula etiam illa simplicior numen novum sine Imagine inducere (quod & res ipsa erat) videbatur, clamitant Judæi, ritus patrios eâ violari, nec impensiùs instare desinunt, usquedum jussu principali tollebantur, Ideoque

y *De Vita Apollonii Tyanei lib. 1. c. 11.*
z *Vegetius de re Militari, lib. 2. cap. 6. ubi vide Godescalcum Stebichium.*
a *Apologetic. cap. 16.*
b *Annal. 2.*
c *Apud Philonem, lib. de legatione ad Caium.*

in Templum Cæſareæ Auguſto ſacrarum erant inde translatæ. Ita Cultum, Adorationem, Novi Numinis dedicationem ſeu præſentiam qualemcunque etiam ſine Imagine, magis ſemper ſpectabant, quàm ſimplices ipſas Imagines; tametſi ubi Imagines cultûs gratiâ obtrudi exiſtimabant, in illas, ſed tantùm, quà tales acerrimè inſurgere ſolent. Sic & apud Tacitum[d] ſimulacri nomine generatim uſurpato, id tantum ex rerum, quas narrat, circumſtantiis innuitur, quod colitur ſeu pro Numine habetur. De Judæis ipſis, *Nulla ſimulacra urbibus ſuis, nedum templis ſunt. Non Regibus hæc adulatio, non Cæſaribus honor.* Quod dici de ſimulacris tantum cultûs gratiâ habitis manifeſtum videtur. Tametſi paulo antè de Animalis effigie in Penetrali ipſis Sacratâ, (Aſininum caput intelligitur,) neſcio, cur verba fecerit ipſe. Sed diu eſt, quod eo nomine à Tertulliano[e] eſt reprehenſus. Ejusmodi generalis vocis ſimulacri uſus etiam in C. Norbani Flacci[f] literis ad Epheſios, alibi. Ex hac ſimulacri notione etiam, puto, ritè capiendum illud de animalium figuris in œco ſeu Palatio illo Tiberiade, id eſt, urbe ſoli Judaici, ab Herode Tetrarcha extructo. Tam urbem ipſam quàm palatium extruxerat ille in Tiberii honorem. Templum, ob Principis interdictum, nuncupare neutiquam eſt auſus. At verò, viderant Judæi Cæſaream ab Herode Magno Rege ſuo[g] in Auguſti honorem extra Solum Iudaicum in vicino conditam, aliasque etiam urbes uti & hanc Principi cognomines. Etiam templa & effigies planè Numini Julii, Auguſti, Caii dicatas. Sub Tiberio autem ejusmodi Conſecrationes non quidem adeò palam fieri, nec tamen adulandi artes tunc minutas. Poſteà verò de divinis Cæſari honoribus exhibendis, eoque pro Numine accipiendo non ſemel cum eis actum eſſe. Jam igitur verentes, opinor, ne & effigies illæ qualescunque in œco Tiberienſi, uti & œcus ipſe, aut jam dictis congeneres eſſent, aut ſaltem haberentur, adeoque ipſi in Solo ſuo alienum viderentur. Numen cultumque contra ritus patrios, quos tantopere ſervare illæſos ſtudebant, admittere, œcum ipſum dirui volebant. Non magis quòd ſimpliciter Animalium ibi effigies, quam quod ſimpliciter œcus eſſet. Sed quòd neq; hunc neq; illas, in religionis ſuæ violatione permitten-

d *Hiſtor. 5.*

e *Apologetic. cap. 16.*

f *Apud Philonem de legatione.*

g *Joſeph. Origin. lib. 15. c. 12. & 13. & in Vita ſua.*

Digitized by Google

mittendas existimabãt. Id est, in cultum extraneũ ibi positas. Quale manifestò dicẽdum de Aquila aurea, quæ supra maximã Templi portam collocata, adeò Judæis execranda habebatur, ut legitur apud Josephum [h]. Quid quod Murium quinq; & Anorum totidem figuras à Palæstinis vero Deo oblatas simùl cum arca non illibenter accipiunt [i] Israelitæ? Et Josephus [k] ipse id, quod pro Anorum simulacris ibi sumitur, disertè nuncupat *ἀνδριάντας Statuas*. Quâ sanè voce propriè denotantur statuæ seu simulacra humana. Adeò demum ut, ubi cultus ratio omninò aberat, nullius imaginis Usus illicitus haberetur. Et sanè absque temperamento ejusmodi minimè intelligenda esse Judæorum apud Josephum de iconibus Cæsareis responsa superius memorata, nec aliter ex sententia publicè recepta capiendam esse illam de animalium in Tiberiensium palatio figuris legationem, satis evincitur è diserto Evangelii [l] testimonio, quod & Magistrorum de iconum etiam humanárum cultûs extranei gratiâ non factarum usu apud ipsos licito, scitis superiùs ostentis est, ni fallor, inprimis consonum. Rogantibus Christum Phariszis, utrùm censum liceret dare Cæsari, *ostendite mihi*, inquit, *numisma censûs*. Oblato denario, ait illis: *Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή*; *cujus est Imago hæc & inscriptio*, seu *τίνος ἔχει εἰκόνα &c. cujus habet imaginem? Dicunt illi, Cæsaris; Tunc ait illis, reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c.* Numismata igitur illa censûs, parte alterâ præ se tulisse Cæsaris Vultum seu Imaginem, qualis in Cæsarum nummis haberi solet eamque prominentiorem, neutiquam dubitandum. Et ridiculum est, quod somniant aliqui de Cæsaris imagine in Siclis Judæorum honoris causa heic incisa. Certè Jus cudendæ monetæ etiam tunc Ebræis inter privilegia alia eximia mansisse, uti & antè indultum scimus sub Antiocho Demetrii filio Syriæ rege (nam in diplomate [m] ejus Simoni Pontifici dato legitur *καὶ ἐπέτρεψά σοι κόπτειν νόμισμα τῇ χώρᾳ σου & permitto* seu *concedo tibi cudere propriâ notâ monetam regioni tuæ*, seu ut vulgata, *& permitto tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua*) jus, Inquam, illud tunc Ebræis mansisse non immeritò existimant visi docti [n], nec antè excidium sub Vespasiano sublatum. Suis autem in officinis monetariis suoque jussu Cæsaris imaginem Siclis

[h] *Hoëst. l. 1. cap. 21. & Origin. lib. 17. c. 8.*

[i] *1. Samuelis cap. 6.*

[k] *Originum lib. 6. cap. 1. & 2.*

[l] *Matth. 22. 17. Marci 12. 14. Luc. 20. 22.*

[m] *1 Macc. 15.*

[n] *Marquard Freher, Dissert. de Numismate Censûs. Gasp. Waserus de Antiquis nummis Ebræorum, lib. 2. cap. 4.*

Siclis ſuis adpoſitam aſſerere, nihil aliud eſt, quàm eos id feciſſe affirmare, quod non ſolum à moribus eorum publicis, rebus in hujusmodi, pertinaciſſimè retineri ſolitis immane quantum diſſidet, ſed etiam omnimodà veterum fide caret. Multò minùs eſt rationi conſonum, imaginem Cæſaream à Romanis adpoſitam fuiſſe Siclis ſeu Numiſmati alicui Ebraico, quod cenſui inſerviret. Numiſma igitur Censûs à Romanis cuſum eſt, atque autoritate Cæſarea, Cæſarisque Imagine inſignitum, eâque juxta cudendi morem protuberantiori; qualis heic viſitur Tiberii Cæſaris, cujus probabilius videtur fuiſſe Numiſma illud; tametſi etiam deceſſorum Cæſarum alicujus eſſe potuerit. Sed ea de re, ac de Nomine & Qualitate Numiſmatis hujus plura libro ſexto, ubi de imperio Judæorum à Romanis imminuto, ac Tributo inducto agitur, id eſt, de Jure his ac illis ſub id tempus Interveniente. Quemadmodum autem Numiſmata ejusmodi Ebræis, ex ſuis moribus ac jure apud ipſos uſitato cudere nefas erat, ita cuſis uti juxta jam antè narrata omnino fas. Atque heic ſanè ex Evangeliis nummo icone Cæſaris inſignito uti, frui licuiſſe, obſcurum non eſt. Quod enim אסור להנאל *uſibus Communibus interdictum* eſt, (quâ loquendi formulâ denotare id, quod cultûs extranei Causâ, aut Imaginis damnatæ nomine, aliisque aliquot rationibus communi arcebatur uſu, eis paſſim eſt ſolenne,) id nec præſtitum tributi debitione quempiam ritè ſolvere potuit, neque ex ritu patrio omninò retinendum, aut in bonis habendum erat, ſed in mare, ut diximus, ſi aliter ex hominum uſu eximi nequibat, abjiciendum. Nec ſcrupulum injiciat quis, invicem adverſa nimis hæc videri; ne quidem apud Signa, Cæſaris hujus Imagines, (quales fermè in ipſis Numiſmatis) conſpici in ſuo ullibi eos toleraſſe, ut memoratum eſt, in Numiſmatis verò uſu quotidiano, ſaltem aliquo, qui licitus undiquaque habitus, Hieroſolymis paſſimque alibi admiſiſſe. Diſcriminis ratio manifeſta eſt. Prioris generis Imagines aut Conſecratas eſſe meritò, ſive credebant, ſive dubitabant, aut Con-

Digitized by Google

Consecratarum, adeoque Numinis loco ab adulantibus habitas. Unde & summoperè arcendas, velut Idola, decernebant. Secundi verò generis seu Numismatum iconas Cæsareas, sive Tiberii, sive decessorum successorumve tàm certum est neutiquam consecratas esse, aut Numinis loco habitas, quàm sic habitas esse in Templis, seu apud Signa omninò ullas. Id proculdubiò satis ipsi sciverunt. Etenim cusa sunt Numismata, id est, Cæsarum figuris ornata, nullâ religionis specie aut umbrâ; sed ideò tantùm, ut recognitâ ex Imagine civili eorum majestate, promiscuis commerciorum, donationum, solutionum usibus inservirent. Adeò ut planè in possidentium essent, uti hodieque principum nummi, bonis. Et tametsi reverentia quidem civilis etiam Cæsarum Figuris in numismatis eorum exhibenda erat, divini nihilominùs aliquid eis, velut rebus ibi consecratis, tribui nullibi compertum est. Occurrit quidem, impietatis quendam damnatum esse apud Aspendios, quia o suum verberabat servum drachmam Tiberii Imagine Signatam ferentem; nec Romæ impunè nummo vel annulo Augusti effigiem p impressam latrinæ, aut lupanari quempiam intulisse, aut Tiberii Imaginem q ejusmodi matellæ seu obscœnis admovisse. Sed ex ridiculis hisce adulantium ineptiis non omninò elicitur, vel ipsis, nedum ex Jure communi, imagines hujusmodi pro consecratis habitas. Honor ille imaginibus hisce planè Civilis, qui & *vultus æternales*, & *vultus divini*, inclinante imperio, dici soliti, sed citra ullam consecrationis in nummis rationem. Nam si pro consecratis seu rebus Juris divini habitæ essent, commercio planè exuti fuissent, id est, suâ naturâ prorsus privati nummi. Scilicet Justiniani illud r est ex jure Romanorum (Veteri; *Nullius sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ. Quod enim divini juris est, id nullius in bonis est*, seu ἀδέσποτον est, id est, *Domino caret*, ut Theophilus Antecessor. Quod & in Christianismo obtinere volunt Jurisconsulti s & Cæsarei & Pontificii, exceptionibus aliquot circa opera hac in re charitatis necessaria adhibitis. Atqui & sacrantur in Christianismo Cruces aliaque aliquot, quæ tamen ipsa, uti nec Christi aut Sanctorum simulacra numismatis expressa, pro dedicatis nemo, puto, sumit aut suspicatur. Et licet, qui Statuas aut Imagines Imperatoris jam con-

o *Philostratus de vita Apollonii l. 1. cap.* 11.

p *Sueton. in Tiberio cap. 58.*

q *Seneca de Beneficiis li. 3. c. 26. Cæl. Rhodiginus, lib. 16. c. 20.*

r *Instit. de Rer. Divisione §. nullius* (*Gaius Institut. 2. 9. & D. de Divis. Rer. l. 1. §* *Martianus, ib. l. 6. §. 2.* s *Guilielm. Redoanus li. de Reb. Eccl. non alienandis Rubric, 9. &c.*

consecratas conflaverint, aliudve quid simile admiserint, lege Juliâ majestatis u tenerentur, nihilominùs rescripsêre Severus, & Antoninus, *Non videri x contra majestatem fieri ob imagines Cæsaris nondum Consecratas venditas.* Consecratæ ejusmodi imagines simpliciter per se sumtæ, ut & aliorum numinum simulacra, ex Jure Romano hominum commerciis & usu promiscuo eximebantur, nec ullius erant in bonis, antequam resecratæ, seu profanæ factæ, ut phrasis erat Jurisconsultis y Cæsareis. Ut ædibus autem hortisve appendices, non illicitè cum illis simul vendebantur, ita velut in bonis habitæ; quemadmodum & ex jure Pontificio z res sacræ & religiosæ transeunt cum universitate, si universitas in profanis consistit. Sic Tiberius consulibus, de Falanio accusato, quòd venditis hortis Statuam Augusti simùl mancipasset, *Nec contra*, inquit a, *religiones fieri, quod effigies ejus, ut alia Numinum Simulacra, venditionibus hortorum & domuum accedant.* Id intereà certum est; tum lares seu deos domesticos oppignerari, vendique solere, tum publicos deos in hastario vectigales habitos. *Si Capitolium*, inquit Tertullianus b, *si olitorium forum petitur, sub eadem voce præconis, sub eadem hasta; sub eadem annotatione quæstoris, divinitas addicta conducitur.* Sed venditionibus hujusmodi præcessit, sive expressa ac apertior, sive obscurior vendentis resecratio, quam, novâ consecratione ritè peractâ, rescindere emtori pro arbitrio licuit, uti pariter & communibus quorumlibet usibus imaginem addicere. Nam citra resecrationẽ, seu nisi profana redderetur divinitas illa seu imago, nullius in bonis adeoque nec contractûs materies omninò per se fuisset. Et sacra scimus, ex Jure Romano c, fieri potuisse profana, non minùs atque usibus publicis relicta in privatos usus reverti, & ex libero servum fieri; illis scilicet formulis ac ritibus, qui in usu, adhibitis. Ita se res habuit de Cæsaris imaginibus sacratis, quas resecrare seu usibus communibus addicere nemini tutum. Quæ autem in Numisinatis habitæ sunt, religione omninò liberæ. Earum usus adeò communis ut nihil suprà. Unde tam libenter à Judæis hæ admissæ quam sacratæ, aut quas sacrari sive credebant sive suspicabantur, invisæ. Id quod pariter dicendum de Nummis, quibus inscripta vocabula, quæ etiam Consecratio-

u *L. 6. D. tit. Ad leg. Iuliã Majestatis.*

x *L. 5. ibidem.*

y *Paulus l. 83. D. tit. de Verb. Obligat. §. 5.*

z *Dd. ad c. 7. ex literis, 3. t. de Iure patronatus. Incertus autor de diversis Contract. in Tractat. Iurisc. tom. 7. fol. 70. §. 2.*

a *Tacitus Annal. 1.*

b *Apologetic. cap. 13.*

c *Paulus l. 83. D. tit. de Verb. Obligationibus, §. 5.*

Digitized by Google

fecrationem imitari viderentur. Veluti quales olim Tarraconenſium qui DEO AUGUSTO præ ſe ferebant, ejusmodi alii. Neque enim id ſeu ejusmodi vocabula alia imagini adjecta eam conſecrarunt, ſed alibi conſecratam denotabant. Quod ſatis ſcimus de Auguſto Julioque [d], quorum utrique etiam in nummis Divi nominis adjectio frequentiſſima. Quin vocabula ejusmodi, citra Pontificum ritus, Conſecrationem neutiquam ex Jure Romano efficiebant. Nam ex eo quod dixerat, juxta morem veterum, Marcianus [e], *Sacra res ſunt hæ, quæ publicè Conſecratæ ſunt, non privatæ*, fecit Juſtinianus [f], *Sacræ res* ſunt, *quæ ritè per Pontificem Deo conſecratæ ſunt.* Nec majeſtatis erat, ſed Falſi crimen, adeoque ad legem Corneliam de falſis referri ſolebat [g], nummos Cæſarum adulterare, lavare, conflare, radere, vitiare. Quod vero, qui Conflaret Pecunias, vel mercandi causâ Transferret, ei Sacrilegii ſententiam ſubeundam, & capite plectendum, legitur [h]; id non omnino ad Conſecrationem aliquam Cæſariarum in Numismate Imaginum ſpectabat. Sed exinde locutionis illa formula manavit, quod Sacrilegii crimen non raro uſurpabatur pro eo, quod ſimpliciter erat Conſtitutionum qualiumcunque Imperatoriarum violatio, ſeu Præceptorum Cæſaris neglectus. Id quod ex Codice Utroque [i] liquet. Nam ut Obſequia Sacra, Largitiones Sacræ Sacratiſſimus Imperator, Sacra item equi ejus [k] Lupata, compluria id genus alia, imperio inclinante dici ſolebant citra ullam conſecrationis, qualem tractamus, rationem (quæ ante frequentior, tunc vetita [l] eſt) & tantummodo ut ſingularis, ſed eminentiſſima, Civilis Majeſtatis, quà civilis, deſignatio haberetur, ita etiam Sacrilegii crimen, Imperatoriæ conſtitutionis violatio etiam tunc dicta. Neque exiſtimandum eſt Numismatis, præter ſua, tantummodo Romanis ſeu Imagine inſignitis Cæſarea uſos fuiſſe Judæos, verum etiam & aliis veluti Antonii, Agrippæ, Provinciarum, Victoriæ figuris decoratis, uti etiam nummis aliorum populorum [m] quicunque ſive humana aliâ Imagine, ut Alexandri, Philippi, Lyſimachi Regum, atque id genus reliquorum, ſive Deorum, veluti, Herculis, Apollinis, Minervæ vultibus monetam ſuam cudentes commercia

[d] *Anton. Auguſtin. Antiquit. Rom. & Hiſpan. dialog. 2. Occo, &c. Videſis Is. Caſaub. in Ancyranum Marmor.*

[e] *D. tit. de rerum Diviſ. l. 6. §. 3.*

[f] *Inſtit. eod. tit. §. 8.*

[g] *Paulus Sent. 5. t. 25. lib. 8. D. tit. de lege Cornel. de Falſis & vide C. Theodoſ. lib. 9. tit. 21. l. 6. Cujac. Obſervat. 19. c. 25*

[h] *C. Theodoſ. lib. 9. tit. 23. lib. 1.*

[i] *L. 1. C. tit. ut Dignitatũ ordo ſeruetur, tit. de Crimine Sacrilegii l. 3. & 4. C. Theod. lib. 11. tit. 30. l. 6.*

[k] *Claudian. Epig. de equo Honorii.*

[l] *C. Theodoſ. lib. 15. tit. 4. & lib. 2. C. tit. de Statuis & Imaginibus.*

[m] *Videſis Is. Caſaubon. exercit. 16. §. 8. ad Annales Eccleſiaſt.*

cia aliqua cum Judæis haberent. Tametsi interea Imagines ejusmodi facere ipsi sibi haberent, ut ostensum est, Judæi nefas. Qui aliter fieri potuit, ut *aurum Judæorum nomine quotannis ex Italia, & ex omnibus provinciis Hierosolymam exportari soleret*, quod ait Cicero [n]? De annua dimidii sicli [o] in Sacrificiorum publicorum sumtus præstatione loquitur. Aurum illud, id est, haud exigua nummorum vis, ex Europa, Africa, Asia, Hierosolymam quotannis à Judæis quotquot ætatis viginti annorum [p], verno tempore missum est, ibique receptum, inque Sacra publica impensum. In hac autem auri vi quisquamne dubitat fuisse etiam monetam fere omnigenam; veluti Græcam, Romanam, Arabicam, Ægyptiam, Persicam, & siquæ alia à gentibus, quibuscum agebant Judæi dispersi cusa? Certe gentium illarum nummis usos esse Judæos dispersos, ut hodieque, veluti sibi omnino licitis palam est. Ideoque aurum illud Hierosolymam missum, massam fuisse non signatam seu non sine incommodo ingenti quotannis conflatam recusamque Hierosolymis autumandum non est; sed singulares fuisse Provinciarum ac regionum, in quibus Judæis sedes fuere, monetæ species, quæ siclis illis dimidiis mensuratæ in sacros usus pensitabantur. Id quod facile, puto, concedent, qui Numismata ostentant bina, velut ex argenteis illis triginta, quibus, ut moneta ibi tunc in usu promiscua, divenditus est à Juda proditore Jesus Christus. Alterum visitur Romæ in æde S. Crucis in Hierusalem, alterum Parisiis in æde S. Joannis Lateranensis. Horum meminere Jansenius [q], Cæsar Baronius, alii mox citati. Et Baronius [r] expressim; *nos sic affirmamus, nummos illos argenteos eo modo signatos, qui Romæ atque Parisiis vel alio loco habentur, ex illis esse, qui à Principibus Sacerdotum numerati sunt Judæ; ut tamen non triginta tantum ex illis fuerint numerati; sed quod illius monetæ argenti signati certam summam, quam dicemus, Iudas acceperit.* Et Octavius Pancirollus ubi de Ecclesia S. Crucis in Hierusalem agit [s], *sono*, inquit, *anche in questa chiesa due spine, delle quali fu coronato il signore, & uno de quei 30 denari eguali fu da Guida venduto, che verisimilemente gli furno donate da S. Helena.* Mei non heic est Numismatis illis fidem aut præstare, aut minuere. Romani autem figuram, qualem apud Antonium Augustinum Episco-

[a] *Orat. pro Flacco.*
[o] *Exod. 30. 12.*
[p] *Mish. & Gemar. tit. meqnesit. Sikkim. cap. 1, 2, &c. & Maimon. eod. tit.* Moses Mikotzi *Præcept. affirm.* 45.
[q] *In Concord. Evangel. cap. 118.*
[r] *Annal. tom. 1. ann. Chr. 24*
[s] *Tesori nascosti dell' alma città di Roma*; Romæ 1625. pag. 151.

Digitized by Google

Episcopum Tarraconensem Italicè Romæ editum t reperio; ibi ejusdem jussu cusam adpono. Haud parum sane ab ea, quæ pro eadem ipsa versioni Andreæ Schotti Latinæ u subjungitur, discrepantem. Sed veterum Rhodiorum palam Numisma, hoc est, non Judæorum, uti etiam diserte fatetur Augustinus ille, ac qui de eo agunt alii. Nimirum quod altera parte inscribitur PODIΩN est (juxta morem veterem ο pro ω scribendi) seu *Rhodiorum*, id est, Rhodi urbis seu insulæ incolarum, unde & Rhodium & Rhodiense Scriptoribus x dici solet. Flos subjunctus, aut Rosa habetur, aut Heliotropium. Facies in parte altera pro Solis Phœbive seu Colossi Rhodiensis sumitur capite, quod tam radiatum est, quam admodum capillatum. Neque ex conjectura tantum pendet, Rhodium esse Numisma illud. Scimus enim tum solennem insulæ ac Solis, in scriptis veterum y, conjunctionem, tum Rhodi nomen à Rosis, quæ Græce ῥόδα sunt, veteribus deductum. Atque accedit, nummos simili figura utrinque insignitos haberi inter Rhodiorum nummos, qui ab Huberto Goltzio cum Græcarum Civitatum ac insularum aliarum nummis summâ cum diligentiâ typis z eduntur. Uti & alios ab Antonio Pisone a, aliis. Ejusdem plane generis videtur alterum illud quod Parisiis vitro tectum asservatur; de quo Guilielmus Budæus b, *Scio hodie in ade D. Joannis Lateranensis Parisiis ostendi argenteum unum, qui ex illis triginta esse dictitatur, quos Judas in templum abjecit, Chamæleremdiversum à denario Romano habentem.* Habet enim effigiem homi-

t *Dialog. de Numism. 2.*
u *In Tab Numism. 68.*
x *Ibidem & Steph. Vinãdus Pighius in Hercule Prodicio pag. 367.*
y *Videsis Pindar. Olymp. 7. & ib. Scholiastem, & Ludovic. Nonnium ad Hub Goltzii Numism. Græca.*
z *In Numm. Insul. tab. 23.*
a *Discours sur les Medailles cap. 8.*
b *De Asse, lib. 5.*

Digitized by Google

nis non Luſcam, eminente altera mala, ut Romana Numismata viſuntur, ſed adverſam & integram, & à tergo floſculum, utrinque nullo indice. De his, conſule item, ſi placet, Marquardum Freherum, & Gaſparum Waſerum, hunc in libro ſecundo de Antiquis Ebræorum nummis, illum in eruditiſſima ac graviſſima illa de Numismate Cenſus à Phariſæis in quæſtionem vocato Diſſertatione. Etiam in curta mea ſuppellectili id genus antiquaria. Numismata argentea habentur aliquot Rhodia, eaque plane genuina, quorum ſingulis pondus didrachmo proximans. Figura binorum, quæ reliquorum ſunt inſtar, hujusmodi eſt,



Gentem literis indicans. Nec aliud eſt omnino à Romano illo alterum. Quidnam vero in alterius, cujus caput nec radiatum eſt, ſed tantum capillatum, parte averſa lineolæ illæ Crucem imitantes & litera E denotent, aliis judicandum relinquo. Sed Solis in utroque facies admodum ſane protuberat. Nec quidem pauca id genus ex Oriente ſolent adferri. In dialogis autem Antonius Auguſtinus, *B. poſſetne fieri Iude proditori vario nummorum genere ſatisfactum eſſe, & in his etiam Rhodienſi nummo? A. equidem non inficior. Vero tamen ſimile magis eſt, Siclos illi perſolutos eſſe.* Quin in mutuis apud ipſos commerciis ac præſtationibus, nummis exterorum utcunque Imaginibus, ſive hominum, ſive Deorum ſignatis, promiſcue uti ſolitos Judæos, ſatis etiam videtur eliciendum ex eo, quod Drachmæ, Stateres, Denarii, alii id genus nummi, qui plane exteri fuere, pro Siclis ſeu eorum menſura in utroque federe ac libris Talmudicis toties ſubſtituuntur. Sed & res ipſa adeo, quod volumus, poſtulat, ut, dum probare nitimur, ſoli facem accendere videamur. Ideo autem libentius hoc

Digitized by Google

hoc facimus, quoniam non desunt viri docti, qui eo gravius fuisse scribant, Judæis tributum Romanis præstitisse, *quòd* c *ultra dispendium argenti, Cæsaris etiam Imaginem conquirere, manibus contrectare, atque adeò illi afferre cogerentur; quum memores ipsi Divinæ legis omne sculptile omnemque imaginem detestarentur.* Quod quam Talmudicæ de promiscuo Imaginum qualiumcunq; nec cultarum, nec in cultum factarum usu doctrinæ ipsisque Ebræorum moribꝰ adversum sit, ex jam ostensis fit manifestum. Et ut perquàm consonum huc spectat illud, quod habent de Christianorum Principum nummis d מטבעות שלנו שיש בהן צורת עבודה זרה שתי וערב שרן *Numismata, quibus utimur figuris cultûs extranei staminis & subtegminis insignitis, illicita non sunt.* Staminis & subtegminis nominibus, eo quòd ex illis in textura passim Cruces fiunt, velut per opprobrium joculare, Christianos vocitant linguæ petulantioris Judæi. At distinctionem superiùs è Talmudicis allatam de statuis, figuris prominentibus, & in plano depictis, in super habuisse, aut non agnovisse videtur Origines, dum tàm Pictores, quàm Statuarios apud gentem illam non admissos scribit. Apud illos, inquit e, οὐδεὶς τῶν εἰκόνας ποιούντων ἐπολιτεύετο. ἅτε γὰρ ζωγράφου δεῖ ἀγαλματοποιοῦ ἐν τῇ πολιτείᾳ αὐτῶν ὄντος, ἐκβαλλόντος πάντας τοὺς τοιούτους ἀπ' αὐτῆς νόμῳ, ἵνα μηδεμία πρόφασις ᾖ τῆς τῶν ἀγαλμάτων κατασκευῆς τοὺς αὐχένας τῶν ἀνθρώπων ἀποστρεφούσης καὶ καθελκούσης ἀπὸ τοῦ θεοῦ εἰς γῆν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς, *Nemo qui Imagines faceret locum habuit. Nam in eorum Civitatem nullus admittebatur Pictor, nullus Statuarius, lege totum hoc genus arcente, ne qua occasio per statuarum formationem præberetur hominibus erectis, animarum suarum oculos à Deo O. M. ad Tellurem avocandi retrahendique.* Et Tertullianus disputans de Mose & Eliâ ab Apostolis agnitis, *Nec enim*, ait f, *Imagines eorum vel statuas populus habuisset & Similitudines, lege prohibente.* Sed cum suprà ostensum sit Animalium aliorum præter hominem figuras arte etiam sculptoria fingere eos fas sibi habuisse (modò superstitiosiores aliquot semper excipias) etiam & humanas in plano depingere, non est quòd ita credamus, artifices rerum hujusmodi eis ex instituto unquam defuisse. Certè Salomonis tempore non defuisse scimus. Nec tempore Tabernaculi structuræ, Templique sive à Judæis Babylone reducibus seu Zorobabeliani, sive ab Herode magno instaurati.

c *Gasp. Wasserus de Antiq. Hebr. nummis, lib. 2. cap. 20. & tantundem fere Marq. Freher. differt de Nummate Censûs. Sed fide I. de Pineda de Rebus Salomonis lib. 7. cap. 15. §. 7.*

d *Thosphoth & Pesquim ad c. 3. tit. Aboda Zara.*

e *Contra Celsum, lib. 4.*

f *Adversus Marcionem, lib. 4. cap. 22.*

rati. Nam in velis florumque in eis elegantia, ac sacris aliis figuris adornandis g artificum hujusmodi operam nemo non videt adeo necessariam ut nihil supra. Et undenam etiam cedò absque illis Vitis illa Aurea h, quam Pompeio in Cœlosyria agenti dono milit Aristobulus Princeps de regno Judaico cum Hyrcano fratre contendens? Id quod cimelium erat domus Hassamonæorum, ut rectè eam vocat Josephus Scaliger i. Scilicet inscripta est nomine Alexandri Jannæi Regis Hassamonæi, Aristobuli Patris; ut apud Flavium Josephum Strabo; cui εἴτε ἄμπελος εἴτε κῆπος ob ingentem magnitudinem dicitur, id est, *sive Vitis, sive hortus.* Quingentorum quidem talentorum fuisse asseritur apud Josephum & Zonaram k. Neque aliunde acceptam Vitem hanc Auream alicubi docemur. Nec desunt viri docti, qui pomorum omnis generis ac animalium item Figuris insuper ornatum esse hortum illum existiment. Etenim ubi ex ipsis Pompeii triumphi Asiatici actis memoratur apud Plinium l. *Mons aureus quadratus cum Cervis Leonibus & pomis omnis generis, circumdata á vite aureâ*; locum illum trahit Justus Lipsius m ad hanc ipsam nobilem Vitem. Et Plinii *verbis*, inquit, *appositè observa, vitem hanc non simplicem fuisse; sed monti aureo implexam totumque opus in formam horti flexum. Ideo in Strabonis verbis apud Josephum,* εἴτε ἄμπελος εἴτε κῆπος. Jovi Capitolino Romæ Sacra manst sive Vitis sive hortus hic. Haud sanè minor hujusmodi Artificum operæ usus in aurea illa Vite altera super portam templi Herodiani, de qua item Josephus n. Habebat inquit ille, porta illa χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους ἐφ' ὧν βότρυες ἀδρομήκεις κατεκρέμαντο, *aureas super se vites* (sic in Originibus; sed altero in loco singulariter id pronuntiatur) *unde racemi homini longitudine non dispares pendebant.* Etiam sine artificibus hujusmodi undenam folia, uvæ, ac racemi aurei ex hac vite suspendi à voventibus soliti? Sic enim de ea Talmudici o. גפן של זהב חיתה שמרת על פתחו של היכל ומודלין על גבי כרונסות כלוגסות כל מי שהוא מתנדב עלה או גרגיר או אשכל מביא והולה בה

Vitis aurea expandebatur super portam templi, erigebaturque super canterios seu *transtra. Quicunque vovebat sive folium sive uvam sive botrum, adducebat eas suspendebatque ex hac vite.* Quod scilicet nolunt

g *Vide Iosephum, Orig. l. 15. cap. 14. & Halos. lib. 6. cap. 6. Lat. 14. Grac.*

h *Ioseph. Origin. lib. 14. c. 5. § unde Zonaras, tom. 1. Elench. Triharef. Nic. Serrarii c. 5.*

k *Tom. 1.*

l *Hist. Nat. lib. 37. cap. 2.*

m *Elector. lib. 2. c. 5.*

n *Origin. lib. 15. cap. 14. & Halos. lib. 6. c. 6. Lat. 14. Grac.*

o *Misna tit. Middoth, cap. 3. § 8.*

Digitized by Google

noluntintelligi de foliis ipsis, seu uvis racemisve naturalibus, sed de pampinis uvis, ac racemis ex auro artificiosè confectis. Magistri ibi p; כר מי שהוא מתנרב זהב להיכר ורוצה שהזהב עצמו שהתנרב יתן והו בהיכר לפי שהיה כלו מצופה זהב והיה עושה מאותו זהב שמתנרב כרמורת גרגיר או עלה או אשכר ותולה בה *Quis quis aurum sponte oblaturus templo volebat, ut ipsum quod offerret aurum templum, quod totum erat auro obductum, ornaret, facere consuevit ex ipso auro, quod oblaturus erat effigiem sive uvæ sive folii, aut palmitis sive racemi, eamque ex vite illa suspendere.* Seu, ut in eundem sensum vir præstantissimus Constantinus l' Empereur q, *si quis considerans aurum, quo templum ornatum erat, voveret aurum, nec vellet permutari à Sacerdotibus, sive alia ejus pretio in templi ornamenta aliosve usus comparari, is ex auro confecit pampinum sive folium vitis aut acinum, vel denique racemum sive botrum, quæ posteà de vite illa suspenderet.* Causam vitis hujus in eo ponunt לפי שכנסת ישראל נמשלה לגפן *quoniam Synagoga Israelitarum,* seu *eorum Ecclesia, vitis assimilatur,* toties scilicet in fœdere r veteri. Atque rejicienda plane est I. Baptistæ Villalpandi sententia, ubi s vitem hanc templi Herodiani foribus visendam, ex filo aureo aulæis intexto, non ex auro solido confectam esse pertendit. Si Magistris credas, dum *vitem ex auro* nuncupant, nec aulæo alicui seu velo miscent, sed transtris seu canteriis suffultam ajunt, & suspensa ex ea donaria aurea, quæ diximus, memorant, non erit omninò, quòd de aureo filo aulæis intexto jam dictum admittas. Sed manifestum est, hallucinatum esse Villalpandum ex depravatâ nimis Flavii Josephi versione Latinâ. Sic enim ille, velut ex Josepho t, *Janua penè ipsi templo par & superliminare aulæis variegatis ornabatur, floribus purpureis distinctis & habentibus Columnas intextas, sub quarum capitibus vitis expandebatur aurea dependentibus botryonibus; mirandum sane opus tâm manus, quàm materiæ pretio.* Quæ verba sunt ipsissima versionis Geleniane. Hinc Villalpandus, *Ecce,* inquit, *omnem auri gloriam intertextam cum columnis & vite, unde quod auream dixit Josephus, putandum non est illam fuisse ex auro solido factam, sed ex filo aureo aulæis intexto.* Cerè si sub intextarum Columnarum capitibus

p *R. Obadias Bartenorig, Maimonides, alii.*

q *Ad tit.* Middoth. *cap. 3. pag.* 133.

r *Psal 80. 8. Ose 10. 1, &c.*

s *Explan. in Ezech. tom. 2. part. 2. lib. 5. disp. 4. cap.* 71.

t *Origin. lib. 15. capit. 4.*

pitibus expandebatur vitis, (ut vult hæc verſio) æquum eſt ut & ipſam in aulæis ſeu velis locum habuiſſe exiſtimemus. Sed res alia omnino erat, alia Joſephi verba & mens. Etenim poſt mentionem illam forium, aulæorum, & florum columnarumq; intextarum, Joſephi Græca ſunt, καθύπερθεν δ' αὐτῶν ὑπὸ τοῖς τειχώμασι (lego θριγκώμασι) ἄμπελος διέπλεκτο χρυσῆ &c. pro quo apud Ruffinum ſubſtituitur *ſuper quarum Capita vitis tendebatur*. Sed plane reddendum *ſupra hæc autem*, (id eſt in fronte ſupra fores) *ſub muri coronulis vitis aurea diſtendebatur*. Quod ad amuſſim eis, quæ Joſephus ea de re alibi [u] habet, quadrat. Adeo ut vitis hæc ſeu opus illud, ſive pretium ſive artem ſpectes mirandum, ex ſolido conſtaret auro, & artifices, quales negavit Judæis Origenes, ſatis fateatur. Mille talentorum auri fuiſſe ait Pſeudogorionides, quem hoc nomine, utcunq; ſcriptorem ſatis futilem, immeritò nimis ac temerè Villalpandus mendacii incuſat, ideò quod ita ſolidam fecit. Sane & Talmudici [x], נמנו עליה ג' מאות כהנים לפנותה *numerabantur trecenti Sacerdotes, qui in ea dimovenda ſunt occupati.* Quod quidem per hyperbolen, ut expreſſim heic ajunt Magiſtri, dictum, pondus ejus ingens fuiſſe palam evincit, nec pictam etiam aut intextam, ſed fuſoris ſculptorisque operâ, atque inſtar vitis illius Pompeio donatæ confectam; cujus generis vitium aurearum alibi in Oriente uſus. Nam & Perſarum Regum ejuſmodi cimelia memorant ſcriptores; Athenæus [y], Herodotus [z], Plutarchus [a], Plinius [b]. Jam dicta vitis illa fuit de quâ Tacitus [c]; *Vitis aurea templo* (Hieroſolymitano) *reperta*. De hac nunc conſulas, ſi vis ſcriptores præter citatos Chriſtianos, qui templi fabricam libris integris oſtendunt, ut Franciſcum Riberam [d], id genus alios, item Iſaacum Caſaubonum in exercitationibus [e] Baronianis. Monere autem heic obiter licet de recepta nuper in L. Flori editiones aliquot emendatione Lipſiana, ubi de Hieroſolymis loquitur à Pompeio expugnatis. Verba ſunt [f]; *Hieroſolymam defendere tentavêre Iudæi. Sed hanc quoq; intravit, & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens ſub aureo uti cælo.* Ad quæ Juſtus Lipſius [g]; *quæ iſthæc*, inquit, *comparatio patentis arcani, cum aureo cælo? Ineptæ & nulli rei. Quin ſi attendis, fatebere verè nos & cum hiſtoriæ momento emendaſſe*, ſub aureo vitem cælo. *Ita ſcilicet res eſt. Vitis aurea magnæ artis & pretii in Ju-*

u *Haloſ. l.6. cap.14.Gr,6. Lat.*

x *R.Eliæzer. Ben Zadoc in Mish. tit. Middoth. cap.3.§.8. unde habet idem Sepher Iuchaſin. f. 27b.*

y *Dipnoſoph. 7.& 12.*

z *Lib.7.*

a *Lib.de Fortuna Alexandri.*

b *Hiſt. Nat. lib.33.cap.10.*

c *Hiſt.5.*

d *De Templi fabrica.l.1. cap 30.*

e *Exercit.16. §.108.*

f *Lib 3.cap.5.*

g *Electorum, lib.2.cap.5.*

Digitized by

in Iudæorum templo fuit, quam Pompejus illic sive repperit, ut Florus, & Tacitus volunt, sive oblatam ab Aristobulo recepit, ut Iosephus & Zonaras narrant. In hanc vitem ludit, & dentem stringit nunc Florus: & En, inquit, hoc illud secretum & grande arcanum, quod Templi sui adytis Iudæi cælant & colunt. Subjungit dein, quæ Josephus & Zonaras de Vite illa Pompejo data habent, atque conjecturam de emendatione sibi inde palàm firmare visus est. Flori editiones nuperrimæ aliquot [h] hinc juxta Lipsium emendantur. Et nuperus politæ quidem eruditionis editor Joannes Freinshemius, *Nihil certius*, inquit, *hac conjectura Lipsianâ.* Sed interea, tantorum virorum pace, undenam τῶ *vitem* heic locus esse potest ullus? nisi absurdissimi prochronismi rerumq; inprimis disjungendarum confusionis ridiculæ reum peragamus Florum. Quod enim de Aristobuli donario affert Lipsius, ad rem planè non spectat. Nemo veterum dixit, Vitem illam ab Aristobulo donatam unquam in templo fuisse, seu structuræ ejus partem aliquam. Regium domûs Hasmonææ id cimelium erat, nec omninò Sacrum, antequam Jovi Capitolino postmodum Romæ offerebatur. Neque illud Taciti de Vite in templo repertâ, ad tempora ullatenus attinet Pompejana, sed ad posteriora multò seu Cæsarum tempora. Nec sanè ad Pompejana attinere potuit. Nam ante Herodis structuram, nulla in templi Fabrica Vitis ejusmodi mentio. Vitem sive Salomonicum sive Zorobabelianum habuisse quis veterum docuit? Satis quidem negant, dum in structuris Herode prioribus accuratiùs describendis eam nullibi, in Herodiana autem structura velut singulare memorant. Adeo ut, si etiam vitem Templi fronti sic affixam per ingens illud Gentis arcanum significari vellet Florus, certè id, quod multis posteà natum est annis, in Pompejanam expugnationem prochronismo & rerum confusione neutiquam toleranda eum retrò trahere, necesse est affirmemus. Nam Hierosolyma capta, & ingens illud arcanum à Pompejo visum annis ampliùs viginti ante Herodis initia. Et quorsum cedò Vitem sive Aristobuli, sive templi Herodiani, ingens vocaret ille arcanum? Quisquamne

[h] *Harderwidici 1636. & Lugduni Batavorum. 1638.*

Digitized by Google

ſive donarium illud ante templum expugnatum à Pompejo publicâ legatione acceptum, ſive prominentem in Templi fronte atque oculis cunctorum tranſeuntium mirum in modum ſplendentem Vitem ingens nuncuparet arcanum, velut tunc primò patens? Ego ſanè priſtinam lectionem, à quâ etiam ſtant codices Mſſ. tantùm, puto, non omnes (nam in unico legitur ibi *uti Scalo*) planè retinendam cenſeo. Id eſt Pompejum vidiſſe *illud grande impiæ gentis arcanum patens, ſub aureo uti cælo.* Pro arcano hoc ingenti ipſum templum ſumit Joannes Camers. Ego ſanè pro Sacris in ipſo Sancto Sanctorum, in quod aditus Pontificibus tantûm licitus. Neque enim templum ipſum adeò arcanum ingens. Pompejum autem Sanctum etiam Sanctorum introiiſſe legimus apud Joſephum i. Arcanum hoc ingens meritò vocat Florus; idemque jam à Pompejo viſum patuiſſe *ſub aureo cælo*, id eſt ὑπὸ χρυσῷ διοπτεῖ ὀροφῇ *comme ſous un Ciel d' Or.* Seu, perinde ac ſi conſpectum oculis introgreſſi ſe ſplendidè admodum ac magnificè exhibuiſſet ſub tentorio ſeu concameratione aureâ Cœlum imitante, ſeu inſtar tentorii, atriive aurei cœli nomine notiſſimi, quod ſummæ dignitatis ac magnificentiæ causâ Principibus Supremis maximè Orientis, ut hodieque aliis, in uſu. Quo certè, juxta vulgi captum, nihil fortè auguſtius potuit, comparatione, tametſi ironicè, utenti exprimi. Sic adyti rerumque in eo ſacrarum majeſtatem utcunque apparentem adumbrare voluit Florus. Aureos autem Cœlos, ſignificaſſe tentoria, atria, ſeu conclavia, quibus Principes Orientis ſummi ſedentes populo, aliàs receſſibus obtecti, ſubinde patebant, ſcimus ex veterum non paucis. De eis diſertè ſatis Plutarchus k, atque apud Athenæum Phylarchus l, quibus χρύσεοι dicuntur ὀροφίσκοι ſeu *aurea aulæve inſtar cælorum minorum tegumenta*; etiam quacunque ex materia facta, modò aurata ſeu auro magnificentiùs ornata. Neque enim Tentoria ſolùm, ſive ex pellibus auro pretioſis, ſive ex filis intertextis, ſic dicta, ſed etiam atria ac conclavia auguſtiora in tholum ſurgentia, quibus è receſſibus ſecretioribus prodire Principes ejuſmodi dignantes ſe exhibebant, & reſponſa velut oracula dabant. Heſychius de Perſis m, τὰς βασιλείους σκηνὰς καὶ αὐλὰς, ἃς δὲ καλύμματα κυκλοτερῆ Ουεγιὰς, *Tentoria atque atria*

i *Halof. lib. 1. cap. 1.*

k *In Phocione.*

l *Dipnoſoph. 12.*

m *In Verb.* Ουεγιὰς.

Digitized by Google

atria regia, quorum tegumenta circularia, Cælos vocant. Adeo ut sive comparationem spectes, sive loci Sancti Sanctorum in Templo Zorobabeliano, (nam de eo Templo tantùm Pompeji facta narrantur) Figuram, Majestatem, Velumque prætensum, non est quin appositè dixerit Florus arcanum illud vidisse Pompejum *patens sub aureo uti cælo.* Et videsis etiam, quæ de ὑφασμασιν illis seu *cælis minoribus* observavit vir præstantissimus Isaacus Casaubonus n, ubi ex Polybio o rectè monet Cœlum ejusmodi dici σκηνὴ χρηματιστικὴ, *tentorium unde responsa* velut *oracula dabant reges Orientis.* Scilicet Ptolomæi Evergetis Regis *Cœlum aureum*, seu tentorium magnificum, appellatur Polybio ἐπιφανὴς καὶ χρηματιστικὴ σκηνὴ, *illustre ac oraculis* seu *responsis regiis dandis tentorium.* Certè & Sanctum Sanctorum דביר dictum, id est, *oraculum* nemo nescit, ob responsa illic divinitus accepta, adeò ut etiam indè velut pro σκηνῇ χρηματιστικῇ seu Cœlulo, aut *tentorio* aureo *unde responsa acciperentur* divina, in dictâ comparatione Sanctum Sanctorum sumi fortè vellet Florus. Quin & Sanctum Sanctorum σκηνὴ vocat autor Epistolæ p ad Ebræos. Et Tabernaculi Mosaici Sanctum Sanctorùm, quod imitati sunt Templi conditores, disertè dicitur Josepho q τοῖς ἱερεῦσι ἄβατον ὡς ἀγνὸς ἂν εἴη τῷ Θεῷ *Sacerdotibus etiam inaccessum, perinde ac si Cœlum Deo fuisset*; quod Floro item inprimis consonum. Sed in callem regredimur, id est, ad Picturæ & Sculpturæ apud Judæos usum. Notat ipse Josephus r velut singulare, Porticus Templi ἄτε ζωογραφίας ἄτε γλυφίδος ἔργα *nec Pictura nec Sculptura artificio* ornatas. Ideò alibi in Templo artium harum usus. Recole etiam heic, quæ de omni cœli ratione in velo depicta suprà occurrunt ex Josepho. Picturam item insigniter laudat Philo s Judæus, uti rem disciplinæ suæ gentis per se satis consonam. Mitto quod de Nicodemo Principe illo seu Magistro in Israel dicitur t; eum scilicet arte sculptoriâ, quâ pollebat, Christi Imaginem ex ligno ad similitudinem illam, quam in linteamine impressérat Christus, efformâsse. Ea de re fides sit penes autores. In supellectili autem meâ Rabbinica habeo equidem ipse vetustum satis Mſ. codicem Anonymi Ebræi, qui dum præcepta ordine suo Mosaica diligentissimè, id est, Talmudicè, explicat, figuris animalium, veluti Leonum, Equorum,

n *In Suetonii Neronem c. 12. & Animadverſ. in Athenæum, lib. 5. cap. 6.*

o *Hiſtoriar. lib. 5.*

p *Cap. 9. 3.*

q *Originum lib. 3. cap. 5.*

r *Hæoſ. lib. 6 c. 14. Gr. 6. Lat.*

s *Lib. de Somniis.*

t *Legend. & videſis Alphonſ. Paleotum lib. de Stigmatibus Chriſti, c. 1. t.*

Digitized by Google

Taurorum, Aquilarum, neque adeò rudibus, paginas ornat, non ſine annotationibus pectori, tibiis, alis, ſubinde inſertis. Sed pro ſeculorum cauſarumque, dum Idololatriam ſummopere cavebant, emergentium, maxime ſub Cæſaribus juxta antè dicta, diſcrimine, artificum qualium heic ratio habetur rarior interdum opera erat, nec ita in pretio habita; fortè etiam nonnunquam, juxta Origenem, vetita. Chriſtianorum autem recentiorum obviæ ſunt, ubi de Imaginibus ſcribunt, de Judæorum hac in re, & Uſu, & legis ſacræ juxta eos Interpretatione ſententiæ, nimiùm interea Talmudicis, ut conſulenti liquebit, diſſonæ. Vide ea de re præter alios, qui perpetuos ad legem adjiciunt Commentarios, aut de Imaginibus ex profeſſo ſcribunt, I. Baptiſtam Villalpandum [u], & Joannem de Pineda [x]. Judæorum autem recentiorum, qui ſtrictiùs, quàm ex veterum ſcitis neceſſe eſt, Imagines à ſe idque pertinaciùs arceri volunt, alii nullam ſive Statuam ſive Imaginem humanam (præter eam, quæ in nummis eſt) ædibus ſuis, ut multi Judæi Italicenſes, retinent; alii verò pictas tantùm, ſed non protuberantes nedum completas ſeu ſtatuas, aut effigies ejusmodi decurtatas. Ita ſcilicet docet Ludovicus Mutinenſis, Archiſynagogus Venetus, de Judæorum ſuorum ritibus agens. *Figure*, inquit [y], *ne Imagini, ne ſtatue non tengono in caſa, è tanto meno nelle ſinagoge è luochi ſacri à loro, per quello che è detto nello Eſodo cap. 20.* non farai à te ſcoltura ne niuna Imagine &c. *Et in molti altri louchi. Ma in Italia molti ſi fanno lecito tener ritratti è pitture in caſa, maſſime non eſſendo di relievo ne di corpo compito.* Nec diſtinguitur heic inter ipſam Imaginis formationem, & formatæ, juxta jam oſtenſa, uſum, qui tàm Talmudicis licitus, quàm illa illicita habita. Judæorum autem ſuperſtitioſiores haud parùm ſequuntur heic Mahumedani, qui, dum Imagines abhorrent [z] alias, Chriſtianorum nummos Principum vultu ſignatos libentiſſimè amplectuntur; quos tamen olim, eo quòd Imagines ejuſmodi præ ſe ferebant, ſummoperè deteſtabantur. Nimirùm ex eo quòd in Alcorano toties damnatur Imaginum cultus, nec earum uſus admiſſus. Joannes Leunclavius [a]; *Cauſa vel prætextus cauſæ potiùs cur Taliſmani, velut admodum religioſi & accurati Mahumetanæ religionis obſervatores, uſum nummerum*

[u] *Appara. Vrbis & Templi part. 2. lib. 2. diſp. 4. cap. 27.*

[x] *De Rebus Salomonis, lib. 7. cap. 15.*

[y] *Hiſtoria degli riti Hebraici, part. 1. cap. 2.*

[z] *Septem. caſtr. de rebus Turcicis, cap. 10.*

[a] *Pandect. Turcic. cap. 53.*

Digitized by Google

morum veterum è medio tollendum censerent, explicationem minimè difficilem habet. Quippe nota lex Mahumetis, qua statuas, simulacra, sculptas & pictas imagines ex interdicto divini præscripto severè probibuit: notum, quanto Zelo Musulmani Christianorum in Templis Imagines mutilare, frangere, destruere soleant. Itaque quum Romanorum *& Græcorum Imperatorum Imagines in Nummis & Aspris expressa conspicerentur, violari Prophetæ legem clamabant & abolendæ moneta veteris autores erant. Sed interim sub prætextu religionis impostores nequissimi quæstum faciebant, ut ipsimet Turcæ satis ingenuè fatentur. Hodiè non ampliùs animos Turcarum illa religio tantopere vangit, ut signatos Christianorum principum characlere nummos aversentur. Immo nummos sive ducatos Venetos, quibus vetitæ legis Mahumetis impressæ sunt Imagines, Sultanius suis, qui nihil habent legi contrarium Arabicis duntaxat insigniti literis, longè præferunt. Taleris autem Germanicis, præsertim quibus aut ipsius Imperatoris, aut Ferdinandi Archiducis, aut Septemviri Saxonis insculpti sunt vultus usque adeo non infesti sunt, ut ex illis ipsis sibi probibitis adgnitos Imaginibus expetant avidissimè.* Ita lucro atque avaritiæ, ut fieri amat, cessit etiam superstitio summa. Et de Imaginum aliarumque, quas suprà diximus, rerum Factura, Usu, Possessione, Abolitione, quà scilicet Proselytos Domicilii, seu Noachides apud Israelitas degentes ex Jure Gentium Interveniente ipsosque simùl ex Jure Civili, quòd Intervenientis subinde mensura erat, Israelitas spectarunt, hactenus.

Cap. IX.

De India *in* Judaicis *apud Claudianum* velis picta, *Digressiuncula.* Judaicæ gentis Splendor singularis & Privilegia *tempore Claudini seu sub Theodosio primo.*

PRiusquam verò ad Instituti cetera pergimus, liceat obiter heic dispicere, utrum ex Ebræorum de Imaginibus disciplinæ jam in superioribus traditæ ratione elici queat Cl. Claudiani sensus, qui hactenus in obscuro ni-

mis manſit de India Velis Judaicis picta. Invehitur ille[b] in Eutropium Conſulem in Oriente factum, ideò maximè quod abjectiſſimus fuiſſet ſervorum & caſtratus. Rem incredibilem ait viſam;

Atque aliquis gravior morum, ſi talibus, inquit,
Creditur, & nimiis turgent mendacia monſtris;
Iam teſtudo volat, profert jam Cornua vultur.
Prona petunt retrò fluvii vada: Gadibus ortum
Armenii texere diem: jam frugibus aptum
Aequor & aſſuetum Sylvis delphina videbo:
Iam cocleis homines junctos, & quicquid inane
Nutrit JUDAICIS *qua* PINGITUR INDIA VELIS.

Inane quod nutrit India Judaicis picta velis inter ſumma ponitur rerum monſtra, ſeu præ aliis velut ipſum ſummum, nec in rerum natura exſtare creditum. Vela heic non aliâ ſumenda ſunt procul dubio notione (neque enim id lectorum imparium gratiâ præmonendum non eſt) præter eam, quâ velamina forium, parietum, receſſuum, ſacrariorum, cubicularia, atque id genus alia, veluti aulæa, ſiparia, tapetia, ſtragula, periſtromata, denotantur. Servius[c] de velis hac notione; *Auguſtus poſtquam vicit Britanniam, plurimos de captivis, quos adduxerat, donavit ad officia theatralia: dedit etiam aulæa, ideſt, velamina, in quibus depinxerat victorias ſuas, & quemadmodum Britanni ab eo donati eadem vela portarent; quæ revera portare conſueverant.* Alibi ipſe[d], Aulæa vela picta eſſe, & in aula Attali regis Aſiæ inventa, ſcribit. Et Tertullianus[e]; *ſed & parietes Tyrio & Hyacynthinis & illis regiis Velis, quæ vos operosè reſoluta transfiguratis, pro picturæ abutuntur.* Atque hoc ſenſu in jure Cæſareo[f] non ſemel (maximè in phraſi etiam illa notiſſima, quæ in proverbium abiit *Cauſam velo*[g] *levato cognoſcere*) alibique apud ſcriptores alios occurrit. Nec quin horum in Templis, Ædibus, Synagogis, Tribunalibus, varius eſſet ut hodieque uſus, eſt quòd dubitemus. India autem velis heic depicta non pro ipſâ Regione in eis velut in tabulâ geographicè, nedum pro forma aliqua humana, qualis regionibus ſeu provinciis etiam dari ſolebat, capienda; ſed pro qualicunque congerie ſive textoris ſive pictoris artificioſa animalium

[b] *In Eutrop. lib. 1.*

[c] *Ad Virgil. Georgic. 3.* Purpurea,

[d] *Ad Æneid. 1.*

[e] *De Habitu muliebri c. 8.*

[f] *L. 17. D. tit. de Actionibus empti. §. 4. L. 12. §. 17. D. tit. de Inſtructo vel inſtrum. & ibid. § 20.*

[g] *L. 5. C. tit. de Naufragiis, Hieron. Magius Miſcellan. lib. 2. cap. 13.*

malium Figuris perquam ſtupendis, nec omninò creditis. eisque tum ex India petitis ac receptis, tum famam inde ea de re portentoſam, pro vario artificum arbitrio, interdum ſuperantibus. Veluti Monocolorum ſeu hominum, qui naſcuntur ſingulis cruribus, & Sciapodum, ſeu qui plantarum ſuarum magnitudine inumbrantur, qui item cervicibus carentes in humeris habent oculos, Sylveſtrium & Hirtorum, Serpentium cervos & animantia ad parem molem, alia item tota haurientium, Leucrocotarum, Ealarum, Mantichorarum, aliorum id genus, quæ Plinius, Solinus, alii ſive Indiæ tribuebant, ſive ſomniabant in acceſſionem. Adeò ut mirantis apud Claudianum ſenſus ſit; ſi monſtrum hoc credendum, ne quidem dubitabo, quin hiſce oculis poſthac revera videro etiam quicquid falſum, atque ut ſomnium inane hactenus creditum nutrire ſolet, ſeu exhibere India illa ſeu portentoſum illud animalium Indicorum vivarium, grex, armentum in Velis illis belluatis (ut tapetia dixit belluata Plautus h) pingi ſolitum. At verò quamobrem Velaꝫ hæc tàm ſignanter Judaica dicta? Gaspar Barthius ibi, *Babylonica*, inquit, *vela Iudaica vocat, ut Judæos ſomniorum interpretes pro Chaldæis dixit Iuvenalis* i. Et verum quidem eſt, Babylonica vela in pretio ac uſu lautioribus fuiſſe ſummo. At durum nimis, nimis abſonum intereà videtur Judaica pro Babylonicis ſumi. Neque certè Judæos pro Chaldæis uſurpavit eò loci Juvenalis. De mulieribus Romanis Sacerdotem Iſidis aliosqueꝫ id genus ſuperſtitioſiùs conſulentibus cum egerat poeta, ſubjungit,

Cum dedit ille locum, Cophino fœnoque relicto,
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem,
Interpres Legum Solymarum & Magna Sacerdos
Arboris, ac ſummi fida internuntia cœli.
Implet & illa manum ſed parciùs; ære minuto
Qualiacunque voles Iudæi ſomnia vendunt.

h *In Pſeudolo.*

i *Satyr. 6.*

Judæi in periocha hac arctiori ſenſu, id eſt, pro ſola gentis ipſius Judaicę propagine intelliguntur non õninò pro Babyloniis. Quod & palàm evincitur, tum ex legum Solymarum, tum Cophini fœnique, & ex arboris Sacerdotii per opprobrium & ironiam mentione. Nam & idem poeta alibi k,

k *Satyr. 3.*

Nunc

Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur
Judæis, quorum cophinus fœnumque ſuppellex.
Omnis enim populo mercedem pendere juſſa eſt
Arbor, & ejectis mendicat Sylva Camænis.

Quod ſanè de ipſis ſolum Judæis, & qui ritibus eorum imbuti eſſe accipiendum, non eſt, opinor, qui ambigat. De Babyloniis à nemine intellectum eſt. Nemus autem Aricinum fonsque ibi ac delubra olim Muſis à Numa Rege ſacrata, veteri religione ſoluta ſunt ſub Domitiano, ac Judæis urbe pulſis locata. Unde Judæa nempe ipſa Gens (ut *Græcia mendax*, pro gente Græcorum) magna dicitur Arboris ſeu Nemoris Sacerdos ; quod nomen per opprobrium & ironiam ei Muſarum Sacerdotis locum reſecratum occupanti, non ut reverà ſacerdoti à Juvenale tribuitur. Non ſine faceta forſan etiam ad quercus Dodonæas earumque ſacerdotes alluſione; quod & adnotant interpretes. Utrobique igitur Judæos tantùm innuit Iuvenalis, neque hoc loco minùs atque illo. Adeò tandem ut quod heic de ſomniis venditis dicitur, aut ad futiles Iudæorum aliquot mendicantium tunc temporis in uſu Romæ artes, aut ad calumnias ſaltem, quibus à Romanis inſpergebantur omninò, non ad Babylonios, nec ſanè tam ad ſomniorum interpretationem, quàm ad ſuperſtitiosa inſtar ſomniorum monita ſeu reſponſa ſpectet. Quin & poſtea expreſſim in Iuvenale ibi locum ſuum ſibi ſeorſim habent Babylonii ac Chaldæi. Nam, paucis de Armenio & Commageno aruſpice interjectis ſequitur,

Chaldæis ſed major erit fiducia : quicquid
Dixerit Aſtrologus, credent à fonte relatum
Ammonis --------

Atque huic de Iudæis ſtrictè ſumtis ea in Satyra antè intelligendis, non Babyloniis, (ut vult Barthius.) ſententiæ ſatis etiam accedunt citra controverſiam interpretes alii. Ioannes autem Wankelius apud Barthium de velo Tabernaculi locum Claudiani capit. *Referendum ſibi videri ad velum tabernaculi, quod miris & obſcuris figuris pictum tradat Ioſephus. Eas Effigies Paganos pro monſtris Indicia habuiſſe.* Locum è Ioſepho[1] affert de velis Templi Salomonici.

[1] *Origin. lib. 8. cap. 2.*

monici. Sed curnam Claudianum tot non ſolùm à Templi Salomonici, ſed etiam ab Herodiani ſeu ultimi excidio ſeculis ſcribentem, Vela ſive hujus ſive illius, nedum tabernaculi quod propriè Moſaicum erat, adeoque nemini niſi Judæis ipſis ſatis cognitum, in carmen traxiſſe crederemus? Id proculdubio nauci eſt. Conjectura ejusdem Wankelii habetur, qua *Attalicis* potiùs ſubſtituendum pro *Iudaicis*. Sed reclamat Codicum Mſſ. & editionum fides. De loco eo verba faciens Vir doctiſſimus Franciſcus Junius Franciſci F. in opere de Pictura veterum [m], Judaica ibi Vela inter textilis picturæ ſpecies ponit, nec aliud addit quam ea *nimiis monſtris fuiſſe notabilia*. Hæremus quidem nos. Sed ut conjiciendo rem heic tentemus, primò de Judaici, tunc temporis, nominis ſplendore inſigni atque exiſtimatione, quam ſupellectilis atque utenſilium, (inter quæ Vela, qualia diximus, locum paſſim obtinent primarium) lautitia & elegantia comitari ſolet, videamus. Dein, utrum ex jam ſuprà dictis ratio quare Vela ejusmodi, belluata ſeu monſtris referta, Judaica à Claudiano nominentur, elici poſſit. Certè Claudiani, id eſt, Theodoſii primi, Arcadii & Honorii A A A ſeculo, atque tempore, quod propiùs antecedit, Judæos in Oriente, utcunque diſperſos urbeque majorum & templo carentes, eximio vitæ ſplendore rerumque opulentiâ inſigniter floruiſſe, ſi unquam poſt excidium, tam certum eſt ut nihil certius. Celebres tunc eorum Academiæ illæ, ſeu potius reſpublicæ clariſſimæ, Soriana [n], Pombodithana, Nehardaienſis, id ſatis teſtantur, uti & Synagogarum Frequentia & Immunitas ſingularisque Principum indulgentia. Theodoſii, Arcadii, & Honorii Auguſtorum habetur reſcriptum ejusmodi ad Addeum Comitem & Magiſtrum utriusque militiæ; *Iudaeorum* [o] *ſectam nulla lege prohibitam ſatis conſtat. Vnde graviter commovemur, interdictos quibusdam locis eorum fuiſſe conventus. Sublimis igitur magnitudo tua hac juſſione ſuſcepta nimietatem eorum, qui ſub Chriſtianæ religionis nomine illicita quaque præſumunt, & deſtruere ſynagogas, atque expoliare conantur, congrua ſeveritate cohibebit. Dat.* III. *Kal. Octob. Conſtantp. Theod. A.* III. *&* *Abundantio* Conss. Id eſt, anno Chriſti CCCXCV. Triennio item poſt [p] ad Judæos ipſos Arcadius & Hono-

m *Lib. 2. cap. 8. §. 9.*

n *Videſis R. Gedaliah* Ben *Iechai in* Shalſeleth, *fol. 35. a &c.*

o *C. Theodoſ. lib. 16. tit. 8. l. 9. & vide l. 12. & 25.*

p *Ibid. ſup.*

Honorius A A. *Rectores Provinciæ vobis nullum diſcuſſorem, aut moderatorem eſſe concedent. Quod ſi qui munere ſibi* (fortè *ſi quis induere ſibi*) *curam præter vos proceresque veſtros audeat, tum velut aliena adpetentem ſupplicio coherceri feſtinent.* Quin lidem Au-
q *Ibid. l. 11.* guſti ad Claudianum Comitem Orientis, eodem anno q *ſi quis audeat illuſtrium Patriarcharum contumelioſam per publicum facere mentionem, ultionis ſententiæ ſubjugetur.* Neque iniquum eſt, ut exiſtimemus, Claudianum hunc ipſum fuiſſe, qui ſcripſit Poetam. Nam & Auguſtis his ac ſenatui adeo charus habitus eſt
r *Claudian. in Præfat. ad lib. de Bello Getico, & Lyl. Giral. in Dialog. 5. de Poetis.* Poeta ipſe, ut ſtatua r in foro Divi Trajani, atque titulo honorifico diù ante obitum donaretur. Unde & faciliùs credendum dignitatem hanc & munus inſuper acceſſiſſe. Proximo item anno ad Cæſarium Præfectum Prætorio iidem Auguſti;
s *C Theodoſ. lib. 16. tit. 8. L. 13.* *Nos in conſervandis Judæorum privilegiis veteres imitemur, quorum ſanctionibus* s *definitum eſt, ut Privilegia his, qui illuſtrium Patriarcharum ditioni ſubjecti ſunt, Archiſynagogis, Patriarchisque ac Presbyteris ceteriſque, qui in ejus religionis ſacramento verſantur, nutu noſtri nominis perſeverent ea, quæ venerandæ Chriſtianæ legis primis clericis ſanctimoniæ deferuntur. Id enim & divi principes* Conſtantinus, *& Conſtantius, Valentinianus, & Valens divino arbitrio decreverunt. Sint igitur etiam à curialibus muneribus alieni, pareantque legibus ſuis.* Ita ſummo principum indultu ſuoque jure liberè, modo Chriſtianæ religioni palàm non officerent, ſeu facerent contu-
t *Ibid. l. 15.* meliam, utebantur. Patriarchis eorum nomine nunc Illuſtrium, nunc Spectabilium t deſignatis. Nec levia ejusdem rei veſtigia occurrunt in D. Chryſoſtomi homiliis adverſus Judæos, ubi in Chriſtianorum & Judæorum conſortium adeo frequens invehitur. Brevi autem evenit, ut tot privilegiis, ac tàm amplæ vitæ ſplendidæ libertate nimiùm, ut fieri amat, elati atque rebus tam ſecundis inſolentiùs & ſuperbiùs uſi felicitate priſtina indigni meritò haberentur. Primò igitur ab Honorio & Theo-
u *Ibid. l. 24.* doſio II. Auguſtis u tum attemptandæ de cetero militiæ aditus eis, quibus antèà uti Romanis ceteris patebat, obſtruebatur, tum cingulo militiæ antè decorati Judæi exuebantur omnes. Circa vigeſimum ſcilicet à reſcripto illo ad Cæſarium annum, ſeu Honorio XII, Theodoſio VIII conſulibus. In ipſo autem

tem hoc de Militia rescripto, aliàs se satis Judæis eorumque dignitatibus ac splendori favere edici volebant Principes, temperamentum interdicto adjicientes. Verba sunt ; *jamè Judæi liberalibus studiis institutis exercendæ advocationis non intercludimus libertatem, & nisi eos curialium munerum onere permittimus, quam prærogativa natalium & splendore familiæ sortiuntur. Quibus cum debeant ista sufficere interdictam militiam pro nota non deberi æstimare.* Sua per hæc tempora habuisse in utraque Palæstina Synedria x etiam scimus. Nec ante quadragesimum, aut circiter annum ab Eutropii consulatu, in quem adeò invectus est Claudianus, desierunt hæc Judæis indulta privilegia, vitæque indè collucens passim splendor. Tunc autem seu Theodosio A. secundo XVII: & Festo Consulibus, Valentiniani tertii & ejusdem Theodosii edicto y mirum in modum ea, quibus antè fruebantur, diminuta sunt, ipsique in conditionem pessimam redacti. Sed interea ex his satis, opinior, sit manifestum ipso in seculo, quo sua scripsit Claudianus, insigniter floruisse Judæos; maximè in Oriente, quæ & scena est carminum ex eo superiùs allatorum, adeoque in Ægypto, quæ Claudiani, ut creditur z, patria est. Neque est quod ambigamus, quin rerum opulentia ædiumque ac suppellectilis veluti Aulæorum, Velorum, id genus aliorum copiâ, pariter atque aliarum gentium beatiores, eousque ibi per provincias abundarent uterenturque, ut Vela aliave ejusmodi, si quæ essent eis præaliis singularia, ipsorum nomine propriè satis atque appositè, ut aliorum id genus cetera, in carmine possent designari. Quod ideo etiam adjicimus, quia de lectione à viris doctis ita dubitatum est. Jam verò quod ad conjecturam heic attinet, quare Vela, qualia diximus, Judaica Claudiano appellata fuerint; Quicquid tunc temporis hominum in orbe quidem Romano fuêre, aut Pagani erant, aut Christiani, aut Judæi. Paganorum Vela quotquot picta sunt, pleraque, si non universa, Deorum figuris gestisque, aut gestis, quibus Dii pro more immisti, plena fuisse ; credere par est, (uti & de seculorum anteriorum pictura ex Vitruvio a scimus,) nec solùm in Templis Diis publicis eorum aliqua, sed & domi quamplurima Laribus obtendi

x *L. 17 C. Theod. de Iudæis & C. Theodos. lib. 16. tit. 8. l. 29.*

y *C. Iustin. tit. de Iudæis l. 19.*

z *Petrus Crinitus de Poetis Latinis, cap. 86.*

a *Archit. lib. 7. cap. 5.*

obtendi ſolere eaque conſecrata, aut ſaltem quaſi conſecrata. Etiam ſive ex artificum, ſive ex operæ conductorum voto non rarò idolis quidem, dum fiebant, ſacrabantur. Sua etiam Chriſtianis fuiſſe, partim Paganorum inſtar, partim ſacris ſuis, quæ Judæi æquè ac Paganorum abhorrebant, aptata. Cum igitur ſupellectilem ac utenſilia cultui extraneo dicata, niſi palàm, atque actu aliquo manifeſto ab ipſis, qui cultui ejusmodi addicti ſunt reſecrarentur, in ornatum aut utenſilitatem aliquam adhibere, aut quoquo modo uti frui ſibi illicitum haberent Judæi (juxta ſuperiùs oſtenſa,) & certò ſatis ſciri utrum Vela, Aulæa, id genus cetera, qualia diximus, ſive à Paganis, ſive à Chriſtianis facta aut poſſeſſa, ſacris ac religione eorum, qui facerent, aut poſſiderent, libera eſſent, rarò, ſi unquam, poſſe non immeritò forſan exiſtimarent, etiam & אסור ע"ז סבק *Id* [b] *de quo dubium manebat, utrum cultui extraneo dicatum fuiſſet, planè eſſet illicitum*, & demùm Paganorum pariter & Chriſtianorum moribus alienisſimos ſe ambitioſiùs in rebus plerisque facerent; cum, inquam, hæc ſe ita haberent, nonne inde factum eſt, ut ſingulare ſibi, ſaltem ipſis multò magis quàm aliis peculiare, Velorum genus hoc belluatum fierivellent? Ita quidem ſatis varietate jucunda ornatum, ſed figuris rerum, quibus illa, quæ Paganis & Chriſtianis plerumque in uſu plena erant, carens; Figuris, inquam, Judæis etiam eousque inviſis, ut, quotquot earum cœleſtes eſſent, nec artificibus ſuis facere eſſet licitum, &, quæ fuêre, ceteras velut ſuperſtitione inquinatas, ſaltem de quorum inquinamentis dubitabant, magnopere, juxta jam dicta, ipſi averſarentur. Et genus ſanè hoc à ceteris ita ex uſu pariter & affectu Judaico haberi potuit diſcriminatum, ut tum inde nominari ſignantiùs mereretur, tum ab aliorum religione (utpote in Judæorum potisſimùm uſus contextum, formatum, pictum) cenſeretur præ aliis immune. Certè & quotquot hæc imitarentur in aliorum facta uſus, ſic eodem forte nomine etiam appellitabantur; quemadmodum aulæa, ut volunt Grammatici, ab Attali Regis Aſiæ aulâ ſic primò nominata quocunque locorum adhibita, ſic dicuntur. Et tam quæ imitantur Phrygia, Babylonica, Tyria ejusdem generis artificia apud veteres, quàm quæ hodie Atrebatenſia, Turcica, Perſica, alia

[b] *Gemar. Babylon. ad tit.* Zebachim, *cap. 8. fol. 74 a. & Maimonid. halach.* AbodaZara, *cap. 7.*

alia iisdem vocibus non rarò cum prototypis nuncupantur. Quid quod ita non solùm non communes haberent cum Paganis & Christianis figuras, sed nec in velis hisce ullam similitudinem seu imaginem rerum quæ coli solerent; imò earum tantùm, quas nullibi locorum existere crederent, ideoque etiam à cultu extraneo, quàm alias multò sejunctiores? Quin si admitteretur Paganis illius ævi ac Christianis in usu fuisse picturæ genus illud, tantùm duplex, quod ex Vitruvio [c] seculis liquet adhibitum fuisse Claudiano multò vetustioribus, videlicet aut ejus quod est, seu potest esse, id est, esse vel posse esse creditur, veluti hominis, ædificii, navis, fani, luci, montium, reliquarumque rerum, è quarum formis certisque corporum finibus figurata similitudine sumuntur exempla, aut rerum seu partium rerum, quæ quidem existunt, sed ita ab artifice conjunctarum, ut ex ipso naturæ ordine, nec revera sint, nec unquam fuerint, veluti sigillorum sive integrorum, sive dimidiatorum è floribus seu coliculis exeuntium, partim Humanis partim Bestiarum capitibus similium, Candelabrorum ædiculas sustinentium, id genus ceterorum; certè monstrorum Indicorum, quorum nec partes nec corpora credita; Picturæ genus erit Tertium, adeoque facilius potuit esse seligentibus peculiare. Et scimus genus illud Secundum, quod propiùs quàm Primum Indicæ, quam tractamus, accedit, sed interea ab ea longe distat, à veteribus Græcis & Romanis esse acriùs reprehensum. *Neque enim*, inquit Vitruvius utrorumque artium callentissimus, *picturæ probari debent, quæ non sunt similes veritati.* Id si posteâ etiam & Claudiani ac proximantibus antè seculis, aliis præter Judæos observatum fuerit, certè Indica monstra depicta, quæ in rerum natura non exstitisse credita, nec in Græcorum ac Romanorum picturam legitimam admittebantur, Judæorum, qui ea sibi ob rationes jam dictas fortè selegerant, seu Judaica commodè satis ac appositè dici possent. Quemadmodum fermè Verpæ ipsi pecora sibi immunda, quæ tamen à Christianis edi viderent, *pecora Christiana* [d] olim appellitabant. Quin & inter diversas de imaginibus eorum sententias obtinuit & illa, ævo forsan in illo, frequentior, *rerum quæ reipsa non sunt, sed finguntur imaginem omnem facere licere*, ut verba sunt Manassis

[c] *Lib. 7. c. 5.*

[d] *Agobardus Lugdun. epist. ad Ludovicum Imp. de Insolentia Judæorũ*

Digitized by Google

naſſis Ben e Iſrael ex Gemara f. Quo ſpectat etiam, quod ſuprà g ex Arama citavimus. Adcò ut in Velis iſtis Judaicis pictura haberetur, qualem Cryptica h ſeu *Crotesquam* indigitant. Sed verò conjecturâ tantùm modeſtiùs auguramur, nec, etiamſi aberremus, veniam deſperantes. Dum hæc cogitabamus, monitum de Claudiani loco accepit a Viro amplißimo ſummoque Hugone Grotio cognatus ejus Franciſcus Junius, in literis ſcilicet, quibus doctiſſimi ejus de Pictura veterum operis nomine gratiam ei egit. Pro *Iudaicis* fortè ſubſtituendum *Lydiacis*; quod in ſcriptione veteri manifeſtò quidem proximum. Id mecum communicavit Junius, & de loci ſenſu, qualem jam exhibui, paucis unà diſſeruimus. Qua de re cum is reſcripſerat, à Grotio reſponſum eſt, dum hiſce prælum calet, *De loco Claudiani & mihi in mentem venerat, poſſe defendi; ſi animantium, non quæ conſpiciuntur, ſed quæ fingurtur, formas Velis impreſſas intelligamus.* Tanti viri, utcunque de lectione ſubdubitantis, ſuffragio locum hunc non ornare nequibam. Sed hac de re ſatis ſuperque. In callem regredimur Secundum Juris Naturalis ſeu Noachidarum, quod Illuſtrius eſt caput præter Jus etiam Gentibus aliis Ebræiſque eo nomine Interveniens proximè explicaturi.

e *Conciliatore in Exod. quæſt. 30. Lat. 97. Hiſp.*

f *Tit.* Aboda Zara, *cap. 3.*

g *Cap. 6. pag. 187.*

h *Gabriel Palaot de Imaginibus, lib. 2. cap. 37.*

Cap. X.

Ad interdictum Naturale de Maledictione Nominis Sanctiſſimi Numinis (*quod* Noachidarum *ſeu generis Humani* Juris communis *quod illuſtrius eſt*, Caput *Ebræis habetur* Secundum) *ſeu* de Blasphemia *melius capiendum, præmittitur* Profanationis Nominis Divini, *cui opponitur ejusdem* Sanctificatio, *Genus, velut ejus cujus affine eſt vocamen, triplex.* Profanationis *ejusmodi* Remiſſio *ante mortis momentum, juxta Ebræos, nemini perfecta.*

UT Noachidarum ſeu Omnium Hominum juris Communis, quod Naturale heic appellatur & Illuſtrius, Caput ſecundum ſeu de Maledictione Nominis Sanctiſſimi Numinis ritè intelligatur, animadvertendum eſt apud Ebræos ex ſacri ſermonis interpretatione occurrere tam חלול השם ſeu חילול שם *pollutionem* aut *profanationem nominis Divini* quam גדופה השם ſeu ἀνειδισμὸν, κατάραν, *maledictionem* ſeu *execrationem ejus-*

hem ejuadem quæ item קללה & הרפה nuncupata Blaſphemia eſt omnium graviſſimà. שם autem ſeu *Nomen* abſolutè poſitum pro *Sanctiſſimo Numinis nomine*, ſeu *ipſo Numine*, non ſolùm paſſim apud Magiſtros, verùm etiam in linguâ ipsà Moſaica i uſurpatur. Profanationis ſeu Pollutionis interdictum eſt, *Cuſtodite* k *mandata mea, ac facite: Ego Dominus* לא תחללו שם קדשי *Ne polluatis*, ſeu *profanetis nomen meum ſanctum, ut ſanctificer in medio filiorum Iſrael.* Profanari autem tripliciter, ajunt, Nomen Divinum. Primo modo, ubi Ebræus, ut mortem imminentem evitaret, quid adverſus ſacræ legis præſcripta patrabat, quoties ſcilicet ex majorum inſtituto ſeu diſciplina Mors præ tanto peccato, ut minus malum, fuiſſet eligenda. Quoties dico. Neque enim ſemper volunt mortem anteferendam; ut ex ſequentibus liquebit. Nec levioris periculi ratio habebatur heic ulla. Mors autem imminebat, aut ægro ex Morbo eam palàm minitante, aut ex Hominis alicujus minis, qui legis violationem perſeveranti extorquere inſtaret. Ubi ex Morbo Mors imminebat, fas habebatur ægro, tum vetita comedere, tum alia in lege ſacrâ prohibita qualiacunque facere, quæ ſaluti, ut medicina, conducerent, modò Interdictis tribus Inſignioribus ſemper, juxta exceptionem ſingularem atque à majoribus acceptam, intereà non contrà iretur. Scilicet Interdictis Idololatriæ, Homicidii ac Revelationis Turpitudinum ſeu coitus illiciti. Quod verò ad metum mortis ex minis attinet, aliam habent publicæ Perſecutionis temporis, quod שעת השמד nuncupant, rationem, aliam temporis, quo Perſecutio ejuſmodi nulla. Nimirùm quoties perſecutione publica non habitâ, Ebræus quiſquam mortis minis, ad legis violationem impelleretur, permiſſum eſſe ei, ajunt, qualemcunque in quem ſic impelleretur actum, ut inde ſi morte imminente liberaret; modò trium, quæ diximus, interdictorum ſingularium violaretur nullum, & diſtinctio hæc una & altera inſuper obſervaretur. Si in ejus, qui ſic minis impelleret, emolumentum tantum cederet actus, veluti ubi opus ei in Sabbato præſtandum; latius fuiſſe ſic impellenti obtemperare, quàm mortem ſubire. Si verò in cogentis emolumentum non cederet, ſed eo tantùm nomine, ut quid adverſus legem ſacram committeretur, exacta

i *Leviticus 14. 10. & 15. ubi videſis Paulum Fagium.*

k *Leviticus 22. 32. & videſis Ezechiel. c. 20. 14. & 36. 22.*

l *Gemara Babylonia ad tit.* Aboda Zara *cap. 2. fol. 27. b & ad tit.* Sanhedrin. *cap. 1. fol. 74. a & b. Maimonides halach.* Iesudi Tora *c. 5. quod videſis nunc à Gbil. Vorſtio verſum & notis explicatum Moſes Mikotz Præcept. Negat. 2. Affirm. 5.* Shulcan. Aruch. *lib.* Iore Dea, *cap.* 157. *& videſis* Thosphoth *ad Gem. Babylon. tit.* Cethubboth *c. 3. fol. 3. b.*

Digitized by Google

ta esset violatio, tunc de Numero Ebræorum, quorum in præsentia res esset patranda, distingvunt. Nam de Gentilibus heic impellentibus rem plerunque intelligunt. Si Ebræi decem pluresve adessent, (quem numerum in cœtibus definiendis crebrò usurpant,) tunc mortem præponendam. Sin pauciores, vitam obedientiâ redimendam. Et qui aliter hujusmodi causâ se morti tradidisset eum מתרייב בנפשו seu *vitæ suæ reum* nonnulli appellitant. Tempore autem Persecutionis publicæ, (qualis sub Antiocho Epiphane, cum in violationem legis sacræ Ebræos impellere is acriter instabat,) nefas fuisse docent ullius omninò legis capitis violatione, seu actu ullo lege interdicto vitam redemisse. Huc spectat illud de Israelitis [m] *Qui mori elegerunt, ne polluerentur cibis* κα) μὴ βεβηλώσωσι, *& ne profanarent fœdus sanctum; itaque mortui sunt.* Alia item in historiâ Maccabaicâ [n] ubi agitur de prælio ad vitæ tutelam capessendo, etiam in Sabbato. Quod Talmudicæ doctrinæ [o] consonum est. Videsis hac de re plura apud Josephum in secundo adversus Apionem, alibique. De fugâ autem heic pronunciant; gravissimum facinus ab eo committi, qui se eâ, ubi facultas esset, non redimens cogenti obtemperaret. Jam verò qui aliter ac dictum est licuisse, imminente morte per actum aliquem lege sacra interdictum se eripuisset, is חילל את השם seu *profanare Nomen Divinum dicebatur.* Et ברבים seu *publicè* atque בפרהסיא, quod ex Græco desumtum *palam ac apertè* significat, id profanare dicebatur, si in Ebræorum decem præsentia commiserat. Inversa ratione, qui se morti juxta ante ostensa temperamenta & distinctiones, id est, quoties mors violationi erat antеponenda, se tradiderat, is קידש את השם seu *sanctificare Nomen Divinum* dicebatur; veluti martyr agonem necessarium subiens; quemadmodum Daniel, Chananiah, Misael, Azariah, id genus alii. Unde & illud apud R. Samuelem Sullam [p]; fuisse familiam seculis recentioribus Judæorum, quæ tota nomine קדושים *sanctorum* seu *sanctificantium* indigitabatur כי בכל השמדות קדשו את השם *Quoniam in cunctis persecutionibus sanctificabant Dominum.* Profanatio autem Nominis, qualem diximus, supplicio forensi, veluti morte seu verberibus, neu-

m *Lib. Hasmonæorum cap. 1. 66.*
n *Jasoni in Epit. seu. 2. Macc 6. 18. 1. Mac. 2. 41. Joseph. l. 12. cap. 8.*
o *Maimon. halach. Sabbath cap. 2. & 30. & videsis Guil. Schikard. de Iure Regio c. 5. Theorem 18 & Petr. Cunæum de Repub. Hebr. lib. 2. cap. 12.*
p *In Annot. ad Sepher Iuchasin fol. 132. b*

Digitized by Google

bus, neutiquam erat apud Ebræos puniendа; utpote cœlesti vindictæ omninò relicta. Maimonides; מפני שעבר באונס אין סוקלין אותו ואין צריך לומר שאין ממיתין אותו. בית דין ואפילו חרג באונס שאין סוקלין וממיתין אלא לשעבר ברצונו ובעדים ובהתראה *Quoniam vi peccabat, flagris puniendus non erat, nedum morte ex sententia forensi; idque obtinuit, tametsi homicidium vi patrasset. Nimirùm nullum peccatum flagra aut mors sequebatur, nisi id sponte commissum esset, adessentque testes, & præcessisset admonitio legitima.* Quin vi sic coactum, etiam in idololatriam, pœnam cœlestem, quæ כרת seu *excisio* in sacro appellatur sermone, neutiquam ideò subire aiunt, utcunque gravissimè peccaret, aliterque cœlitùs, nec sine singulari de remissione jure, de quo nonnihil ad finem capitis dicemus, esset puniendus. Sed hoc obiter. Secundus heic Profanandi modus est, ubi quis in præceptum quodcunque בשאט הנפש להכעיס *Cum contemptu* aut *ardore animi etiam ad tentandum* aut *irritandum* Numen, procaciùs seu morosiùs quid patrârat; agnoscens intereà Numinis Unitatem ac Autoritatem, seu non omnino negans, sed proterviùs tantùm irritans. Signantiùs nempe is Profanare Nomen Domini dicebatur, quemadmodum &, qui non aliam ob causam, quàm ut sanctissimo Creatori, qui jussit, placeret, præceptum aliquod observasset, is idem dicebatur Sanctificare. Et ex numero jam ante dicto eorum, qui aderant seu, inspectorum, publicam itidem dicebant sive Sanctificationem sive Profanationem. Tertius demùm Profanandi Nominis divini Modus à Maimonide[q], juxta Talmudicos veteres[r], sic describitur. יש דברים אחרים שהן בכלל חילול השם והוא שיעשה אותם ארם גדול בתורה ומפורסם בחסידות ודברים שהבריות מרננים אחריו בשבילם ואע"פ שאינן עבירות הרי זה חילל את השם *Sunt etiam res alia, quæ nomine Profanationis nominis divini veniunt; veluti ubi tum eximiâ legis scientiâ, tum singulari virtute ac pietate vir celebris ea forsan fecisset, quæ, tametsi in legem peccata aliàs non essent, eousque nihilominus hominibus essent offensioni, ut, eorum causâ, eum acriùs etiam inclamando convitiandoque reprehenderent.* (Nempè humanitatis causâ seu societatis humanæ gratiâ, reprehendere seu ob scandalum publicè datum graviùs corripere non nequirent) *Is enim profanabat etiam Nomen Domini.*

[q] *Halach. Iesudi Tora, cap. 5.*
[r] *Gem. Babylon. ad tit.* Ioma *cap. 8. fol. 86. a*

Exempla habet ille de tali viro; Si, cum emtor eſſet nec egenus, venditorem pretium efflagitantem palàm eluderet; Si commeſſationibus aut riſu jocisque effuſioribus cum hominum vulgo ſeu fæce plebis uteretur; ſi vultu inquieto, iracundo, jurgioſo homines excipere ſoleret. Quibus adjicit וכיוצא ברברים הארו *& parilis eſt aliorum, quæ ſunt id genus, ratio.* Morum autem ſanctiorum ſeu juſtæ tum gravitatis tum comitatis aliarumque, quibus conſiſtit ſocietas humana virtutum legisque ſacræ diligentior in ejusmodi viro obſervatio, *Sanctificatio Nominis* dicebatur. Viderint heic eruditiores, utrum ex eo, quod Ebræis, juxta jam oſtenſa, erat *Profanare Nomen Domini*, eliciendum fuerit, quid ſermone Helleniſtico ſit *Nomen Domini blaſphemare*. *Qui in lege*, inquit, D. Paulus [f], *gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum* [t] *eſt*; ubi D. Hieronymus, *Per bona opera veſtra benedicitur Deus; ita nunc non rectè converſantibus blaſphematur.* Et gloſſa interlinearis illud D. Pauli affert ad ſacra verba de non polluendo ſeu non profanando nomine in Levitico [u], explicanda. Alibi etiam D. Paulus [x], *Quicunque ſunt ſub jugo ſervi, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne Nomen Domini & doctrina blaſphemetur.* Et ſimilis alio in loco [y] de verbo Dei locutio, quæ ad nominis profanandi genus tertium ſpectare videtur. De Profanationis autem genere triplici, hactenus indicato, ſingulare quiddam tradunt, quod Remiſſionem ejusdem divinam ab aliorum omnimodorum peccatorum remiſſione perquam diverſam eſſe facit. Ubi enim de Sacrificiis, Confeſſione, Pœnitentia, Caſtigationibus, die Expiationum, hirco apopompæo, adeoque de peccatorum aliorum quorumcunque ex hiſce כפרה וגמורה *Remiſſione plena ac perfecta*, ſive ante diem illum, ſive in die illo (pro ſpecierum atque actuum varitate) agunt, de Nominis Profanatione ſeorſim aiunt, eam nemini plene remiſſam ante mortem; ſed in ipſo ſolummodo mortis momento, idque tametſi præceſſerint, quæ omnium remiſſioni neceſſariò prævia. Exceptio hac de re habetur in Gemara Babylonia [z], אבל מי שיש חלול השם בידו אין לו כח בתשובה לתלות ולא ביום הכיפורים לכפר ולא ביסורין לטרק אלא כולן תולין ומיתה ממרקת

f *Epiſt. ad Romanos, c. 2, 24.*
t *Iſaiæ 52. 5. & vide Ezek. 36, 22.*
u *Cap. 22, 32.*
x *1 Ad Tim. 6. 1.*
y *Ad Titum 2. 5.*
z *Ad tit.* Ioma *cap. 8. fol. 86. 2*

ממרקת שנאמר ותגלה באזני יי צבאות אם יכופר העון הזה לכם עד תמותון *Sed verò qui reus est Profanationis nominis, ei neque potestas est per Pœnitentiam peccatum* (usque ad Diem Expiationum) *suspendere, nec in die illo expiare, nec per castigationem sui abstergere. Sed omninò in suspenso manet, nec ante ipsum mortis momentum deletur. Iuxta etiam illud* a: *& revelatum est in auribus Domini exercituum, si expiabitur* (seu *non expiabitur*) *iniquitas hæc vobis, donec moriamini.* Nam & locum illum capiunt de Nominis Profanatione, qualem descripsimus b. Qua de re consulas, si placet, Magistros recentiores, quibus recepta est hæc doctrina.

a *Isaiæ* c. xxii. 14.

b *Maimonid. Hilach.* Theshuba c. 1. *R. Obadias Bartenor. ad Mischnam. tit.* Ioma *cap.* 8. §. 8.

Cap. XI.

Sanctificationis Nominis Divini *præcepto* Noachidas, *juxta Ebræos, non teneri.* Profanationis *Nominis superiùs ostensæ genus nullum, in* Interdicto de Maledictione Nominis Universali *seu* Naturali, *contineri; sed horrendum illud* Blasphemiæ *genus, quo* Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas *Numinis sanctissimi, sive* Convitio *seu verborum contumeliâ* proscinditur, *sive* ex professione actuve aliquo scienter, procaciùs & consequenter negatur. *De verbo* ברך *quà tum* pro maledicere, *tum pro* Benedicere *sumitur. De lege illa sacra in Numeris:* Anima *seu* persona, quæ fecerit manu elatâ *&c.* excidetur, *quatenus ad* Interdictum Idololatriæ & Blasphemiæ *solùm attinere illud volunt Magistri.*

Sed verò Profanationis Nominis Divini hactenus indicatæ, utcunque etiam Blasphemiæ nomine (saltem si ita in sermone Hellenistico *blasphemare* pro *profanare* hoc sensu interdum sumatur) non ignotæ, genus nullum volunt Ebræi Interdicto, quod jam tractamus de ברכת השם seu *Maledictione Nominis Sanctissimi* contineri. Neque enim Profanationem ejusmodi Noachidis interdici volunt, seu Sanctificationis Nominis præcepto juxta modum aliquem indicatum eos teneri. Quæstio ea de re olim orta est c, בן נח מצרת על קדושת יי או אין מצרת על קדושת יי

c *Gem. Babylon. ad tit.* Sanhedrin. c. 8. *fol.* 74. b

an *Præceptum de Sanctificatione nominis*, (cujus oppositum est profanatio jam dicta,) *ad Noachidas attineat*? Ubi Rab Ada Bar Ahaba, *scriptum est*, inquit, *Hoc solum* d *est, de quo deprecetur dominum pro servo tuo; quando ingredietur dominus meus templum Rimmon, ut adoret ibi &, illo innitente super manum meam, si adoravero* &c. *&* respondit *Elisha* לך לשלום *vade in pace*. Nimirùm Naaman princeps militiæ Regis Syriæ Noachides erat, qui leprâ mundatus in se inceperat Veri Dei cultum, saltem diis alienis ac cultui extraneo omninò renuntiarat, ut citato liquet Scripturæ loco. Unde etiam גר תושב *Proselytus domicilii* expressim in Gemara Babylonia e dicitur. Periit autem ab Elisha, ut ei indulgeretur, si fortè cum Rege suo, cui prorsus obtemperandum erat, manui Tuæ innitente, in templo Rimmon, coactus (sic loci citati sensus) adoraret; tulitque reiponsum *vade in pace*; quod Magistrorum quidem nonnullis f sumitur pro eo, quod est vade, & vero Deo, quem ipse tibi jam edoctus elegisti, cultum exhibe. At verò in Gemara Babylonia verbis jam laudatis subjungitur ואם אינו כן לא היה נביא רשאי לומר לו בשלום *Si ita fuerit* (scilicet si Noachides præcepto Sanctificationis nominis teneatur,) *non iis respondisset Propheta Naamani, sive in occulto exhibendus, sive publicè fuisset ille cultus.* Et in glossa responsum illud pro assensu in adorationem ejusmodi in templo Rimmon seu extraneum cultum ab invito extortum accipitur. Ubi etiam legitur, ואפי' נצטוה בני נח על קדושת השם לא נצטוה לקדש בתוך הגוים אלא בתוך ישראל *Etiamsi præcepto Sanctificationis nominis teneretur Noachides, ad Sanctificationem nihilominus illam non teneretur inter Gentiles, sed tantùm inter Israelitas.* Quod si admitteretur, id Jure Interveniente seu superinducto, non Universali seu Natura niteretur. Nam quod hoc Jure nititur personarum aut locorum cancellis non terminatur. Apertiùs autem, juxta Talmudicorum veterum mentem, heic Maimonides g, בן נח שאנסו אנס לעבור על אחת ממצותיו מותר לו לעבור: אפילו נאנס לעבור ע"ז עובר לפי. שאינן מצוין על קדושת ה' *Vbi Noachides vi in transgressionem alicujus præcepti, quo is tenetur, adactus fuerit, ipsa transgressio ei licita est; idque tametsi in Idolatriam adigatur. Neque enim eis præcipitur Sanctificatio Nominis.*

add tit. Sanhedrin c.10. fol. 56.b

f Levi Ben Gerson. ib. & Sidesis, prater interpretes obvios, Naamanum Syrum in Nic. Serrarii opusculis.

d *2. Reg. 5. 18.*

g *Halach. Melakim cap. 10.*

Digitized by Google

minùs. Jam verò quod ad Interdictum, quod tractamus, Naturale seu universale juxta eos attinet; Gravius illud & horrendum flagitium גדופת השם *Maledictionem* seu execrationem Nominis Divini (dictam à גדף quod *probris* seu *convitiis lacessere* significat, & à Syro quidem in aliquot Apostoli [h] locis pro βλασφημεῖν usurpatur) ipsissimam esse volunt Blasphemiam, quæ Interdicto hoc vetatur. Scilicet, quando Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas Numinis, aut convitio ultrò ac disertè proscinditur, aut ex professione actuve aliquo palàm ac procaciter negari consequenter deprehenditur. Prioris generis est Blasphemia, quâ insectatus est Numen [i] Rabsaces. Et Selomithæ filius, eo [k] nomine morte mulctatus. Et ejusmodi Blasphemia vetita est Nebuchadnæzaris edicto. *Omnis*, inquit [l], *populus & lingua, quæcunque locuta fuerit* שלוה (quod propriè quidem errorem significat) *contra Deum Sidrach, Misach & Abednego, dissipetur, & domus ejus vastetur.* Sed Hellenistæ, & vetus Latina habent ibi, *quæcunque locutus fuerit Blasphemiam*; adstipulante item R. Saadia, qui שלוה ibi per דבר מכוער *rem aliquam turpem* interpretatur. Sic insimulatur [m] Naborhus. ברכת אלהים ומלך *blasphemasti Deum & Regem*, ubi etiam Paraphrastes Chaldæus גדפתא habet, quod idem sonat, tametsi tum Latina vetus habeat, *Benedixit Deo & Regi*, tum Hellenistarum versio Ηυλόγησας Θεὸν καὶ βασιλέα, *Benedixisti Deo & Regi*. Certissimum est ברך verbum tàm *execrari* seu *maledicere*, quàm *Benedicere* [n] significare; nec puto per Antiphrasin, ut quidam volunt; nedum ex eo, quod *Benedicere* pro *valedicere*, atque hoc demum pro *renuntiare* (ut aliqui) seu *Numen abnegare* sumendum, sive heic sive alibi, ubi similis vocabuli notio. Sed ita ferè ex ipso linguæ sanctæ idiotismo in utramque partem, pro varietate loci, quo usurpatur, significat, ut, apud Latinos, *Sacrare* & *Imprecari*. Nam ut tam diris & exitio quempiam devovere, quàm velut numen seu numini quidpiam consecrare significat interdum prius, & tàm in bonam, quàm in malam partem imprecamur, ita ברך, in quo nihil est expressim notionis vocum, è quibus *benedicere* ac *maledicere* componuntur, denotat ardentiori quodam animi affectu *homini optare* ac imprecari,

[h] *Epist. 1. ad Timoth. 6. 1. ad Tit. 2. 5.*

[i] *2 Reg. 8. 30*

[k] *Lev. 24. 13*

[l] *Dan. 3. 29.*

[m] *Regum 21. 10. & 13. 6. desis Daniel. Heinsium in Aristarcho sacro cap. 28. pag. 498.*

[n] *Vide D. Ambrosium lib. de Nabuthe cap. 11. Sixt. Senens. in Biblioth. Sanct. lib. 2. verb. Iezabela &c. & Martinum de Roa singularium lib. 1. cap. 9. in appendice.*

Digitized by Google

ſed ſive ſalutem ſive exitium; ac *Numini attribuere*, ſed ſive laudes gratiasque, (qui uſus frequentior eſt,) ſive contumelias ac probra. Et diſcrimen ex natura rei verborumque comitantium, advertendum. Illuſtrius aliis eſt hac de re exemplum in Jobi hiſtoria. *Ne fortè peccaverint*, inquit p, filii mei, & ברכו אלהים בלבבם *& maledixerint Deo in cordibus ſuis.* Nam ut ita intelligatur ibi ברך, res ipſa palàm poſtulat. Et Chaldæus ibi diſertè וארגיזו קדם יי *& maledixerint Deo*, ſeu *blaſphemaverint.* Sic Judæi ibi Hiſpanienſes, *y maldixeron al Dio en ſu conzon.* Ejusdem autem capitis cómmate decimo manifeſtum eſt, pro *benedicere* idem uſurpari. מעשה ידיו ברכת *operi manuum ejus benedixiſti*, quæ verba ſunt Satanæ. Et Jobus ipſe paulò inferius, שם יהוה מברך *Nomen Domini ſit benedictum.* At Satanas eodem in capite, item & ſequenti, אם לא על פניך יברכך quod ſonat, *ſi non in faciem tuam maledixerit tibi.* Uti & Chaldæus אין לא באנפי מימרך ירגזנך *ſi non in faciem verbi tui tibi maledixerit* ſeu *blaſphemaverit.* Ubi & Judæi Hiſpanienſes, *ſi no ſobre tus fazes te meldizera.* Quin paulò poſt q in verbis uxoris ejus, pro eo quod eſt ברך אלהים ומת Chaldæus בריך מימרא דיי ומות *Benedic verbo Dei, & morere.* Et Judæi ibi Hiſpanienſes, *Benedize al Dio y muere.* Cum intereà in vulgata quolibet heic in loco *benedicere* ſubſtituatur. Ut ferè in Helleniſtica. Sed in primo loco habet hæc, *Ne filii mei in mente ſua* ſeu *cordibus ſuis*, κακὰ ἐνενόησαν περὶ τοῦ Θεοῦ, *mala excogitarint adverſus Deum*; aliis, juxta Aquilam, ibi habentibus etiam εὐλόγησαν, *benedixerint*,; qua voce etiam in Sanæ verbis utuntur Helleniſtæ. Sed in verbis uxoris Jobi; εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς κύριον καὶ τελεύτα, *dic verbum aliquod adverſus Deum & morere*, ſeu, ut alia exemplaria, κατάρασαι *execrare* Deum. Qua quidem ſignificatione ſumitur etiam in verbis Satanæ Εὐλογεῖν. Olympiodorus; *ſi non in faciem tibi* εὐλογήσει, *aut* ἢ δυσφημήσει, *benedixerit, pro eo quod eſt maledixerit. Et in faciem te benedicet*, τουτ' ἐστι, Φανερῶς σε βλασφημήσει. id eſt, *apertè conſcindet te maledictis.* Conſulas, ſi placet, alios, qui in Jobi initia conſcripsêre. Hinc etiam τὸ ברך plerunq; redditur *benedicere*, maximè à recentioribus, in quibus tamen non deſunt, qui, ut res ipſa exigit, *maledicere* ſubſtituunt.

p *Iob. 1. 5.*

q *Cap. 2. 9.*

Digitized by Google

ſtituunt. Quin & ברכת השם in interdicto hoc Naturali ſecundo *Benedictio Nominis* ab eis ſubinde vertitur; uti & alibi [r] monemus. Et de convitio ſeu procaciori verborum contumelia in Numen, quà interdictum hoc de Maledictione ſpectat, hactenus. Alterum Blaſphemiæ ſeu Maledictionis genus eſt, quando non ita diſertis in ipſum Numinis nomen verbis contumelia ingeritur, ſed ex profeſſione aliqua actuve Sanctitas, Poteſtas, Veritas, Unitas ejusdem palam ac procaciter negari conſequenter deprehenditur. Velut aut ubi quis citra ipſum cultum extraneum ſeu Idololatriæ actum aliquem (nam ſic crimen ad primum interdictum attinet, & ſimul blaſphemiam ejusmodi juxta Ebræos in ſe continet) eam amplexandam ſive aliis ſuadet, ſive ipſe profitetur, idque בד רמה *manu elata* ſeu *ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας in manu ſuperbia*, atque ex protervia, non ex ignorantia ſeu diſciplinæ errore; aut ubi Iſraelita jus Moſaicum, aut Noachides, ſeu qui nondum in Ebræorum ritus tranſiit, jus Noachidarum ſeu Naturale, quod præ manibus eſt, ſimili modo violat; non ſcilicet animi ſui aut concupiſcentiæ innatæ ſeu ignorantiæ causâ, aut ex errore, ſed ex eo, quod in contrarium ſe obligari protervè detrectet agnoſcere, ſeu quia Numinis præcipientis interdicentisve Autoritatem, Poteſtatem, Unitatem minimè reveretur. Id eſt, eam ex ipſo actu conſequenter, idque ſpontè, ſuperbè, ſcienter ac manu elatâ, negat, atque inſuper prorsùs habet. Maimonides [f] ex veterum Talmudicorum diſciplina; כל המורה בע"ז שהוא אמה אף על פי שרא עבדה זרה מרתף ומנתק את השם הנכבד והנורא *Quisquis nomen* (ita) *dederit* ſeu *profeſſus fuerit Cultui extraneo, adeo ut pro veritate ipſum voluerit amplexandum, tametſi is non omninò idolum coluerit, certè pro maledico & blaſphemo in glorioſum nomen Dei O. M. habendus eſt.* Et ſtatim ſubjungit, ואחד העובר ע"ז ואחד המגרף את השם שנ' והנפש אשר תעשה ביד רמה מן האזרח ומן הגר את ה' הוא מגרף *Parilis reio habetur illius, qui Idololatra eſt, & qui blaſphemat nomen Domini, juxta id, quod ſcriptum eſt* [t], *& anima quæ fecerit manu elatâ, ſive indigena fuerit, ſive proſelytus* ſeu *peregrinus, in Dominum, is blaſphemus eſt.* Scilicet huc inprimis, ad blaſphemiæ hoc genus ritè capiendum, attinet lex illa ſacra, *Anima* [u] *quæ fecerit per manum elatam* (id eſt, ביד רמה quod vertunt

[r] *Lib. I. cap. 10. & lib. 3. cap. 7.*

[f] *Halach. Aboda Zara, cap. 2. Misna & Gem. tit. Cerithoth, cap. 1. & ſic de Maimonidem Halach. Sanhedrin cap. 15.*

[t] *Num. 15. 30.*

[u] *Ibidem.*

Honorius A A. *Rectores Provinciæ vobis nullum diſcuſſorem, aut moderatorem eſſe concedent. Quod ſi qui munere ſibi* (fortè *ſi quis induere ſibi*) *curam præter vos proceresque veſtros audeat, tum velut aliena adpetentem ſupplicio cohercери feſtinent.* Quin lidem Auguſti ad Claudianum Comitem Orientis, eodem anno q *ſi quis audeat illuſtrium Patriarcharum contumelioſam per publicum facere mentionem, ultionis ſententia ſubjugetur.* Neque iniquum eſt, ut exiſtimemus, Claudianum hunc ipſum fuiſſe, qui ſcripſit Poetam. Nam & Auguſtis his ac ſenatui adeo charus habitus eſt Poeta ipſe, ut ſtatua r in foro Divi Trajani, atque titulo honorifico diù ante obitum donaretur. Unde & faciliùs credendum dignitatem hanc & munus inſuper acceſſiſſe. Proximo item anno ad Cæſarium Præfectum Prætorio iidem Auguſti; *Nos in conſervandis laudatorum privilegiis veteres imitemur, quorum ſanctionibus* s *definitum eſt, ut Privilegia his, qui illuſtrium Patriarcharum ditioni ſubjecti ſunt, Archiſynagogis, Patriarchisque ac Presbyteris ceteriſque, qui in ejus religionis ſacramento verſantur, nutu noſtri nominis perſeverent ea, quæ venerandæ Chriſtianæ legis primis clericis ſanctimonia deferuntur. Id enim & divi principes Conſtantinus, & Conſtantius, Valentinianus, & Valens divino arbitrio decreverunt. Sint igitur etiam à curialibus muneribus alieni, pareantque legibus ſuis.* Ita ſummo principum indultu ſuoque jure liberè, modo Chriſtianæ religioni palàm non officerent, ſeu facerent contumeliam, utebantur. Patriarchis eorum nomine nunc Illuſtrium, nunc Spectabilium t deſignatis. Nec levia ejusdem rei veſtigia occurrunt in D. Chryſoſtomi homiliis adverſus Judæos, ubi in Chriſtianorum & Judæorum conſortium adeo frequens invehitur. Brevi autem evenit, ut tot privilegiis, ac tàm amplæ vitæ ſplendidæ libertate nimiùm, ut fieri amat, elati atque rebus tam ſecundis inſolentiùs & ſuperbiùs uſi felicitate priſtinâ indigni meritò haberentur. Primò igitur ab Honorio & Theodoſio II. Auguſtis u tum attemptandæ de cetero militiæ aditus eis, quibus antèà uti Romanis ceteris patebat, obſtruebatur, tum cingulo militiæ antè decorati Judæi exuebantur omnes. Circa vigeſimum ſcilicet à reſcripto illo ad Cæſarium annum, ſeu Honorio XII, Theodoſio VIII conſulibus. In ipſo autem

q *Ibid. l. u.*

r *Claudian. in Præfat. ad lib. de Bello Getico, & Lyl. Ginald. in Dialog. 5. de Poetis.*

s *C Theodoſ. lib. 16. tit. 8. L. 13.*

t *Ibid. l. 15.*

u *Ibid. l. 14.*

Digitized by Google

tem hoc de Militia rescripto, aliàs se satis Judæis eorumque dignitatibus ac splendori favere edici volebant Principes, temperamentum interdicto adjicientes. Verba sunt ; *sanè Iudæis liberalibus studiis institutis exercendæ advocationis non intercludimus libertatem, & uti eos curialium munerum onere permittimus, quam prærogativa natalium & splendore familiæ sortiuntur. Quibus cum debeant ista sufficere interdictam militiam pro nota non debent æstimare.* Sua per hæc tempora habuisse in utraque Palæstina Synedria x etiam scimus. Nec ante quadragesimum, aut circiter annum ab Eutropii consulatu, in quem adeò invectus est Claudianus, desierunt hæc Judæis indulta privilegia, vitæque indè collucens passim splendor. Tunc autem seu Theodosio A. secundo XVII: & Festo Consulibus, Valentiniani tertii & ejusdem Theodosii edicto y mirum in modum ea, quibusantè fruebantur, diminuta sunt, ipsique in conditionem pessimam redacti. Sed interea ex his satis, opinior, fit manifestum ipso in seculo, quo sua scripsit Claudianus, insigniter floruisse Judæos; maximè in Oriente, quæ & scena est carminum ex eo superiùs allatorum, adeoque in Ægypto, quæ Claudiani, ut creditur z, patria est. Neque est quod ambigamus, quin rerum opulentia ædiumque ac suppellectilis veluti Aulæorum, Velorum, id genus aliorum copiâ, pariter atque aliarum gentium beatiores, eousque ibi per provincias abundarent uterenturque, ut Vela aliave ejusmodi, si quæ essent eis præaliis singularia, ipsorum nomine propriè satis atque appositè, ut aliorum id genus cetera, in carmine possent designari. Quod ideo etiam adjicimus, quia de lectione à viris doctis ita dubitatum est. Jam verò quod ad conjecturam hcic attinet, quare Vela, qualia diximus, Judaica Claudiano appellata fuerint: Quicquid tunc temporis hominum in orbe quidem Romano fuêre, aut Pagani erant, aut Christiani, aut Judæi. Paganorum Vela quotquot picta sunt, pleraque, si non universa, Deorum figuris gestisque, aut gestis, quibus Dii pro more immisti, plena fuisse ; credere par est, (uti & de seculorum anteriorum pictura ex Vitruvio a scimus,) nec solùm in Templis Diis publicis eorum aliqua, sed & domi quamplurima Laribus

x *L. 17 C. Instin. de Iudæis & C. Theodos. lib. 16. tit. 8. l. 29.*

y *C. Instin. tit. de Iudæis l. 19.*

z *Petrus Crinitus de Poetis Latinis, cap. 86.*

a *Architect. lib. 7. cap. 5.*

obtendi ſolere eaque conſecrata, aut ſaltem quaſi conſecrata. Etiam ſive ex artificum, ſive ex operæ conductorum voto non rarò idolis quidem, dum fiebant, ſacrabantur. Sua etiam Chriſtianis fuiſſe, partim Paganorum inſtar, partim ſacris ſuis, quæ Judæi æquè ac Paganorum abhorrebant, aptata. Cum igitur ſupellectilem ac utenſilia cultui extraneo dicata, niſi palàm, atque actu aliquo manifeſto ab ipſis, qui cultui ejusmodi addicti ſunt reſecrarentur, in ornatum aut utenſilitatem aliquam adhibere, aut quoquo modo uti frui ſibi illicitum haberent Judæi (juxta ſuperiùs oſtenſa,) & certò ſatis ſciri utrum Vela, Aulæa, id genus cetera, qualia diximus, ſive à Paganis, ſive à Chriſtianis facta aut poſſeſſa, ſacris ac religione eorum, qui facerent, aut poſſiderent, libera eſſent, rarò, ſi unquam, poſſe non immeritò forſan exiſtimarent, etiam & סנק ע"ז אסור *Id* [b] *de quo dubium manebat, utrum cultui extraneo dicatum fuiſſet, planè eſſet illicitum,* & demùm Paganorum pariter & Chriſtianorum moribus alienisſimos ſe ambitioſiùs in rebus plerisque facerent; cum, inquam, hæc ſe ita haberent, nonne inde factum eſt, ut ſingulare ſibi, ſaltem ipſis multò magis quàm aliis peculiare, Velorum genus hoc belluatum fierivellent? Ita quidem ſatis varietate jucunda ornatum, ſed figuris rerum, quibus illa, quæ Paganis & Chriſtianis plerumque in uſu plena erant, carens; Figuris, inquam, Judæis etiam eousque inviſis, ut, quotquot earum cœleſtes eſſent, nec artificibus ſuis facere eſſet licitum, &, quæ fuêre, ceteras velut ſuperſtitione inquinatas, ſaltem de quorum inquinamentis dubitabant, magnopere, juxta jam dicta, ipſi averſarentur. Et genus ſanè hoc à ceteris ita ex uſu pariter & affectu Judaico haberi potuit diſcriminatum, ut tum inde nominari ſignantiùs mereretur, tum ab aliorum religione (utpote in Judæorum potisſimùm uſus contextum, formatum, pictum) cenſeretur præ aliis immune. Certè & quotquot hæc imitarentur in aliorum facta uſus, ſic eodem forte nomine etiam appellitabantur; quemadmodum aulæa, ut volunt Grammatici, ab Attali Regis Aſiæ aulâ ſic primò nominata quocunque locorum adhibita, ſic dicuntur. Et tam quæ imitantur Phrygia, Babylonica, Tyria ejusdem generis artificia apud veteres, quàm quæ hodie Atrebatenſia, Turcica, Perſica, alia

[b] *Gemar. Babylon. ad tit.* Zebachim, *cap. 8. fol. 74 a. & Maimonid. halach.* AbodaZara, *cap. 7.*

Digitized by Google

alia iisdem vocibus non rarò cum prototypis nuncupantur. Quid quod ita non solùm non communes haberent cum Paganis & Christianis figuras, sed nec in velis hisce ullam similitudinem seu imaginem rerum quæ coli solerent; imò earum tantùm, quas nullibi locorum existere crederent, ideoque etiam à cultu extraneo, quàm alias multò sejunctiores? Quin si admitteretur Paganis illius ævi ac Christianis in usu fuisse picturæ genus illud, tantùm duplex, quod ex Vitruvio [c] seculis liquet adhibitum fuisse Claudiano multò vetustioribus, videlicet aut ejus quod est, seu potest esse, id est, esse vel posse esse creditur, veluti hominis, ædificii, navis, fani, luci, montium, reliquarumque rerum, è quarum formis certisque corporum finibus figurata similitudine sumuntur exempla, aut rerum seu partium rerum, quæ quidem existunt, sed ita ab artifice conjunctarum, ut ex ipso naturæ ordine, nec revera sint, nec unquam fuerint, veluti sigillorum sive integrorum, sive dimidiatorum è floribus seu coliculis exeuntium, partim Humanis partim Bestiarum capitibus similium, Candelabrorum ædiculas sustinentium, id genus ceterorum; certè monstrorum Indicorum, quorum nec partes nec corpora credita; Picturæ genus erit Tertium, adeoque facilius potuit esse seligentibus peculiare. Et scimus genus illud Secundum, quod propiùs quàm Primum Indicæ, quam tractamus, accedit, sed interea ab ea longe distat, à veteribus Græcis & Romanis esse acriùs reprehensum. *Neque enim*, inquit Vitruvius utrorumque artium callentissimus, *picturæ probari debent, quæ non sunt similes veritati.* Id si posteâ etiam & Claudiani ac proximantibus antè seculis, aliis præter Judæos observatum fuerit, certè Indica monstra depicta, quæ in rerum natura non exstitisse credita, nec in Græcorum ac Romanorum picturam legitimam admittebantur, Judæorum, qui ea sibi ob rationes jam dictas fortè selegerant, seu Judaica commodè satis ac appositè dici possent. Quemadmodum fermè Verpæ ipsi pecora sibi immunda, quæ tamen à Christianis edi viderent, *pecora Christiana* [d] olim appellitabant. Quin & inter diversas de imaginibus eorum sententias obtinuit & illa, ævo forsan in illo, frequentior, *rerum quæ reipsa non sunt, sed finguntur imaginem omnem facere licere*, ut verba sunt Ma-

[c] *Lib. 7. c. 5.*

[d] *Agobardus Lugdun. epist. ad Ludovicum Imp. de Insolentia Iudæorũ*

Digitized by Google

naſſis Ben e Iſrael ex Gemara f. Quo ſpectat etiam, quod ſuprà g ex Arama citavimus. Adcò ut in Velis iſtis Judaicis pictura haberetur, qualem Cryptica h ſeu *Croteſque* indigitant. Sed verò conjecturâ tantùm modeſtiùs anguramur, nec, etiamſi aberremus, veniam deſperantes. Dum hæc cogitabamus, monitum de Claudiani loco accepit à Viro amplißimo ſummoque Hugone Grotio cognatus ejus Franciſcus Junius, in literis ſcilicet, quibus doctißimi ejus de Pictura veterum operis nomine gratiam ei egit. Pro *Iudaicis* fortè ſubſtituendum *Lydiacis*; quod in ſcriptione veteri manifeſtò quidem proximum. Id mecum communicavit Junius, & de loci ſenſu, qualem jam exhibui, paucis unà diſſeruimus. Quia de re cum is reſcripſerat, à Grotio reſponſum eſt, dum hiſce prælum calet, *De loco Claudiani & mihi in mentem venerat, poſſe defendi; ſi animantium, non quæ conſpiciuntur, ſed quæ fingurtur, formas Velis impreſſas intelligamus.* Tanti viri, utcunque de lectione ſubdubitantis, ſuffragio locum hunc non ornare nequibam. Sed hac de re, ſatis ſuperque. In callem regredimur Secundum Juris Naturalis ſeu Noachidarum, quod Illuſtrius eſt caput præter Jus etiam Gentibus aliis Ebræiſque eo nomine Interveniens proximè explicaturi.

e *Conciliatore in Exod. quæſt. 30. let. 97. Hiſp.* f *Tit.* Aboda Zara, *cap. 3.* g *Cap. 6. pag. 187.* h *Gabriel Palaot de Imaginibus, lib. 2. cap. 37.*

Cap. X.

Ad interdictum Naturale de Maledictione Nominis Sanctiſſimi Numinis (*quod* Noachidarum *ſeu generis Humani* Juris communis *quod illuſtrius eſt*, Caput *Ebræis habetur* Secundum) *ſeu* de Blasphemia *meliùs capiendum, præmittitur* Profanationis Nominis Divini, *cui opponitur ejusdem* Sanctificatio, *Genus, velut ejus cujus affine eſt vocamen, triplex.* Profanationis *ejusmodi* Remiſſio *ante mortis momentum, juxta Ebræos, nemini perfecta.*

UT Noachidarum ſeu Omnium Hominum Juris Communis, quod Naturale heic appellatur & Illuſtrius, Caput ſecundum ſeu de Maledictione Nominis Sanctiſſimi Numinis ritè intelligatur, animadvertendum eſt apud Ebræos ex ſacri ſermonis interpretatione occurrere tam חלול השם ſeu βεβήλωσιν, *pollutionem* aut *profanationem nominis Divini* quam גדופת השם ſeu ὀνειδισμὸν, κατάραν, *maledictionem* ſeu *execrationem ejus-*

Digitized by Google

nem ejusdem quæ item תרפה & קללה nuncupata Blaſphemia eſt omnium graviſſimà. שם autem ſeu *Nomen* abſolutè pòſitum pro *Sanctiſſimo Numinis nomine*, ſeu *ipſo Numine*, non ſolùm paſſim apud Magiſtros, verùm etiam in linguâ ipsà Moſaica i uſurpatur. Profanationis ſeu Pollutionis interdictum eſt, *Cuſtodite* k *mandata mea, ac facite: Ego Dominus* לא תחללו שם קדשי *Ne polluatis*, ſeu *profanetis nomen meum ſanctum, ut ſanctificer in medio filiorum Iſrael.* Profanari autem tripliciter, ajunt, Nomen Divinum. Primo modo, ubi Ebræus, ut mortem imminentem evitaret, quid adverſus ſacræ legis præſcripta patrabat, quoties ſcilicet ex majorum inſtituto ſeu diſciplina Mors præ tanto peccato, ut minus malum, fuiſſet eligenda. Quoties dico. Neque enim ſemper volunt mortem anteferendam; ut ex ſequentibus liquebit. Nec levioris periculi ratio habebatur heic ulla. Mors autem imminebat, aut ægro ex Morbo eam palàm minitante, aut ex Hominis alicujus minis, qui legis violationem perſeveranti extorquere inſtaret. Ubi ex Morbo Mors imminebat, fas habebatur ægro, tum vetita comedere, tum alia in lege ſacrâ prohibita qualiacunque facere, quæ ſaluti, ut medicina, conducerent, modò Interdictis tribus Inſignioribus ſemper, juxta exceptionem ſingularem atque à majoribus acceptam, intereà non contrà iretur. Scilicet Interdictis Idololatriæ, Homicidii ac Revelationis Turpitudinum ſeu coitus illiciti. Quod verò ad metum mortis ex minis attinet, aliam habent publicæ Perſecutionis temporis, quod שעת השמד nuncupant, rationem, aliam temporis, quo Perſecutio ejuſmodi nulla. Nimirùm quoties perſecutione publica non habità, Ebræus quiſquam mortis minis, ad legis violationem impelleretur, permiſſum eſſe ei, ajunt, qualemcunque in quem ſic impelleretur actum, ut inde ſi morte imminente liberaret; modò trium, quæ diximus, interdictorum ſingularium violaretur nullum, & diſtinctio hæc una & altera inſuper obſervaretur. Si in ejus, qui ſic minis impelleret, emolumentum tantùm cederet actus, veluti ubi opus ei in Sabbato præſtandum; ſatius fuiſſe ſic impellenti obtemperare, quàm mortem ſubire. Si verò in cogentis emolumentum non cederet, ſed eo tantùm nomine, ut quid adverſus legem ſacram committeretur, exacta

i *Leviticus 24. 10. & 15. ubi videſis Paulum Fagium.*

k *Leviticus 22. 32. & videſis Ezechiel. c. 20. 14. & 36. 22.*

l *Gemara Babylonica ad tit.* Aboda Zara *cap. 2. f. 27. b & ad tit.* Sanhedrin. *cap. 1. fol. 74. a & b. Maimonides halach.* Iesudi Tora *c. 5. quod videſis nunc à Gbil. Vorſtio verſum & notis explicatum Moſes Mikotz Præcept. Negat. 2. Affirm. 5.* Shulcan. Aruch. *lib.* Iore Dea, *cap. 157. & videſis* Thosphoth *ad Gem. Babylon. tit.* Cethubboth *c. 1. fol. 3. b.*

ćta eſſet violatio, tunc de Numero Ebræorum, quorum in præſentia res eſſet patranda, diſtingvunt. Nam de Gentilibus heic impellentibus rem plerunque intelligunt. Si Ebræi decem pluresve adeſſent, (quem numerum in cœtibus definiendis crebrò uſurpant,) tunc mortem præponendam. Sin pauciores, vitam obedientiâ redimendam. Et qui aliter hujuſmodi causâ ſe morti tradidiſſet eum מתחייב בנפשו ſeu *vitæ ſuæ reum* nonnulli appellitant. Tempore autem Perſecutionis publicæ, (qualis ſub Antiocho Epiphane, cum in violationem legis ſacræ Ebræos impellere is acriter inſtabat,) nefas fuiſſe docent ullius omninò legis capitis violatione, ſeu actu ullo lege interdicto vitam redemiſſe. Huc ſpectat illud de Iſraelitis [m] *Qui mori elegerunt, ne polluerentur cibis* καὶ μὴ ἐβεβηλώσωσι, *& ne profanarent fœdus ſanctum; itaque mortui ſunt.* Alia item in hiſtoriâ Maccabaicâ [n] ubi agitur de prælio ad vitæ tutelam capeſſendo, etiam in Sabbato. Quod Talmudicæ doctrinæ [o] conſonum eſt. Videſis hac de re plura apud Joſephum in ſecundo adverſus Apionem, alibique. De fugâ autem heic pronunciant; graviſſimum facinus ab eo committi, qui ſe eâ, ubi facultas eſſet, non redimens cogenti obtemperaret. Jam verò qui aliter ac dictum eſt licuiſſe, imminente morte per actum aliquem lege ſacra interdictum ſe eripuiſſet, is חילל את השם ſeu *profanare Nomen Divinum dicebatur.* Et ברבים ſeu *publicè* atque בפרהסיא, quod ex Græco deſumtum *palam ac apertè* ſignificat, id profanare dicebatur, ſi in Ebræorum decem præſentia commiſerat. Inverſa ratione, qui ſe morti juxta ante oſtenſa temperamenta & diſtinctiones, id eſt, quoties mors violationi erat anteponenda, ſe tradiderat, is קידש את השם ſeu *ſanctificare Nomen Divinum* dicebatur; veluti martyr agonem neceſſarium ſubiens; quemadmodum Daniel, Chananiah, Miſael, Azariah, id genus alii. Unde & illud apud R. Samuelem Sullam [p]; fuiſſe familiam ſeculis recentioribus Judæorum, quæ tota nomine קדושים *ſanctorum* ſeu *ſanctificantium* indigitabatur כי בכל השמדות קדשו את השם *Quoniam in cunctis perſecutionibus ſanctificabant Dominum.* Profanatio autem Nominis, qualem diximus, ſupplicio forenſi, veluti morte ſeu verberibus, neu-

m *Lib Haſ. monæorum cap.* 1. 66.

n *Iaſon in Epit. ſeu.* 2. *Macc* 6. 18. 1. *Mac.* 2. 41. *Joſeph. l.* 12. *cap.* 8.

o *Maimon. halach.* Sabbath *cap.* 2. *&* 30. *& videſis Guil. Schickard. de Iure Regio c.* 5. *Theorem* 18 *& Petr. Cunæum de Repub. Hebr. lib.* 2. *cap.* 22.

p *In Annot ad* Sepher Iuchaſin *fol.* 132. *b*

Digitized by Google

bus, neutiquam erat apud Ebræos puniendа; utpote cœlesti vindictæ omninò relicta. Maimonides; מפני שעבר באונס אין סוקלין אותו ואין צריך לומר שאין ממיתין אותו. בית דין ואפילו חרג באונס שאין סוקלין וממיתין אלא לעובר ברצונו ובעדים ובהתראה *Quoniam vi peccabat, flagris puniendus non erat, nedum morte ex sententia forensi; idque obtinuit, tametsi homicidium vi patrasset. Nimirùm nullum peccatum flagra aut mors sequebatur, nisi id sponte commissum esset, adessentque testes, & præcessisset admonitio legitima.* Quin vi sic coactum, etiam in idololatriam, pœnam cœlestem, quæ כרת sèu *excisio* in sacro appellatur sermone, neutiquam ideò subire aiunt, utcunque gravissimè peccaret, aliterque cœlitùs, nec sine singulari de remissione jure, de quo nonnihil ad finem capitis dicemus, esset puniendus. Sed hoc obiter. Secundus heic Profanandi modus est, ubi quis in præceptum quodcunque בשאט הנפש להכעיס *Cum contemptu* aut *ardore animi etiam ad tentandum* aut *irritandum* Numen, procaciùs seu morosiùs quid patrârat; agnoscens interea Numinis Unitatem ac Autoritatem, seu non omnino negans, sed protervius tantùm irritans. Signantiùs nempe is Profanare Nomen Domini dicebatur, quemadmodum &, qui non aliam ob causam, quàm ut sanctissimo Creatori, qui jussit, placeret, præceptum aliquod observasset, is idem dicebatur Sanctificare. Et ex numero jam ante dicto eorum, qui aderant seu, inspectorum, publicam itidem dicebant sive Sanctificationem sive Profanationem. Tertius demùm Profanandi Nominis divini Modus à Maimonide q, juxta Talmudicos veteres r, sic describitur. יש דברים אחרים שהן בכלל חילול השם והוא שיעשה אותם אדם נדול בתורה ומפורסם בחסידות דברים שהבריות מרננים אחריו בשבילם ואע"פ שאינן עבירות הרי זה חילל את השם *Sunt etiam res alia, quæ nomine Profanationis nominis divini veniunt; veluti ubi tum eximiâ legis scientiâ, tum singulari virtute ac pietate vir celebris ea forsan fecisset, quæ, tametsi in legem peccata alias non essent, eousque nihilominus hominibus essent offensioni, ut, eorum causâ, eum acriùs etiam inclamando convitiandoque reprehenderent.* (Nempè humanitatis causâ seu societatis humanæ gratiâ, reprehendere seu ob scandalum publicè datum graviùs corripere non nequirent) *Is enim profanabat etiam Nomen Domini.*

q *Halach. Iesudi Tora, cap. 5.*
r *Gem. Babylon. ad tit.* Ioma *cap. 8. fol. 86. a*

Digitized by Google

Exempla habet ille de tali viro; Si, cum emtor esset nec egenus, venditorem pretium efflagitantem palàm eluderet; Si commessationibus aut risu jocisque effusioribus cum hominum vulgo seu fæce plebis uteretur; si vultu inquieto, iracundo, jurgioso homines excipere soleret. Quibus adjicit וכיוצא ברבריהם האלו *& parilis est aliorum, quæ sunt id genus, ratio.* Morum autem sanctiorum seu justæ tum gravitatis tum comitatis aliarumque, quibus consistit societas humana virtutum legisque sacræ diligentior in ejusmodi viro observatio, *Sanctificatio Nominis* dicebatur. Viderint heic eruditiores, utrum ex eo, quod Ebræis, juxta jam ostensa, erat *Profanare Nomen Domini*, eliciendum fuerit, quid sermone Hellenistico sit *Nomen Domini blasphemare*. *Qui in lege*, inquit, D. Paulus [f], *gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum* [t] *est*; ubi D. Hieronymus, *Per bona opera vestra benedicitur Deus; ita nunc non rectè conversantibus blasphematur.* Et glossa interlinearis illud D. Pauli affert ad sacra verba de non polluendo seu non profanando nomine in Levitico [u], explicanda. Alibi etiam D. Paulus [x], *Quicunque sunt sub jugo servi, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne Nomen Domini & doctrina blasphemetur.* Et similis alio in loco [y] de verbo Dei locutio, quæ ad nominis profanandi genus tertium spectare videtur. De Profanationis autem genere triplici, hactenus indicato, singulare quiddam tradunt, quod Remissionem ejusdem divinam ab aliorum omnimodorum peccatorum remissione perquam diversam esse facit. Ubi enim de Sacrificiis, Confessione, Pœnitentia, Castigationibus, die Expiationum, hirco apopompæo, adeoque de peccatorum aliorum quorumcunque ex hisce כפרים וגמרים *Remissione plena ac perfecta*, sive ante diem illum, sive in die illo (pro specierum atque actuum varitate) agunt, de Nominis Profanatione seorsim aiunt, eam nemini plene remissam ante mortem; sed in ipso solummodo mortis momento, idque tametsi præcesserint, quæ omnium remissioni necessariò prævia. Exceptio hac de re habetur in Gemara Babylonia [z], אבר מי שיש חלוך השם בידו אין לו כח בתשובה לתלות ולא ביום הכיפורים לכפר ולא ביסורין למרק אלא כולן תולין ומיתה ממרקת

[f] *Epist. ad Romanes, c. 2, 24.*

[t] *Isaiæ 52. 5. & vide Ezek. 36, 22.*

[u] *Cap. 22, 32.*

[x] *Ad Tim. 6. 1.*

[y] *Ad Titum 2. 5.*

[z] *Ad tit. Ioma cap. 8. fol. 86. 2*

Digitized by Google

מרקח שנאמר תגלה באזני יי צבאות אם יכופר העון הזה לכם עד תמותון *Sed verò qui reus est Profanationis nominis, ei neque potestas est per Pœnitentiam peccatum* (usque ad Diem Expiationum) *suspendere, nec in die illo expiare, nec per castigationem sui abstergere. Sed omninò in suspenso manet, nec ante ipsum mortis momentum deletur. Iuxta etiam illud* a: *& revelatum est in auribus Domini exercitium, si expiabitur* (seu *non expiabitur*) *iniquitas hæc vobis, donec moriamini.* Nam & locum illum capiunt de Nominis Profanatione, qualem descripsimus b. Qua de re consulas, si placet, Magistros recentiores, quibus recepta est hæc doctrina.

a *Isaiæ* c. xxii. 14.

b *Maimonides Halach.* Theshuba c. 1. *R. Obadia Bartenorum ad Mischnam, tit.* Ioma *cap.* 8. §. 8.

Cap. XI.

Sanctificationis Nominis Divini *præcepto* Noachidas, *juxta Ebræos, non teneri.* Profanationis *Nominis superiùs ostensa genus nullum, in* Interdicto de Maledictione Nominis Universali *seu* Naturali, *contineri; sed horrendum illud* Blasphemiæ *genus, quo* Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas *Nominis sanctissimi, sive* Convitio *seu verborum contumeliâ* proscinditur, *sive* ex professione actuve aliquo scienter, procaciùs & consequenter negatur. *De verbo* ברך *quà tum* pro maledicere, *tum pro* Benedicere *sumitur. De lege illa sacra in Numeris:* Anima *seu* persona, quæ fecerit manu elatâ *&c.* excidetur, *quatenus ad* Interdictum Idololatriæ & Blasphemiæ *solùm attinere illud volunt Magistri.*

Sed verò Profanationis Nominis Divini hactenus indicatæ, utcunque etiam Blasphemiæ nomine (saltem si ita in sermone Hellenistico *blasphemare* pro *profanare* hoc sensu interdum sumatur) non ignotæ, genus nullum volunt Ebræi Interdicto, quod jam tractamus de ברכת השם seu *Maledictione Nominis Sanctissimi* contineri. Neque enim Profanationem ejusmodi Noachidis interdici volunt, seu Sanctificationis Nominis præcepto juxta modum aliquem indicatum eos teneri. Quæstio ea de re olim orta est c,

c *Gem. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *c. 8. fol. 74. b*

בן נח מצוה על קדושת יי או אין מצוה על קדושת יי

an Præceptum de Sanctificatione nominis, (cujus oppositum est profanatio jam dicta,) *ad Noachidas attineat*? Ubi Rab Ada Bar Ahaba, *scriptum est*, inquit, *Hoc solum* d *est, de quo deprecetur dominum pro servo suo; quando ingredietur dominus meus templum Rimmon, ut adoret ibi &, illo innitente super manum meam, si adoravero &c. & respondit Elisha* לך לשלום *vade in pace*. Nimirùm Naaman princeps militiæ Regis Syriæ Noachides erat, qui leprâ mundatus in se inceperat Veri Dei cultum, saltem diis alienis ac cultui extraneo omniò renuntiarat, ut citato liquet Scripturæ loco. Unde etiam גר תושב *Proselytus domicilii* expressim in Gemara Babylonia e dicitur. Periit autem ab Elisha, ut ei indulgeretur, si fortè cum Rege suo, cui prorsus obtemperandum erat, manuique innitente, in templo Rimmon, coactus (sic loci citati sensus) adoraret; tulitque responsum *vade in pace*; quod Magistrorum quidem nonnullis f sumitur pro eo, quod est vade, & vero Deo, quem ipse tibi jam edoctus elegisti, cultum exhibe. At verò in Gemara Babylonia verbis jam laudatis subjungitur ואם אינו מקבל ליכא ליה חד בצערא הוא בפרהסיא *Si ita fuerit* (scilicet si Noachides præcepto Sanctificationis nominis teneatur,) *non ita respondisset Propheta Naamani, sive in occulto exhibendus, sive publicè fuisset ille cultus.* Et in glossa responsum illud pro assensu in adorationem ejusmodi in templo Rimmon seu extraneum cultum ab invito extortum accipitur. Ubi etiam legitur, ואפי' נצטוה בט נח על קדשת השם לא נצטוה לקדשו בתוך הגוים אלא בתוך ישראל *Etiamsi præcepto Sanctificationis nominis teneretur Noachides, ad Sanctificationem nihilominus illam non teneretur inter Gentiles, sed tantùm inter Israelitas.* Quod si admitteretur, id Jure Interveniente seu superinducto, non Universali seu Natura niteretur. Nam quod hoc Jure nititur personarum aut locorum cancellis non terminatur. Apertius autem, juxta Talmudicorum veterum mentem, hæic Maimonides g, בן נח שאנסו אנס לעבור ע"ז אחת ממצותיו מותר לו לעבור: אפילו נאנס לעבוד ע"ז עובד לפי שאינן מצוין על קדושת ה' *Ubi Noachides vi in transgressionem alicujus præcepti, quo is tenetur, adactus fuerit, ipsa transgressio ei licita est; idque tametsi in Idolatriam adigatur. Neque enim ei præcipitur Sanctificatio Nominis.*

d 2 Reg. 5. 18.

edd tit. Sanhedrin c. 10. fol. 56 b

f Lebi Ben Gerson. ib. & Sidesius, prater interpretes alios, Naamanum Syrum in Nic. Serrarii opuscul.

g Halach. Melakim cap. 10.

Digitized by Google

minùs. Jam verò quod ad Interdictum, quod tractamus, Naturale seu universale juxta eos attinet; Gravius illud & horrendum flagitium נוקבי השם *Maledictionem* seu execrationem Nominis Divini (dictam à נקב quod *probrii* seu *convitii lacessere* significat, & à Syro quidem in aliquot Apostoli [h] locis pro βλασφημεῖν usurpatur) ipsissimam esse volunt Blasphemiam, quæ Interdicto hoc vetatur. Scilicet, quando Sanctitas, Potestas, Veritas, Unitas Numinis, aut convitio ultrò ac disertè proscinditur, aut ex professione actuve aliquo palàm ac procaciter negari consequenter deprehenditur. Prioris generis est Blasphemia, quâ insectatus est Numen [i] Rabsaces. Et Selomithæ filius, eo [k] nomine morte mulctatus. Et ejusmodi Blasphemia vetita est Nebuchadnæzaris edicto. *Omnis*, inquit [l], *populus & lingua, quæcunque locuta fuerit* שלה (quod propriè quidem errorem significat) *contra Deum Sidrach, Misach & Abednego, dispereat, & domus ejus vastetur*. Sed Hellenistæ, & vetus Latina habent ibi, *quæcunque locutus fuerit Blasphemiam* ; adsipulante item R. Saadia, qui שלוה ibi per דבר נכוער *rem aliquam turpem* interpretatur. Sic insimulatur [m] Naborhus. ברכת אלהים ומלך *blasphemasti Deum & Regem*, ubi etiam Paraphrastes Chaldæus גדפתנא habet, quod idem sonat, tametsi tum Latina vetus habeat, *Benedixit Deo & Regi*, tum Hellenistarum versio Ηυλόγησας Θεὸν καὶ Βασιλέα, *Benedixisti Deo & Regi*. Certissimum est ברך verbum tàm *execrari* seu *maledicere*, quàm *Benedicere* [n] significare; nec puto per Antiphrasin, ut quidam volunt; nedum ex eo, quod *Benedicere* pro *valedicere*, atque hoc demum pro *renuntiare* (ut aliquio) seu *Numen abnegare* sumendum, sive heic sive alibi, ubi similis vocabuli notio. Sed ita ferè ex ipso linguæ sanctæ idiotismo in utramque partem, pro varietate loci, quo usurpatur, significat, ut, apud Latinos, *Sacrare* & *Imprecari*. Nam ut tam diris & exitio quempiam devovere, quàm velut numen seu numini quidpiam consecrare significat interdum prius, & tàm in bonam, quàm in malam partem imprecamur, ita τὸ ברך, in quo nihil est expressim notionis vocum, è quibus *benedicere* ac *maledicere* componuntur, demotat ardentiori quodam animi affectu *bonum optare* ac imprecari,

[h] *Epist. ad Timoth. 6. 1. ad Tit. 2. 5.*

[i] *2 Reg. 8. 30.*

[k] *Levit. 24. 13.*

[l] *Dan. 3. 29.*

[m] *Regum 21. 10. & 13. desis Daniel. Heinsium in Aristarcho sacro cap. 28. pag. 498.*

[n] *Vide D. Ambrosium lib. de Nabuthe cap. 11. Sixt. Senens. in Biblioth. Sanct. lib. 2. verb. Iezabela &c. & Martinum de Roa singularium libel. cap. 9. in appendice.*

ſed ſive ſalutem ſive exitium; ac *Numini attribuere*, ſed ſive laudes gratiasque, (qui uſus frequentior eſt,) ſive contumelias ac probra. Et diſcrimen ex natura rei verborumque comitantium, advertendum. Illuſtrius aliis eſt hac de re exemplum in Jobi hiſtoria. *Ne fortè peccaverint*, inquit [p], filii mei, & ברכו אלהים בלבבם *& maledixerint Deo in cordibus ſuis.* Nam ut ita intelligatur ibi ברך, res ipſa palàm poſtulat. Et Chaldæus ibi diſertè וארגיזו קדם יי *& maledixerint Deo*, ſeu *blaſphemaverint.* Sic Judæi ibi Hiſpanienſes, *y maledixeron al Dio en ſu conzon.* Ejusdem autem capitis commate decimo manifeſtum eſt, pro *benedicere* idem uſurpari. מעשה ידיו ברכת *operi manuum ejus benedixiſti*, quæ verba ſunt Satanæ. Et Jobus ipſe paulò inferius, שם יהוה מברך *Nomen Domini ſit benedictum.* At Satanas eodem in capite, item & ſequenti, אם לא על פניך יברכך quod ſonat, *ſi non in faciem tuam maledixerit tibi.* Uti & Chaldæus אין לא באנפי מימרך ירגזנך *ſi non in faciem verbi tui tibi maledixerit* ſeu *blaſphemaverit.* Ubi & Judæi Hiſpanienſes, *ſi no ſobre tus fazes te meledizera.* Quin paulò poſt [q] in verbis uxoris ejus, pro eo quod eſt ברך אלהים ומת Chaldæus בריך מימרא דיי ומות *Benedic verbo Dei, & morere.* Et Judæi ibi Hiſpanienſes, *Benedize al Dio y muere.* Cum intereà in vulgata quolibet heic in loco *benedicere* ſubſtituatur. Ut ferè in Helleniſtica. Sed in primo loco habet hæc, *Ne filii mei in mente ſua* ſeu *cordibus ſuis*, κακὰ ἐνεθύμησαν πρὸς τὸν Θεὸν, *mala excogitarint adverſus Deum*; aliis, juxta Aquilam, ibi habentibus etiam εὐλόγησαν, *benedixerint*,; qua voce etiam in Satanæ verbis utuntur Helleniſtæ. Sed in verbis uxoris Jobi; εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς κύριον καὶ τελεύτα, *dic verbum aliquod adverſus Deum & morere*, ſeu, ut alia exemplaria, καταράσου *execrare* Deum. Qua quidem ſignificatione ſumitur etiam in verbis Satanæ κατ' ἐυφημισμόν. Olympiodorus; *ſi non in faciem tibi* εὐλογήσει, ἀντὶ τοῦ δυσφημήσει, *benedixerit, pro eo quod eſt maledixerit. Et in faciem te benedicet*, τουτ' ἐστι, φανερῶς σε βλασφημήσει. id eſt, *apertè conſcindet te maledictis.* Conſulas, ſi placet, alios, qui in Jobi initia conſcripsêre. Hinc etiam τὸ ברך plerunq; redditur *benedicere*, maximè à recentioribus, in quibus tamen non deſunt, qui, ut res ipſa exigit, *maledicere* ſubſtituunt.

[p] *Iob. 1. 5.*

[q] *Cap. 2. 9.*

Digitized by Google

ſtituunt. Quin & ברכת השם in interdicto hoc Naturali ſecundo *Benedictio Nominis* ab eis ſubinde vertitur; uti & alibi r monemus. Et de convitio ſeu procaciori verborum contumelia in Numen, quà interdictum hoc de Maledictione ſpectat, hactenus. Alterum Blaſphemiæ ſeu Maledictionis genus eſt, quando non ita diſertis in ipſum Numinis nomen verbis contumelia ingeritur, ſed ex profeſſione aliqua actuve Sanctitas, Poteſtas, Veritas, Unitas ejusdem palam ac procaciter negari conſequenter deprehenditur. Velut aut ubi quis citra ipſum cultum extraneum ſeu Idololatriæ actum aliquem (nam ſic crimen ad primum interdictum attinet, & ſimul blaſphemiam ejusmodi juxta Ebræos in ſe continet) eam amplexandam ſive aliis ſuadet, ſive ipſe profitetur, idque ביד רמה *manu elata* ſeu *ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας in manu ſuperbia*, atque ex protervia, non ex ignorantia ſeu diſciplinæ errore; aut ubi Iſraelita jus Moſaicum, aut Noachides, ſeu qui nondum in Ebræorum ritus tranſiit, jus Noachidarum ſeu Naturale, quod præ manibus eſt, ſimili modo violat; non ſcilicet animi ſui aut concupiſcentiæ innatæ ſeu ignorantiæ causâ, aut ex errore, ſed ex eo, quod in contrarium ſe obligari protervè detrectet agnoſcere, ſeu quia Numinis præcipientis interdicentisve Autoritatem, Poteſtatem, Unitatem minimè reveretur. Id eſt, eam ex ipſo actu conſequenter, idque ſpontè, ſuperbè, ſcienter ac manu elatâ, negat, atque inſuper prorsùs habet. Maimonides f ex veterum Talmudicorum diſciplina; כל המודה בע"ז שהיא אמה אף על פי שרא עבדה הרי זה מודה ומנרף את השם הנכבד והנורא *Quisquis nomen* (ita) *dederit* ſeu *profeſſus fuerit Cultui extraneo, adeo ut pro veritate ipſum voluerit amplexandum, tametſi is non omninò idolum coluerit, certè pro maledico & blaſphemo in glorioſum nomen Dei O. M. habendus eſt.* Et ſtatim ſubjungit, ואחד העובר ע"ז ואחר המנרף את השם שנ' והנפש אשר תעשה ביד רמה מן האזרח ומן הגר את ה' הוא מנרף *Paritèr ritio habetur illius, qui Idololatra eſt, & qui blaſphemat nomen Domini, juxta id, quod ſcriptum eſt* t, *& anima quæ fecerit manu elatâ, ſive indigena fuerit, ſive proſelytus* ſeu *peregrinus, in Dominum, is blaſphemus eſt.* Scilicet huc inprimis, ad blaſphemiæ hoc genus ritè capiendum, attinet lex illa ſacra, *Anima* u *quæ fecerit per manum elatam* (id eſt, ביד רמה quod vertunt

r *Lib. 1. cap. 10. & lib. 3. cap. 7.*

f *Halach. Aboda Zara, cap. 3. Misna & Gem. tit.* Cerithoth, *cap. 1. & ſic de Maimonidem Halach.* Sanhedrin *cap. 15.*

t *Num. 15. 30.*

u *Ibidem.*

runt Helleniſtæ ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, *in manu ſuperbiæ*; Chaldæus בריש גלי *capite aperto*, ſeu *impudenter*; vulgata, *per ſuperbiam) ſive fuerit ex indigenis, ſive ex peregrinis* ſeu *proſelytis*, ארי יהוה הונא מגרף *in Dominum is blaſphemus eſt* (vulgata, *quoniam adverſus Dominum rebellis fuit*; Helleniſtæ τὸν Θεὸν ὅτος παροξύνει *Deum is irritat*; quemadmodum & Judæi Mauritanienſes, quibus الله هو يغضب ſubſtituitur; Judæorum verſio Græcobarbara טון קיריו אקטוש אניתכטף τὸν κύριον αὐτὸς ἀναθήματι *Dominum ipſe execratur*; Hiſpanienſes autem Judæi, *a A. el denoſtan*) *excidetur anima illa de populo ſuo. Nam verbum Domini contemſit, & præceptum ejus irritum fecit. Ideo excidendo excidetur anima illa, eritq; iniquitas ejus ſuper eum.* Neutiquam ſcilicet legem hanc capiunt de peccato omnimodo ſcienter, ſponte, aut contemptim patrato; tametſi quæ præcedunt, de peccato errore atque ex ignorantia commiſſo, adeoque ſacrificiis expiando, ita diſertè ſanciantur, ut hoc, quod proximè ſequitur, de omnibus antithetis, ſeu ſponte, atque ex animi ſententia commiſſis, leviùs intuenti videri poſſet intelligi. Sed nullum ita eis fuiſſet peccatum ſpontè patratum, quod Exciſione (quam pœnam à cœleſti vindicta expectari, non à magiſtratu infligi aiunt) non fuiſſet puniendum; cum intereà tringinta ſex duntaxat præcepta plerunque enumerent, (inque iis hoc de גדופה ſeu *blaſphemia* ſimul cum eo de Idololatria cenſent,) ad quæ כרת ſeu *pœnæ exciſionis* attinet; ut in tituli Talmudici *Ceritboth*, ſeu de Exciſionibus inſcripti, capite primo fuſiùs eſt videre. Sed ea de re nos plura, libro poſtremo. Legem autem ſupra allatam, velut de Extraneo cultu ejusve profeſſione & Blasphemia tantùm conceptam ad hunc modum intelligunt. In Levitico x Sacrificia præſtituuntur, quibus peccata tum Univerſitatis tum Hominum Singulorum ex errore ſeu ignorantia commiſſa expianda fuêre. Peccata ſcilicet, quibus præceptum אחת מכל מצות *aliquod ex omnibus præceptis*, ſeu ſingularia quædam, citra Idololatriam, ſive ab Iſraelitis ſive à Proſelytis Juſtitiæ violabantur. De errore autem ſeu ignorantia etiam heic in Numeris lex fertur. Nam commate

x Cap. 4.

Digitized by Google

matevigesimo secundo legitur וכיתשגו ולא תעשו את כל־ המצות האלה *& fieruveritis, & non feceritis* seu *violaveritis omnia præcepta hæc* &c. quod ad populi universitatem attinet, cujus in Levitico juvencus est sacrificium, heic verò juvencus in Holocaustum, & hircus in oblationem pro peccato præter libа. Singulorum verò utroque in loco capella. Et tunc heic sequitur in Numeris lex, quam citavimus. Jam verò inquiunt, ut in Levitico de uno aliquo præcepto ex errore violato leges feruntur, ita in Numeris de omnibus simul violatis, ut & verborum discrimen innuit, id est, (nam aliter non intelligunt) de omnium autoritate simul ex violatione aliquâ negatâ, non de ipso cujusque violationis actu. Vulgata quidem habet in Numeris heic, *si per ignorantiam preterieritis quodquam horum* &c. Sed Hellenistæ; si peccaveritis, & μὴ ποιήσητε πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας *non feceritis omnia præcepta illa*, quemadmodum & Chaldæus juxta veritatem Ebraicam. Omnia autem sic violari *y*, id est, autoritatem numinis qui constituit, ejusque unitatem error seu ignorantia negari, ajunt, quoties Israelita, seu qui in Israelitarum ritus transierat, (veluti minor inter Gentiles captivus, seu majores seculis, quibus ex publica legis ignorantiâ passim ferè peccatum est) Idololatriæ reus, sed ex errore seu ignorantia, fuerat. Et de hujusmodi negatione ex Idololatria, vide quæ dicta sunt suprà capite primo. Jam verò statim post leges in citato Numerorum loco de errore ejusmodi seu ignorantia (quam, ut dictum est, Idololatriam solùm spectare sibi docent) sequitur ea, quam paulò superius inde descripsimus. Cujus sensum utpote de eo quod scienter ac superbè commissum est latæ, ita intelligunt, ut tum sponte scienter, ultro, superbè Idololatram in ea contineri velint, quemadmodum Idololatram ex errore in præcedentibus, tum eum, qui sic יד רמה *manu elata*, scienter ac superbe quid facit; quo non minus ipsam Numinis Potestatem, Unitatem, Veritatem reverà ac palàm negat, quàm Idololatriæ scienter & manu elata commissæ reus. Id est eum, qui sive nomen Idololatriæ dederit, sive ex animi sententia agnoverit, sive alteri amplexandam suaserit, sive demùm præceptum aliquod sic manu elatâ violaverit, ut non ex affectu seu ardore sibi complacendi, Numen-

y *Vide si R. Mosem Bar Nachmã. in* PirushTora *fol. 248. b &* Abarbinelem Pir. Tora *fol. 296. col. 3. alios ad Numer. 15. &* Maim mid. halach. Sanhedrin *cap. 4.*

ve ſolùm irritandi, nedum errore ſeu ignorantia, id violaverit, ſed ideò quia præcipientis Numinis autoritatem non agnoverit, neque eâ ſolâ ſe obligari exiſtimaverit magis atque ipſe, qui ſcienter & manu elatâ Idolum coluerit, ejusve cultum profeſſus fuerit alterive, ut dictum eſt, ſuaſerit. Nempè aliud eſt præceptum quodpiam agnoſcere, atq; ſimùl autoritatem dignitatemq; Præcipientis, ex animi tamen affectu ſeu בשאט הנפש *ex toto animo*, etiam irritandi, procaciùs in illud peccare; aliud, neque præcepti vim agnoſcere, neque unicam Præcipientis autoritatem, ſed ita ביד רמה ſeu *manu elata* ſive committere, ſive tutò committi poſſe quempiam profiteri, aliisve idem ſuadere, ut veri Numinis Poteſtatem, Veritatem, Unitatem, ſimulque præcepti ipſius vim deneget. Non qui primum faciebat (nam & ejusmodi in præcepta reliqua בזדון ſeu *ſcienter ac ſponte* commiſſis, alia atque alia pœnarum genera in Pentateucho ſuis in locis ſparſim præſtituuntur) ſed tantùm qui ſecundum, allatâ Lege teneri [a] volunt, eumque etiam מגרף השם *blaſphemum eſſe in Dominum*. Unde inſuper non minus ad Blaſphemiam ſeu Maledictionem nominis divini expreſſam, quam ad crimen hujusmodi nefandum *ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας* ſeu *manu ſuperbiæ* commiſſum, כרת ſeu excilionis Pœnam attinere concludunt; cum nihilominùs utrunque ex Lege [a], ultimo etiam ſupplicio (ſed non ſine diſtinctionibus aliquot de Blaſphemia, de quibus capite proximo) eſſet puniendum. Et de lege illa ad veterum mentem, egregiè Maimonides [b]; והעושה ביד רמה הוא המזיד שרעין ויעבור בפרהסיא שזה עובר לתאבון הלב ולא לעשות מרד שמנעה התורה לעשותן לרע מדותיו לבד אבל לחלוק על התורה ולעמוד כנגדה מפני זה אמר את יי' הוא מגרף והוא יהרג בלא ספק ולא יעשה אלא מי שעלה בלבו רעת אחרת לחלוק בו על התורה ומפני זה בא הפירוש המקובל בע"ז וכתוב מדבר מפני שהוא חולק על פנות התורה *Qui manu elata facit is eſt, qui ſuperbus frontem indurat, & palàm atque apertè ita peccat, ut non concupiſcentiæ ſuæ causâ ſolùm, aut exemorum ſuorum pravitate Legis Interdictæ violet, ſed ſtudio ipſi Legi contradicendi, atque ut eam impugnet. Ideo dicitur, Dominum is exprobrio afficit*, ſeu *in Dominum blaſphemus eſt. Atque is ſine dubio morte eſt plectendus* (qua de re conſulas caput proximum.)

[a] *Gem. Babylon. & Gloſſ. Talmud. ad tit.* Cerithoth *cap. 1. fol. 3. & ad eundem locum Obadias Bartenorig, præter Maimonidem ha-lach. Aboda Zara, c. 2. & More Nebochim part. 3. cap. 41.*

[b] *Lev. 24. 16. Deut. 13. 5. & Mina tit. Sanhedrin. cap 7. More Nebochim part. 3. cap. 41. Num. 15. 30.*

Neque

Neque quis ita peccat, nisi in cujus animam irrepserit dogma aliud, quod Legi repugnet. Unde recepta est expositio, quod scriptura loquatur ibi etiam de Cultu extraneo, quoniam iste adversatur ipsis Legis Fundamentis. Atque idem alibi in tractatu suo de Idololatria [d], doctrinam de Blasphemia, qualis in eo, quod præ manibus est, interdicto continetur, traditurus, parilem utriusque rationem esse ait, verbis jam suprà citatis, & dein, מפני זה וזה בדומין זה לזה והמגרף בהלכת ע"ז ששניהם כופרים בעיקר הם *Atque ideo conjunxi doctrinam de Blasphemo cum ea, quæ est de Idololatra, quoniam uterque ipsum negat fundamentum,* seu *totius religionis principium.* Exempla heic afferunt Manassis [e] Judæ Regis, qui, Hezekia patre mortuo, manu elatâ in Numen fecit, id est, extraneum [f] cultum restituit, nec præcepta Sacra nec Præcipientis autoritatem agnoscens; item alia. Animadvertendum autem est, Legum è Numeris jam memoratarum parte priori seu eâ, quæ ad Idololatriam errore aut ignorantiâ commissam, juxta Ebræos tantum attinet, tam גר הגר בתוככם *peregrinum* seu *Proselytum peregrinantem inter vos* (quæ verba bis ibi usurpantur,) seu τὸν προσήλυτον τὸν προσπορευόμενον πρὸς ὑμᾶς *proselytum, qui accedit ad vos,* ut Helleniſtæ, seu *advenas, qui peregrinantur inter eos,* ut altero in loco ibi vulgata, quam Judæos seu Israelitas Originarios expressim contineri, id est, tàm Proselytos Justitiæ, quàm Indigenas. Nam de Proselytis domicilii manifestum est, eam partem capi nequire, quippe quæ ad violationem omnium præceptorum, quæ per Mosem recepta sunt, qualem diximus, attinet. At verò in lege illâ, de eo quod est, juxta jam dicta, manu elata seu superbè commissum, latâ, mentio quidem parilis est Originariorum; sed non eadem in Proselyto designando vocabula. מן האזרח ומן הגר *sive ex indigenis sive ex proselytis.* Heic proselytorum nomen simpliciter adhibetur. Et certè cum interdicto de Idololatria ac blasphemia, quod non solùm Originarios ac Proselytos Justitiæ, sed pariter Proselytos domicilii seu Noachidas heic repetitum, juxta jam ostensa, spectat, ita hoc conjungatur; non adeò absonum est, ut hoc in loco tàm Proselytos domicilii seu Noachidas, quàm Proselytos Justitiæ præter Originarios indicari, atque eis similiter pœnam Excisionis cœlitùs infligendam imminere existimemus. Sed utrum ad Pro-

[d] *Halach. Aboda Zara, cap. 2.*

[e] Pesiktha Zotertha, *fol. 30. col. 2. & Gemar. Babylon ad tit. Sanhedrin, cap. 11. fol. 99. b* ſs. *Regū, 21.*

Digitized by Google

felytum domicilii seu Noachidem pœnam illam hoc in loco præscriptam attinere velint Magistri g. nondum satis didici. De pœnis autem forensibus, quæ jure, sive Imperativo, sive Interveniente Gentium huc attinent, proximè videbimus.

g *Videsis Abarbinel in* Pirush Tora *fol. 297. col. 2.*

Cap. XII.

De Pœna Proselyti domicilii *ob* Blasphemiam *seu* Maledictionem Numinis *sanctissimi* forensis. Receptior *Talmudicorum sententia de* Judæo morte ob blasphemiam *ejusmodi non puniendo, nisi expressim* nomen tetragrammaton blasphemasset. *Ea de re aliorum, uti &* Synedrii, cui Caiphas in Evangelio præest, sententia diversa. *De Iudeis in Evangelio clamizantibus, Iesum Christum ideo* mortis reum, *quod* Filium Dei *se fecerat. De* Vestibus, blasphemia auditâ *aliasque ob causas, tàm à* Sacerdotibus *ac* Pontifice summo, *quàm à Iudæo quovis alio, ex more* dilacerandis.

QUod attinet ad pœnas ob Blasphemiam seu Maledictionem Numinis Sanctissimi superiori in capite ostensam, juxta Ebræos, forenses, Proselytis domicilii, ex jure sive Proselytis ejusmodi ipsisque ex jussu Numinis Imperativo, sive ex moribus superinductis Interveniente infligendas; animadvertenda est inprimis lex illa sacra ea de re in Levitico lata. Simulatque Selomithæ filius qui h נקב את השם ויקלל *Expressit* seu *blasphemavit nomen, & maledixit*, ex imperio Numinis lapidatione damnatus est, sequitur statim lex sacra, *Et ad filios Israel loqueris dicens,* איש איש id est, *quicunque maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum. Et qui blasphemaverit Nomen Domini, morte interficiatur. Lapidando lapidabit eum universus cœtus* כגר כאזרח בנקבו שם ימות id est, *sive fuerit Proselytus* seu *peregrinus*, sive *indigena* aut *civis, ex eo quod blasphemaverit Nomen*, *morte plectendus est.* Pro eo, quod heic est *blasphemaverit*, habetur in Ebræo נוקב שם יהוה quod & simpliciter *explanaverit, expresserit* seu *nominaverit nomen Domini* vertitur tum Chaldæo, tum Hellenistis i, & من يبلغظ لسم الله *qui loquetur nomen Dei* Judæis Mauritaniensibus,

h *Levitic. 24. 11.*

i *Et fide Philonem, lib. 3. de Vita Mosis & Daniel. Hemsium in Christarcho Sacro. cap. 25. pag. 498.*

sibus. Hispanensis item ibi *Y declarante nombre de A. matar sera matado.* Sed de simplici nominis expressione consule viros doctos k, quorum integros de eo commentarios scripsere aliqui. Nos de qualicunque non sine blasphemia expressione, quæ etiam ad rem, quam tractamus, solum attinet, legem cum Talmudicis, vulgata, aliisque heic intelligimus. Peregrinum autem seu Proselytum hoc in loco pro Gentili apud ipsus degenti, id est, Noachide seu Proselyto domicilii sumunt l. Et formulam illam loquendi איש איש *homo homo* (ut & Hellenistis vertitur; & *Varon Varon* Judæis Hispanensibus) quæ *quicunque* seu *universi* denotat, adhibitam ibi aiunt m רבות את הגוים שמוזהרין על ברכת השם כשרי את *ut comprehendantur etiam Gentiles, quibus interdicitur Maledictio Nominis, quemadmodum & Israelitis.* Legem verò illam, quantum ad pœnam attinet, ita plerunque interpretantur, ut mortis ex ea reus non esset, quisquam שרשיפרש השם *nisi* n *expressisset Nomen.* Id est, nisi nomen tetragrammaton, quod שם המוחד seu *nomen proprium* appellant, expressisset, atque, ut Gemara Babylonia שיברך שם בשם *nisi maledixisset nomini nomine*, seu, ut Talmudici o recentiores, nisi maledixisset ei בשם מן השמות שאינן נמחקין *nomine aliquo eorum quæ Scripta* (ut illi) *eradi* seu *deleri non debent*, id est, Septem illorum sanctiorum, *tetragrammati. Adonai, Elohe, Elohim, Eheihe, Sadai, Zebaoth.* Nempe, si rectè capio, nisi ipsum tetragrammaton ore prolatum, (quod tam pro ארני quam pro יהוה à nonnullis sumitur,) ita blasphemasset quis, ut sive verborum contumeliæ ipsum conjunxisset, sive alio eorum, quæ dicta sunt, nominum aliquo in ipsa blasphemiæ prolatione tetragrammaton ante expressum designasset. Nam & expressim in lege habetur שם יהוה *nomen Domini* seu *tetragrammaton*; ubi pœna mortis præstituitur. Legis initio omnimodam quidem blasphemiam in Deum interdici volunt, tam nominis divini alicujus eorum, quæ כינויין *cognomina* vocant, veluti *Sadai*, *Zebaoth*, id genus cetera, quàm Proprii seu tetragrammati; ac suppliciis tum forensibus, veluti flagris, coërceri, tum cœlitùs immissis, veluti Excisione, puniri, at pœnam mortis blasphemiæ Nominis proprii tantùm, ex lege illa, irrogandam. Atque oportuit, (ita Talmudico-

k *Videsis Scriptores ad Leg. 24. Maimon.* More Nebochim. *lib. 1. cap. 61. & c. & I. Drusium de Nom. Tetragram.*

l *Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin, *c. 7 fol. 56. a* m *Ibia & Sepher Siphra, fol. 53. col 2.* Pesiktha Zotertha, *fol. 31. col. 3. Moses Mikotz. præc. Negat. 16.*

n *Misna tit.* Sanhedrin *cap. 7. Gem. Babylon. ib. fol. 56 a* Iarchius *ad Leg. tic. 24. 15.*

o *Maimon. Hal.* Aboda Zara *cap. 2. Mos. Mikotz. Præc. Negat. 16.*

rum ſententia recept or,) ut in ipſiùs blasphemi verbis, non tantùm adſtantis, nomen proprium uſurparetur, quoties mortis pœna eâ ex lege debita. Unde Gloſſa Talmudica [p] לא אם הוציא שם מפיו אלא שמע שם ויצא מפי אחר וברכו פטור *ſi ex Ore ſuo non protulerit nomen, ſed ex alterius ore audito maledixerit, morte non eſt puniendus.* Et gloſſa ad legem ipſam, אינן חייב עד שיפרש את השם ולא המקלל בכינוי Reus (mortis) *non eſt, niſi qui expreſſerit ipſum nomen. Neutiquam verò qui cognomini maledixerit*, quod & paulò antè dictis conſonum. Adeò ut juxta hanc interpretationem, nec Proſelytus domicilii, nec Judæus, (nam pariter in lege hac comprehenditur uterque,) morte plectendus eſſet, niſi ipſi Nomini proprio ſeu tetragrammato expreſſim maledixiſſet. Quod ſi feciſſet Proſelytus domicilii, ex Gentium hoc imperativo jure, morte apud eos puniendus erat; uti Judæus ex eâdem quidem lege, ſed ſibi Civili. Cæterùm quoniam hac in re gravioribus coërceri volebant pœnis Gentiles ſeu Proſelytos domicilii, quam cives Ebraicos, ideò ex Jure Gentium Interveniente, ſeu Proſelytis ejusmodi ipſisque ſuperinducto, tàm Cognominis alicujus blasphemiam aut Maledictionem, quàm Nominis proprii, in Proſelyto domicilii ſeu Noachide, ultimo plectebant ſupplicio. Maimonides [q]; בן נח שבורך ארץ השם בן שבורך בשם המיוחד בן שבורך בכינוי בכל לשון חייב מה שאין כן בישראל *Noachides, qui maledixerit Nomini, ſive id fecerit Nomine Proprio ſeu tetragrammato, ſive cognomine aliquo quocunque modo, reus eſt* (mortis; nam ut ita intelligatur, faciunt tam quæ præcedunt quàm quæ ſequuntur, præter rem ipſam) *quod non ita obtinet in Iſmelita.* At non defuêre in Talmudicis, qui cognomina divina etiam ſeu הכינויין כל *omnimoda Dei cognomina* eâ legis hujus parte, quâ ultimum præſtituitur ſupplicium, ſive contineri ſive innui voluerint, ut diſerte Rabbi Meir [r]. Id ſi admittatur, tunc pœnâ mortis, tàm ob blasphemiam, quâ cognomen uſurpatum eſt, quàm quâ nomen proprium, Proſelytus domicilii ex Jure Imperativo fuiſſet puniendus, uti & Judæus ex Civili. Et ſanè ſententiam ejusmodi de Cognominibus pariter atque Nomine proprio, in Synedrio Magno videtur tunc obtinuiſſe, cum D. N. Jeſus Chriſtus in eo ſiſtebatur. Nam Caiphas

[p] *Tit. Sanhedrin fol. 55. b*

[q] *Halach. Melakim, c. 9. & vide ſis Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 56. a*

[r] *Gem. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *c. 7. fol. 56. & vide Mi-nā ibidem, de maledi-ctione parentum.*

phas f, *Adjuro*, inquit, *te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus ille Filius Dei. Cui respondit Jesus, Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, à modo videbitis filium hominis sedentem à dextris τῆς δυνάμεως*, id est, *Potestatis, & venientem in nubibus cæli. Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, blasphemavit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, reus est mortis.* Seu ut D. Marcus g habet, *omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.* In ipsis Christi verbis, Nominis proprii mentio nulla; sed Cognominis manifesta, in eo quod est *Sedentem à Dextris Potestatis*, id est, גבורה quod sexcenties apud Magistros inter cognomina usurpatur. Unde etiam in vulgatâ substituitur, *virtutis Dei*. Diligentiùs heic advertas illud de Jesabelâ & Nabotho u, ubi Maledictionis Dei, (nam proprii nominis mentio ibi nulla,) incusatur vir innocens, ut mortis fiat reus. Atque huc spectat illud x, *Nos Legem habemus, & secundum Legem nostram debet mori, quia Filium Dei se fecit.* Certè quod in Caiphæ Synedrio de Sanctissimo capite decisum est, (sed maximè ex odii præjudicio, quod decisionum rationes novare solet,) id ipsum in tumultuaria hac ad Pilatum responsione, id est, blasphemiæ in Deum eum reum fuisse, innui non videtur dubitandum. Non quod ipsis Messiam verum adeò aspernantibus, Filii Dei nomen eousque insolens haberetur, ut nullâ omninò notione id vellent sine blasphemia, cuiquam, præter ipsum Numen tribui. Nam בני האלהים *Filios Dei*. uti & Deos, dictos esse nunc Homines aliquot, (quâ de re etiam vide caput proximum,) nunc Angelos, ex ipsâ sacra liquet scripturâ y; idque etiam juxta Ebræorum sententiam. Non aliter fere atque apud Gentiles *Iovis & Deorum Filii* subinde (præter Dæmones z) dicti heroës præ aliis longè eximii. Non divinitate Numinis, sed humanitatis tantùm excellentiâ sic eis, de quibus nomina ejusmodi usurpata sunt, interim per hyperbolen tributâ. At verò Judæis alia erat Filii Dei heic notio, quâ ipsum Dei Verbum seu λόγος, quem Chaldaice מימרא דיי vocabant a, ita designabatur, ut hac notione se quempiam facere aut dicere Dei Filium, non aliud ipsis haberetur quàm retrovà, non per hyperbolen Deum

f D. Matth. 26, 63.

g Cap. 14. 64.

u 1 Regum 21. 10.

x D. Joan. 19. 7.

y Genes. 6. 2. ubi tide versiones Iudaeorum, Chald. Arabic. Hispan. Psal. 29. 1. 82. 2. Dan. 3. 25. Iob. 1. 6. Scholia ubi prater versiones Iudaeorum Hispaniensium, & Pirke Rabbi Eliezer c. 28

z Arist. Rhetoric. lib. 3. cap. 18. & Maxim. Tyrius dissert. 1.

a Vide Christ. Helvicum de Paraphras. Chaldaicis cap. 5. & in Systemate Controvers. Theologic. Elench. Iud. 2. Class. 3.

Deum se profiteri, adeoque, si falsum esset, Numen sanctissimum blasphemare. Atque ut בר נש *filius hominis* millies pro homine in Ebræorum commentariis occurrit, ita *Filius Dei* etiam in eorum heic ore pro ipso vero Deo. Atque huc sanè inprimis attinet illud Philonis Judæi ex more Hellenistarum suorum loquentis b; ἀναγκαῖον γὰρ ἦν τὸ ἱερωτάτον τοῦ παντὸς κόσμου πατρὶ, παρακλήτῳ χρῆσθαι πλειστάτῳ τινὶ ἀρετῇ ὑφ' ἧς τὰ ἁμαρτήματα καὶ χορηγίας ἀφθονωτάτων ἀγαθῶν *Necessarium enim erat*, (verba jam fecerat de τῷ σωμάτων καὶ διοικοῦντι λόγῳ τὸ σύμπαν *Verbo* seu *Ratione cuncta continente & dispensante* in Pontificis Rationali quod pectore gessit repræsentata,) *ut Sacerdos supplicaturus* seu potius *ut sic consecratus Patri omnipotenti, advocatum adhiberet perfectissimum virtute ejus Filium, tum ad peccatorum veniam, tum ad uberem in posterum gratiam impetrandam.* Sed de loco illo, quo, eò quod Filium Dei se fecit Jesus Christus, debuisse eum mori clamitarunt Judæi, præter interpretes obvios, vide virum præstantissimum Danielem Heinsium in Aristarchoc sacro. Quin nec illud observatu indignum, verba illa legis sacræ d קללת אלהים תלוי (quæ verti solent *maledictus à Deo, qui est suspensus*, seu *in maledictione Dei, qui est suspensus*) sumi à magistris perindè ac si ibi pœnæ auctarium blasphemiæ præstitueretur, id est, suspensio e post lapidationem; quasi verenda essent, *qui Deum blasphemaverit, suspendendus est*, seu patibulo sub occasum solis (sic ajunt) post lapidationem affigendus. Ebræus scilicet, seu Judæus. Nam ad Proselytos domicilii hoc genus mortis non attinuit. Sanè ex hisce atque ceteris de blasphemia legibus jam antè memoratis, mirum non est, si in sententiarum, quale diximus, discrimine (saltem si Christi tempore discrimen erat sententiarum, quale tempore R. Meir') Judæi odio in Christum tàm acriter flagrantes, eligerent amplecterenturque eam, quâ quicquid in Dei Unitatem, Sanctitatem, Veritatem, Potestatem summam Blasphemia ipsis ullo modo videretur, morte luendum esset. Sed de Judicio illo ejusque appendicibus, plura in libro secundo de Synedrio Magno. Quòd verò laceravit seu discidit vestimenta Caiphas, ex more erat avito. *Consuetudinis Judaicæ est*, (inquit ad locum illum D. Hieronymus,) *cum*

b *De Vita Mosis lib. 3.*

c *Cap. 28. pag. 498.*
d *Deuter. 21. ult. & vide Epist. ad Galat. 3. 13. & Sidesius Io. Drus. Praterit. 4. ad D. Io. c. 19. 7.*
e *Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin. cap. 6 fol. 45. Maimonid. Halach Aboda Zara cap. 2 & Halach Sanhedrin, c. 15. Moses Mikotzi præcept. Affirmat. 109.*

Digitized by Google

sum aliquid blasphemiæ & quasi contra Deum audierint, scindere vestimenta sua. Et Lyranus ibi; *Iste erat mos Iudæorum scindere vestimenta in signa doloris, quando audiebant blasphemiam divini Nominis.* Id liquet etiam, tum ex corpore Talmudico f, tum ex sacris literis. Et doloris signum hoc fuisse alibi g in Oriente, scimus ex Jobi historia. Sed Baronius h; *Hac consuetudine ceteri, haud tamen Sacerdotes, tenebantur; nam divina lege Sacerdotibus i vetitum erat, ne sua scinderent vestimenta. Sed Caiphas, illâ contemptâ, quo ceterorum astantium animos in Christi perditionem magis ac magis concitaret, furore quodam percitus, primus summorum omnium Pontificum, (quorum sit memoria.) sit sua vestimenta conscidit.* Ad eundem sensum alii. Atque eâ de re controversia subinde k agitatur. Quæ facilè sopita erit, si Talmudicorum placita, penitiùs advertamus. Non solum leges sacras jam è Levitico indicatas, sed etiam alias l adhibent, dum de vestium laceratione Sacerdotibus interdicta loqvuntur. Sed eas intelligunt tantùm de vestibus Sacerdotalibus, quarum solus in sacris ministeriis m usus; unde & illud n המקרע בגדי כהונה לוקה *Qui dilacerverit vestes Sacerdotales, vapulabit.* Nec certè, reverentiæ & honoris causâ, fas erat cuiquam sive Sacerdoti sive laico, vestibus dilaceratis atrium, in Templo, Israelitarum ingredi. Alias autem vestes, seu amictum vulgarem, quem extra sacra gestabant ministeria Pontifices sacerdotesque, tàm ipsi, quàm alii cujuscunque generis Ebræi dilacerare o solebant, tum in luctu, tum blasphemiâ ex ore Israelitæ (non Gentili) sive in nomen tetragrammeton sive cognomen Dei aliquod auditâ, aliasque ob causas, veluti legis incendium, atque urbis templive sive excidium sive damnum aliquod insigne. Et expressim, tradunt discrimen inter solennem Pontificis Vestium, quas diximus, dilacerationem, atque aliorum. Illi nempè dilacerandas ab ima atque anteriore parte versus summam, aliis à summa deorsum. Misna p; כהן גדול פורם מלמטה והדיוט מלמעלה *Pontifex dilacerat à parte imâ, Sacerdos gregarius à summa*, quemadmodum

f *Mish. tit* Sanhedrin *cap. 7. Gem. Babylon. ad tit.* Moed Katon *c. 3. fol. 26. a Hierosolymit. ib. fol. 83. 42. Regum. 18. 37. & 19. 2. Isaiæ 36 22. 37 1.*

g *Cap. 1. 20.*

h *Annal tō. 1. A. Chr. 34.*

i *Lebit. 10. 6. & 21. 10.*

k *Vide Petrū Cuneum de Rep. Hebr. li. 2. c. 3. Isaac. Casaub. Exercit. in Baron. 16. ann. 34. num. 37.*

l *Exod. 28. 32. & 39. 23.*

m *Videsis l. mosh. 2. defuncessione in Pontif. c. 7.*

n *Gem. Babylonia ad tit.* Ioma *c. 7. fol. 72. a. adde Maimonid. hal.* Biath hasmikdash *ca. 1. & Mos. Mikots. prec. Negat. 98. & vide Maimō. halach.* Sanhedrin *cap. 19. ordinā. 8. & 14.*

o *2. Sam. 13. 31. Gemara Hierosolymitana ad tit.* Moed Katon *cap. 3. fol. 81. a Babylon. ad tit. eund. fol. 26. a Massec.* Semichoth *cap. 9. Maimonid. halach.* Abel *cap. 8. & Abo-da Zara cap. 2. videsis Aloysium Nebarin, Sebediam. sacro-proph. lib. 9. cap. 36.* p *Tit. Horaijoth, cap. 3.*

Digitized by Google

admodum & cæteri univerſi. Maimonides מהיכן קורע מלפניו והקורע מאחריו או מן הצדדין או מלמטה לא יצא ידי חובת קריעה אלא כהן גדול שהוא פורם מלמטה *Dilacerande erunt poſtes ab anteriore parte. Qui autem à tergo, aut à latere, aut ab inferiore parte dilacerabat, is à ritu dilacerationis abermbat. Quod tamen de Pontifice ſummo non eſt intelligendum, cui à parte inferiore dilacerandum erat.* Sed hiſce miſſis, ſi juxta jam dicta Blaſphemiæ verba, morte plectendus non erat quisquam, ex lege illa ſcripta, cujus interdicto, tam Proſelyti domicilii, quàm Judæi continentur, niſi ipſum nomen Dei proprium, uti vocant, blaſphemus verbis adhibuiſſet, & nihilominus pœna ea ſubeunda erat Proſelyto domicilii quomodocunque blaſphemiæ etiam incognomen reo, palàm ſequitur, ex Interveniente Ebræis ac Proſelytis ejuſmodi jure, quod moribus ſuperinductum eſt, ultimum ſupplicium ad Proſelytum hujusmodi heic ſpectaſſe; uti etiam idem ad eum ſpectaſſe ex Jure utrisque Imperativo ſeu à Numine præſcripto, ſi juxta ſententiam illam & Rabbi Meir ac Synedrii, cui Caiphas præerat, Blaſphemiæ verba citra proprii nominis uſum mortem mererentur. At verò, qui manu elatâ quid fecerat in Legem è Numeris capite ſuperiori citatam, adeò ut aut Idololatriam profiteretur, aut ſuaderet, indeque juxta ibi oſtenſa, pro blaſphemo in Dominum pariter haberetur, is ſi Judæus eſſet, ex Lege Civili q, ſi Proſelytus domicilii, ex Interveniente Gentium jure, morte erat plectendus.

q *Deuteron. 13. &c.*

Cap. XIII.

De eo quod habetur apud Flavium Joſephum, & Philonem *de* Diis Gentium non blaſphemandis. *Magiſtrorum ſententia de Lege Sacrâ, quâ* Deorum alienorum mentio *interdicitur.* Votum *aut* Juramentum Idoli Nomine. *Nonnullorum opinio, ne* Gentili, *ex lege ſacra, licuiſſe* Deo ſuo *ſeu* Gentis ſuæ (*cujus cultui ſcilicet nondum renuntiaverint*) qualicunque maledixiſſe.

r *Orig. Judaic. lib. 4. c. 8.*

SEd mirum eſt intereà, quod habet Flavius Joſephus in Legum Sacrarum recenſione r; Βλασφημείτω δὲ μηδεὶς θεὸς, ὃν πόλεις ἄλλας νομίζουσι. Μὴ συλᾶν ἱερὰ ξενικὰ, μηδ' ἂν ἐπωνυμίαν μόνον

βλάσφημον ἢ ἔξω τοῦ θεοῦ κακολογίαν λαμβάνειν, *Nemo blasphemet deos, quos alia civitates Deos esse æstimant. Nec spolianda fana peregrina, nec donarium Deo cuiquam dicatum auferendum.* Atque alibi [f] hoc ait fuisse αὐτοῖς ἴσως προφάσεως ἕνεκα τοῦ θεοῦ *eo quod Dei nomine indigitabantur.* Quinetiam Philo, Mosem, ait [t] vetuisse convicium in Deos, ὃς ἐπεὶ νομίζουσι θεοὺς εἶναι, μὴ καὶκεῖνοι διακινηθέντες ἃ μὴ θεμις φθέγξονται κατὰ τοῦ ὄντως ὄντος. *quos alii existimaverint esse Deos, ne ipsi vicissim irritati prorumpant in voces nefarias in Deum O. Maximum, qui verus est.* Alibi item ipse [u] ex Mosis mente ait, deorum ejusmodi τῆς βλασφημίας ἀνίχειν ἀναγκαῖον ἵνα μηδεὶς ἐθίζηται τῶν Μωσέως γνωρίμων αὐτόθεν θεοῦ προσρήσεως ἀλογεῖν *blasphemiâ abstinendum, ne quis Mosis discipulus assuescat ullo modo appellationem Dei contemnere.* Ἀξιολογωτάτη γάρ, inquit, αἰεὶ καὶ ἀπαξιόμαχος ἡ κλῆσις, *Nomen enim illud, & invictissimum semper est, & summâ amore prosequendum.* Hæc si recipienda essent, sane Juris Gentium apud eos Imperativi caput singulare, idque satis insigne de Numinibus Gentium qualibuscunque, eorum Delubris & Donariis sacris, inde oriretur. Cæterum hæc maximè adversantur receptioribus vetustissimisque Talmudicorum sententiis. Neque apud Mosem reperiuntur. De contrario satis constat. Nam & Idola & quicquid Cultus extranei nomine veniebat, destruendum fuisse abolendumque, neque intra ditiones Israeliticas jure permittendum, ex sacris literis liquet, uti etiam ex iis, quæ juxta Talmudicos superiùs ostenduntur Quod autem ad aliarum Civitatum seu Gentium Deos heic attinet; scimus quidem apud Hellenistas [x] legi θεοὺς οὐ κακολογήσεις *Diis non maledices*, seu *Diis non detrahes*, uti vulgata. Sed Deorum ibi notio habetur, qualis in illo [y] *Deus stetit in Synagoga Deorum. In medio autem Deos dijudicat; quousque judicabitis perversè?* Ita de Judicibus seu Principibus, non de fictitiis diis locus capiendus. Rectè de more apud Judæos loquendi Origines [z]; Judices inquit λεγοντο εἶναι θεοὶ πατρίῳ τινὶ Ἰουδαίων ἔθει *Dii esse dicebantur ex more quodam Judaïs Patrio.* Ebræa sunt אלהים לא תקלל quod sanè ex nuda sermonis vi rectè posset verti, *Diis* seu *Deo* (ex pluralis numeri usu) *non maledices.* Sed expressim ibi Onkelus דיינא לא תקיל *Judicibus non maledices.* Consona est Paraphrasis Jonathani tributa.

[f] *Adverf. Apion. lib. 2.*

[t] *Lib. 2. de Monarchia.*

[u] *Lib. 3. de Vita Mofis.*

[x] *Exod. 22. 28.*

[y] *Pfal. 82. 1.*

[z] *Contra Celfum. lib. 4.*

buta. Judæi item Mauritanienſes حالما لا تشتم *Iudicibus non maledices*, quemadmodum & Saadias in Arabica ſua, & Tawaſius in Perſica verſione. Judæi item ibi Hiſpanienſes *Iuezes no maldigas*. Sed Salomon Jarchius ibi הדי זו אזהרה לברכת השם ואזהרה לקללת דיין *ecce*, inquit, *tàm interdictum hoc de Maledictione Nominis* ſeu *Numinis Sanctiſſimi, quàm de execratione Iudicis.* Alii [a] tantundem. Neque deeſt Rabbinus in hodiernis, qui Philonis illam, de Diis non maledicendis, velut ex lege Moſaica hauſtam ſententiam ſatis [b] amplexetur. Atque ex hoc loco hallucinatum fuiſſe Joſephum, ſunt [c] qui opinentur. Et Baronius [d] de eo; *communis in dictum illud Exodi (Dii non detrahes) vulgata illa ferebatur interpretatio, ut neque in Deos Gentium obloquerentur* Ad illud ſcilicet Alexandri de Apoſtolorum in Epheſo modeſtia, *Adduxiſtis [e] homines iſtos, neque ſacrilegos, neque blaſphemantes deam veſtram* Ita etiam intellexit olim præceptum illud in Exodo Julianus Apoſtata [f], quem refellit S. Cyrillus Deorum ibi nomine viros dignitate præcellentes contineri aſſerens. Quæ Chriſtiani Scriptores hac de re habent, obvia ſunt. Sed verò, tàm Joſephum, quàm Philonem, par eſt ut credamus, potius illud ſuum de blaſphemia in deos alienos ex alio hauſiſſe Præcepto ſacro, quod ſequenti Exodi capite legitur, de diis alienis non nominandis ſeu memorandis. Nam & Joſephus citato capite inter leges habet Moſaicas μὴ βλασφημεῖν *nec conviciandum* judicibus præſentibus. Et Philonem ex præcepto illo ſuum ſumpſiſſe, palàm facit ipſe ejusdem verborum in libro tertio de vita Moſis contextus; quem vide. Præceptum autem Sacrum [g] de diis alienis non nominandis ſeu memorandis ita ſe habet; שם אלהים אחרים לם תזכירו לא ישמע על פיך *nomen Deorum* ſeu *Dei aliorum non memorabitis; non audietur ex ore tuo*, ſeu ut codex Samaritanus לא תזכר ולא ישמע על פיך *non memorabis; nec audientur ex ore tuo.* Ubi Chaldæus habet ושום טעות עממיא וגו' *& nomen Idolorum Gentium non memorabitis* &c. Helleniſtæ aliique Orientalium, juxtà ac vertimus. Interpretatio autem legis hujus apud Magiſtros duplex ferè habetur. Alia quæ ad ſimplicem ipſum nominandi ſeu memorandi deos alienos actum attinet; alia quæ vota ac Ju-

[a] *Gemar. Hieroſolym. ad tit. Sanhedrin c. 14. fol. 45. a*

[b] *R. Simeone Luzzato, nello Diſcorſo circa il ſtato de gli Ebrei, Conſiderat. 13.*

[c] *Petr. Cunæus de Republic. Hebr. lib. 2. cap 21.*

[d] *Annal. tom. 1. A. Chr. 57. edit. Apoſt. 19. 37.*

[e] *Apud D. Cyrillum, l. 7. in Julianum.*

[g] *Exod. 23. 13.*

ac Juramenta eorum nomine concipienda, præstanda, atque Societatem, qualis sine juramento mutuo rectè consistere nequeat, cum Gentili, dum Idololatra est, ineundam negat. In iis, qui primam tradunt, alii vetari volunt tantùm eorum nomina, quibus tribuitur [h] eis divinitas aliqua, non autem propria nomina, quæ discriminis solùm gratiâ sine expressa divinitatis notione solent usurpari; veluti Moloch, Bel, Mars, & quæ sunt similia. Atque ita sanè legem hanc sacram explicat etiam Tertullianus [i]. Alii verò ne simplicem inter loquendum nominum eorum memoriam inde admittunt [k], אפילו בלא זכר אלהותן *ne quidem tametsi divinitatis eorum mentio non fiat.* Adeo ut nec Chemosh, nec Milcom, nec Asima, id genus cetera in sacris literis deorum Gentium nomina sic memoranda esse doceant, sed cum contumeliâ seu probro tantùm designanda; veluti שקוץ או תועבת *Idolum seu abominatio* Moabitarum, Ammonitarum, Hamathitarum. Inde hi, illicitum, aiunt, dicere תעמר עמי ביומם ע"ז פלונית *mecum moraberis die festo Idoli Gentibus cultæ N.* & similia. Sed & sunt, qui, dum simplicem nominum usum vetari aiunt, legem nihilominus de Diis in sacris literis sparsim nominatis non intelligi asserunt [l]. Unde Maimonides [l]; quem & sequuntur alii, כל ע"ז הכתובה בכתבי הקדש מותר לזכור שמה מטן פעור ובל ונבו ובעל גד וכיוצא בהן *Omnium Gentium Idolorum in sacris literis memoratorum fas est nomina memorare, veluti Peor, Bel, Nebo, Baal, Gad, & quæ sunt id genus cætera*; quæ & in scriptis Talmudicis passim occurrunt. Sed & in illis מרקולים *Merkolis* pro Mercurio, alia item nomina parilis apud Ebræos existimationis. Hoc verò genus in sacris suis libris non nominatum, memorari aliqui [m] aiunt nunquam sine לשון נגאי seu contumelioså aliqua syllabarum, sive inversione, sive decurtatione, aliave ejusmodi notâ, quâ opprobrium ingeratur. Qui autem interdictum sacrum sumunt (atque receptior est hæc sententia) de non ineundâ cum Gentili, dum Idololatra est, societate, illud intelligunt perinde ac si dictum fuisset, cum Gentili seu Idololatra Societatem minimè ineas, ne fortè inde adigatur ille ad jurandum per Deos suos, & tu sic in causa sis, ut velut Dii, seu non sine divinitatis characte re, ii non solùm memorentur, sed & habeantur. Atque illud

h *Vide Annot. ad Maimon. Halach* Aboda Zara *cap. 5.*

i *De Idololatria, cap. 10.*

k *R. Nachmanides in* Pirush Tora *fol. 134. b. Vide de Gloss. Iarchii ad Exod. 23. 13. & ib. Paul. Fagium.*

l *Hal.* Aboda Zara *cap. 5. Mos. Mikotzi Prac. Neg. 32.* Shulcan Aruch *de Idololatria cap. 147.*

m *Vide Mos. Mikotzi Prac. Neg. 32 & Paul. Fagium ad Exod. 23. 13.*

על פיך quod *ex ore tuo* vertimus, interpretantur pro eo quod eſt, *per te* ſeu ex ratione ſocietatis ejusmodi à te initæ. Atque ex parili ratione, tûm votum nuncupari nomine Idoli alicujus, tum juramentum per illud præſtari ea lege volunt interdici Maimonides [n]; הנודר בשם עבודה זרה וחנשבע בה לוקה ש"נ ושם אלהים אחרים לא תזכירו אחד הנשבע בר' לעצמו ואחד הנשבע בה לגוי ואסור להשביע הגוי סראתו ואפילו להזכיר שם ע"ז שלו וזה שבועה אסור *Qui votum nomine Idoli concipit, & qui per illud jurat, vapulat. Nam & lex ſacra eſt* o, *& nomen Deorum aliorum non memorabitis. Neque diverſa eſt ratio ejus, qui ſibi ſic juraverit, & qui Gentili. Etiam nefas habetur adjurare Gentilem per id, quod is timet; & quidem memorare Idola ſeu cultum ejus ſub ratione juramenti, pariter vetitum.* Subjungit autem paulò poſt Maimonides ואסור לגרום לאחרים שידרו ושיקריבו בשם עבודה זרה *In vetitis etiam habetur in cauſa eſſe, ut quis alig ſive votum nomine Idoli concipiat, ſive nomine ejus pactum confirmet* ſeu *juret*; quæ omnia partim item in Misna [p], partim in Gemarâ Babyloniâ occurrũt. Neq; aliter intelligunt illud Misnæ הנודר בשמו והמקיים בשמו עובר בלא תעשה *qui votum concipit, aut jurat nomine Idoli, præceptum negativum violat*, id eſt, Legem quam diximus de non nominandis diis alienis. Sed & verba illa Misnæ vir doctiſſimus vertit; *qui votum concipit in nomine ejus, atque id exſolvit nomine ejus, violat interdictum.* Pœna autem forenſis, id eſt, heic verberum, non infligebatur ex hac lege, niſi ei, à quo, aut votum conceptum, aut juramentum præſtitum fuerat Idoli nomine. Maimonides; ואינו לוקה אלא הנודר בשמה והמקיים בשמה והוא הנשבע בשמה *Sed nemo vapulat*, (ex legis jam dictæ violatione, quâ ibi interpretatur,) *niſi qui votum conceperit, aut pactum cõfirmaverit, id eſt, qui juramẽtum præſtiterit illius nomine.* Neq; enim Idololatriæ ſpeciẽ faciebant hujusmodi ſive Vota ſive Juramenta. Neque divinitatem aliquam Idolis inde tribui exiſtimabant. Nam ſic ſupplicio ultimo punita fuiſſent, juxta capite primo dicta. In iis verò cenſebantur interdictis שאין בהן לא כרת ולא סיתרת ב"ד שלוקין עליהן *quorum ob violationem* (in ſacris literis) *neque Exciſionis pœna, neque ultimum ſupplicium, quod forenſe eſt, præſtituitur; ſed ex more recepto verberæ debentur.* Horum Numerus eſt CI.XVIII. Simul alibi [q] à Maimonide ſeries eorum exhibetur. Unde liceat heic obiter indiligentiæ in prole-

[n] *Halach. AbodaZara c.5 & Hal. Shcluchin-Weshoth-phin cap.5. Adde Moſem Mikotz. præc. Negat. 32.*

[o] *Exod.23.13.*

[p] *Tit. Sanhedrin ca.7. & Gem. Babylon. ib. fol. 63. b.*

[q] *Halach. Sanhedrin cap.19.*

gome-

Digitized by Google

gomenis ad libellum de Successionibus in Bona defuncti lapsum corrigere, ubi hâc de lege verba fecimus [r]. Numerum ibi, adjecto denario, correctum sequatur, *Octavus ibi est de* חנשבע בשמו *eo qui per nomen Dei alieni juraverit*, quod & fusiùs &c. Certè legis illius Sacræ interpretationi illi de juramento haud parum accedit versio vulgata. Etenim ea disertè, *Per nomen externorum Deorum non jurabitis, neque audietur ex ore vestro.* Cæterûm in sententiarum, quas diximus, Talmudicarum discrimine nihil reperitur, quod de alienis diis non blasphemandis apud Josephum & Philonem occurrit, omninò innitatur. Quin Magistri, qui *abominationis, rei execrandæ*, id genus alia contumeliæ nomina deorum mentioni (qui itidem mos est sacræ Scripturæ) adjici voluêre, planè non sine blasphemia eos à Judæis nominandos docent. Et exemplum est ea de re illustre in Historia sacra [s] de Elia & Baalis Prophetis. Atque ubi de abolendis Idolis, quæ תועבה id est *Idololatria* nomine designare solent, loquuntur Magistri [t], expressim interdum adjiciunt שצריך לכנותו לרע שמם נגאי *oportere ei nomina contumeliosa & opprobria ingerere.* Cæterùm ex alia lege sacra obtinuit apud aliquos opinio, (quæ hèic non prætermittenda,) Gentilium nemini licuisse, Numini patrio, seu quod ipse velut patrium coluerit, maledixisse. Quod de Gentili apud Ebræos, qui nondum solenni ritu Proselytus domicilii factus est, intelligendum. Verba sunt legis [u] superiùs etiam adductæ, *quicunque maledixerit* אלהיו id est, *Deo suo, portabit iniquitatem suam*; ubi paraphrasis Uzielidi tributa habet שמם כינוי אלהות *cognomini Dei sui.* Hac locutionis formulâ interdici volunt nonnulli [x], non solum cunctis mortalium Numinis sanctissimi ac Unici maledictionem; verum etiam Gentilibus, apud Ebræos, maledictionem Deorum, quos sibi adsciverant. Neminem scilicet Gentium Deo suo fictitio, cui nondum renuntiaverat, maledixisse, sine interdicti illius violatione; tametsi pœna mortis ibi præscripta ad eos tantùm attineret, (ut & verba legis posteà sonant) qui Deum verum, ejusque nomen sanctissimum blasphemarent. Sed disciplinæ Talmudicæ, seu quæ Magistris receptior est, quantum video, nimis est hæc dissona. Et de hisce hactenus.

Libri Secundi FINIS.

DE

[r] *Edit. Lond. 1636. pag. 12. Lugd Batav 1638. pag. **3.

[s] *1. Reg. 18. 27.*

[t] *In* Shulcan Aruch, *lib.* Iore Dea, *c.* 146. §. 15.

[u] *Lev. 24. 15.*

[x] *Videsis Abarbinel in* Pirush Tora *fol. 267. col. 4. & Theodoretum, item Augustinũ, alios, ibi.*

DE JURE NATURALI ET GENTIUM

Juxta Disciplinam

EBRÆORUM,

Liber Tertius;

In quo dispicitur, utrùm ad *Cultum aliquem Divinum alium* præter eum, qui *Simplici* jam enarratorum binorum interdictorum (quà *Negativa* sunt) & quæ sequuntur Præceptorum reliquorum Noachidarum *Observatione continetur*, *obligari voluerint Ebræi* Noachidas seu *Gentiles*, *& ad Qualem*. Item *Qualis Proselyto domicilii* seu *Gentili Hierosomis* alibive in *ditione Israelitica Cultus*, ex Jure Gentium sive Imperativo sive Interveniente, *Permissus*; *qualis Interdictus*. Et quid statuerint *Ebræi* de eo quod est, *an Sabbatum* seu *Septimus*, in dierum à rerum initiis periodis, *Dies Universo generi humano fuerit celebrandus*.

Cap. I.

Virum in superiùs explicatis Interdictis binis, *tàm* Affirmativum quid de Cultu insuper Numini exhibendo, quàm Negativum de Idololatriæ & Blasphemiæ abstinentia, *ex Ebræorum seu Talmudicæ doctrinæ mente contineatur*,

Explica-

Digitized by Google

EXplicatis in libro superiori prioribus binis Noachidarum seu Naturalibus Interdictis, (idque quatenùs merè Inderdicta sunt seu Præcepta Negativa,) nimirum altero, quod de Cultu Extraneo seu Idololatria datum est, altero, quod de Maledictione Nominis Divini seu Blasphemia, una cum Jure Gentium apud Ebræos ad utrumque, etiam in Negativis, spectante; consequens est, ut, priusquam transimus ad cetera, quibus mutua hominum inter se officia præstituuntur, dispiciamus, quid de Officio Cultuve alio (præter simplicem Negativis obedientiam præstandam, quâ quidem etiam cultum aliquem contineri nemo non videt) hoc vel illo ritu Numini à Noachidæ ultrà præstando heic velint Talmudici. Id est, ut videamus, quidnam Affirmativi in hisce Noachidarum præceptis circa Cultum Numinis contineri, sive docerent, sive admitterent. Etenim Cultum Extraneum universo humano generi fugiendum, utpariter & Blasphemiam, ex superiùs traditis, voluisse eos liquet. Ceterùm ita nihil præter Negativum quid & Abstinentiam tradi forsan videatur. Nam utrùm Præceptum aliquod aliud hâc de re affirmativum (excepto eo, quod est de simplici obedientia) quo obligentur Noachidæ, implicari inderdictis Idololatriæ ac Blasphemiæ innuerent, id est, utrùm insuper Colendum ex jure Hominum Communi vellent Deum Verum ac Benedicendum, (nam de Sanctificatione Numinis, cujus oppositum faciunt Profanationem, jam antè [a] fusiùs dictum est,) non omninò sanè ex eis, quæ de Interdictorum sensu suprà allata sunt, fit manifestum. Neque sanè de Affirmativâ heic parte perinde ac de Negativâ, dum de Jure Noachidarum agunt, expressiùs agere solent. Cæterùm ritè perpensâ eâ, quam tradunt, disciplinâ, haud difficile est elicere, etiam Deum Verum Noachidis seu universo generi humano colendum, eos, idque ex Jure Naturali, voluisse, & cetera, quæ Cultum solent comitari, veluti Benedictionem, Amorem, Majestatis agnitionem, Gratiarum actionem, id genus reliqua, à cunctis eodem Jure præstanda. Jurium scilicet Noachidarum seu Naturalium de Officiis ergà Numen ratio eis planè erat Duplex. Altera, quâ Rempublicam seu Ecclesiam Ebraicam ita spectabant, ut Proselyti domicilii,

[a] *Lib. 2. cap. 12.*

Digitized by Google

seu quod idem est, Noachidæ in Ebræorum ditione agentes ob eorum violationem essent ex sententia forensi seu Jure Gentium, sive Imperativo, sive Interveniente puniendi; cujus rei exempla habentur libro in superiori. Altera, quâ universum genus humanum ex Imperio Numinis atque pœna violationi inde, sed non ex sententia fori civilis, imminente, simpliciter obligari ad ea servanda volebant. Diffitendum quidem non est, ratione priori, Affirmativum quale diximus de Cultu seu Benedictione in memoratis Interdictis seu eorum materie contineri seu innui præceptum nullum. Neque enim docent Proselytum domicilii seu Gentilem in ditione agentem Israeliticâ, eò quòd non coleret Numen, sic fuisse puniendum; id est, Numen ab eo sive Formulâ sive tempore aliquo præstituto esse colendum, pœnamque simùl ejusmodi præcepti violationi apud ipsos in foro civili imminere. Præter Idololatriam ac Maledictionem Numinis, nihil omninò ex Jure Naturali seu hominum omnium communi pro Crimine seu Delicto circa Sacra, quatenus scilicet Noachidas solùm ea respiciebant, in foro, quoties sistebetur Proselytus domicilii seu Gentilis ejusmodi, ipsis est habitum. Adeoque Præcepto Noachidarum de Cultu affirmativo ibi locus nullus. Posteriori autem ratione, sensus eorum proculdubiò erat; obligari quidem tum Proselytos domicilii, tum reliquum genus humanum ad Cultum divinum. Quem tamen si non præstarent, Numinis solius expectandam esse, non civilem, vindictam. Quoniam verò hujusmodi Juris usus forensis in eo, quod Negativum erat, interdicti formulâ conceptum, omninò versabatur, ideò passim negativè seu de Abstinentia Idololatriæ ac Maledictionis, non pariter affirmativè seu de Cultu exhibendo aut Benedictione, in Commentariis eorum, præcepta hæc, quæ ad officia erga Numen singularia spectant, solent exprimi. Ita interim, ut pariter credendum sit, etiam ex ipsa Negatione Idololatriæ ac Maledictionis seu Blasphemiæ, Affirmationem de Cultu & Benedictione Veri Numinis simul voluisse eos insinuari. Nimirum Cultum qualemcunque Divinum adeò in universum præstari solere, ut nemo sit hominum, mentis non depravatissimæ, qui eum rei alicui, Divinitatis nomine, non præstiterit, seu duxerit præstandum.

Digitized by Google

randum. Id est, aut Cultum Verum, aut Falsum seu Extraneum. Atque ita & Falsi Cultùs interdicto, cujus simpliciter ac Negativè sumpti in foro apud eos solùm ratio habebatur, breviusculè concepto, Verum consequenter ac Affirmative imperari generi humano à Numine (tametsi non sub pœna ex ipsorum fori sententia infligenda) volebant. Adeo ut sensus esset, idque ab ipsa rerum origine seu tempore Interdicti, uti aiunt illi, dati; Deos alienos non habendos seu colendos esse, sed tantùm Deum illum Unicum ac Verum, secundum id etiam, quod habetur in fronte Decalogi. Nam & quod legitur ibi *de non habendis diis aliis*, interpretantur subinde etiam Magistri [b], quemadmodum & scriptores Christiani, velut de Cultu vero Deo exhibendo, à Numine pariter, & satis expressim dictum. Quin & *aliorum* nomen, uti & *Alieni* in *Cultûs Alieni* seu *extranei* vocamine, ita Exceptivi, velut *nisi*, *præter*, *sed*, vim innuit, ut quod excipitur seu Verus Deus ejusque cultus ex locutionis formulâ satis affirmativè contineri possit. Juxta ferè receptius illud apud Jurisconsultos; *Promitto* [c], *quòd nunquam aliam accipiam uxorem nisi te*, sponsalia contracta esse, perinde ac si dictum fuisset, *in uxorem te accipiam*. Quæ vocabula à nonnullis controvertuntur quidem, dum de sponsalitio contractu agitur; verùm non quod vim Exceptivi affirmativam omninò quis simpliciter neget, sed quòd non in vulgi collocutionibus, unde hujusmodi fieri assolent contractus, perinde ac in legibus ac decretis ex graviori prudentum sermone natis, Exceptivi ejusmodi vim solùm admitti velint, nec sanè immeritò, aliqui. Nec prætereundum est heic illud Naamanis Syri, qui velut Proselytus domicilii Cultu extraneo renuntians, *servus tuus*, inquit Elisæo [d], *non faciet amplius Holocaustum & Sacrificium Diis* seu *Deo alieno*, seu *alio præter Dominum*; quasi dixisset, *sed faciam Domino*. Sed ut hæc jam dicta rectè capiantur, & quid de Noachidarum ad Cultum Numini præstandum obligatione, (quà Benedictionis obligationem involutam esse nemo non videt,) senserint Ebræi, liquidò satis constet, fusiùs est agendum, & res altius repetenda. Tria igitur sunt primò heic consideranda. Primum, Cultûs Divini, legitimi scilicet ac Deo vero & unico citra Idololatriam exhibiti, qui ab ipsis

[b] *Videsis* Isaac. Abarbinel lib. Rosh Amanac. 7, &c.

[c] Alexand. 5. Consil. 152. 156. Decian. Consil. 133. Albericus Gentilis de Nuptiis, lib. 4. cap. 8.

[d] 2 Reg. 5. 17.

rerum initiis usque in tempora Mosaica ubicunque locorum, & dein extra Territorium seu ditionem Israeliticam Noachidis, florentibus Ebræorum rebus, in usu fuit; Genera, Tempora, Loca. Secundum, Cultûs illius, qui Ebræis post Legem data in usu, Genera, item Tempora & Loca. Tertium denique, qualisnam Cultus ex Jure Ebræis Gentibusque aliis Imperativo aut Interveniente, sive Proselytis Domicilii seu Noachidis in Ebræorum ditione agentibus, sive exteris aliis, qui tametsi ibi non agerent; sacris nihilominus citra Judaismum Hierosolymitanis misceri subinde cupiebant, Interdictus sit; Qualis item Permissus; & quare Cultus aliquis sic, sive Permissus, sive Interdictus. Nam ex his, ut oportet, diligentiùs perpensis, etiam & Obligationem, quâ ad Cultum divinum obstringi Noachidas, utcunque in foro ab ipsis ob violationem non puniendos, sed Numinis vindictæ relinquendos, innuerent, absque difficultate eliciemus.

Cap. II.

Proponuntur aliquot, quæ Capitis superioris Disquisitioni inserviant. Cultûs simplicioris Numinis Veri *à rerum initiis usque in Mosaica tempora; ac dein ejus qui* aliis præter Ebræos, *dum stetit eorum respublica*, Gentibus in usu, *Consideratio brevis.*

QUod ad Cultûs divini, quo usi sunt Noachidæ eorumque decessores vetustissimi, Genera heic attinet; scimus paulò post ipsa rerum initia Cultum divinum per Oblationes exhibitum, ut in sacrificiis Abelis & Caini. Adæ item similis tribui solet, idque ex eo, quod tunicas haberet[e] ipse & Eva pelliceas. Oblationum autem Abelis & Caini, hujus frugum, illius pecorum, ratio traditur in vetustis Orientalium aliquot Christianorum monumentis. Utrosq; nimirum ex Adæ patris monito sacrificâsse, cum contenderent de Sororum conjugiis, atq; eam deperiret Cainus, quam ei conjungi nefas pronunciârat pater. Nam cum Abele gemellâ natam Avvinam, cum Cainò Azronam aiunt. Hanc autem

[e] *Genes. 3, 21.*

Digitized by Google

autem ſibi in uxorem jungere voluiſſe Cainum, refragante Ada, & Avvinam ei, uti & Azronam Abeli, (ne alteruter ſuam haberet gemellam,) deſtinante, & demum ad hunc modum utrumque monente, (خذا من ثمار الارض ومن اولاد الغنم واطلعا لي راس هذا الجبل المقدس ✻ وقربا قربانكما ✻ وحينئذ تاخذا لمسالمابك فحاب قابين من ثمار الرضه بقربانهن الا طيبه نقيه ✻ فحاب هابيل من ابكار غنمه بقرابين الا طيبه نقيه ✻ فنظر الله الي راس الجبل لان دخل الشيطان في قابين ان يقتل اخاه هابيل من اجل امرون لخته ✻ ومن اجل هذا لم يقبل الله قربان قابين ✻ ولما قدما لرابيهما قبل الله قربان هابيل ولم يقبل قربان قابين *Sumite vobis ex fructu telluris, & ex fœtu gregis, & aſcendite in montis hujus ſancti cacumen, & offerte oblationes veſtras, atque tum accipietis uxores veſtras. Attulit autem Cainus è frugibus terræ ſuæ oblationem Dei opimam mundamque. Abel ex primogenitis gregis oblationem opimam mundamque. Cum autem ſimùl aſcendebant in montem, Diabolus ſuggeſſit Caino, ut interficeret fratrem ſuum Abelem, ob Azronam ſororem ſuam; unde fiebat, ut non acciperet Deus oblationem Caini. Et cum offerebant oblationes ſuas, accepit Deus oblationem Abelis; Caini verò reſpuit.* Ita ſcilicet Saidus Batricides Patriarcha ante annos ſeptingentos aut circiter Alexandrinus. Et apud Ebræos[f] ſanè de gemellis illis ac Caini in fratrem ob gemellæ ſuæ amorem malevolentia, parilis ferè habetur narratio. Noachum autem, altari extructo[g], obtuliſſe holocauſta legimus, nec Abrahamum[h] ſemel & Jacobum[i] aras erexiſſe. Preces[k] item, Benedictiones, Adorationes, Sacrificia, Vota in Intervallo illo habentur, quod Legem Moſaicam antevertens ad Noachidas generiſque humani univerſitatem pariter attinuit. Primogenitorũ tunc temporis ſacerdotia, de quibus alibi egimus[l], prætermitto. Et Jumenta pariter omnia, Feræ, Volucria ſine ſexûs diſcrimine, aut vitii corporis ratione, altari ſatis

f *Apud R. Eliazer in* Pirke *cap. 21.*
g *Geneſ. 8, 20.*
h *Ib 12. 7. & 13. 18.*
i *Ibid. 22. 5. 13. & 28. 18. & 33. 20. & 35. 1.*
k *Geneſ. 14. 20 & 20. 17. & 28. 20. & vide 6. ult. Job. 42. 8.*
l *De Succeſſione in Pontific. lib. 1, c. 4.*

Digitized by Google

idonea tunc habita; excepto, quod Noachidis [m] immundum erat. Nam de immunditie animalium etiam Noacho, nemo nescit, monitum à Numine datum. Gemara Babylonia ubi de Primogenitorum sacerdotio & tempore, quod tabernaculi structuram præcedit, loquitur, statim subjungit [n] והכרי כשרין להקריב בחמה היה ועוף זכרים ונקבות תמימין ובעלי מומין טהורין אבל לא טמאין והכל קרבו עולות *Et universa animalia vitè offerebantur, sive Iumentum*, seu *pecus, sive Fera, sive Avis, idque tàm fœminea, quam masculæ, tàm vitiosi, quàm integri corporis, modo ex mundis essent, non item immunda. Et victima sic oblata fuêre cuncta Holocausta.* Nam & sic interpretatur glossa שלא היו מקריבין אלא עולות *quod non offerebant alia* (saltem eorum quæ immolabantur) *præter Holocausta.* Ad idem intervallum attinet illud Domini ad Eliphazum, & amicos ejus duos; *Iratus* [o] *est furor meus contra te, & contra duos amicos tuos; quia non estis locuti de me rectum, sicut servus meus Iob. Nunc igitur tollite vobis septem boves, & septem arietes, & ite ad servum meum Iob, & offerte Holocaustum pro vobis, & Iob servus meus orabit pro vobis.* Atque ex jam memoratis etiam satis liquet, tàm Ilastica seu Propitiatoria atque Expiatoria, quàm Eucharistica fuisse sacrificia Noachidarum decessorumque. Controvertitur autem Panis & Vinum [p] à Melchisedeco prolatum. Et Theologi, qui utrinque disputant, obvii sunt. De sacrificio ea non sumunt Ebræi. Sed de ipso, quantùm ad hanc rem, in Christianis Orientalium monimentis vulgo non prostantibus habetur traditio, quam adjicere non pigebit. Cruentis nempè eum sacrificiis omninò abstinuisse, etiam & abstinere debuisse, & Panem ac Vinum duntaxat Deo obtulisse. Tantundem enim de eo afferitur apud Saidum Batricidem Patriarchum illum Alexandrinum jam antè laudatum, idque tum ex vaticinio, quod de eo effatus est (sic è veterum scriptis Batricides ille) Noacho filio Lamechus, tum ex consonis, quæ è Noacho accepit Melchisedecus, ea de re mandatis. Scilicet Adæ corpus, aromatis, ut ipse moribundus præceperat, conditum, ê Sethianorum monte ubi *in spelunca Thesauri* repositum est, in وسط الارض في مغارت الكنوز

[m] *Vide Gen. 8. 20.*

[n] *Ad tit. Zebachim, cap. 14. fol. 115. b. sic Abulensis in 1. Paralip. cap. 16. quæst. 28.*

[o] *Iob. 42. 8.*

[p] *Genes. 14. 18.*

Digitized by Google

الارض *Medium seu Umbilicum Telluris* postmodum transferendum, idque exipsius etiam jussu. Atque eam rem ut procuraret, in mandatis dedisse Noacho Lamechum paulò ante obitum. Adæ igitur corpus, uti & aliorum Patriarcharum ita sepultorum, in arcam secum tulisse Noachum, idque ad exitum vitæ fermè retinuisse. Moribundum autem Semo imperasse, ut corpus Adæ clàm inde educeret. وخذ معك

شبرا وخمرا لمعونت الطريق * وخذ معك ملسبسادق

ابن فالق * واذهبا حتى تجتمع له حيث يريكما

ملاك الله * ولوصي ملسبسادق وقول له يجلس في

ذلك الموضع ولا تبخل له بشيء * ويكون ناسكا سايرايام

حياته * لان الله لختاره ان يخلص عدله * ولا يبقي له بيت

ولا يقرب ذبايح * لا سبع ولا طير * ولا شي من الحيوان *

ولا يخرج هناك قربان * الا خبزا وخمرا * يكون يقرب الى

الله *Et accipias tecum Panem & Vinum in Viaticum. Accipias item tecum Melchisedecum filium Phalegi*, (ita vocatur apud Batricidem), *& progrediamini usque in locum, ubi recondendum est corpus illud, quem vobis indicabit Angelus Dei. Impera autem Melchisedeco ei dicens, quod in loco illo sedes sibi ponat, nec uxorem ducat, sed ut religiosus reliquos vitæ suæ dies transigat, quoniam Deus eum elegit, ut ministret coram eo. Nec ædificet sibi Templum, nec Sanguinem effundat, sive Pecoris, sive Volucris, sive alius cujuspiam animalis, nec offerat illic Oblationes alias præter Panem & Vinum, quæ Deo offerenda sunt.* Quæ ferme (præter alia ad hanc rem non spectantia) priùs ibi Noacho dixerat de eodem Lamechus, subjungens لان من هناك يكون خلاص لكم *quoniam inde erit salus* seu *Salvator Adæ*. Locus scilicet, Telluris Medium, seu Umbilicus in Traditione hac est Golgotha, ubi crucifixus Jesus Christus. Quo nomine non semel apud Judæos Hierosolyma dicuntur,

cuntur. Atque illic à Semo & Melchisedeco repositum juxta mandata illa Adæ Corpus ibi postea narratur. Sed de Cultu Divino Temporum vetustissimorum, seu quæ Mosem præcedunt, consulas Jacobum Bolducium in libris q de Ecclesia ante Legem, Joannem Cloppenburgium in Sacrificiorum Patriarchalium Schola, Paulum Burgensem in Scrutinio r Scripturarum, præter Alexandrum Alensem s, Scriptores ad Genesin obvios, & qui de Sacrificio Missæ scripsitant nonnullos. Accedant heic varii in Libaminibus, Frugibus, Hostiis, Aromatibus, aliis Numini Vero offerendis ritus, quos usurpabunt Philosophi aliquot Gentilium seu viri cordatiores, Deorum multitudinem non omninò re, utcunque nomine (quod pluraliter passim Ebraicè usurpari etiam in Sacris literis, dum unicus Deus O. M. innuitur, nemo nescit) admittentes. Secus illis nempè ac Regionibus, quibus Cultûs formulæ nondum à Numine expressius præscriptæ. Apud Græcos veteres ac Latinos (præter singulares aliquot Lustrationum ac Februationum, sine Oblationes ritus, Supplicationes, Initia, id genus alia ad Cultum spectantia) Bina Sacrificiorum genera illa sexcenties occurrunt, quæ ab exemplo vetustissimo Abelis & Caini in genus humanum manasse non immeritò sanè existimant viri docti u. Alterum Cruentorum, veluti Victimarum, seu Hostiarum; quale Abelis fuit; alterum Incruentorum, veluti Frugum; quale Caini, id genus alia. Et utrumque in Panis & Casei oblatione ritè conjungi exhiberique volebant Hæretici quidam prisci, Artotyritæ inde x dicti. Sed de Sacrificiis Gentilium fusiùs Lucianus in Prometheo, Porphyrius in libris de Abstinentia animalium, alii tum veteres tum recentiores, qui de eis Volumina conscripsère integra. Et Gentium Sacrificia ejusmodi tàm Ilastica atque Expiatoria seu Purgatoria quàm Eucharistica, passim liquet tum apud autores omnium manibus tritos, tum ex dedicationum altarium formulis; quarum exempla ampliora tametsi habeamus satis pauca, ex eis nihilominùs, quæ extant, mentem Dedicantium, adeoque Sacrificantium elicere non ita est difficile. Digna est, quæ ad hanc rem observetur, Ara illa Jovi O. M. sub Annum Christi CXXXVII Salonæ in Dalmatia dedicata y, Cn. Domitio Valente

q *Lib. 1. cap. 1. cap. 2 lib. 2. cap. 5. &c.*

r *Part. 2. dist. 3. cap. 11.*

s *Summæ part. 4. membr. 1. s. 3. 4. & 5.*

t *Videsis S. Thom. 2. secunda quæst. 85.*

u *Fortunius Liceius, in Encyclopedia ad aram Nocturnii Terrigenæ, cap. 9. pag. 96. & 97.*

x *Guido de Perpiniano haref. 28.*

y *Apud. Ian. Gruter. pag. 23. num. 12. & Rosinum Antiq. Rom. lib. 2. cap. 2. Barnab. Brissonium, Formularū lib. 1.*

Digitized by Google

Valente Duumviro, præeunte C. Julio Severo Pontifice. Verba, quæ huc spectant, sunt; *Hanc Tibi anm Iupiter Opt. Max. Dico Dedicoque, uti sis volens Propitius mihi Collegusque meis, Decurionibus, Colonis, Incolis Coloniæ Martiæ Iuliæ Salonæ, Conjugibus, liberisque nostris.* Ipsa, ni fallor, ara jam Patavii visitur. Sæpius item *ex voto* & *pro salute* nunc dedicantis & suorum, nunc Principis atque aliorum dedicationes ejusmodi factæ. Et in universum hâc de re Paulus Burgensis Episcopus, exjudæus [z]; *In qualibet ætate, & apud qualibet hominum nationes semper fuit aliqua Sacrificiorum oblatio. Quod autem est apud omnes, naturale est. Hujus autem rei ratio est. Nam sicut in rebus naturalibus, inferiora naturaliter suis superioribus subduntur; ita etiam naturalis ratio dictat, ut secundum naturalem inclinationem homines ei, quod est supra omnes, subjectionem & honorem exhibeant secundum modum homini convenientem. Qui quidem modus est, ut sensibilibus signis utatur ad exprimendum interiorem conceptum, sicut ex sensibilibus cognitionem accipit invisibilium. Unde ex naturali ratione procedit, quòd homo sensibilibus rebus utatur, offerens eas Deo in signum subjectionis & honoris ad similitudinem eorum, qui Dominis suis aliquid offerunt in recognitionem Dominii.* Sic ille uti & S. Thomas [a]. Alii tantundem non rarò. Fuêre etiam in Sacrificiis Gentium aliquot, Hostiæ Humanæ, quod pueri sciunt; Eæque, ut nonnulli voluêre, ex Ebræorum aliquo ritu per imitationem desumptæ. Sed ea de re plura, libro quarto, ubi Caput de Homicidio tractatur. Atque ut Noachidis seu Gentilibus Cultûs Genera sic variabant, ita etiam Tempora & Loca. Nam similiter, pro diversitate morum, alia atque alia ab ipsis pro arbitrio Festa instituta observataque; alia item atque alia Fana, Delubra, Altaria, Cultui sacrata. Et spontaneæ Oblationes ritusque alii Sacri quoquo Tempore ac Loco ferè pro re natâ adhibiti.

[z] *Scrutinio Scripturarũ part. 2. dist. 3. cap. 11.*

[a] *Secunda quæst. 85. art. 1.*

Cap. III.

Cultus Divini, *qui Ebræis ex Lege Sacra in usu*, Generum, Temporum, Locorum *Synopsis. Horum quanam, sive* Permissa, *sive* Interdicta Proselytis Domicilii *seu* Gentilibus in ditione Israelitica, *summatim indicatur.*

QUod ad Secundam heic Diſtributionis partem attinet, ſeu ad Cultum Ebræis ipſis in uſu; Genera quidem ejusdem, nemo neſcit, fuiſſe perquàm multiplicia. Ea partim in Precibus, Adorationibus, Benedictionibus, Gratiarum actionibus viſuntur; partim in Victimis, Sacrificiis, Oblationibus Præſtationibusque in Corpore Moſaico memoratis, præter Solennem ceſſationem à laboribus, & obedientiam inſuper, quâ & Præceptorum Corpus reliqvum erat obſervandum. Preces autem, Adorationes, Benedictiones, Gratiarum actiones conſiderantur heic, aut quà ſimplex in eis Cultus habitus, aut quâ ritus ſingulares inſuper Ebraici ipſis, ſive ex Lege ſcriptâ, ſive ex moribus ſuperindictis conjuncti ſunt. Similiter Sacrificiorum, Oblationum, ac Præſtationum, atque actuum Sacrorum multiplicium, qui ipſis in uſu, ratio ineunda eſt duplex; aut quà ex humani generis uſu ſolenniores erant, ſpontaneæ ac ſimpliciores, aut quà adjecta habuere Juſſa, Ceremonias, ritusque Ebræis peculiares. In Priori genere cenſebant ipſi Holocauſta planè Spontanea, tum quæ Sacris uſibus reliqua, ſive ex Voto, ſive ex Donatione ultrò ac ſimpliciter addicta ſunt. Poſterioris generis exempla habentur in Libaminibus, Pacificis, Expiatoriis, quorum & ritus varii Ebræis præſcripti ſunt, & finis, præter Simplicem Cultum, diverſimodè etiam peculiaris; quemadmodum inſuper in annuis dimidiorum ſiclorum penſitationibus, decimationibus, agni Paſchalis comeſtionibus, Primogenitorum Conſecrationibus, & quæ ſunt ejusdem commatis ceteris. Quod ad Tempora autem ſpectat hujusmodi Cultûs; Dies Feſti, præter Jejunia, fuêre ipſis non pauci, veluti Sabbatum ſeu Septimus quique in periodo dierum à rerum conditu putatorum dies, dies Paſchales, Neomeniæ, Scenopegia, alii nemini ignoti. Sacrificia item matutina & veſpertina. Preces pariter quotidiè cum Gratiarum actionibus effundendæ. Etiam & Horæ Precum, uti apud Chriſtianos Canonicæ, ipſis peculiares. Preces enim, Benedictiones, Gratiarum actiones ac Celebrationes Numinis etiam in Legibus ſacris juſſas ajunt,

ajunt, veluti ex illa [b] ועבדתם את יהוה אלהיכם *& servietis Dominum Deum vestrum*, seu *Coletis* &c. & ex illo [c], *ut diligatis Dominum vestrum, & servietis ei toto corde vestro, & tota anima vestrâ*, seu *colatis eum toto* &c. Et in Sapientum scitis [d] habetur אתן היא עבודה שבלב זו תפלה *Cultum cordis esse precationem*. Id verò, quod hoc nomine præstandum volunt, sic describunt. שיהא אדם מתחנן ומתפלל בכל יום ומגיד שבחו של הק"בה ואחר כך שואל צרכיו שהוא צריך להם בבקשה ובתחנה ואחר כך נותן שבח והודיה לה'על הטובה שהשפיע לו כל אחר לפי כחו *ut homo quotidiè supplicationibus & deprecationibus utatur, & laudes Dei Benedicti exprimat, & dein ea, quæ sibi sint necessaria, petitionibus & deprecationibus postulet; quo peracto, etiam profiteatur cum Numinis laudibus Bona ab eo ubertim accepta, quantum fieri potest, etiam singula.* Quoniam autem Tempora Precibus & Gratiarum actionibus hujusmodi in Lege sacra neutiquam præstituuntur, ideò ex Majorum [e] sancitis inolevit, ut Tempora Precum jugis Sacrificii Tempora imitarentur, adeoque Matutinum contineretur intra quatuor horas inæquales à Solis ortu, & Vespertinum horâ dimidiâ post nonam inciperet. Prætermittimus discrimen ex adjectitiis Festorum sacrificiis ortum, quod explicant Talmudici aliique [f]. Victimarum autem & Libationum Locus Tabernaculum & Templum Ebræis erat. Et sunt in Pentateucho peculiares de Loco leges [g]. Precibus & Benedictionibus nullibi non usi sunt, nisi loci immundities obstaret. Jam verò tametsi nihil magis inculcant, quàm Legis Mosaicæ corpus integrum esse מורשה קהלת יעקב *hæreditatem ac peculium Ecclesiæ Iacob*, adeoque sibi proprium faciunt, nec Gentibus aliis pariter à Numine datum; nihilominùs Gentes alias ipsis non subditas, nec in Judaismum receptas, ex eodem, velut ex optimo archetypo, sibi leges seu Legum exempla non pauca sumsisse, ritusque Mosaicos sæpiùs, ut revera se res habuit, tâm in Sacris, quàm Profanis imitatas esse gloriantur. Neque enim ita sibi Proselytisque suis proprium id corpus fecêre, quin semper fas fuisse opinarentur, exteris qualibuscunque (modo Proselytos Domicilii excipias, de quibus statim) ex eodem Juris capita, pro arbitrio, sibi seligere. Non aliter atque Anglis, aut Gallis fas est, (quod nemo non videt,) ex Italorum aut Hispanorum, his vicissim ex

[b] *Exod. 23. 25*
[c] *Deut. 11. 13.*
[d] *Gemar. Hierosolym. ad t. Beracoth cap. 4. fol. 7. col. 1. Sepher Siphri col. 140. Maimonid. Halach. Thephilla Webarceth Cohenim cap. 1.*
[e] *Mish. tit. Beracoth c. 4. Maimon. Hal. Thephila Webarceth Cohenim cap. 3. Moses Mikotz. Præcept. affirm. 19.*
[f] *Samuel Petitus Variar. Lect. lib. 1. cap. 15.*
[g] *Deut. 12. 5. & 16. 2. & 5.*
[h] *Deut. 33. 4.*

Digitized by Google

illorum legibus & moribus ea pro re nata & libitu desumere, sibique sua seorsim potestate ac imperio sancire, quæ rerum suarum administrationi fuerint accommodatiora. Cum interea alteros alterorum, quà alterorum, legibus neutiquam teneri, uti nec Gentes alias Judaicæ legis Corpore, quà Judaicæ, obligatas esse sit manifestum. Huc spectat illud, quod per hyperbolen forte, sed quæ hac in re mentem eorum satis aperit, traditur de Lege Mosaica cippis seu columnis i inscripta, idque linguis Septuaginta, (quo numero Gentium universarum lingvas solent denotare,) atque inde à Gentibus, velut divinum sibi in rebus ordinandis exemplar, descripta. Sic enim de lege sic inscripta aiunt Talmudici k; בבר יום ויום אומות העולם משרחין נוטריהן ומשיאין את התורה שהיתה כתובה בשבעים לשון *Indies Gentes mundi miserunt notarios* seu *Scribas suos, qui sibi adferrent legem scriptam in linguis Septuaginta.* Et נתן הקב"ה בינה בלב כל אומה ואומה והשיאו את התורה שרשומה נתונה בשבעים לשון *Dedit etiam Deus O. M. intelligentiam cordi singulæ gentis, ut procuraret sibi Legem illam* (ejusdem Exemplar) *linguis Septuaginta conscriptam.* Consonum & illud est, quod habent l de ipsâ legis datione, per hyperbolen etiam dictum, קולו הולך מסוף העולם ועד סופו *dantis vox exivit ab altera extremitate Mundi ad alteram.* Neque hisce obstat omninò, quod habetur in Calendario Judaico de Jejunio ob Pentateuchum Græcè ab Interpretibus Septuaginta sub Ptolemæo Philadelpho versum quotannis observando. Scilicet ad octavum diem mensis Tebeth, (qui Decembri nostro fermè respondet,) *Jejunium. Scripta est lex Græcè diebus Ptolomæi Regis. Tenebræ triduo per totum orbem.* Nam ad diem VIII Tebeth spectat illud Jejunium, ut ritè collocatur à Josepho Scaligero m, Francisco Ribera n, aliis; non ad diem secundum, ubi perperàm Gilberdus Genebrardus o, & ejusdem sequax Paulus Guldinus p poluêre. Dum autem se graviter cruciant Magistri aliquot ad causam Jejunii hoc nomine sic memorati eliciendam, atque aliam aliamque ejusdem & Tenebrarum, pro timore summo, mentionis afferunt, nullam omninò in eo ponunt, quod aut nefas esset, aut lugendum, Legem sibi peculiarem cum Gentibus aliis, per ejusmodi versionem, communicari. Quâ de re videsis; quæ adnimadvertunt Samuel Peti-

i Vide Deuteron. 21 8. & Iosue 8, 32. & Magistros ibi.
k Misna, & Gemara Hierosolymitana ad tit. Sota c. 7. fol. 21. col. 4. hal. 5. & Videsis Seder Olam Rabba c. 11. & Lebi Ben Gersom. & D. Kimchiû ad Iosue 8.
l Gemar. Babylon. ad tit. Zebacim ca. 14. fol. 116. a unde intelligendus Salomõ Iarchius ad Psal. 29, 7. & vide Gemar. Babylon. ad tit. Aboda Zara cap. 1 fol. 1. & Iosephum Albo in Sepher Ikarim part. 3. cap. 20.
m Calend. Iudaic. in Camonl Synagog. lib. 1. pag. 42.
n De Templo L. 5. pag. 21.
o In Calend. Iudaico.
p Refutatione Elenchi Calendarii Gregoriani Lib. 5. cap. 12.

Digitized by Google

Petitus [q], & Joannes Morinus [r]. Quin apud Philonem [f] expressim legimus. Festum quotannis in Pharo insula ubi πρῶτον τῆς Ερμηνείας ἐξέλαμψε *primo versio illa effulsit*, non solùm à Græcis, sed & Judæis ipsis ideò celebratum. Legis igitur suæ seu Mosaicæ capita Judæi Gentibus aliis, quæ sibi subditæ non sunt, nunquam ita inviderunt, ut ejusdem, velut exemplaris optimi, usum eis pro libitu, atque ut res eorum postularent, non usquequaque licitum esse juxta jam dicta arbitrarentur. Quod ita de gentibus locisque extra ditionem Israeliticam dictum, aliter se multò habuit in Proselytis domicilii ac Gentilibus sive in ipsorum ditionem redactis, sive sacris (quod idem fermè heic est) Hierosolymitanis citra Judaismum misceri cupientibus, etiam dum abientes erant. Fuêre sanè singularia quædam, ex ipsius Numinis imperio seu Gentium heic Jure Imperativo, circa sacra, tam Proselytis Domicilii, quàm Ebræis expressim interdicta, utputa vitiosorum [t] animalium aliarumque specierum quàm quæ præstituuntur oblatio. Ceterorum autem, quæ in corpore Mosaico ad Cultum attinent, pleraque, ex Jure Gentibus aliis ac Ebræis Interveniente, atque juxta receptam à Majoribus Legis sacræ interpretationem, Proselytis Domicilii etiam vetita sunt, utcunque Ebræis imperata; alia vicissim illis pariter atque his permissa. Quòd Tertiò, juxta distributionem superiorem est considerandum. Monuimus suprà, Cultûs apud Ebræos genera seu actuum sacrorum rationem haberi duplicem; aut quà simplices fuêre citra Mosaicorum aut peculiarium Ebræis rituum commistionem, aut quà sic commisti. Actus sacri seu Cultûs genera sic commista Proselytis domicilii (modò paucula illa, quæ ex Imperativo jure ab ipsis, in hostiis seligendis, erant observanda, semper excipias) non omninò permissa sunt. Nec Gentilibus aliis; sacris Hierosolymitanis, dum abientes erant, misceri cupientibus. Veluti Sacrificia Pacifica & Expiatoria, & quæ sunt cetera (præter Holocausta spontanea) in Pentateucho memorata, Primitiarum, Decimarum, dimidiorum siclorum, annuæ pensitationes, & quæ sunt id genus plurima. Quæ autem sic neutiquam ritibus Ebraicis commista sunt, sed solemniori humani generis, etiam à rerum initiis, usu ac simpliciori animi affectu niti existimabantur,

[q] *Var. Lect. lib. 2. cap. 1.*
[r] *Exercit. Biblic. 8. lib. 1. cap. 3.*
[f] *De Vita Mosis Lib. 2.*
[t] *Levit. 11. 18.*

Digitized by Google

ea Proſelytis domicilii & Gentilibus, quales diximus, planè ſunt permiſſa. Veluti Preces, Adorationes, Benedictiones, Holocauſta Ultronea ac ſimplicia, atque Oblationes Spontaneæ, & Vota ſimplicia. Tempora item hiſce præſtandis promiſcuè permiſſa, ita tamen, ut nec Feſtum aliquod Ebraicum Proſelytis domicilii celebrare fas eſſet, nec ſibi Feſtum aliquod ſtatuere, aut alibi ſtatutum in ditione Iſraeliticâ obſervare. Cultûs autem Locorum ratio ſic habenda erat, ut nec eorum, quæ libro in ſuperiori de Lucis non plantandis, & Statuis ſeu Altaribus non erigendis (intra ditionem Iſraeliticam) ex Jure Interveniente adducta, à Proſelyto domicilii quid violaretur. Tametſi vix ſit quod dubitemus, quin, quoties Excelſa Iſraelitis autoritate publicâ in uſu, (quâ de re ex Hiſtoriâ ſacrâ ſatis conſtat,) etiam & Proſelytis domicilii fas eſſet in eis Holocauſta offerre. Etiam ad Templum (quâ locutionis formulâ uti heic malo; tametſi etiam in Templo dici poſſet pro varia Templi notione, ut infrà patebit) locum habuêre ejusmodi Proſelyti, ceterique Gentiles Proſelytorum inſtar, qui cultûs gratiâ illuc ſubinde ſe contulerant. Sed hæc luculentiùs intelligentur è Teſtimoniis, quæ proximè afferimus, ſingula inde acuratiùs explicaturi.

Cap. IV.

Teſtimoniis fuſiùs confirmatur, quod jam antè aſſeritur de Simpliciori illo Cultus Divini *Genere, ſeu quod in* Precibus, Adorationibus, Gratiarum actionibus, Holocauſtis, *aliisque* Oblationibus planè Spontaneis, *ac* Votis, *citra juris ac rituum Ebraicorum commiſtionem, conſiſtit*; Proſelytis Domicilii *aliisque Gentilibus in ditione Iſraelitica* Permiſſo; Cultu *verò* Ebraico, *qui in Victimis* Expiatoriis *ac* Pacificis, (*quatenus ab* Holocauſtis Spontaneis *diſtinguuntur*) *alius id genus Sacrificiis*, Primitiarum, Decimarum, *& quæ ſunt ſimilium præſtationibus habetur*, *eis* Interdicto.

De

DE Precibus & Adorationibus Proselytis domicilii seu Gentilibus in Templo Hierosolymitano, (quomodò id capiendum, ostenditur Capite septimo,) Permissis, satis quidem docemur ex ipsa Salomonis Regis ad Deum de Templo suo Oratione, *Insuper*, inquit u *& Alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de Terrâ longinquâ propter Nomen tuum, (audietur enim Nomen tuum magnum, & Manus tua fortis, & Brachium tuum extentum ubique,) cum venerit ergo & oraverit in hoc loco, Tu exaudies in Cœlo, in Firmamento Habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te Alienigena: Ut discant universi populi terrarum Nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent, quia Nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi.* Aiunt item x תנו גוי שמברך את השם עונים אמן אומריהם *Traditio est, si Gentilis Dominum Benedixerit, respondendum esse à Judæo, Amen.* Atque huc inprimis spectare videtur locus ille D. Joannis, ubi τινὰς Ἕλληνας *quosdam Græcos* seu *Gentiles* Hierosolymam advenisse, ut in Festo Paschatis adorarent, memoratur. Scilicet adorarent solùm, ut panegyris Sacræ inspectores essent, non ut Festum simùl celebrarent, quod illis minimè ibi permissum ex Jure Interveniente, & mox docebitur. Verba Evangelistæ sunt; *Erant autem* y τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ *quidam Græci* seu *Gentiles* (ut legitur in vulgatâ, cui consonus est Syrus, qui habet אף מן עממיא *etiam ex Gentibus*) *Ex his qui ascenderant, ut adorarent in Die Festo.* Et de Gentilibus, qui in eo erant, ut Proselyti Justitiæ fierent, intelligit S. Chrysostomus. Sed non desunt z, qui de Judæis Græcienſibus seu Hellenistis, non de Gentilibus ἕλληνας ibi capiunt. Quod si admittendum, ad Gentilium quidem Hierosolymis adorationem, quam tractamus, Locus ille non attinebit. Æthiops item Eunuchus a *venerat adorare in Hierosolymis.* Quod ad Holocausta, Spontaneas Oblationes & Vota Hierosolymis Gentilibus permissa, cætera verò Cultûs in Sacrificiis Sacrisq; præstationibus genera ipsis ibi interdicta attinet; recolendum est, quod ex Gemarâ Babylonia b capite supra secundo occurrit, Gentilium

u *1 Reg. 8. 41. Ioseph. lib. 8. cap. 2.*

x Peresith Rabba *Parash. 66 fol. 74. col. 4.*

y *Cap. 12. 20. Clo. Calvin. ibidem & Io. Drusius Præterit. lib. 4. Sed & videbit. Maldonatum.*

z *Act. Apost. 8. 27.*

a *Act. Apost. 8. 27.*

b *Ad tit. Zebachim, cap. 14. fol. 115. b.*

tilium ſeu Noachidarum victimas omnes legitimas, Ebræis fuiſſe Holocauſta. Et, ex Talmudicâ doctrinâ veteri, Maimonides c, הגוים אין מקבלין מהן אלא עולות בלבר שני ומיד בן נכר לא תקריב את לחם אלהיכם אפילו עיות דעוף מקבלין מן הגוי אף על פי שהוא עובד ע"ז אבר אין מקבלין מהן שלמים ולא מנחות ולא חטאות ואשמות וכן עולות שאינן באות בנדר ונדבה אין מקבלין אותן מן הגוים כגון עולות יולדת וכיוצא בהמעולות שאינן באות משום נדר ולא משום נדבה *A Gentilibus recipienda non erant alia* (de Victimarum & quæ earum immolationes comitabantur Oblationibus tantùm loquitur) *præter Holocauſta, ſecundum illud Legis ſacræ, de manu d alienigenæ non offeretis panem Deo veſtro* (quâ de re plura mox e.) *Etiam Holocauſta ex avibus recipiebant à Gentili, idque tametſi nondum Cultui Extraneo ſeu Idololatriæ renuntiaſſet. Cæterùm recipienda à Gentilibus non erant aut Sacrificia Pacifica f, aut Sacra frumentacea g in lege præſtituta, aut Sacrificia pro Peccatis h ex ignorantia, aut ea quæ offerenda fuêre ob tranſgreſſionem i voluntariam. Quin nec in Holocauſtum ab Gentilibus recipiendum fuit aliquid, quod ab eis non Sponte, aut ex Voto offerebatur; veluti ſi Gentilis adferret in Holocauſtum agnum puerperii nomine k, ſeu quid ejuſmodi aliud in Holocauſtum, quod neq; ex Voto neque ex Spontanea penderet Oblatione.* Alia ad hanc rem ſimilia habentur non rarò in Talmudicis l; quibus קדשי גוים dicuntur, ſeu *Sancta Gentilium*, quæ ab ipſis ſic oblata. Etiam ſi animal, verbi gratiâ, Pacifici Sacrificii nomine à Gentili expreſſim offerebat, id accipiebant quidem Sacerdotes, nec tamen ut eo nomine aut Pacifici ritu offerri ſinebant; ſed quoniam exindè ſciebant Gentilis pietatem ac Cultum, eo modo offerebant, qui Gentilis apud ipſos immolationibus proprius erat. Id eſt, Holocauſtum fiebat & velut ſpontanea ſimpliciter Oblatio habebatur. Sed verò ſi in Pacificum Sacrificium quid ejuſmodi dederat, adjectâ conditione, ut inde expiarentur ſive Iſraelitæ Laici ſive Sacerdotes, juxta ipſius quidē mentem ex ritu Pacificorum offerebatur. Sed is non ipſius, ſed Iſraelitæ ſive Sacerdotis offerentis Cultus erat. Idē Maimonides נוי שהביא שלמים מקריבין אותן עולות שהגוי רבו לשמים נדר שלמים ונתנם לישראל על מנת שיתכפר בהן לישראל או כהן אותן הישראלים בשלמי ישראל יכול אם נתנן לכהן כהנים אוכלין *ſi Gentilis offerebat Sacrificia Pacifica, offerēda ea erant velut Holocauſta, quoniam Cor ejus erat verſus Deum.* ſeu *de Cultu ejus ſponte hoc inde conſtabat. Si voverat Pacifica eaq; dederat Iſraelita ſub conditione,*

c Hal. Maigshe hakorbanoth, *c. 3. Moſes Mikotzi Præcept. 182. fol. 215. col. 4.*

d Leb. 22. 25.

e Cap. 7.

f Levit. 3. 1.

g Ibid. 2. 1.

h Ibid. 4. 27.

i Ibid. 6. 6.

k Ibid. 12. 6.

l Vide Maimon. in t. Zebachim, cap. 4. & Gemar. Babylon. fol. 45. b & R. Obadiã Bartenorium ibidem § 5. & ad tit. Siklim cap. 1. § 5. & Gemar. Babylon. ad tit. Erakin cap. 2. fol. 5. b.

Digitized by Google

tione, ut expiaretur Ismel, comedenda erant (quæ nempè igne ex ritu non consumebantur) *ab Ismelitis; si verò Sacerdoti dederat, à Sacerdotibus.* Dum verò ex illo, toties in Levitico [m], de solenni offerentis manûs in victimam impositione, iterato pronuntiant [n], כל קרבנות ביחיד שיקריב יחיד בין חובה ביום נדבה סומך עליהן כשהן חיין חוץ מן הבכור והמעשר ופסח *Quoties privatus quisquam jumentum seu pecus offerebat* (nam avibus manum solemni imponi ritu nolunt) *sive obligatione* seu *lege, sive sponte, manum ab illo* (id est, ab jumenti seu pecoris domino) *imponendam ei fuisse, dum hactenus vivebat, exceptis Oblationibus Primogeniti, Decimæ & Paschatis*; Dum, inquam, hæc ajunt, excipiunt interea Fatuum, Minorem, Fœminam & Gentilem. Illos quidem, ut liquet, quoniam etiam in rebus ferè ceteris omnes velut minores habiti sunt, adeoque actus eorum ab aliis, veluti à tutoribus, præstandi. Gentilem autem excipiunt, ni fallor, (neque enim rationem hanc diserte heic adjectam comperio,) ut undiquaque simplicior esset actus ejus sacrificandi, nec ritibus Ebraicis omninò, quantum fieri potuit, commistus. Unde nec Holocaustis Gentilium accessere נסכים *Libamina* aliàs ex lege [o] Ebræorum Holocaustis præstituta. Expressim ajunt עולות הגוים אין מביאין עמהם נסכים *cum Holocaustis Gentilium neutiquam offerenda Libamina.* Atque quod habetur de Proselytis in lege illa de libaminibus, *si peregrinetur apud vos Proselytus, seu qui inter vos fuerit in generationibus vestris, & facere voluerit Sacrificium ignitum in odorem Suavitatis Domino, sicut vos facitis, sic ille faciet*, seu ut vulgata, *Tam indigena quàm peregrini eodem ritu offerent Sacrificia*, id non de Proselytis Domicilii, sed de Proselytis Justitiæ, aut qui Judaismo nomina dederant, intelligunt. Sed de simplici tàm Proselyti domicilii, quàm Israelitæ Holocausto, Voto, & Spontanea Oblatione legem aliam explicant. Scilicet; *quicunque* [p] *de domo Israel, & de Proselytis in Israel obtulerit Sacrificium suum pro cunctis votis suis atque pro cunctis oblationibus suis spontaneis, quas adduxerit ad Dominum pro Holocausto &c.* Ubi de sacrificiis immaculatis leges sequuntur. De lege autem illa ajunt [q], איש איש להביא את הגוים שהם נודרים נדרים ובנדבות בישראל *dicitur in ea homo homo*, seu ut Judæi Hispanienses *varon varon*, id est, *quicunque, ut etiam com-*

m *Cap.* 1. 4. 3. 2. & 8. &c.
n *Mun. & Gemara Babylon. ad tit.* Menachoth *c.* 10. *fol.* 92. b *Maimõides hal.* Maigshchakorbanoth *c.* 3. *Obadia Bartenorins ad tit.* Zebachim *cap.* 4. §. 5. *Gemara Babylon. ib. fol.* 45. b.
o *Numer.* 15: 4, & 14.
p *Leviic.* 22. 18.
o *Gemara Babylonia Tit.* Cholin *cap.* 1. *fol.* 13. b Sephet Siphra *col.* 194. *Sal. Iarch. ad Lebit.* 22. 25. *Moses Mikotzi Præcept. Negat.* 314.

Digitized by Google

præbenderentur Gentiles, qui tàm vovent, & ſponte offerunt quàm Iſraelitæ. Tametſi nec deſint, qui [r] de Proſelytis Juſtitiæ locum illum capiant, haud interea expreſſim negantes Proſelytos domicilii ſimul contineri. Gentilium autem hujusmodi Sacrificiorum Hieroſolymis præſtitorum exempla habemus in Vitellio, qui cum Herode Tetrarcha & amicis aſcendit Hieroſolymam Θύσων τῷ θεῷ ἑορτῆς κατούσῃ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνσφαγίας *Sacrificaturus Deo in feſtivitate, quæ tum inſtabat publica*, uti Joſephi [s] verſio habet Geleniana. Sed ut Ruffiniana; *Deo boſtias immolaturus. Nam dies feſtus Judæorum propinquus inſtabat.* Id eſt Paſchalis, uti ſatis manifeſtum fit ex tempore mortis Tiberii, quæ in XVII. Kl. Aprilis tunc [t] incidens ſub idem tempus, ſeu paucis poſt diebus Vitellio ibi literis erat indicata. Et qui Gentilis ſic ad immolandum illuc venit, in feſto exceptus eſt à populo ἐυπρεπῶς *honorificè* ſeu *favorabiliter ac decenter*, utpote qui Sacrificiis ibi offerendis, modo, quem è Talmudicis diximus, ſervato, neutiquam non idoneus. Eadem de re apud Philonem [u] πρῶτον τὸ ἡμέτερον ἱερὸν ἐδέξατο τὰς ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς Γαΐου θυσίας *Primum noſtrum Templum excepit pro Imperio Caji victimas*, quę ſcilicet ſpontanea erant Vitellii Holocauſta. Apud eundem item de Auguſto Cæſare; ἅτοις ἀσίνητο πρὸ τοῦ ἡμέτερα, ὅτι μονονὺ παντοίοις ἀναθημάτων πολυτελείας τὸ ἱερὸν ἡμῶν ἐκόσμησε, περιέξας καὶ δι' αὐτῶν ἀναγέλλης θυσίας ἐντελεχεῖς ὁλοκαύτους καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τῶν ἰδίων περισόδων, ἀταραχὴν τῇ ὑψίστῳ Θεῷ, αἳ καὶ μέχρι νῦν ἐκτελοῦνται καὶ ἅπαν ἐκτελεσθήσονται, μιμήματα τρόπων ὄντως ἀυτοκρατορικῶν, *Tam ſanctè ſacra noſtra coluit, ut penè omnium Domeſticorum ejus dona extent in Templo noſtro, in quo mandavit quotidiana mactari Holocauſta ſuis ſumptibus Deo ſacrata altiſſimo; quæ Sacra in hodiernum peraguntur, durabuntque perpetuò, monumentum virtutum verè imperatoriarum.* Quod nec ſemel memorat ille. Juge hoc Auguſti Sacrificium Spontaneum Taurus erat & agni bini, ut apud eundem legitur Philonem. Julia etiam Auguſta ibi dicitur ornaſſe Templum Hieroſolymitanum aureis phialis & calicibus καὶ ἄλλοις ἀναθημάτων πολυτελεστάτων πλήθεσι *aliisque donis plurimis & pretioſiſſimis.* Quin Alexandrum Magnum

[r] *Lebi Ben Gerſom in Pirush Tora f. 66. col. 3.*

[s] *Origin. lib. 18. cap. 7.*

[t] *Sueton. in Tiberio cap. 37.*

[u] *Lib. de Legatione ad Caium Cæſarem.*

Digitized by Google

gnum Josephus x scribit summo cum honore à Pontifice ac Sacerdotibus Hierosolymis exceptum, ibique immolâsse κατὰ τὸν ἴδιον ὅρκον *juxta Sacerdotis præscriptum*, quod ex ritu superiùs indicato factum æquum est ut existimemus. Consonum est illud in decreto Cyri Regis Persarum de Templo, ac sacrificiis in eo instaurandis; *& quicquid necessarium* y. *Iuvenci, Arietes, Agni, in Holocaustum Deo Cæli, Frumentum, Sal, Vinum & Oleum secundum ritum Sacerdotum, qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies; ne sit in aliquo querimonia. Et offerant Oblationes Deo cæli, orentque pro vita Regis & Filiorum ejus.* Id quod Ebræi ipsi impetrarunt; ut scilicet ex Regis Gentilis spontanea ejusmodi Oblatione seu Voto donata (neque aliter eis accipere fas erat) tam varia, quæ ab ipsis suo ritu præstanda erant, Sacrificia, commodiùs supplerentur. Heliodorus item Seleuci Regis Quæstor, & Sacrificia z Domino Hierosolymis obtulisse, & Vota vovisse dicitur. Huc spectant, quæ subinde occurrunt plura. Scilicet Exteri interdum sacra aliquot Hierosolymis obire desiderabant, quemadmodum, ut scimus ex Livio a, legatum gratulatum Romam missi, dona plerunque Jovi Capitolino tulerunt, utque ea in Capitolio ponere ac ibi sacrificare ipsis liceret, subinde impetrarunt. Atque huc imprimis spectat illud de Eleazaro, F. Ananiæ Pontificis, qui paulò ante excidium Templi sub Vespasiano persuasit iis, qui Sacra obirent ministeria, ut nullius Munus aut Hostia, qui non esset da Judæorum gente, susciperetur, quæ erat Romani inde belli καταβολὴ seu seminarium atque materies. Sed qui rebus ibi tunc præerant Pontifices aliique è Pharisæis nobilissimi, concione habita b τὴν προφάσιν τὸ ἄλογον διήλεγχον φάμενοι τὰς μὲν παρ' ἑτέρων αὐτῶν κεκοσμῆσθαι τὸν ναὸν ἐκ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἀλλοφύλων τὸ πλέον ἀεὶ προσδεχομένους ἃς ἀπὸ τῶν ἐξωθεν ἐθνῶν δωρεὰς· καὶ εἰ μέτον εἰ διακεκριμένην θυσίας πεῦν, τοῦτο γὰρ ἀσεβέσατον, ἄλλα καὶ τὰ ἕλκόμενα καὶ τὰ παραμιξόντα τὸν ἑορτὸν χρόνοι ἀναθήματα περὶ τὸ ἱερὸν κεκοσμῆσθαι· αὐτοὺς δὲ τῶν ἐναντίζοντας τὰ Ρωμαίων ὅπλα καὶ μισοδοῦντας τὸν ἀπ' ἐκείνων πόλεμον, καινοτομεῖν δεησαίων ξενίων καὶ

x *Origin. lib. II. cap. 8.*

y *Ezra 6. 9. Ioseph. Orig. lib. 11. cap. 4.*

z *2. Maccab. 3. 35. & vide comma 3.*

a *Lib. 3. 7. 35. & ap. Barn. Brisson. de Formulis Lib.*

b *Ioseph. Hist. lib. 2 cap. 30. & 31. gr. 17. lat.*

Digitized by Google

μετὰ τῦ κινδύνου καταψηφίσεως τῆς πόλεως ἀσέβειαν οἱ παρὰ μόνοις Ἰουδαίοις ἀπὸ θύρας τοῖς ἀλλοτρίοις ἀπωσμένοις, *quàm ratione dissona esset eorum causa ostendebant, dicentes, majores eorum ornasse templum, ex magna parte, de Muneribus Gentium Exterarum, atque harum munera semper accepisse, nec solùm non probibuisse aliquorum hostias (id siquidem esse impiissimum) sed etiam anathemata, quæ viserentur permanerentque usque in præsens tempus, in templo collocasse. At nunc eos qui arma irritarent Romana & eorum bellum invitarent, rem novam de Exterorum cultu inducere, & temere ream facere decreto suo Urbem impietatis; Si nemoe præter Judæos solos, nullus alius ibi sacrificarit, nec adoraverit.* Quin & παρῆγον τὰς ἐμπείρους τῶν πατρίων ἱερεῖς ἀναγραφὰς, ὅθεν πάντες οἱ πρόγονοι τὰς ἀπὸ τῶν ἀλλογενῶν θυσίας ἀποδέχονται, *producebant in medium scientissimos morum patriorum sacerdotes, qui testarentur omnes eorum majores Exterarum Gentium* seu Gentilium *sacrificia accepisse.* Quæ autem ex Spontanea Oblatione seu Voto Gentilium accipiebantur, ita accipiebantur, ut ex simplicis dumtaxat Voti seu Spontaneæ Oblationis vi, citra ullum Juris sacri Ebræis peculiaris respectum, donata seu præstanda. Aliter velut quæ nefas erat accipere aut admittere, rejicienda erant. Locus eam in rem habetur in Misna [c] egregius, ubi agitur de Siclis dimidiis ex lege [d] quotannis in usus sacros ab Israelitis pensitandis. Ab hac præstatione immunes ajunt Minores, Servos & Fœminas. Horum tamen, si ultrò solveret quis, sicios dimidios haud rejiciendos. Atqui addunt, זנרכי והכותי ששקלו אין מקבלין מידן ואין מקבלין מידן קיני זבין וקיט זבות וקיני יולדות וחשאות ואשמות אבל נדרים ונדבות מקבלין מידן וה הכלל כל שנידר ונידב מקבלין מידן כל שאין נודר ונידב אין מקבלין מידן וכן הוא משמש ערי ידו עורא שני לא לכם ולנו לבנות את בית אלהינו *Gentilis* seu *Exterus & Cuthæus*, id est, Samaritanus, *si solvere vellent dimidium siclum*, (eo scilicet nomine & velut ex lege Sacra) *admittendi non erant.* seu *ab eo accipiendus non erat siclus ille dimidius. Neq; accipiendum ab eis erat turturum* seu *columbarum par nomine immunditiei* [e] *sive masculæ sive fœmineæ aut puerperæ* [f], *nec Sacrificium expiatorium pro peccato aut transgressione. At verò quæ vovebant, & sponte offerebant, ea ab eo erant accipienda*, (ut in codicibus melioris notæ legitur; nam in nonnullis desunt illa verba.)

[c] *Tit. Siklim cap. 1.* [d] *Exod. 30, 13.* [e] *Levitic. ca. 15.* [f] *Ibid. cap. 12.*

Regula

Regula autem est universalis. Quicquid Vovebatur aut, Sponte Offerebatur; id ab eis accipiendum erat. Quicquid nec ex Voto, nec ex Oblatione Spontanea ab eis adductum est, erat rejiciendum. Atque ita rem explicavit olim Ezra juxta id quod dicitur g, *non vestrâ, sed nostrâ interest, ut ædificemus domum Domino.* Habet heic, pro נכרי, Codex *Misnaioth* nuper Amstelodami à Manasse Ben Israei editus עכו"ם quæ abbreviatura est solennis pro עובר כוכבים ומזלות seu *qui colit stellas & signa*, seu *Idololatra*. Sed de qualicunque Gentili locus capiendus; sive fuerit Idololatra sive Proselytus domicilii necdum in Judaismum receptus. Et quoniam seculis, ut libro ostensum est superiori, reipublicæ Israeliticæ recentioribus nulla fuit Proselytorum ejusmodi admissio solennis, ideò tum heic tum alibi non rarò Gentilis & Idololatra pro eodem Magistris sumuntur. Cuthæi autem & Gentiles, tametsi diversas ob rationes, hac in re æquiparabantur. Judæorum enim & Cuthæorum seu Samaritanorum odium mutuum nemini non est notissimum. Et Maimonides[h] hinc edoctus הגוים inquit, שנתנו מחצית השקל אין מקבלין מהם *si Gentiles afferrent dimidios siclos, ab eis accipiendi non erant.* Ita etiam Autor *Sepher Siphra*[i], alii. Parilem ob rationem nec Decimas aut Primitias aut alia[k] ejusmodi accipiebant Sacerdotes a Proselyto Domicilii seu Gentili, qui agrum in ditione Israelitica qualicunque conduceret. Neque si proventus agri à Proselyto Domicilii emerat Israelita, ex jure, aiunt, solvisse hunc Decimas ac cetera, quæ Decimarum comites, nisi emisset, aut antequam a fundo separarentur, aut saltem קורם שתגמר מלאכתן *antequam perficeretur opera, quæ in eos impendenda erat rustica*, veluti colligendo, ligando, insolando. Præstationes enim ejusmodi sacras ad Judæos tantum, non ad Gentiles inter ipsos degentes attinere volebant. Quod verò ad Gentilium Hierosolymis Vota & Oblationes Spontaneas alias, præter Holocausta, (de quibus jam dictum est,) spectat; tametsi oblatum à Gentili animal in Sacrificium Pacificum, non hujus sacrificii, ut ostensum est, sed Holocausti ritu consumendum erat, (quippe utrumque igni, licet diversimodè, devovebatur,) nihilominùs si votum aliud susciperet Gentilis, seu quid aliquod

g *Ezra* 4. 3.

h *Halach. Sklim cap. 3. i Col. 196. k Maimonid. halach. Theumoth c. 1.*

offerret, aut ſimpliciter tantùm atque expreſſim Deo id fieri debebat, aut ita ad rationem & morem Ebraicum expreſſim referri, ut inde ſciretur, ſimplicem, quæ apud Ebræos etiam erat in uſu, vovendi offerendive in ſacros uſus formulam eum velle imitari, non autem aliquam ritibus Ebræis peculiaribus immiſtam. Et ex Gentilium ejusmodi tantùm Votis ac Oblationibus augebatur ſubinde ærarium ſacrum, quod in ſacrificia ac miniſteria ſacra, atque opera publica erogabatur. Ita tamen ut nec aliquid ſic acceptum, ſive Templi, ſive Urbis ſanctæ refectioni impendi vellent. Quam exceptionem ſub Templo ſecundo natam non eſt quod non exiſtimemus, uti
l Ezra 6. 4. etiam ex ſumptibus l à Cyro Rege Templi ejusdem ſtructuræ acceptis licet elicere. Poſt exceptionem autem illam natam, Gentilis & Votum & Spontaneam Oblationem, ſive Templo ſive Urbi reficiendæ, planè reſpuebant. Maimonides m, הערכין
m Halach. Erakin Wecharmim c. 1. & Mithnoth Aniiim cap. 8. ſide Gemarā Hieroſolomit. ad tit. Sikkim cap. 1. fol. 46. Col. 2. Mish. & Gemar. Babylon. ad tit. Erakin cap. 1. fol. 5 &c. בולן והדמים הכהן סתמן לברק הבית ויפלו הכהן ללשכה שהיתה במקדש מוכנת לקדשי ברק הבית גוי שאמר דמי עלי או דמי פלוני עלי נותן כפי נדרו ואינו נופל ללשכה שאין מקבלין מן הגוים נדבה או נדר לחזק את ברק הבית או ברק ירושלם שנ׳ לא לכם ולנו לבנות בית וגו׳ ונאמר ולכם אין חלק וצדקה וזכרון בירושלם ומה יעשה בהן יבחוק הגוי ער״ה דעת מי נדר אם נדר ער״ה ודעת ישראל יוציאוהו בית דין במה שיראה להם חוץ מברק הבית וברק ירושלם ואם אמר לשמים נדרתי יפלו
Aeſtimationes univerſæ & pretia (ab Iſraelitis ſcilicet præſtita, juxta legem ea de re ſacram n) *in Templi refectionem obſignata conjiciebantur in conclave, quod erat in Templo eis, quæ erant reficiendo Templo Sancta, proprium. At verò ſi Gentilis, ſive ſui ipſius, ſive alterius Pretium voverat, ſolvebat quidem quantum voverat. Id autem in conclave illud neutiquam conjiciebatur. Quoniam à Gentilibus accipienda non erant ſive Vota ſive Oblationes Spontaneæ, aut in Templi, aut in Urbis Sanctæ refectionem; juxta id quod dicitur* o: *Non eſt vobis, ſed nobis ædificare Templum* &c. *atque item illud* p: *& vobis non eſt pars & juſtitia* (vocabulum idem ſignificat inſuper Eleemoſynam) *& memoria in Ieruſalem. Ad hunc autem modum cum Votis & Spontaneis Gentilium Oblationibus agi ſolitum. Quærebant à Gentili, quo animo aut ratione Votum ſuſcepiſſet? ſi reſponderat, id ſe feciſſe juxta rationem Ebraicam* (id eſt, modo ac ratione, quâ ſimplicia

n Levit. 27.

o Ezra 4. 3.

p Nehemia 2, 20.

Digitized by Google

plicia fuscipere solebant vota Ebræi, non peculiari aliquo ipsis ritu) *erogabat, quod sic præstitum est, Synedrium* (Magnum) *idque pro suo arbitrio, ita tamen, ut nihil inde in Templi refectionem Urbive impenderetur. Quod si responderat, tantùm se Deo vovisse, in ærarium conjiciebatur.* Hactenus ille ad Talmudicorum veterum mentem. Ita demùm ex Testimoniis hisce liquet, nullum sive animal sive munus aliud sacrum (veluti Fruges, Pecuniam aut Utensilia) recipiendum fuisse velut Sacrificium aut Oblationem Gentilis seu Proselyti Domicilii præter id, quod Sponte seu Voto Simplici, non omninò ritibus moribusve Ebræis peculiaribus commisto, offerebatur. Nec animal altari offerendum illius no-mine alio ritu, quàm eo, qui Holocausto Simplici sine Libaminibus, Manûs Impositione, aliisve sacrificandi ritibus, quos habebant sibi ipsis proprios, competebat.

Cap. V.

Testimonia de Festorum Observatione Proselytis domicilii, *seu* Gentilibus in ditione Israelitica interdictâ omnimodâ; *utcunque sacris suis* Tempora *alias promiscuè eis permissa fuerint. Talmudicorum item de* Legis Mosaicæ observatione *eis ibi vetitâ, Sententia.*

Quod ad Tempora sacrorum attinet promiscuè, ut diximus, Proselytis domicilii permissa, id ex testimoniis, quæ ea de re habent, ita intereà (ut monuimus antè) intelligendum, ut nec Festi dies in ditione Israelitica ipsis permissi sint ulli, nec, puto, Horarum illarum ex more Ebraico Precibus præstitutarum observatio, saltem publica. Par enim videtur heic ratio Horarum & Dierum ex eo, quod de Festis juxta Talmudicorum veterum [q] mentem docet Maimonides. Sic enim ille [r]; גוי ששבת אפילו בחם מימות החול אם עשאהו לעצמו כמו שבת נחייב מיתה ואין צ"ל אם עשה מער לעצמו *si Gentilis* (in ditione Israelitica) *Sabbatum celebrarat, licet id feciſſet in diebus profestis, si velut sibi Sabbatum id haberet, etiam mortem merebatur. Quod pariter dicendum, si festivi-*

[q] *Gem. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *c. 7. fol. 58. b*

[r] *Halach. Melakim cap. 10 & videsis Iosephum Albo in* Sepher Ikarim *part. 3, cap. 19.*

ſtivitatem ſibi (ibi) *præſtituerat aliquam aliam.* Nimirum graviſſimè ex Jure Interveniente puniendus. Et demum ſumma erat, ut extra limites ſui ſeu Noachidarum Juris Sacra illi nulla permitterentur. Idem Maimonides; כללו של דבר אין מניחין אותן לחדש דת ולעשות מצות לעצמן מדעתו אלא או יהיה גר צדק ויקבל כל המצות או יעמוד בתורתו ולא יוסף ולא יגרע *ſumma eſt; non ſinebant Gentiles* (in ditione Ebraica) *novum quid moribus ſuis adjicere, ſibive præcepta ultrò facere. Sed eorum quisque aut Proſelytus Juſtitiæ fieri debuit atque universæ Legis obſervationi nomen dare, aut ſuâ in Lege manere, nec augendo eam nec minuendo.* Et paulò ante גוי שעסק בתורה חייב מיתה לא יעסק אלא בשבע מצות שלהן בלבד *Gentilis qui Legem* (Moſaicam) *obſervaret, reus erat mortis; quippe cui tantùm obſervanda erant Septem Præcepta Noachidarum* ſeu *omnium hominum Communia.* Id quod ſumitur è Gemara Babylonia f. ubi legimus, גוי שעוסק בתורה חייב מיתה שנ' תורה צוה לנו משה מורשה לנו מורשה ולא להם וליחשבו גבי שבע מצות *Gentilis, qui Legem* (Moſaicam) *obſervaret, reus erat mortis* (quod de Proſelyto domicilii aut Gentili in ditione Iſraelitica dici manifeſtum eſt.) *Nam & dicitur, Legem præcepit nobis Moſes in hereditatem. Nobis eſt hæreditas* ſeu velut peculium, *non Gentilibus, quibus meditandum eſt de Præceptis ſuis Septem.* Quod vero dicitur reum fuiſſe mortis, ita capiendum; ex vetuſto aliquo more ſeu Jure Interveniente ſeu Veterum ſententiâ non planè rejiciendâ, morte plectendum fuiſſe Gentilem ob hujusmodi obſervationem; cum nihilominùs ex recentiori Ebræorum, dum res eorum ſtetêre, more flagris duntaxat coërceretur ejusmodi obſervatio. Idem Maimonides: ואם עסק בתורה או שבת או חדש דבר מבין אותו ועונשין אותו ומודיעין אותו שהוא חייב מיתה על זה ואינו נהרג *Quod ſi obſervaret Legem* (Moſaicam) *aut Sabbatum* ſeu *Feſtum celebraret, aut quid ejusmodi innovaret, flagris puniebatur; non ſine monito, mortem eum mereri, tametſi eâ non afficeretur.* Huc facit & illud à Joſepho [t] dictum, Proſelytos domicilii ſeu Gentiles obiter in ditionem Iſraeliticam olim advenientes non debuiſſe αἰ ἐμίγνυσθαι ταῖς σωτηρίοις ſeu, ut legitur ex eo apud Euſebium [u] citatum, τῇ σωτηρίᾳ, *miſceri ſolemnitatibus*, ſeu *conſuetudinibus* Ebræorum, quod & ſupra [x] memoravimus. Unde etiam

f Ad tit. Sanhedrin *Cap. 7. fol. 59. b*

t Contra Apionem lib. 2.

u Præparat. Evang. lic. lib. 8, cap. 3.

x Lib. 2. pag. 178.

Locum

Digitized by Google

Locum Egeſippi apud Euſebium [y] exagitat Joſephus Scaliger [z]; ubi ſcilicet Martyrium Jacobi fratris Domini exequens, διὰ ϑαῤῥ, inquit, τὸ πάσχα συνιλελύθασι πᾶσαι αἱ Φυλαὶ μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν *propter Feſtum namque Paſchatis, non ſolùm omnes Iudæorum tribus, ſed multi etiam ex Gentibus convenerant.* Ad hæc Scaliger; *quis fando audivit, aut legendo didicit, Gentes die Azymorum Hieroſolyma convenire ſolitas? Gentiles ſanè adorabant, immolabant, vota ſolvebant ſuſcipiebantque in Templo Hieroſolymitano, non catervatim nec condicta profectione, ſed Singuli, & ut quemque negotiatio ſua aut caſus Hieroſolyma tulerat; non autem ut Gentes ſibi condicerent diem θρησκείας in feſto illo Iudaico, nedum in Azymorum ſolenni, à quo omnis incircumciſus ſummovebatur.* Certè ſi locus ſupra è D. Joanne de τοῖς Ἕλλησι Hieroſolymam aſcendentibus, ut adorarent in die Feſto, capiendus ſit de *Gentilibus*, non de *Helleniſtis*, tunc non omninò erit quòd de Gentilium in Feſto ibi conventu dubitemus. Celebrare quidem Feſtum Paſchatis aut Azymorum, Gentilibus Hieroſolymis non permiſſum, uti nec aliud omninò Feſtum. At intereſſe tunc ut inſpectores (locis ſibi non vetitis, de quibus ſtatim) neutiquam prohibebantur, ſive condictâ profectione, ſive ſinguli convenirent. Et Dionyſius Petavius de animadverſione Scaligeriana in illum Egeſippi locum, *De Gentilibus*, inquit [a], *abſurdum eſt negare, illos cum aliis temporibus ac Iudæorum ſolennibus, tum Azymorum diebus, quod Feſtum longè apud Iudæos celeberrimum fuit, Hieroſolyma confluxiſſe.* Ad quam rem locum illum D. Joannis etiam trahit, & Egeſippum defendit. Et quis non videt *propter Feſtum convenire* id ſatis ibi denotare, quod eſt, ſolennibus quidem Ebraicis, in Urbe, ut Peregrinos, intereſſe, nec tamen Celebrationis Feſti rituumque, qui planè Gentilibus illiciti, participes fieri. De eo verò quod obiter, in jam citatis, de Sabbati, id eſt, diei in dierum à rerum Conditu periodis Septimi Obſervatione, veluti Judæis ſolum propriâ, occurrit, diligentiùs ac fuſiùs infrà [b] videbimus.

[y] *Eccleſ. Hiſt. lib. 2. cap. 23.*
[z] *Animadverſ. in Euſeb. ad num. 2077. pag. 171*
[a] *Ad Epiphan. Hæreſ. 78. ſeu Antidicomarianit. pag. 333. & Side Petrum Halloix in illuſtres Eccleſ. Orient. Scriptores, ad c. 3. Vitæ Egeſippi pag. 716*
[b] *Cap. 9. &c.*

Digitized by Google

Cap. VI.

De Locis, *tum* Interdictis, *tum* Permissis *Divino* Gentilium Cultui Hierosolymis, *Testimonia Ebræorum.* Templum *subinde pro* Montis Templi *extra eam, quæ vulgò pro ipso* Templo *solùm sumitur, structuram,* spatiis *intelligitur.* Ibi *Gentilium Cultui* Locus. Atrium Gentium *Doctorum Virorum* è Christianis, *de* Gentilium *Hierosolymis* Cultu *suffragia. De* Gentilium Holocaustis, *etiam* post Templi excidium, *Talmudicorum sententia.*

SEquitur ut Testimonia de Locis, quæ Proselytis Domicilii seu Gentilibus sive ad Preces solennius effundendas, Adorationesq;, sive ad Hostias offerendas in Templo, seu juxta illud Permissa Interdicta ve, videamus. Arcebāturilli, in Templo saltem Herodiano (quod Zorobabelianum plerunq; imitabatur, uti & hoc Salomonicum) non solùm à Sacerdotum Atrio, uti & alii Israelitæ Laici, eoque quod Israelitis Laicis & qui ipsorum Jure pariter fermè in ceteris fruebantur, Proselytis Justitiæ, tertioque, quod Mulieribus proprium erat, verùm etiam ab ipso Intermurali quod חיל nuncupant; loco scilicet latitudinis decem cubitorum, qui muros Templi vulgò & signantius dicti præcingebat. Adeò ut nec intra eum Precari, aut Hostias sive Immolare sive popis aut Sacerdotibus in Holocausta offerre Gentili fas esset; sed tantùm in Monte Templi (Monte scilicet Moriah) seu spatiis ac porticibus exterioribus, quibus etiam, uti & ipsi Monti, Templi nomen subinde tributum. Rem ostendit ichnographia, quam ob oculos ponimus. Talmudici de diversis Sanctitatis gradibo in locis, de quibus nunc loquimur, agentes ajunt, הר הבית מקודש מן רעיר שאין זבין והבות נדות ויולדות נכנסים לעזרה החיל מקודש מכנו שאין גוים וכנא מת נבנוכים רעזרה עורת נשים מקודשת ממנו וגו *Mons, Templi* (qualiscunq; scilicet pars ejus inferior seu Intermurali exterior) *Sanctior est Urbe*, (quæ Sanctior habita, quàm aliæ Terræ Sanctæ regiones.) *quoniam in eum non admittebantur, sive viri, sive Fœminæ Seminis profluvio laborantes, nec menstrua patientes nec puerperæ* (nondum ritè lustratæ) *Intermurale Sanctius est Monte*, (partibus ejus exterioribus) *quia intra illud non admittebantur Gentiles, aut qui cadaveris causâ im-*

mun-

c *Misna tit.* Celim *cap.* I. *& Maimonides hal.* Bith habechira *cap.* 7.

mundi erant. Atrium mulierum Intermurali Sanctius erat &c quemadmodum & Israelitarum Laicorum atrium, eo quod Mulierum erat, & Sacerdotum eo quod Laicorum, ut ibi sequitur. Et tametsi immundos aliàs pariter habebant Gentiles atque eos, qui seminis aut sanguinis profluvio immundi erant, (ut ante [d] monitum est,) nihilominus hac in re immunditiem ipsorum ei, quæ erat eorum, qui cadaveris tacti causâ immundi erant, æquiparandam volebant. Urbis autem aream usque ad radices Montis Templi, solenni nomine vocabant [e] מחנה ישראל *Castra Israelitarum*; quæ inde ad portam Orientalem, מחנה לויה *Castra Levitica*; & demum quicquid erat inde Templi in atriis, conclavibus, ceterisque structuræ partibus, מחנה שכינה *Castra Divinæ majestatis* appellata. Ita nec in ipsâ Castra Divinæ majestatis seu Templi cum vulgo tantùm pro eo quod portâ illâ interius erat sumpti partem ullam, nec quidem in Intermurale introitus Gentili licitus. Ceterum quacunque in parte Castrorum Leviticorum seu Montis Templi, quæ Intermurali exterior erat, fas fuit ei Precari & Sacrificia atque alia, sed tantùm, quæ diximus, offerre. Ibi etiam Immolare, quod Altari à Sacerdotibus consumendum. Nam tametsi regulariter ex Lege Sacra [f] immolationes interiùs fieri debebant, (ut interpretantur Magistri,) nihilominùs etiam extrà [g] eas ritè fieri admittunt, quoties qui suas ipsi immolarent victimas, ob singularem aliquam sui qualitatem propius accedere non deberent. Ad quam rem animadvertendus est locus jam antè de variâ Locorum Sanctitate è Talmudicis allatus. Sed sæpius nummi accipiebantur in victimas impendendi, item ipsæ victimæ popis, qui immolarent, traditæ [h]; unde facilè fiebat, ut, quod extrà à Gentili offerretur, intrà ritè immolaretur. Atque ita igitur juxta Ebræos capiendum illud supra capite quarto memoratum de Gentilium precationibus in hoc Loco, in Salomonis [i] ad Deum O. M. oratione (si primi & secundi Templi parilem admittant heic rationem) uti & illud Josephi [k] de Alexandro Magno; ἀνεβαίνων ἐπὶ τὸ ἱερὸν θύσας αὐτῷ τῷ Θεῷ ascendens in *Templum immolavit Deo*, quod de Zorobabeliano dictum. Nimirum ob Templi vicinitatem & singularem Loci Sanctitatem, porticus & spatia, quæ fuêre alia extra Intermurale Loca Montis, quà

[d] *lib. 2. cap. 5. pag. 180.*

[e] *Maimonid in comment. ad tit.* Celim *cap. 1. alit.*

[f] *Leviticus 17. 4. 1. 11. &c.*

[g] *Maimonides halach.* Maighshe Korbanoth *cap. 18.*

[h] *Videsis Philonem lib. de Victimis & Josephum, lib. 3. cap. 10.*

[i] *1 Regum 8. 42.*

[k] *Orig. lib. 11. cap. 8.*

ascendebatur ad Templum, id est, tota Castrorum Leviticorum (ut Spatium illud nuncupabant) area, Templi etiam nomine veniebat, quod plerunque tamen pro eo, quod Intermurali interius erat, tantùm sumebatur. Etiam Josepho l sumus, qui Herodianum describit, Primum Templum (id est ἱερὸν) & Secundum memorari. Ad Frontem autem secundi, columnis inscriptum literis tum Græcis tum Latinis, μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παρεῖναι *Alienigenam* seu *Gentilem in Locum* (illum) *Sanctum transire non debere*, etiam ζημιώσεως ἀπειλῇ τῆς ζωῆς *sub interminatione pœnæ Capitis*. Atque ita, quod in Monte exterius erat, pariter Templum habebatur, in quod Gentilibus aditus licitus. Alibique idem Josephus de Templo verba faciens, *quatuor*, inquit m, *porticus habuit in Circuitu, & harum singulæ propriam secundum Legem habuêre custodiam. In exteriorem itaque ingredi Licentia fuit omnibus, etiam alienis. Mulieres autem menstruatæ transire prohibebantur*; quibus ex Talmude vides superiùs conjungi alios, qui juris parilis. Quod de porticu Montis Templi Intermurali exteriori capiendum. Quò spectat & illud in Antiochi Regis diplomate n, μηδενὶ ἐξεῖναι ἀλλοφύλῳ εἰς τὸν περίβολον εἰσιέναι ἱερόν, ὃν ἀπηγορεύομεν τοῖς Ἰουδαίοις, εἰ μὴ οἷς ἂν ἁγνισθῶσιν ὡς ἔθος ἐστὶ κατὰ τὸν πάτριον νόμον *Nemini alienigenæ liceat intra septum* seu *Peribolum Templi ingredi, eorum scilicet, qui à Judæis ingredi prohibentur, præter eos, quibus lustratis fas est juxta præscriptum legis patriæ*. Nimirum præter Gentiles seu alienigenas in Judæorum ritus transeuntes, seu Proselytos Justitiæ & Libertinos, qui Juris non diversi. Intelligant heic viri docti nonnulli o Templi nomen in Evangelio interdum pro Porticibus aut Locis intermurali exterioribus. Hinc etiam ritè capiendus Locus ubi festis diebus celebrioribus cohortes Romanæ Stationes habebant ad Custodiam. Cohibituræ scilicet tumultum, si quis forte existeret. Qua de re vide Josephum p. Si quis de situ horum Locorum in Monte Templi plura velit, præter Josephum scriptoresque ad libros Regum obvios, & qui de tota Templi fabrica diligentiùs scripsere, Christianos, veluti Bedam, Ariam Montanum q, Franciscum Riberam, Adrichomium, Sebastianum Barradium r, J.Bapti-

Hales. lib. 6. cap. 14. gr. 6. Lat. & Orig. lib. 15. cap. 14. vide Constantin. L' Empereur ad tit. Middoth cap. 2. sect. 3. pag. 44. 45. & 190.

m *Contra Appionem l. 2.*

n *Joseph. Orig. l. 12. c. 3.*

o *vide Constantinum L' Empereur loco cit. & c.*

p *Orig. lib. 20 cap. 4. & 7.*

q *In Apparatu; in Libano.*

q *Comm. in concordiam Evangelic. tom. 2. lib. 3.*

Digitized by Google

J. Baptistam Villalpandum, Joannem de Pineda [f], Ludovicum Capellum [t], adeat Moses illos Maimonidem [u] & Cotzensem [x] & Tractatum Talmudicum *Middoth* seu de Mensuris Templi, qui à V. Cl. Constantino L' Empereur Latinè pridem versus est: ubi habetur etiam Templi sciagraphia Talmudica affabrè delineata. Eam verò compara cum illa, quæ Ebræi ipsi conjunctim interdum exhibent cum Tractatu illo; qualem visè ad calcem ejusdem in *Mischnaioth* Pragæ olim editis simùl cum Commentariis RR. Obadiæ Bartenorii & Jom Tob. Locus, etiam in quem patebat Gentilibus in Montis Templi, Sacrorum causâ, aditus. Atrium Gentium non rarò dicitur, quod & y non semel in Fœdere Novo *Porticus Salomonis*, ut volunt aliqui, nuncupatur. De Atrio illo videsis Adrichomium [z]. Et de eo fusissimè disputant I. Baptista Villalpandus [a], & Joannes de Pineda [b], eoque nomine fuisse Atrium tàm in Salomonico quàm in Zorobabeliano atque Herodiano Templo, multis pertendunt. Huc attinent loca aliquot S. Scripturæ [c] de Gentilibus Templo, sed non aliter atque dictum est, arcendis. Et Hierosolymitani D. Paulum, cum viderant Trophimum Ephesium familiariùs ab eo in Urbe habitum, unde existimabant, ipsum ei in Templi interiora comitem fuisse, incusant, quòd Gentiles *induxit* [d] *in Templum & violavit Sanctum Locum illum*. Templi verò Hierosolymitani nomine (quod בית *Domum* Domini, & *domum Sanctam* & *domum Electam* vocitant Ebræi) intelligi subinde non modò sanctiorem illam structuram quod vulgò Templum dicitur, verùm etiam vicina, sed in Monte continentia, quæ diximus Spatia, inque eis tum Porticus tum Loca qualiacunque hypæthra, absonum magis non est quàm Pomœrium & suburbana ædificia & vicos Urbis Romæ [e], subinde etiam aliarum nomine, vicinas etiam Ecclesiis Christianis domus [f], hortulos, areas, nomine interdum Ecclesiæ parique Jure insuper hortum Domus legatæ nomine contineri. Si Testator, inquit Papinianus [g], *hortum domûs causâ comparavit*,

[f] *De Rebus Salomonis l. 5. cap. 5. §. 19.* [t] *In Compendio Hist. Iudaicæ subjuncto Historiæ Apostolicæ.* [u] *Halach. Bith habechira cap. 4. & Seqq.* [x] *Præcept. Affirmat. 163* [y] *Actor. Apost. 3. 11. & 5. 12.* [z] *Theatr. Templi Sancti p. 162.* [a] *Explan. in Ezech. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 9. & lib. 3 cap. 9. 11. 14. & 27. & lib. 5. disp. 4. cap. 60.* [b] *De Rebus Salomonis l. 5. cap. 5. §. 19. Videsis Abulens. ad 3. Regum cap. 6. quæst. 21. Lucam Burgens. ad S. Matth. 21. 12 Sebastianum Barradium* [c] *Comment. in*

Concord. Evangelic. Tom. 2. lib. 3. c. 29. I. Maldonat. in D. Ioann. 12. 20. [c] *Ezechiel. cap. 44. 7. & c. d. Act. Apost. 21. 28.* [e] *Dd. ad l. 2. D. tit. de Verb. significatione, & Virginius Fortia, de Iure nov. Vrbis comende lib. 2. cap. 1. §. 2.* [f] *l. 3. C. de his qui ad Ecclesiam conf. comit. Tolet. an. 12. cap. 10. c. 35. caus. 17. q. 4. Petrum Gambacurta de Immunitate Eccles. lib. 4. cap. 1. §. 13.* [g] *l. 91. Pradin. D. de Legatis 3. Covarruvias de Sertitut. Urban. Pred. cap. 76.*

ut amœniorem domum & ſalubriorem poſſideret, aditumque in eum per domum habuit, & adium hortus additamentum fuit, domus legato contin-bitur. Et de civilibus Urbis oppidive finibus, vide quæ inferiùs h occurrunt, ubi de Itinere Sabbatico obiter agitur. Etiam apud Gentiles nonnulli Templum nuncupabant *non ſolùm quod poteſt claudi, verùm etiam quod palis aut haſtis aut aliquamli re, & lineis, aut loris, aut ſimili re ſeptum eſt: quod effatum eſt.* Scilicet cujus fines ſive ab Augure ſive à Pontifice effati ſunt. Verba ſunt Servii Honorati i ad Virgilium. Et Templa tàm ſubdialia & arboribus finita, quàm tecta & muris incluſa veteribus fuiſſe ſcimus ex Varrone k, Vitruvio l, aliis. Quam verò aliter peculiare fuerit Judæorum immolationibus, nec Gentilium permiſſum. Templum Hieroſolymitanum, ita vulgò, id eſt, ſtrictiori ſenſu nuncupatum, rectè innuit Otto Epiſcopus Friſingenſis, ubi de Pompeio, *Inter alia Orientis regna* m *Hieruſalem veniens, capt.â civitate, Templum, quo ſoli populo Dei immolare licuit, oblatis hoſtiis polluit.* Sed quod de polluto ex hoſtiis à Pompeio oblatis Templo habet, (ut obiter id adnotem,) hallucinatio eſt. Id quidem eſt verum apud Zonaram legi, imperaſſe populo Pompeium purgare Templum *καὶ θύειν νομίμως & ritè ſacrificare*; atque apud Cedrenum, *τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν ſacrificia peragere*; etiam ad Sancta Sanctorum antè acceſſiſſe, non ut veneratorem, ſed ut profanatorem, (quod ait D. Auguſtinus n,) atque ita ſanè Templum polluiſſe. Et ex ejusmodi ſive Græcorum, quos memoravimus, ſivè aliorum verbis fortè illud ſuum, indiligentiùs advertens, ſumpſit Otto ille. Nam hoſtiis eum Templum polluiſſe nemo vetuſtiorum dixit. Hujuſce rei autor vetuſtiſſimus eſt Joſephus, cujus mens proculdubiò, tametſi non verba, in ſcriptoribus. Joſephi verba ſunt: o *Poſtero die poſt excidium purgare Templum adituor juſſit καὶ τὰς ἐξ ἐθους ἐπιτελεῖν θυσίας & ſacrificia, quæ ritu ſolenni erant peragenda, peragere*, ſeu *ſolennia ſacra celebrare* ut vertit Ruffinus, ſeu *celebrare aſſueta ſacrificia* ut Egeſippus. Scilicet intermiſſum aliquantulùm juge ſacrificium ritè juſſit inſtaurari juxta morem patrium, *non devotione ſupplicis* (ut verba ſunt D. Auguſtini p de reſerato ab eo Templo) *ſed jure victoriæ.* Itaque non hoſtias obtulit ille, ſed, ut ſuas non intermitterent Ebræi, imperavit victor,

Cap. 9.

In Aeneid. 4. & Fidelioſ. Scaliger. in Feſt. verb. Minora.

k *De Lingua Lat. lib. 6.*

l *lib. 1 cap. 2. &c.*

m *Chronic. Ex. cap. 46.*

n *De Civit. Dei lib. 18. cap. 45.*

o *Haloſcos lib. 1. cap. 5.*

p *De Civit. Dei, lib. 18. cap. 45.*

Digitized by Google

ctor. Jam dictis lucem aliquantulam præbet, mutuoque accipit Taciti q; *Templum* Hierosolymitanum *intimis clausum. Ad fores, tantùm Iudæo aditus; limine, præter Sacerdotes, arcebantur.* Placet Lipsio *Templum intimum* seu potiùs *interius*; nec immeritò. Nam quid *intimus clausum*? Quæ introitu in Sacerdotum atrium interiora fuere, Templum Interius vocare videtur. Nam ad fores ejusdem, Judæo tantùm aditus; per atrium scilicet in quod alienigenæ neutiquam admissi, sed tantum Judæi. De Gentilium autem Precibus, Adorationibus, Oblationibus, & Votis quæ diximus in Templo Hierosolymitano seu Monte Templi, juxta jam ostensa, præter Scriptores Christianos numerosos illos, qui de Atrio Gentium obiter loqvuntur, expressim etiam alii à Talmudicis edocti iique gravissimi summique nominis. Josephus Scaliger r; *Gentiles sanè adorabant, immolabant, vota solvebant, & suscipiebant in Templo Hierosolymitano,* Quin & Hugo Grotius s; *inter ipsos Hebræos vixerunt semper aliqui exteri homines ἐναρέες καὶ σεβόμενοι τὸν Θεὸν, Hebraicè* חסידי אומות *pii ex Gentibus, ut legitur etiam titulo Talmudico de Rege, Talis qui est in lege u dicitur* גר תושב & בן נכר *ubi Chaldæus dixit incolam incircumcisum. Hi, ut narrant ipsi Hebræorum Magistri, Leges Adamo & Noe datas servare tenebantur, abstinere ab Idolis & sanguine & aliis, quæ infrà suo loco memorabuntur, at non item proprias leges Israelitarum. Itaque cum Israelitis non licebat vesci carne Bestiæ, quæ fato suo periisset, peregrinis x tamen inter ipsos viventibus id licebat. Nisi quibusdam legibus specialiter expressum est, ut incolæ iis non minùs quam indigenæ teneantur. Extraneis etiam, qui aliunde advenirent, neque institutis Ebraicis subjicerentur, in Templo Hierosolymitano licuit y Deum adorare, & victimas offerre, stantibus tamen in Loco peculiari ac separato à statione Israelitarum.* Sic vir præstantissimus. Simile fermè reperitur in Ecclesiæ Christianæ veteris moribus. In Templum admittendi erant z, & Gentiles, & Judæi, sed *usque ad missam Catechumenorum* tantùm a. Quæ verò sunt hactenus dicta, ad secula attinent, quibus floruere, saltem excisæ non sunt, Hierosolymis res Ebræorum b. Seculis autem, quæ inde secuta sunt, id est, post dirutum Templum, pristinam Loci sanctitatem ita aiunt

q *Histor. 5.*

r *Animadvers. Eusebian. num. 2077. pag. 198.*

s *De Iure Belli ac Pacis lib. 1. cap. 1. §. 16.*

t *Vide D. Matth. 15. 24. Act. Apost. 10. 2. & 17. 4.*

u *Levit. 22. 25. & 25. & 47.*

x *Deut. 14. 21.*

y *Vide 1. Regum. 8. 41. 2. Maccab. 3. 35. D. Ioann. 12. 20. Act. Apost. 8. 27.*

z *Concil. Carthag. 4. c. 84. Dist. 1 de Consecrat. c. 67.*

Digitized by Google

aiunt retineri, ut ad ſacrificia peragenda maneat ipſis etiamnùm ea peculiaris, nec extra atrium ſeu atrii juxta ſuperiorem delineationem ſpatia regulariter fas ſit ipſis immolare aut offerre. At de Gentilibus adjiciunt [a] הגוים מותרין להקריב עולות לשם בכל מקום והוא שיקריב בבמה שיבנו ואסור לסיען ולעשות שליחותיהן שהרי נאסר עלינו להקתיב בחוץ ומותר להורות להם ולמרם היאך יקריבו לשם האל ברוך הוא *Gentilibus licet Holocauſta offerre Domino quocunque locorum* (neque enim poſt excidium Templi adeoque Reipublicæ Iſraeliticæ, Jura ipſis Ebræisque Intervenientia, quibus altaria intra ditionem Iſraeliticam ſibi erigere prohibebantur, vim retinere potuerunt ullam; & extra ditionem illam, nunquam non fuiſſe eis fas holocauſta offerre exiſtimabant) *modò aram ſibi extruant. Sed nobis nefas eſt illis opem præſtare, aut procuratores agere, Quoniam nimirum vetitum eſt nobis offerre extra* Atrium. *At verò fas eſt nobis indicare illis & docere, quomodo offerre debeant Domino Deo Benedicto.* Et in Gemara Babylonia, poſtquam de liberiori illo Holocauſtorum vero Numini ante legem Maſaicam offerendorum more verba fiunt, ſubjicitur [b] וגוים בזמן הזה רשאין לעשות כן *Etiam & nunc Temporis Gentilibus eo uti fas eſt.*

[a] *Maimonides halach.* Maighshe Korbanoth *cap.* 19. & *halach* Bith habechira *c.* 6.

[b] *Ad tit.* Zebachim *cap.* 14 *fol.* 115 *b.*

Cap. VII.

De Sententia Chriſtianorum aliquot *Scriptorum*; Res ipſas, *velut animalia, à* Gentili *ſeu* Incircumciſo in Sacrificia rite non oblatas *Hieroſolymis, ſed tantùm* earum pretia. Lex ſacra *quâ nititur ſententia illa.* Magiſtrorum *Interpretatio. Alia* ex Scriptoribus Chriſtianis *circa antè oſtenſa.*

SUnt quidem in Scriptoribus Chriſtianis, qui negent Sacrificia ipſa offerenda, à Gentilibus ulla accipi debuiſſe, ſed tantùm pecuniam aut Pretium rerum, unde Sacrificia coëmerentur. Et ſanè ſolenne ſatis erat ipſis Ebræis pecuniam [c] offerre pro ſingulis, quibus tenebantur ſacrificiorum Oblationumque generibus, quæ in arculis (harum numerus erat tredecim) repoſita à Sacerdotibus in ſacrificium ipſum, ſeu id, quod præſtit-

[c] *Misna tit.* Siklim *cap.* 1 & 2 & *Maimonides halach.* Siklim *cap.* 2.

Digitized by Google

præstitutâ specie præstandum erat, ritè erogabatur. Sed Nicolaus Lyranus, etiam ex Judæus, de alienigena, qui, ut ipse ait, *non erat Iudæus natione, nec conversus ad Iudaismum; à talibus*, inquit d, *non debebat accipi aliquid offerendum in altari. Potest tamen accipi pecunia vel alia dona, ex quorum pretio emerentur illa, quæ essent offerenda. Et hoc modo dicitur, quod Seleucus Asiæ Rex ex sumptibus suis præstabat ea, quæ pertinebant ad sacrificia.* Alii hujus sententiæ sunt sequaces, in eam interim ducti interpretatione legis sacræ diversa nimis ab ea, quam amplectuntur Magistri. Lex est subjuncta eis, quæ de victimis tantùm immaculatis offerendis latæ sunt, hujusmodi e ומיד בן נכר לא תקריבו את לחם אלהיכם מכל אלה כי משחתם בהם מום בם לא יהצו לכם *Nec de manu filii alienigenæ* (seu *à Gentili*) *offeretis Panem Deo vestro ex omnibus istis* (vulgata ibi habet *& quicquid aliud dare voluerit*) *quia corruptio eorum est in eis. Macula est in eis. Non accepta erunt vobis*; seu, ut vulgata, *non suscipietis ea.* Pro eo quod est heic *Panem*, substituunt Chaldæi ית קורבן *Oblationem*, uti & Judæi Mauritanienses aliique in versionibus Orientalibus. Et Hellenistæ ibi, *ἀ προσοισετε δῶρα non offeretis munera.* Et de Carnibus aliisque in sacrificium ipsum oblatis accipiunt locum illum scriptores item Christiani f. Ad Oblationes autem seu Victimas ibi memoratas omnes f legem attinere volunt Magistri. Sed ita scilicet, ut sensus sit, isque a majoribus acceptus, Oblationes spontaneas seu vota Gentilium (juxta jam superiùs dicta; quæ etiam paulò antè g ibi lectis de Oblationibus & Votis tam Gentiliũ quàm Israelitarum nituntur) admittenda quidem esse, nec oblationum seu sacrificiorum genera alia. Sic tamen ut nec omnimoda ab ipsis jumenta, aut pecora suis alibi sacrificiis satis idonea, in sacrificium eorum spontaneum Sacerdotibus Hierosolymitanis acciperentur, quod ut fieret fortè morum suorum tenaces sequacesque Gentiles instarent. Sed planè respuenda esse, quæ per manum Gentilis, seu ex more Gentilium ab eo, citra rationem macularum & defectuum ibi præscriptam, offerrentur. Quia scilicet Corruptio ac Defectus seu Vitium tàm in eis, pro vetito ex sacra lege, quàm in sacrificiis Israelitarum erat habendum. Expressim ibi ad veterum mentem Salomon Jarchius נכרי שיתנו קרבן בין כהן להקריבו לשמכם לא תקריבו לו בעל מכם

d *Ad Levit. c. 22. vers. 25.*

e *Leviticus 22. 25.*

f *Abulensis in Leviticum 22. quæst. 28. Cajetanus, Cornelius à Lapide Io. Lorinus, &c.*

g *Comm. 18.*

ſi Gentilis attulerit Oblationem ſeu *victimam, ut Sacerdos eam Deo O.M. offerret, non offerendum erat animal vitioſum.* At verò, inquit, תמימה תקבלו מהם לכך נאמר למעלה איש איש לרבות את הנכרים שנדרים נדבות ונדבות כיוצא בה *victimam* ſeu *oblationem vitio carentem accipietis ab eis. Cum etiam ſupra dicatur, quisquis* ſeu *omnis homo; ut ita etiam continerentur Gentiles, quorum Vota & Oblationes ſpontaneæ habebantur velut Iſraelitarum.* Sic Maimonides de victimis vitioſis, quas Sacerdos offerre ex lege ſacra non debuit, verba faciens ולא inquit [h], קרבנות ישראל בלבד אלא אף קרבנות הגוים אם הקריבן והם בעלי סומין לוקה שנאמר ומת בן נכר לא תקריבו את לחם וגו *Nec ſolùm id de ſacrificiis Iſraelitarum eſt intelligendum, verùm etiam de eis, quæ à Gentilium offerebantur. Nimirùm ſi, cùm vitioſa eſſent, ea offerret Sacerdos, is flagris puniebatur. Nam & lex ait, nec de manu filii alienigenæ offeretis Panem &c.* Tantundem alii [i], dum legem hanc ſacram ita breviter in Præceptorum recenſione exhibent; שלא לקריב בעל מום אפילו בקרבנות הגוים *ut non offeratur animal* ſeu *victima vitioſa, ne quidem etiamſi à Gentili in ſacrificium adducatur.* Sed legem illam capit Lyranus aliique [k] Chriſtiani non pauci de eo quod eſt, Victimam ſeu Oblationem aliquam ipſam neutiquam à Gentili offerendam, ſed duntaxat Pretium, quo à Sacerdotibus coëmeretur victima ſeu Oblatio. Quin & Salomonem Jarchium expreſſim pluribus impugnat Lyranus. Et Abulenſis ibi; *Pecunia, cum accipiebatur, non offerebatur Domino, quoniam non erat aliquid cremabile; ſed de pecunia emebatur aliquid, quod eſſet ad uſus Sanctuarii. Hic autem ſolùm dicitur; non accipiendum eſſe aliquid de manu Gentilium, quod offeretur Domino, id eſt, quod cremetur coram Domino, vel ponatur ſuper altare. Unde ſi aliquis Gentilis voluiſſet offerre panes, ita ut illi crematentur ſuper altare, vel cederent in jus Sacerdotum, aut vellet offerre aliquod animal, ut immolaretur, non reciperent hoc Sacerdotes Iudæorum, quia hoc immolandum erat per ſe; ſi tamen aliquis Gentilis daret panes aut animalia, non ut per ſe immolarentur aut offerrentur, ſed ut venderentur & converterentur in pecunias applicandas ad uſum Sanctuarii, reciperetur talis Oblatio, quoniam hoc ſolùm prohibitum erat, ſcilicet id quod ipſi darent poni ſuper Altare vel offerri Deo, ita ut efficeretur ſacrum. Si autem Gentiles darent pecuniam vel aliquid aliud*

[h] *Halach.* Iſuri Mizbach. *cap. 1. & 6. deſis num. 7. in fronte Halach.*

[i] *Moſes Mikotzi Præcept. Negativ 314. Abarbinel in* Pirush Tora *fol. 260. col. 4*

[k] *Abulenſis in Leſit. 22. quæſt. 22. & 23. Cajetan, Io. Lorinus, Cornelius à Lapide &c.*

Digitized by Google

liud convertendum in pecunias, non efficiebantur ista sacra, sed postea ex eis emebantur alia, quæ sacra essent, scilicet animalia vel panes. Directè autem non efficiebantur sacra quæ illi dabant. Quia postquam acciperentur pecuniæ datæ ab eis in Sanctuario, transibat in ius sanctuarii. Et ideo sive emerentur inde animalia ad Sacrificia facienda, sive ad aliquid alterum, non dicebatur tale Sacrificium vel talis res data à Gentili, quia jam emebantur ista ad voluntatem Sacerdotum Ministrantium in Sanctuario. Et hoc sufficiebat ad hoc, quod non acciperetur Sacrificium de manu Gentilium. Sic Tostatus ille quod & alibi[l] pluribus sibi firmare videtur. Joannes Lorinus, alii, tantundem. Sed refragatur Magistrorum schola. Nec vim omninò in eos habet argumentum illud, quod Lyranus affert, & velut firmum admittit Abulensis [m], de Paschalibus ritibus cum Gentili non communicandis. Quasi verò inde sequeretur multò minùs ei permissum Templo, ut dictum est, Oblationes spontaneas offerre. Nam Peregrinus in Numeris [n], ad Paschatis celebrationem admittendus planè Proselytus Justitiæ est. Et non solùm, ex lege Sacra [o] alia. Paschalibus ritibus, verùm etiam omnibus aliis [p], qui Ebræis proprii, arcebantur Gentiles necdum in Judaismum recepti, juxta Magistrorum placita jam antè ostenta. Non utique spontaneis Oblationibus aut Holocaustis Numen Hierosolymis colere vetiti. Quippe quæ in Cultum offerebantur simplicem, rituum Ebraicorum legumque Leviticarum ratione alia non habitâ quàm ut, juxta Jus illud à Numine datum utrisque Imperativum, vitio carerent. Quin nec desunt in Christianis [q], qui Oblationem quidem pecuniæ seu aliûs cujusvis rei in sacros qualescunque usus accipi à manu Gentilis ea lege prohiberi velint. Aliis [r] intereà (præter superiori in capite citatos) id ipsum quod docent Magistri, de ipsis Oblationibus vitio carentibus etiam à manu Gentilis accipiendis, asserentibus. Christianorum autem alii, etiam in rebus Ebraicis versatissimi, interiùs quàm Talmudici admittunt in Templo Hierosolymitano Gentiles. Arias Montanus [s] etiam de Salomonico; *Posterioribus temporibus extra Israelis ac Fœminarum atrium aliud constructum fuit, cui* חול *hoc est, profano est nomen factum, in quod Exteri, id est, Gentes, quæ Israelis nomen non profiterentur, convenire ad orandum possent: & Israelitæ etiam qui Ceremoniali ritu puri non essent. Ad hoc atrium illa pertinebant*

[l] *Ad 1. Paralip. cap. 16. q. 29.*

[m] *Ad Levit. 22. quæst. 23.*

[n] *Cap. 9. 14.*

[o] *Exod. 12. 43.*

[p] *Videsis Abulensem ad D. Matthæ. c. 26. quæst. 40. 41. &c.*

[q] *Hugo Cardinalis ad Levitic. 22.*

[r] *Io. Brentius ibidem ubi & fide P. Fagium, Seb. Munsterum. Isidorũ Clarium &c.*

[s] *In Libanum pag. 13.*

bant exedra, quarum ſitum paulo antè deſcripſimus, partim in ſacro partim in profano conſtituta. Habuit etiam ſuus porticus atrium hoc, quibus vel imber vel æſtus nimius vitari poſſet. Hujus atrii porta, quæ Orium reſpiciebat, infima dicebatur. Citantur ab eo in margine etiam Talmudici r aliquot velut hujus rei teſtes. Admiſſos quidem Gentiles in loca Intermurali exteriora (ut oſtenſum eſt) conſentiunt Talmudici. Sed exedræ illæ, quæ partim in ſacro, partim in profano ponebantur, fuêre, quæ partim atria Gentilibus planè inacceſſa, & partim Intermurale (quod reſpectu atriorum quæ ſanctiora erant, חוץ ſeu *Profanum* etiam eſt dictum u) occupabant. Unde, ſi verum dixerit Arias, intra Intermurale admiſſi Gentiles; quod Talmudicis planè refragatur. Nec loci ab eo citati ejusmodi quid omninò præſtant. At ſingulare eſt, quod apud Bedam aliosque aliquot habetur, ex Caſſiodoro; *admiſſos in extremum atrium Gentiles & Judæos, qui nuper venerant ex Gentibus usque ad ſextum purificationis diem.* Hoc ſcilicet inter alia ex vetuſta Templi apud Caſſiodorum figura affertur x. Et ſtatim ſubjungit Beda; *Hæc ut in pictura Caſſiodori reperimus diſtincta, breviter annotare curavimus; ita eum ab antiquis Judæis didiciſſe: neque virum tam eruditum voluiſſe in exemplum legendi proponere, quod non ipſe prius verum eſſe cognoviſſet.* Tantundem, ex eo, Rabanus Maurus y. De Gentilium admiſſione res quidem palàm eſt ex ſuprà memoratis. At Judæos, qui nuper venerant ex Gentibus, (ſive Proſelytos Juſtitiæ ſeu quò è Gentilium ritibus in Judaiſmum tranſierant, ſive Judæos originarios è Gentilium regionibus, quibus degerant, Hieroſolymam ſe adorandi causà conferentes intelligas,) eo nomine interius non admiſſos ante diem ſextum, nondum comperio apud Talmudicos. Sed verò, ut hanc rem tandem finiamus; procul à vero abeſſe, nemo ex hiſce non videt, id quod à nonnullis aſſeritur, *nunquam paſſos fuiſſe Judæos miſceri ſibi in ſolenni Dei cultu Gentiles, quia putaſſent hoc modo ſe & Templum & ſacrificia pollui.* Quod ſcilicet etiam de adoratione tantùm dictum. Nam ita Joannes Calvinus z, ubi ob hanc potiſſimùm cauſam non vult Gentiles ſeu incircumciſos fuiſſe Ἕλληνας ſeu Græcos illos, qui Hieroſolymam apud D. Joannem aſcendebant, ut adorarent, ſed Judæos Græcienſes. Et meritò ſanè eo nomine à Joanne Maldonato a refutatur.

t *Mirus de Decimaſecunda cap. 3. parag. ח & Camb. in Ezek. 42. 18. Miſn. tit.* כובה *ca 5. par. ח.*

u *Conſtat in L'Empereur ad Cod. Middoth pag. 186*

x *Beda Tom. 8. lib. de Templo Salomon. cap. 16.*

y *Ad 3. Regum cap. 6.*

z *Ad. D. Joan. cap. 12. 20.*

a *Ibidem.*

CAP.

Digitized by Google

Cap. VIII.

Ex antè allatis concluditur, Ebræorum sententiam manifestam *esse, tum* Proselytos Domicilii, *tum* Noachidas reliquos *seu Genus humanum universum* ad Cultum Divinum, qui in Precibus, Gratiarum actionibus, Benedictionibus, Holocaustis Spontaneis ac Spontaneis Oblationibus *(quibus scilicet peculiares Ebræorum ritus non committi)* & Votis simplicibus *habetur*, esse obligatos. Christianorum *aliquot hac de re* Placita. *De* Holocaustis illis *singularia quædam. Ad* fusiorem de Septimo die explicationem *transitus.*

Stenso hactenùs tum qualisnam Cultus divinus Proselyto domicilii seu Gentili Hierosolymis alibive in ditione Israelitica permissus fuerit, tum qualis interdictus, tempestivè redimus ad id, quod suprà proposuimus de eo quod est, Ebræos non solùm voluisse Gentiles seu Noachidas, id est, Genus humanum, Interdictis illis Naturalibus de Cultu Extraneo & Blasphemia Negativis, quà Negativis, inter cetera Juris Noachidarum capita, teneri, seu sceleribus illis binis, quà Numen seorsim & per se Interdicta respiciunt, abstinere; verùm etiam existimasse eos ad Cultum & Honorem Numini exhibendum obligatos esse; idque velut ex appendice Interdictorum illorum Affirmativa, juxta superiùs capite primo dicta. Quod ex Cultûs, apud ipsos Proselytis Domicilii aliisve Gentilibus eorum instar, Permissione & Interdictione jam fusiùs explicata non est elicere difficile. Etenim dum, ut ostensum est, negant Gentilem, necdum Proselytum Justitiæ factum, ritibus Ebraicis, quà Ebraicis, ex Jure ipsis aliisque Gentibus partim Imperativo partim Interveniente potuisse misceri, nec impunè Legem Mosaicam ejusve partem aliquam apud ipsos (quibus Lex ea peculiaris) ab eo servandam fuisse, nec aliud omninò ultrò ibi in Cultum præstari ab eo debuisse, præter id, quod Jure suo, id est, Septem capitibus Juris Noachi-

achidarum, præſtandum erat; ſed demùm Preces, Laudes, Adorationes, id genus alia, præter ſpontanea Sacrificia, Oblationes ſpontaneas, & Vota, id eſt, Cultum ſimplicem ritibus Ebraicis nullatenùs involutum, juxta ſuperiùs dicta, ei etiam, Hieroſolymis ipſoque in Monte Templi (pro Templo interdum, ut diximus, ſumto) permiſſum; liquidò ſequitur, Cultum ejusmodi, ex Jure ipſo Noachidarum ſeu ejusdem ſenſu Obligativo ac Affirmativo, veluti Interdictis illis binis annexo, Gentilibus apud ipſos, ſeu in eorum ditione agentibus præſtandum, eos admiſiſſe. Nec ſcrupulum intempeſtiviùs heic quis injiciat, Spontaneum Obligationi adverſari videri. Ideo enim Spontanea dicuntur heic Sacrificia illa & Oblationes, quia Genus, Tempus, Æſtimatio (juxta ſuperiùs dicta) offerentis arbitratui ſic relicta ſunt, ut præſtitutis, in legibus Ebræorum, Sacrificiis, quæ reliqua ſunt, Solennibus eſſent planè libera; ſed pro re nata tamen ex Obligatione præſtanda, ut Supplicationes, & Gratiarum actiones. Et cum Cultus divinus ſit tum Interior, qui conſiſtit in conjunctione ad Deum ſummaque ejus reverentia per intellectum & affectum, tum Exterior, quæ in Precibus & Laudibus effundendis, Adorationibus, Sacrificiis, Oblationibus cernitur, neque hic ſine illo ritè exhiberi poſſit; conſequitur ſimiliter, ad Cultum utrunque obligatos etiam Proſelytos Domicilii, & qui eorum inſtar fuêre, (adulti ſcilicet nec rationis expertes; & pro rerum ſuarum ſive copia ſive inopia) cenſuiſſe Ebræos. Ita tamen ut ob non præſtitum alterutrum nulla apud eos ſequeretur pœna Civilis, ſed cultus neglecti pœna מיד שמים *cœlitùs* eſſet expectanda; quemadmodum loquuntur etiam non rarò de peccatis aliquot ex lege ipſis Civili, cœlitùs tantùm, non in foro Civili puniendis agentes. Atque ex hoc de Proſelytis Domicilii ſeu Gentilibus eorum inſtar ſic demonſtrato, pariter ſequitur, ad Simplicem Reverentiam ejusmodi actu tum interiori tum exteriori præſtandam, Cultumque quantus in Precibus, Gratiarum actionibus, Benedictionibus, Sacrificiis ac Oblationibus Votisque ſimplicibus conſiſtebat, exhibendum, ſimiliter obli-

obligatum esse Universum genus humanum Ebræos antumâsse. Nam nil permissum, in ultroneo cultu, Proselyto Domicilii Hierosolymis seu in ditione Israelitica, præter id quod ex Juris Noachidarum, quod humani generis faciunt commune, Obligatione pendebat. Atqui Cultus, qualem diximus, simplex atque ultroneus ille Proselyto domicilii permissus est Hierosolymis, & pro natura rei, alibi in ditione Israelitica. Unde manifestum fit, ad communia hominum officia etiam ex Obligatione, Cultum illum, juxta disciplinam, quam tractamus, pertinuisse. Neque igitur Expiatoria signantiùs sic dicta, juxta eos, Sacrificia, Propitiatoria, aut Pacifica, ne Oblationes aliæve Præstationes lege scriptâ, quâ scriptâ, imperatæ, in cultu externo Proselyti Domicilii Hierosolymis locum habuêre ullum; adeoque nec in cultu illo externo, ad quem Genus Humanum ab ipsis rerum initiis Obligari volunt. Sed in eo tantùm locum habuere Preces, Benedictiones, Gratiarum actiones, Holocausta simplicia, eaque ultronea (ut supra ostensum est) & ultroneæ Obblationes ac Vota. Holocausta autem, tametsi ex interdicto illo de eis divino (quò tàm Proselyti Domicilii, quàm Israelitæ, ut dictum est, licet diversimodè, continebantur) Hierosolymis tum vitiis in Levitico memoratis carere debebant, tum ex gregibus ac armentis tantùm aliquot ibi enumeratis seligi; nihilominùs extra dìtionem Israeliticam, seu ubi non obligabat Lex Mosaica, sed jus tantùm Noachidarum, ex aliis [b] animalium generibus, mundorum saltem, nec ita vitio carentibus, indiscriminatim (modò hostiis humanis, de quibus libro quarto, abstinerent) sumi potuêre. Quale de aliis etiam Gentilium Oblationibus Votisque Numini vero dicendum. Vices autem tàm Hastici atque Expiatorii quàm Eucharistici Sacrificii, Simplicia ac spontanea Holocausta illa Proselytis Domicilii adeoque ceteris Noachidis suppleſſe, Ebræos non dubitasse, puto, palam est. Nam ut Abelis & Noachi Eucharistica & Hastica fuisse liquet ex disertis sacri sermonis [c] verbis, ita non solùm Eliphazi [d] Baldadi & Tzovari Holocausta, quæ ad Intervallum illud etiam ante legem scriptam, attinent,

b *Videsis Salomon. Iarchi ad Levit. 22. 25.*

c *Genes. 4. 4. 8. 20.*

d *Iob. 42. 8. & 9.*

nent, ſunt Expiatoria; verùm etiam de ipſo Holocauſto ſpontaneo (ad quod ſolum Sacrificii cruenti genus, utpote ſimpliciſſimum; admittebantur Hieroſolymis Gentiles) dicitur, e וְרָצוֹן לוֹ לְכַפֵּר עָלָיו *& acceptabile erit pro eo, ut ſcilicet expiatio fiat illi*, ſeu ut vulgata, *acceptabilis erit atque in expiationem ejus proficiens*, nimirum ſponte offerentis. Quale pariter de Gentilium Oblationum aliarum ſpontanearum votorumque effectu Ebræos exiſtimaſſe, æquum eſt ut autumemus; modò ſaltem accederet Confeſſio & Pœnitentia f, ſine quibus Expiationem ritè ſic fieri ſibi ipſis quidem non admittebant. Hiſce, ut ſequaces, connumerandi etiam ſunt, Spes præmii ac Timor pœnæ divinæ, qui cultûs interioris pars. Sed de ea plura, ubi Caput de Judiciis infra tractamus. Neque Ebræorum ſententiæ de Cultu per Sacrificia & Oblationes Numini ante Legem ſcriptam, id eſt, ex Jure Noachidarum ſeu humani generis Communi, ſic exhibendo, diſſona ſunt, quæ apud Patres Chriſtianos ſubinde occurrunt de Intervallo illo. S. Thomas; *ſicut in ſtatu legis Naturæ, homines nulla lege exteriùs datâ* (literis mandatâ) *ſed ſolo interiori inſtinctu* (ex Numine indito) *movebantur ad Deum colendum; ita etiam ex interiori inſtinctu determinabatur eis, quibus rebus ſenſibilibus ad Dei Cultum uterentur.* Recole heic etiam quæ ſuprà h ex Paulo Burgenſi afferimus. Et certè, qui Sacramenta illius Intervalli tria illa faciunt i; Sacrificium, Oblationem, & Fidem, Ebræis heic proximè accedunt. Sed de Externo Cultu, Signis ſacris, ac Sacramentis illius Intervalli, quamplura huc ſpectantia controvertuntur apud Scholaſticos k, quos, ſi placet, vide. Præ aliis autem S. Thomam, Alexandrum Halenſem, Scotum & Guidonem Brianſonem. Certè & Ebræorum ſententiam fuiſſe, Noachidas ſeu genus totum humanum ad Cultum divinum præſtandum, non ſolùm Idololatriâ & blaſphemiâ abſtinendum, obligatos eſſe, idque ex ſenſu Interdictorum binorum, quæ libro ſecundo explicavimus, non dubitarunt viri aliquot in Chriſtianis ſcriptoribus ſummi, dum interdicta illa è Magiſtrorum commentariis obiter enumerant. Monuimus ſuprà l, eſſe qui בְּרָכַת הַשֵּׁם quod *execrationem* ſeu *Maledictionem nominis* merito vertimus, *Benedictionem* interpretantur. Horum quidem aliqui id explicant per *ut bene ſolum creato-*

c *Levit. 1. 4 & vide Ioſeph lib. 3. c. 10. & Philonem. lib. de victimis.*

f *Vide Maimonidem halach.* Theſuba.

g *Part. 3. qu. 60. art. 5. ad tertium.*

h *Cap. 2.*

i *Guid. Briãſon in Sent. 4. Diſt. 1. qu. 2. Correlar. 3. Gregor. Moral. l. 4. c. 2. Diſt. de Conſecrat. 4. cap 5.*

k *Ald Sent. 4. diſt. 1. & S. Thom. 2. ſec. q. ſſ. part 3. qu. eſt. 60. & vide Hugon. de Sacramentis l. 1. part. II. c. 3. Alde Abulenſ. ad Gen. 6. & ad Paralip. cap 16. qu. ſd. 26. & 27.*

l *Lib. 1. cap. 10. pag. 427.*

creatorem veneraretur. Sic Guilielmus [m] Schickardus. Alii pro Interdicto ſubſtituunt *Benedicere Deum.* Sic præter ſupra citatos, Paulus Fagius, Sebaſtianus Munſterus, Iſidorus Clarius, alii ad Levitici caput vigeſimum ſecundum. Atque id planè Cultum denotat. Petrus item Cunæus [n] pro eodem, in Juris Noachidarum Capitum ex Ebræis recenſione habet *celebrandam divini nominis majeſtatem eſſe.* Summa igitur eſt, in Oblationibus ſpontaneis, Holocauſtis itidem ſpontaneis & Votis (pro vario perſonarum ac rerum diſcrimine) præter Preces, Gratiarum actiones, Benedictiones, conſtitiſſe Cultum illum divinum, ad quem Genus humanum obligatum eſſe voluêre Ebræi, idque ex jure, quod tractamus, Naturali. In Oblationibus ſcilicet ac Votis (qualia in Oblationibus deſinunt) rerum ſacros in uſus, veluti in Templa ac Aras extruendas, Sacerdotiorum ſumptus, miniſteria, inſtrumenta & ſi quæ ſunt id genus alia. In Holocauſtis autem cruentis, ſeu animalium Sacrificiis, igne omninò conſumendis, parte nullâ polluctâ ſeu comesâ. Quod ex eo videtur manâſſe, quod primæ ætatis hominibus, id eſt, qui Noachum præceſſerunt, carnium eſus permiſſus non ſit (ſic enim Ebræi [o] ſtatuunt; qua de re plura, ubi inferiùs agimus de membro animalis viventis Noachidis interdicto) atque tunc temporis Sacrificia illa ignita, ex juſſu ſeu inſpiratione [p] Numinis cum ceteris ad Cultum neceſſariis, originem habuerint. Neque enim ex immolati animalis parte aliqua (quemadmodum in Sacrificiis aliis Ebræorum, & in non paucis Gentilium ævi ſuccedentis) epulum ſacrum, velut Sacrificii appendicem, celebrari tunc licitè potuiſſe nemo non videt. Et cum Carnium eſus verbis diſertis generi humano poſt compluria ſecula à Numine indultus eſt, de Sacrificiorum cruentorum ritu nihil interea eſt novatum. Sed totum animal pro victima oblatum, excoriatum [r] tamen ex more & diſſectum, ut ante, concremandum erat. Uſibus nempè humanis ſic planè eximendum; idque tum in recognitionem ſupremi Numinis imperii, tum in gratiarum actionem, favoris conciliationem, peccatorum expiationem, velut per ſymbolum quod Retributionis Univerſi Domino factæ faciem ſaltem ſibi indueret. Adjiciunt etiam aliqui in ipſo primo quod diſertè legitur Holocauſto cruento, adeoque in ceteris, quæ ſecuta ſunt ra-

[m] *De Iure Regio cap. 5. Theorem. 17. pag. 129.*

[n] *De Repub. Hebræorum lib. 2. cap. 19.*

[o] Bereſith Rabba *parſh. 34. fol. 38. col. 2. Joſeph Albo li.* Ikarim *parte 3. cap. 14. & 15.*

[p] *Alex. Halenſ. part. 4. memb. 6. Scot. in ſent. 4. diſt. 1. qu. 7.*

[q] *Geneſ. 9. 4. Joſeph Orig. l. cap. 4.*

[r] *Gemar. Babylon. ad tit.* Zebachim *cap. 14. fol. 115. b.*

rationem ſingularem habitam humani in cætera animantia, quæ dignitate & ſimilitudine homini proxima, dominii agniti. Scilicet Abelem ritè didiciſſe adeoque credidiſſe, utcunque carnibus veſci homini non liceret, animalia nihilominus omnia ita homini ex Numinis indultu ſubjacuiſſe, ut non ſolùm alios in uſus cogenda, ſed etiam in Holocauſta immolanda eſſent. Inde, ut tam inſignem indultum Numinis, quàm imperium ejus ac bonitatem agnoſceret, ac propitium redderet, primogenita ovium, eaque optima in Holocauſtum eum immolâſſe, Numinique ſic placuiſſe. Cainum verò tantùm abfuiſſe ab hoc tam eximio Numinis hominibus indultu agnoſcendo, ut nondum admitteret animantium ceterorum alicujus immolationem ſeu cædem licitam magis fuiſſe atque homicidium. Parilem item hominibus ac animantibus ceteris fuiſſe exitum. Atque inde eum res viliores, ſeu fruges terræ obtuliſſe; & hoc demùm nomine Numini diſplicuiſſe. Quæ pluribus exequitur R. Joſeph ſ Albo, quem vide. Et de hisce ſatis ſuperque. Jam verò Obligatione Noachidarum ad Cultum, juxta Ebræos, ſic oſtensâ, reſtat ut fuſiùs diſpiciamus, quemadmodum ſuperiùs t promiſimus, de ſacra Sabbati ſeu Septimi diei obſervatione. Obiter ibi ex Ebræis docuimus Feſta eorum omnimoda Proſelyto Domicilii interdicta, uti & omnimoda alia, quæ fortè Proſelytus ejusmodi ſibi intra ditionem Iſraeliticam obſervanda inſtitueret, aut alibi inſtituta ibi ſervaret. Id eſt, Tempus nullum ſolenne ſeu Feſtum nullum ex Jure Noachidarum ſeu humani generis communi Sacris, quæ diximus, juxta eorum ſententiam, etiam neceſſariò generi humano obeundis, eſſe præſtitutum. Id enim manifeſtò ex jam antè oſtenſis ſequitur. Nam quod Proſelytum Domicilii obſervare non permittebant, ad id nec ipſum nec Gentilem alium ſeu Noachidem obligari eos voluiſſe, inde palàm eſt. Pro vario igitur tam Locorum ac Temporum, quàm perſonarum ac rerum diſcrimine ac opportunitate, Cultum illum à Noachidis extra ditionem Iſraeliticam exhibendum cenſuere; quemadmodum, dum parentes dicimus colendos, ſeu ablata reſtituenda, alia ejusmodi, obligationem quidem palàm innuimus, Loca tamen & Tempora obſervationis ex re nata ac rerum & perſonarum diſcrimine atque opportunitate perquam variatim elicienda nec ſignato

ſ Part. 3. cap. 15.

t Cap. 5.

Digitized by Google

signato aliquo die determinata intelligimus. Quæ nihilominus ex jure aliquo positivo determinari posse nemo dubitat. Nec dubitarunt Ebræi, quin Gentiles sui plane juris extra ditionem Israeliticam, & Tempora & Loca Cultui suo sacro possent pro arbitratu suo præstituere, & sive Festa cultui veri Numinis ab ipsis adinventa celebrare, sive Ebraica etiam, quotquot vellent [u], imitari. Quod Proselytis domicilii, utpote ex Arbitratu, non ex Obligatione pendens, plane negatum. Et cum ita se rem habere ex jam ante allatis constet, supervacaneum forsan nimis videatur plura de Septimi diei seu Sabbati Festi observatione, qua Noachidas seu genus reliqvum humanum spectat, heic adjicere. Ceterum, quoniam non solùm olim in schola [x], verùm etiam & hoc seculo, perillustris habetur ea de re Quæstio, eaque à scriptoribus sanè graviſſimis aliquot, tum integris ea de re libellis, tum commentariis ad caput Geneſis secundum, & Decalogum, aliisque lucubrationibus editis agitata, in qua subinde trahuntur in partes etiam Ebræorum nonnullorum sententiæ, perinde ac si ex Jure Naturæ universalem, necessariam, ac perpetuam Sabbati aut septimi diei, ut festi, observationem ipsi docerent, adeoque ad eandem Genus Humanum universum obligatum esse statuerent; ideò operæ pretium duximus, rem altiùs repetendo, tum quid de Sabbati seu Septimi diei, ut Festi necessario celebrandi, Institutione atque etiam Observatione (qua Noachidas spectet) ulteriùs docuerint Talmudici, tum quid de locis aliquot in hanc rem è celeberrimo illo Judæorum pari, Flavio Josepho & & Philone, afferri solitis statuendum sit, proximè explicare. Et primò de Sabbati seu recurrentis Septimi in dierum periodis diei, ut Festi, celebrationis, juxta Talmudicos, Institutione.

[u] *Vide supra cap. 5.*

[x] *Alex. Hal. part. 3. quæst. 30. S. Thom. 2. 2. quæst. 96. art. 3. Scotus ad sent. 3. dist. 37. quæst. 6.*

Cap. IX.

Quid de Originis *seu* Primariæ Sabbati *seu* Septimi *in dierum periodis diei, ut Festi,* Institutionis Tempore *& Loco senserint* Talmudici. *Obiter de* Itinere Sabbatico; *& quanta fuerit ejusce* mensura, *atque* unde auspicanda. *De Chronico* Seder Olam Rabba *dicto, ejusque Autore & Vetustate.*

IN Sabbati, ita per excellentiam dicti, id est, Septimi in periodis dierum à rerum conditu putatis diei, ut Festi, celebrationis Solennis nec sine piaculo intermittendæ (quæ in opere ac laboribus, Cultûs Causâ, abstinendo, lege legenda, audienda, ac Sacrificiis singularibus, maximè cernebatur) Institutione, juxta Ebræos, dispiciendâ, consideremus oportet, ex eorum disciplina, potissimùm Tempus Institutionis, Locum, Causam, & quamnam Relationem habere velint Institutionem illam ad genus humanum, seu ejusce partem aliquam. Tempus Institutionis non in rerum primordiis, sed intra mensem ab exitu ex Ægypto, adeoque ante Decalogi promulgationem à Talmudicis collocatur. Scilicet in statione Israelitarum in Mara, quæ quinta y est ab exitu. De statione illa legitur in Exodo z *ibi posuit ei Deus* חוק ומשפט id est, *Statutum & Iudicium.* Partem scilicet capitum legis Mosaicæ, quæ postea secuta est, heic intelligunt, ut & antè a memoratur. Atque in ea parte Sabbati institutionem fuisse pronuntiant. Et tametsi de omnibus capitibus tunc traditis neutiquam consentiant universi, attamen Sabbatum in eis contineri Traditio est eis avita atque vetustissima. Statuti nomine, Sabbatum; Judicii, hujus Formulas ibi innui plerunque volunt, præter Honorem Parentum. Ea de re quod suprà b citatum est ex *Seder Olam Rabba* & Glossa Salomonis Jarchii, heic recole. Consona est Gemara etiam Babylonia, ubi legitur c עשר מצות נצטוו ישראל במרה שבע שקיבלו עליהן בני נח והוסיפו עליהן דינין ושבת וכיבוד אב ואם דינין דכתיב שם שם לו חוק ומשפט שבת וכיבוד אב ואם דכתיב כאשר צוך יי' אלהיך ואמר ר' יהודה כאשר צוך במרה *Decem Præcepta accepêre Israelitæ in Mara; Septem quæ Noachidarum fuêre* seu *Humani generis Universi. Iam verò adjecta sunt Iudicia, Sabbatum & Parentum Honos. Iudicia, juxta illud* d, *illic posuit ei statutum & Iudicium. Sabbatum & Parentum Honorem*; *juxta illud, quemadmodum* e *præcepit tibi Dominus Deus tuus, quod ex Sententia Rabbi Iehudæ intelligendum est de eo, quod antè præceptum est*

y *Numer.33. & Exod.15.25. alib.1.cap.10 pag.123.*

b *Ibid.*

c *Gemar.Babylō.ad Tit. Sanhedrin. ca.7.fol.56b.*

d *Exod.31.25.*

e *Deut.15.12. & 16.*

Digitized by Google

est in Mara. Scilicet observant in Lege repetita seu Decalogo à Mose in Deuteronomio iterato bina illa Præcepta de Sabbato & Parentum Honore, verba illa, *quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus*, velut sibi peculiaria habere; ceteris sine hisce omninò ibi prolatis. Et sunt quidem in Magistris, qui [f] de lege in Sinai anteà datâ verba illa intelligunt. Sed utroque in Loco adjecta ea esse volunt viri apud Ebræos insignes, Rabbi Jehudæ heic sequaces, ad indicandum id, quod in Mara, atque ante Decalogi ipsius promulgationem, præceptum est. Unde ad jam allatum è Deuteronomio locum Salomon Jarchius, אשר צוך קודם מתן תורה במרה *quemadmodum præcepit* (seu anteà præceperat) *intelligendum est de eo, quod ante legem datam præceptum est in Mara.* Quin & in Gemara Babylonia, ubi de Itineribus Sabbaticis disputatur, quæstio fit, utrum etiam illa in Mara præfinirentur. Atque altercantibus ea de re Magistris admittitur interea, ut receptissimum, ipsum Sabbati seu Septimi in enumerationis ordine à mundi conditu inchoato diei observationis Præceptum originem esse in Mara sortitum. Verba sunt [g], וקספלגי בשבת דמרה וכתיב כאשר צוך ה' אלהיך ואמ' רב יהודה אמר רב כאשר צוך במרה מר סבר אשבת איפקוד אתחומים לא איפקוד ומר סבר אתחומים נמי איפקוד *Altercatio fuit* (inter Rab Acha Bar Jacob & Rabba) *de Sabbato, quâ ad Mara refertur. Scilicet scriptum est, quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus; quod interpretatur Rab Iehuda, quemadmodum præcepit in Mara. Alter verò eorum existimavit, non ibi Itinerum quantitatem præfinitam esse, sed tantùm Sabbatum; alter etiam & itineris quantitatem.* Scilicet תחומי השבת *Itinerum* seu *Intervallorum Sabbaticorum* apud Talmudicos, juxta receptam antiquitùs Sententiam, de qua obiter heic monere liceat, duplex habetur genus. Alterum Majus, quod Legi scriptæ coævum, id est, Mosaicum fecêre; alterum Minus, quod ex Scribarum scitis, id est, moribus superinductis manavit. Prius aiunt fuisse XII Milliarium. Posterius Cubitorum bis Mille; quod æquale est Milliario Italico aut præterpropter. De minori illo itinere Scriptores Christiani ad Apostolorum Acta [h]; ubi pro Σαββάτου ὁδόν *Iter Sabbati* (quæ distantia ibi inter Montem Olivarum & Urbem Sacram) substituitur à Syro איך שבעא אסטרון

[f] *Aben. Ezra ad Deuter. 5. & Isaac. Abarbinel in* Pirush Tora *fol. 339. col. 3. & 4.*

[g] *Gemara Babylon. ad tit. de* Sabbato *cap. 9. fol. 87. b.*

[h] *Cap. 1. 12.*

quasi septem stadia; ab Æthiope i autem *Cursus unius Viri, quod est iter antiquum Sabbati.* Sed pro bis Mille Cubitis, velut ex Ebræis, habet S. Hieronymus totidem Pedes tantùm j. *Præterea*, inquit ille k de Judæis, *quia jussum est, ut diebus Sabbatorum sedeat unusquisque in domo l sua, & non egrediatur, neque ambulet de Loco, in quo habitat; si quando eos juxta literam ceperimus arare, ut non jaceant, non ambulent, non stent; sed tantum sedeant, si velint præcepta servare; solent respondere & dicere; Rab Akiba & Simeon, & Hillel* (sic planè legendum, non *Hille*, ut in editis) *Magistri nostri tradiderunt nobis, ut bis Mille pedes ambulemus in Sabbato.* Sic ille; ubi tamen Erasmus m, aut legebat, aut intellexit (nimemoriæ lapsus fuerit) bis Mille passus. Sed quod citavimus ex Hieronymo, id ipsum fermè legitur pariter apud Agobardum n Episcopum Lugdunensem, cui nec Cubiti, sed Pedes etiam heic mensura sunt. Sed hisce vetustior Origenes o Cubitos seu πηχεις totidem habet, uti & ex eo Oecumenius & Theophylactus, tametsi in Libris Theophylacti corruptè excusis legatur, velut ex Origine, τριῶν πηχῶν trium Cubitorum pro διχιλίων bis Mille, ut rectè animadvertit I. Drusius p. Atque ita sanè apud Suidam citatur locus ille sive ex Origine sive è Theophylacto aut Oecumenio desumptus. Eucherius etiam per mille passus, qui eidem mensuræ satis sunt consoni, iter Sabbati in Actis, ut rem notissimam explicat. Sic ibi Beda, Lyranus; sic glossa interlinearis; quæ adjicit, *quod, cujus autoritatis sit, ignoratur.* Sic alii. Sed oscitanter nonnulli duûm Miliariûm substituunt heic spatium. Atqui audiamus Talmudicos.

היוצא חוץ לתחום המדינה בשבת לוקה שנ' אל יצא איש
ממקומו ביום השביעי מקום זה הוא הרים העיר ולא נהגה
תורה שיעור לתחום זרח אבל חכמים והעתיקו שתחום
זה הוא חוץ לשנים עשר סיל כנגד מחנה ישראל וכך אמר להן
משה רבינו לא תצאו חוץ למחנה ומדברי סופרים שלא יצא
אדם חוץ לעיר אלא עד אלפים אמה הוא כגרש העיר

q Exod. 16. 29

Qui in Sabbato *ultra terminum Urbi præfixum exibat, vapulabat; juxta id, quod habetur in Lege* q, *non egrediatur ullus è loco suo die Septimo. Locus hic est Terminus Urbi præfixus*, seu *spatium intra terminum illum protensum. Ejus verò mensura diserte non statuitur à lege; unde tamen per interpretationem Sapientes illud fecere duodecim Mil-*

i *Apud Ludov. de Dieu ibid.*
k *Epist. 151. ad Algasiam quæst. 9. & videsis Baronium Ann. Christ. 34. Maldonat. ad S. Matth. 28. 20. &c.*
l *Exod. 16. 29.*
m *Ad Act. Apost. cap. 1.*
n *Opusc. de Judaicis superstitionibus.*
o *Apud Theophylact. in Act. 1. & Peri Archon. lib. 4. cap. 2. & adde Sui. dam Verb.* Σαββατου ὁδὸν ἔχων.
p *De Quæst. N. T.*

Milliaria, quod spatium erat ultra quod è Castris Israeliticis non erat egrediendum. Nam & sic jussit Moses Magister noster, non esse egrediendum è Castris. Cæterùm ex Scribarum scitis mavavit illud, quod non liceret Homini Vrbe exire ultra bis Mille Cubitos. Scilicet spatium illud pro suburbio [r] *habetur.* Sic Maimonides [f], Moses Mikotzi [r], autor *Sepher* Colbo [u], alii, idque juxta scita in Corpore Talmudico [x] utroque reperta. Jam dicta autem sic interpretantur, ut fas fuisse aiant לאדם בשבת להלך את כל העיר כולה אפילו היתה כנינוה בן שהיתה מוקפת חומה בן שלא היתה מוקפת חומה וכן מותר לו להלך חוץ לעיר אלפים אמה לכל רוח *Homini in Sabbato totam Vrbem peragrare, etiamsi fuerit amplissima, etiam ut Ninive* [y]; *idque sive muris cincta esset, sive non cincta. Atque ita etiam fas fuisse ex Vrbe egredi per bis mille Cubitos in quamlibet plagam.* Dein adjiciunt; יאם יצא חוץ לאלפים אמה מבין אותו מכל מדותיה של שני עשר מיל אבל אם יצא והרחיק מן העיר יותר על שנים עשר מיל אפילו אמה אחת לוקה מן התורה *si bis mille Cubitos excederet, nec tamen duodecimum lapidem attingeret, flagris puniebatur, eis scilicet, qui Scribarum scita non observarent, debitis. Cæterùm si ultra duodecimi ab Vrbe lapidis distantiam exiret usque ad Cubitum unicum, vapulabat ex Lege sacra.* Atque ità vetustior obtinuit sententia, quæ & sui habet sequaces in Talmudicis recentioribus Viros celebriores. Recentioribus interea aliquot, & si Talmudicos vetustiores excipias, sanè aliquot vetustis, non aliud præter minus intervallum omninò agnoscentibus, quo nec inter se usquequaque [z] consentiunt omnes. Certè in Chaldæa Rutha paraphrasi legitur אתפקדנא למטר שביעא ויומי טבוון בריל דלא להלכא בר מתרין אלפין אמין *Præceptum accepimus de observandis Sabbatis & diebus festis, ne longius iter faciamus, quàm bis mille Cubitorum* Sic etiam in *Sepher Zohar* [b]. Quod nec accipiunt, quantum video, de tanto solùm itinere unico; sed nolunt die Sabbati quempiam procul magis Urbe sua aut loco, ubi mansit, ritè potuisse discedere. Atque idem Intervallum velut cum ipsa lege natum esse volunt nonnulli [c]. Quo & illud Josuæ [d] de Arca trahunt; *longitudo erit inter vos & illam quasi mensura duum millium Cubitorum, nec appropinquabitis ad eam, quatenus scilicet sciatis viam, per quam incedatis.* Ubi Salomon Jarchius

Mi-

[r] *Vide Num.* 35. 4. & *seq.*
[f] *Halach. Sabbath c.* 27.
[t] *Præcept. Neg.* 66. & *vide* Shulcan Aruch. *in li.* Orachchiim *cap.* 97.
[u] *Cap.* 34. *fol.* 37.
[x] *Hierosolymis tit.* Erubin *cap.* 3. *fol.* 21. *col.* 3. *Babylon. eodem tit. cap.* 4. *fol.* 49. 50. &c.
[z] *De cujus amplitudine videsis* Iacobum Capellum *in Miscellan. ad rem Numariam & Mensuriã.*
[a] *Videsis* Magid. Misna *ad Maimonid. halach. Sabbath. c.* 17. *fol.* 126. b.
[b] Sepher Mechilta *fol.* 30. *col.* 1.
[c] *Cap.* 1. 16.
[d] *In* Elle Semoth *fol.* 64. *Edit. Mantuana.*
[e] *Archias ad Exod.* 16. 29.
[f] *Cap.* 3. 4.

Mi-

e Bemidbar fol. 65. col. 2.

f Mun. tit. Erubin c. 3. & 4. & Sepher Mechilta fol. 20. col. 1. gloss. ad Exod. 16. 29. & ibi paraphras. Vzielis tributa.

g Gemar. Babylon. ad tit. Erubin c. 4. f. 42. 2. Maimon. halach. Sabbath c. 27. Mikotzi Præcept. Negat. 66.

h Mun. & Gemara tit. Erubin c. 5. & Babylon. fol. 55. Maimonides hal. Sabbath c. 28. Mikotzi præcept. Neg. 66.

è Midrash Tanchuma e שתהיו יכולין לילך ולהתפלל בשבת לפניו *ut poteritis ire & precari coram Domino, etiam in Sabbato.* Quæ ratio habetur ipsissima apud Theophylactum & Suidam. Subtilitates, quàs hac de re habent Magistri scrupulosiores non paucas, & singularem quatuor Cubitorum insuper frationem heic sæpiùs habendam, libenter prætermittens, ex veteribus tantùm adjicio, id quod de modo Intervalli Cubitorum, quæ diximus, bis mille dimetiendi tradunt singulare, nec rerum hujusmodi studiosis puto, injucundum: maximè, cum ad locum illum Novi federis de Itinere Sabbatico ritè capiendum, forsan haud parum faciat, sed apprimè sit accommodum. Qui tempore Sabbati Desertum, Planitiem campestrem ab urbe procul dissitam, aut locum aliquem occuparet alium, cujus mensura adeo ignota, ut cubitorum jam dictorum terminum certiùs dignoscere nequiret, permissi g sunt ei אלפים פסיעת בינונית תדר הוא תחום שבת *bis mille passus mediocres, qui sunt iter Sabbati.* Scilicet mensuræ ex actiori adeò hi proximabant, ut incerto ejusmodi vicem ejus satis sortirentur. Si quis tunc in domo esset, quæ urbis seu oppidi non pars, eam passim obambulare fas habebatur, & cubitos bis mille quoquoversùm ab ejus extremitatibus. Jam verò qnod attinet ad Urbes ac Oppida integra, quà ex ædibus contiguis, insulis, areisque interpositis in unum nomen coalescentibus constabant; Urbis seu Oppidi figura fermè erat, aut circularis, aut Quadrata, aut Oblonga, aut Triangularis, aut multilatera, aut Semicircularis, aut Segmenti instar, aut gibbosa, aut Curvaturis variatim circumquaque Extumescens, aut Arcuata, aut Falcata seu Uncinata; veluti Gamma Græcorum, aut Ebræorum Daleth, Resh, aut Caph finale, aut harum alicui ita proximans, ut pro ipsis, quod in rebus hujusmodi fieri amat, haberetur. Si Quadrata esset aut ita Quadrangularis, adeò ut quatuor haberet angulos rectos seu quasi, ab h angulis & lateribus, Cubiti bis mille dimetiendi. Nam urbis seu oppidi ipsius areæ ratio in horum mensura, ut & supra monitum est, habetur nulla. Si Circularis esset aut quasi circa Circulum describendum erat Quadratum, à cujus angulis & lateribus mensura auspicanda. Ut à lateribus & angulis BCDE quadrati circa Urbem circularem A descripti, in adiecta figura

figura. Si Triangularis eſſet aut multilatera, aut quadrangularis, quæ rectilinea non eſt (veluti Rhombus ſeu Trapezium,) aut Semicircularis aut Segmenti inſtar, aut Gibboſa, ſeu Curvaturis variatim circumquaque extumeſceret, in Quadrati ſeu Quadrilateri rectanguli ſpeciem ſive deſcribendo ſive complementum conjungendo, eam reducebant, atque ab hujus angulis & lateribus dimetiebantur. Latera autem illa, quatuor mundi plagas rectà ſemper ſpectare debebant. Unde alia atque alia ratio figuram Urbis ſeu oppidi in Quadrati ſeu Rectanguli figuram reducendi, adeoque etiam augendi. Triangularis B, quoniam latera bina rectà plagas mundi ſpectant, parili triangulo augenda erat unde à lateribus & angulis quadranguli C D E F dimetiendum. Circa multilateram Urbem C, quadratum aut quadrangulum, pro diverſitate figuræ Urbis, ita deſcribere oportuit, ut dimetiendum eſſet ab angulis & lateribus figuræ D E F G. Si Semicircularis eſſet, ut D, & diameter L M rectà ab Occidente in Orientem Septentrionem ſpectaret, in quadrangulum I K L M reducenda erat. Atque ab hujus angulis & lateribus dimetiendum. At verò ſi diameter ita inclinaret, ut non illa, ſed linea G H rectà ſpectaret Septentrio.







ptentrionem, à lateribus & angulis quadranguli E F G H captanda menſura. Similiter, ſi triangularis Urbis E latus H I rectà ab Oriente in Occidentem duceretur, à lateribus & angulis N G H I dimetiendum erat. Sin ita inclinaret latus illud, ut linea H M ſic rectà duceretur, latere K H ab auſtro in Septentrionem porrectô, Quadranguli K L H M tantùm heic erat uſus. Et nemo non videt ex hiſce exemplis perquam diverſimodè, pro alio atque alio Urbis ad plagas mundi ſitu, habuiſſe ſe Figuram, unde dimetiendum erat, urbiumque ac oppidorum terminos areasque hinc conflatas diſſimillimè ampliari. De Figura deinde Arcuata atque Uncinata ſeu Falcata ſingulare quiddam habent. Si chordæ ſeu hypotenuſæ G H ab extremitatibus Urbis ſeu Oppidi arcuati F, aut chordæ ſeu hypotenuſæ H K ab extremitatibus Urbis ſeu Oppidi Uncinati aut Falcati G ductæ longitudo 4000 cubitis ſeu itinere Sabbati duplicato







plicato minor esset, mensura ab ea atq; ab extremitatibus reliquis exterioribus captanda fuit, perinde ac si spatium intra chordam seu hypotenusam inclusum ædificiis non minùs obductum esset, quàm Urcis seu Oppidi area inædificata. Unde fiebat Urbis seu Oppidi, quantum ad hanc rem figura sive trilatera sive semicirculi sive segmenti instar aut quasi; quæ in mensura heic retinenda. At verò si hypotenusa seu chorda illa tot contineret, aut amplius Cubitos, ab ipsius areæ inædificatæ extremitate qualibet duntaxat dimetiendum. Ædificiorum autem sparsim circumjacentium ita ratio habenda erat, ut, quod cubitis 70 & ⅔ non distaret זה מצטרף למרינה ונחשב ממנה *id cum ipsa Urbe conjugendum esset & ejusdem pars heic existimandum.* Adeoque ædes hujusmodi tum in figurarum variatione includendæ; tum figuram Civitatis aliam atq; aliam, ut facerent, necessum est. Distantiam illam קרפף vocitant, atque ajunt esse עולה בירת כאתים המרובעת *radicem* seu *latus quadratum Spatii duorum fatorum seminis quadrati*; id est numeri 5000, qui fit ex multiplicatione 100 per 50, quæ latera fuêre Atrii Tabernaculi. Ex hoc autem conjunctionis spatio miram etiam ineunt de Urbibus seu Oppidis vicinis heic rationem. Si ita vicinæ essent invicem Urbes binæ seu bina Oppida, ut distantia non excederet jam dictum conjunctionis spatium duplicatum, id est, Cubitos 141 & ⅓, Urbs seu Oppidum velut unicum ad hanc rem habebantur. Atque ex hac ratione, spatiandi in Sabbato per Urbes aut Oppida hæc bina, velut unicum, licentia; & mensura Itineris Sabbatici extra Urbem seu Oppidum velut unicum, in figuram juxta jam dicta accommodam reducendum, semper æstimanda. Quin & tria Oppida (& plurium opinor ratio parilis) sic inde in unum ad hanc rem coaluisse docent, ut à trianguli circa ea descripti angulis & lateribus dimetiendum esset Sabbati iter cujusque incolis pariter servandum. Verbi gratiâ, si Oppida hæc tria F G H ita ponerentur, ut H ab F & G 2000 tantum Cubitis aut minori intervallo distaret, nec major distantia F à G



Vide Exod. 27. 9. & Salom. Iarch. ad 1 Regum 8. 32.

quam קרפף ſpatium conjunctionis quadruplicatum, id eſt 282 Cubitorum, & ½, intercederet, oppidum H velut rectâ lineâ inter Oppida F & G, pari utrinque diſtantiâ, locatum in Jure fingebatur; unde fiebat, ut ex ratione ſic ſpatii conjunctionis fictâ in unicum k tria hæc coaleſcerent. Perinde ac ſi revera ad hunc modum collocata fuiſſent. Sed מודין לה אלפים 141 ½ 141 ½ אמרה לכל רוח מחוץ לשלשה *menſurandi erant* 2000 *Cubiti* (pro Itinere Sabbati) *in quamlibet plagam ab extremitatibus trianguli, quod faciebant.* Scilicet trianguli I K L, intra quod cujusque incolis par in Sabbato, ut in oppido unico, ſpatiandi libertas. Refragatur quidem de quadruplicato heic conjunctionis ſpatio R. Abraham Ben David. Sed refutat eum Rabbi Jom Tob Bar I Abraham, & Talmudicorum hunc ſenſum eſſe, poſt alios eosque celeberrimos Magiſtros, oſtendit. Si autem Urbs ſeu oppidum ad fluvii ſeu Torrentis ripam ſedes haberet, nunc in fluvii ſeu Torrentis ripa ulteriore, nunc in extremitatibus ædium adeoque citra fluvium ſeu Torrentem terminus, à quo menſurandum erat, collocabatur. Maimonides juxta mentem veterum; עיר שיושבת על שפת הנחל אם יש לפניה רקה רוחב ארבע אמות על שפת הנהר כדי שיעמדו עליה וישתמשו בנחל נמצא הנחל בכלל העיר ומודדין לה אלפים אמה משפת הנחל השניה ויעשה כולו בכלל המדינה מפני חרקה הבנוי מצדו ואם לא היה שם רקה אין מודדין אותו מפתח בתיהן ונמצא הנחל נמדד מן האלפים שלהם *Si urbis ſedes fuerit ad ripam Fluvii* ſeu *Torrentis, atq; in ripa, quæ præjaceret, haberetur ſtatio* ſeu *locus aliquis* (veluti tuguriolum, gurguſtiolum, ſcabellū aut quid ejusmodi aliud) *Latitudinis quatuor Cubitorū*, qui incolis illuc ſe conferentibus uſui eſſe ſoleret; *Fluvius ſeu Torrens ille in Corpore urbis erat cenſendus, atq; ita menſurandi erant* 2000 *Cubiti ab ulteriore*

k *Mina tit.* Erubin *c. 5. ubi ſide R. Obadiâ Bartenorium. Et Maimonides halach. Sabbath cap. 28. Sepher Colbo c. 34.*

l *In* Migdol *ex ad locum Maimonidis citatum fol. 129.*

Digitized by Google

teriore fluvii seu Torrentis ripa. Toto scilicet Fluvii seu *Torrentis tractu sic in Corpus Urbis conjecto, loci, quem diximus, causâ juxta eum habiti. Cæterum si ejusmodi non fuerit ibi locus, mensura auspicanda erat ex ossibus odium incolarum* (id est, ab Urbis non mutatæ latere, quod fluvius præterfluebat, uti à muratæ mœniis) *atque in eam conjiciendus fluvius seu Torrens.* Alia habent de Montium ac convallium in hac mensura varietate. Et viderint eruditiores, utrum in rite dignoscendo quid fuerit iter illud Sabbati inter montem Olivarum & Hierosolymam[m], non oporteat tum Quadrati, juxta superius dicta, circum describendi, tum Fluvii seu Torrentis Cedron prope murum Orientalem interfluentis rationem habere. Guilielmus Tyrius[n]; *est mons Oliveti urbi ab Oriente oppositus, ab urbe quasi milliario distans, valle Iehosophat interjecta, unde est quod à beato* Luca *dicitur, ab Hierosolymis iter habens Sabbati.* Vix est ut non credamus Torrentem illum ita vicinum ejusmodi fuisse Hierosolymis, qualem volunt in jam dictis Talmudici pro ipsius Urbis parte[o], in Sabbatico itinere dimetiendo, sumendum. Vide Urbis descriptionem apud Adrichomium & Villalpandum[p]. Nos alio trahimur. Nec locus hic est apicibus mensurarum, quorum hac in re usus, diutius immorandi. De eis consulas, si placet, viros doctos, qui data operâ eos seorsim & subtilius tractant, veluti, Ariam Montanum[q], Villalpandum, Jacobum Capellum, ejusmodi alios. Monere nihilominus liceat etiam Judæis hodiernis iter Sabbaticum esse idem, quod è veteribus indicavimus. Ludovicus Mutinensis Archisynagogus Venetus suorum in Sabbato ritus exequens, *Non possono*, inquit[r], *caminar piu d' un miglio fuori della citta è borgi, cioe due mila bracci.* Quod supra dictis est consonum. Fuere quidem in Samaritanis aliisque hæretici, qui ipso legis sacræ[s] sono simplici (majorum interpretatione traditioneque avita prorsus rejecta) ita niterentur, ut quo loco[t], quo habitu, qua positione quis repertus esset in Sabbati initio, eâdem toto die ei superstitiosius manendum velint. Sed Talmudici, ut diximus, neque ambulandi spatiandive libertatem aliter in Sabbato denegant, quam ne quid inde sequatur, quod ex opere aliquo seu labore (maxime in rerum à loco altero in alterum transla-

m *Act. Apost. 1. 12. ubi vide Th. Bezam, Ludolphum de Dieu &c.*

n *Hist. lib. 8. cap. 11.*

o *Vide Ieremiæ 31. 40.*

p *Tom. 3. l. 1.*

q *In Tubalcain.*

r *Hist. de gli riti Hebraici part. 3. cap. 2. §. 8.*

s *Exod. 16. 29.*

t *Origenes Peri archôn lib. 4. cap. 2.*

latione) diei violet ſanctitatem. Uti nec hodie ſaltandi aut tripudiandi libertatem juvenibus non permittunt. Opere autem ferme omnimodo ac rerum plerarumque citra veſtes geſtatione volunt abſtinendum, qua de re vide, ſi placet etiam Archiſynagogum jam memoratum, & Joannem Buxtorfium in Synagoga Judaica[u]. Et ſummatim Lyranus[x] ex Judæus; *Sabbati habens iter; id eſt, diſtans à Jeruſalem per mille paſſus, quæ faciunt dimidiam Leucam; & dicitur hic iter Sabbati, quia licebat Judæis in Sabbato à ſua civitate vel loco tantum elongari. Talis enim ambulatio magis erat ad recreationem, quam ad laborem; propter quod non erat contra Sabbati quietem.* Sed miſſâ digreſſione, ad illud quod eſt, Præceptum obſervationis Sabbati primo, juxta Talmudicos, datum eſſe in ſtatione in Mara, tandem redimus. Adde ſupra memoratis paraphraſim Chaldæam Uzielidi tributam, quæ in dicto Exodi[y] de Mara loco habet גזירת שבתא *decretum* ſeu *inſtitutionem Sabbati*, veluti rem apud Ebræos notiſſimam, tempori illi aſſignatam. Et Maimonides[z]; החלת צווי שבת אחר יציאת מצרים הוא מה שנצטוינו בו במרה והוא אמרו לנו שם אם שמוע תשמע בקול יי אלהיך וגו' שם שם לו חוק ומשפט וגו' ובאר הקבלה האומרת שבת ודינין במרה אפקד והחוק הרמוז אליו הוא שבת והמשפט הוא הדינין *Primum præceptum, quod poſt exitum ex Ægypto datum eſt, fuit illud, quod imperatum eſt nobis in Mara; id ſcilicet quod dictum nobis fuit; ſi audiendo audiveris vocem Domini Dei tui &c. Ibi poſuit ei ſtatutum & Iudicium &c. Adjecta eſt etiam Cabala* ſeu *Traditio avita, quâ aſſeritur Sabbatum & Iudicia in Mara imperata. Unde Statuto ibi denotatur Sabbatum; & Iudicio, hujus formula.* Sæpius autem occurrit illud velut à traditione vetuſtiſſima in poſteros transmiſſum שבת ודינין אפקד במרה *Sabbatum & Iudiciorum formula imperata ſunt in Mara.* Ita enim legendum apud Maimonidem, non אפקד ut in editis. Unde & hallucinatus Vir doctiſſimus, *Sabbatum & Iudicia in Mara deponam*, vertit. Totidem verbis idem habet R. Abraham Hiſpanienſis[b], Levi

u *Cap. 11.*
x *Ad Act. Ap. cap. 1.*
y *Cap 15. 25.*
z *More Nebochim part. 3. cap. 32.*
a *Vocabuli uſus ejuſmodi frequens, Gem. Babylon. ad tit.* Sanhedrine. *7 fol. 56 b. ad tit.* Sabbath *c. 9. fol. 87. b &c. & in* Thoſiptha *ibidem.*
b *In* Zerror hamor *f. 74. col. 4.*

Levi Ben c Gerſom, alii complures. Atque Iſaac Abarbinel de Sabbato in Decalogi explicatione diſputans d, ubi de primo præcepti vocabulo זכור *Recordare* diſpicit, traditionem illam diſertè agnoſcit; ולפי רעת חז"ל ששבת ודינין במרה איפקוה אפשר לפרש זכור את יום השבת זכור מרת שצויתיך במרה *Et ſecundum ſententiam*, inquit, *ſapientum pia memoria, Sabbatum & Judiciorum formulas in Mara fuiſſe inſtitutas, abſonum non erit interpretari illud, Recordare diei Sabbati, recordare ejus, quod tibi præcepi in Mara.* Mittimus id, quod habetur in *Baal haturim* e de eodem numero literis finalibus verborum כאשר צוך יי' אלהיך (id eſt, *quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus*) & literis vocabuli מרת *Mara* conflato. Somnia quidem merito habentur, quæ ex literis, qua numerales ſunt, ita deducere ſolent Cabaliſtæ. Ceterum etiam & hinc traditionem hanc eſſe receptam probatur. Et Rabbinis veteribus generatim, ut ipſis receptiſſimum, tribuitur etiam à Levi Ben Gerſom f. Quod vero de Judicii formulis in allatis dicitur, non omnino intelligendum eſt de Præcepto, quod de Judiciis Noachidis, (ut libro primo memoratum eſt,) ex Ebræorum ſententia dabatur. Sed id inferius libro poſtremo fuſius habes explicatum. Manaſſeh autem Ben Iſrael ipſe Iudæus, & jam nunc Archiſynagogus Amſtelodamenſis; *Quid quod*, inquit g, *quidam veterum dicant in Mara omnibus Iſraelitis præceptum Sabbati datum fuiſſe? & eo adducunt hæc verba; illic poſuit eis ſtatutum & Judicium. Nec plura de traditione illa memorat ille*, in medio ſic rem relinquens. Quin nec ſententiam hanc de Sabbati in Mara obſervatione imperata placuiſſe Magiſtrorum Recentiorum h nonnullis video. Veruntamen veteres illi ſunt Ebræis non autoritatis adeo levis; nec æſtimationis tam exiguæ, ut eorum ratio non inprimis in rebus hujusmodi decernendis fuerit apud eos habenda. Non dico Moſem Maimonidem, Salomon Iarchium, ejusmodi alios jam laudatos, quos tamen ipſi maximi faciunt. Nimirum hi neutiquam hujusmodi ſententiæ de prima Sabbati in Mara inſtitutione autores ſunt primi. Sed eam per veterum ac Sapientum gentis ſuæ ſcholas à ſeculis vetuſtiſſimis propagatam accepere, poſterisque ſecundum id, quod declaratum jam eſt, ut certam tradiderunt. Porro pro receptiſſima habetur tum in Corpore Talmudico, (ut ex locis inde ſu-

c *In* Pirush Tora *fol.70. col.3.*

d Pirush ha-tora *fol.175. col.1.*

e *Ad Deut.5.*

f *In* Pirush Tora *fol.70. col.3.*

g *De Creatione problem. 8.*

h *R. Moſe Bar Nachman in* Pirush Tora *fol.116. a & vide Leſi Ben Gerſom, fol.70. col.3.*

de ſupra adductis liquet,) tum in Chronico illo Ebræorum *Seder Olam Rabba* dicto, ut oſtenſum eſt loco ex eodem citato in capite poſtremo i libri primi; quod etiam ex eis, quæ mox de Obſervatione ejusdem inde afferimus, plenius conſtabit. Sunt quidem qui Chronicum illud ſcriptum opinentur circa annum Domini k milleſimum. Atqui nec ita adeo eſt recens. Et autoritas ei utcunque haud exigua tribuitur, dum à Rabbinis anno illo non ita citerioribus ſubinde citatur. At vero etiam exiſtimatur codex ille multo vetuſtior, nec vicinioribus Chriſto ſeculis recentior. Scilicet, autorem ejus fuiſſe Rabbi Ioſe Ben Chilpetha. *Autor libri*, ait doctiſſimus Ioannes Buxtorfius l pater, ר' יוסי בן חלפתא *Rabbi Ioſe Ben Chilpetha putatur.* Etiam m R. Ioſe tribuitur Chronicon illud à Ioſepho Scaligero m, aliis Chriſtianorum. Quin & expreſſim Ebræi, Chronici ejusdem nominis m R. Ioſe hunc faciunt n autorem. Iam vero de R. Ioſe hujus ævo, atque apud Ebræos exiſtimatione & in rebus hujusmodi autoritate, paucis monere liceat, ut inde etiam de Traditione, de Sabbati Inſtitutione illa Chronico hoc intexta (ſi interea autor illius ille fuerit) ſit liquidius dijudicandum. Floruit hic R. Ioſe Ben Chilpetha ſub Antonino Pio; coævus o celeberrimis illis Rabbinis, Simeoni, Meir, & Iehudæ, qui *Mišnaioth* compoſuit. Ante hunc mortuus eſt, m R. Meir ſuperſtes. Et in Gemara Babylonia p Chronicon illud, ſaltem ejusdem nominis, ad hunc modum citatur; תניא בסדר עולם ניסן שבו יצאו ישראל ממצרים בארבעה עשר שחטו פסריהן בחמשה עשר יצאו ואותו היום ע"ש היה *legitur in Seder Olam, Menſis Niſan, in quo ex Aegypto profecti ſunt Iſraelitæ; die* XIV *eos Paſchata ſua immolaſſe, & in* XV *exiviſſe, qui erat veſpera Sabbati.* Quod ipſum habetur in *Seder Olam Rabba* q, qui & R. Ioſe dicitur. Atque alibi etiam in ipſa eadem Gemara r, Codicem nomine *Seder Olam* conſcripſiſſe R. Ioſe memoratur. Et nomen quidem R. Ioſe (ut non raro ſolent autorum nomina in ſcriptis Orientalium) occurrit ſub initium codicis iſtius in ipſo ſermonis filo. Scholæ Zepphorenſi præfuit, ubi legem prælegebat. Frequentiſſimè ſententia ejus in diſputationibus Talmudicis adhibetur, in quibus, tametſi ſint complures Rabbini ejusmodi prænominis, veluti Rabbi Ioſe Ben Ioazar, Ioſe Sacerdos, Ioſe Galilæus, Ioſe Ben Iochanan, Ioſe Ben Choni, aliique, & non raro nomen Rabbi

i circa medium

k Gilbert. Genebrard. in Epiſt. dedicatoria Verſioni præfixa. & Antō. Poſſevinus in apparatu Sacro lit. S. l In Biblioth. Rabbinic. lit. ס.

m De Emend Temp. lib. 5. pag. 445.

n Sepher Iuchaſin fol. 9. b & 34. a & Shaltheleth hacabala fol. 33. b o ibid. & Iuchaſin fol. 62. p Addit. Sabbath cap. 9. fol. 88. a.

q cap. 5.

r Apud Abr. Zacuthum in Sepher Iuchaſin, fol. 41. a

Rabbi Joſe ſimpliciter occurrat; hoc nomine tamen ſimplici, R. Joſe hic Ben Chilpetha propter ejus excellentiam [f] ſemper intelligitur. Et quemadmodum in Scholis Chriſtianis cognomina ſua habuêre notiſſima, Angelici, Seraphici, Subtilis, Reſoluti, Mirabilis, Profundi, Solennis, Irrefragabilis, Theologiæ Scholaſticæ Magiſtri, ita ferè apud Ebræos [t] Rabbi Meir dictus eſt חכם וסופר *Sapiens & Scriba*, Rabbi Jehuda חכם לכשירצה *Sapiens quoties ipſe vellet*, ſcilicet ſatis deliberaret, Rabbi Tarphon גל של אגוזין *Nucum acervus* ob Solennem Scripturæ, Miſnæ, Homiliarum in argumentis ſuis confuſionem, Rabbi Aquiba קופת הרוכלים *arca aromatum*, alii aliter, & demùm Rabbi Joſe Ben Chilpetha נימוקו עמו id eſt, *Doctrina* ſeu *obſervatio* ſeu *ratio* ejus cum *eo*, ſeu Orthodoxus. Adeoque perſpicacia ac judicio pollebat, ut, juxta popularium ſententiam, ubicunque ſententiæ ejus alii qualiscunque dignitatis ac præſtantiæ Magiſtri ſingulares in libris Talmudicis adverſantur, ea ſemper præponderet. Sæpiùs enim binæ occurrunt diverſæ ſententiæ ſuis autoribus ſingulis inſignitæ, quarum altera tantum recepta eſt; ut perpetuò ea, quæ eſt hujus Rabbi Joſe; ubi nimirum ſententiarum autor ſeu aſſertor eſt alter ipſe, nec unica plures habet adverſas. Id in Gemara docemur Babylonia [u]. Et in veteri ſuto autore תלי *Halacoth Gedaloth* [x]; ר' מאיר ורבי יוכי הלכה כר' יוסי ר' יהודה ור' יוסי הלכה כר' יוסי ר' שמעון ור' יוסי הלכה כר' יוסי ר' אלעזר ור' נחמיה ור' אליעזר בן יעקב שנחלקו עם ר' יוסי הלכה כר' יוסי כל אלה הלכה כר' יוסי במה דברים אמורים בזמן שנחלק עליו אחד אבל אם נחלקו עליו חכמים הלכה כחכמים *ſi diſſentiant Rabbi Meir & Rabbi Joſe, recipitur ſententia Rabbi Joſe. Idem fit ubi ab eo diſſentiunt ſinguli Rabbi Iehuda & Rabbi Simeon. Quin ubi Rabbi Eliazer, Rabbi Nehemias, aut Rabbi Eliazer Ben Iacob ab eo diſſentiunt, ejuce recipitur ſententia. Quod nempe intelligendum eſt, ubi ſingulares habet adverſarios. Ceterum ſi Sapientes ei adverſentur, recipitur ſententia ſapientum.* Hinc etiam Abraham Zacuthius [y], Rabbi Joſe Ben Chilpetha, inquit. היה חכם גדול והלכה כמותו נגד חביריו משום רנימוקו עמו ר"ל טעמו *fuit vir prætis inſignis, & ſententia ejus perpetuò recipitur præ illa, qua ejus eſt, quocum conjungitur; idque quoniam adeò doctrina & ratione*

[f] *Ibidem.*

[t] *Iſi ben Iehuda in Gemara Babylonia adeit.* Gittin *c. 6. fol. 67. 4.*

[u] *Ad tit.* Erubin *cap. 1. fol. 46. b.*

[x] *Cap.* Ketzuboth *fol. 120. 2.*

[y] Sepher Iuchatin. *fol. 43. 2*

tione pollebat. Sed de autore illo satis superque. Tempus autem, cui ita tribuunt hanc Sabbati Institutionem, intra menstruum ab Exitu cadere manifestum est. Nam in medio mense Nisan, seu sub Paschatis celebrandi tempus [a] exibant ex Ægypto. Ante verò medium mensem, qui insequitur, id est, Ijar, in Mara castra metati sunt; quod docemur, ubi legitur [a], eos è Mara in Elim, & dein ex Elim in desertum Sinæ decimo quinto die mensis secundi, id est, Ijar, discessisse. Ita autem stationum tempora putant Chronologi aliqui [b], ut etiam diem tantùm unicum, id est XXIV Nisan, in Mara transegisse Israelitas velint. Quod si ita fuerit, intra novem ab exitu dies Institutio hæc in Mara. Decalogus autem in Sinai sub initium mensis tertii [c] seu Sivan, qui ferè Junio Juliano respondet, datus est. Hujus item sexto diei (quem in Sabbatum seu feriam septimam incidisse tradunt alii; alii in Sabbati vesperam, seu sextam feriam) dationem ejusdem [d] plerunque assignant. Quemadmodum & Chronologi aliquot Christiani; apud quos de feria parilis subinde habetur controversia. Hac autem de re vide etiam, quod habetur capite proximo, ubi de Observatione prima agitur. At verò ex jam dictis, viginti amplius diebus, etiam, si in Mara diem tantùm XXIV Nisan transegerint, circa quadraginta, ante Decalogi promulgationem, Sabbati Institutionem atque Originem hanc, quam ita à Patribus acceptam tradunt, evenisse necesse est, & post annos bis mille & quingentos aut circiter à mundi conditu elapsos. Sunt autem in Christianis, qui e pluribus hanc præcepti de Sabbato in Mara dationem oppugnant, quos, si placet, consulas. Alii interea idem de ejusdem Institutione cum Rabbinis hic sentiunt. Leonardus Marius f, Theologus insignis; *præsentem*, inquit, *Locum* (citatum antè ex Exodo locum de Judicio & Præcepto in Mara dato) *optimè possumus vel de Sabbati lege exponere. Nam cum statim sequenti capite fiat mentio requiei, quam Deus voluit in eo servari, neque alibi tamen præcedat illius institutio, aut Præceptum requiescendi, videtur id hoc loco commodè intelligi. Præsertim cum ibidem paulò post in renovatione Cultus Sabbati præmittat Moses proœmium, quo satis indicatur, illud etiam antè à Deo per aliquod præceptum institutum*

[a] Exod. 12. 37. Numer. 33. 3 Exod. 15. 27 & 16. 1.
[b] Iacobus Capellus in A. M. 2503. & fide Seder Olã Rabba cap. 5.
[c] Exod. cap. 19. 1.
[d] Seder Olam Rabba cap. 5. fide Mechilta f. 28. col. 4. Gemara Babylon. ad tit. de Sabbath. c. 9. fol 87. b. & R. Abraham in Iuchas. fol 9. b. Iosephum Albo Sepher Ikarim part. 2. cap. 11. Iehudam Ben Saul ad Sepher Cozri fol. 76. col. 1.
[e] Abulensis in Exod. 15. quæst. 9. alii.
[f] Comment. in Exodum, pag. 448. §. 22.

tum fuiſſe. Hoc eſt quod locutus eſt Dominus. Requies Sabbati ſanctificata eſt q. d. ideo feriâ ſextâ dat nobis Dominus duplicem Collectionem Manna, ut re ipſa doceat nos velle ſe ſervare legem ſuam, quam de Sabbato ante nobis præſcripſit, & qua mandavit, ut in Sabbato ad ſanctificationem & honorem illius requieſceremus. Sic ille. Sed de Loco & Tempore Inſtitutionis, ad Ebræorum placita, hactenus.

Cap. X.

De Cauſa *&* Ratione Inſtitutionis Sabbati, *ex* Ebræorum *ſententia, &* ad Quosnam *illam* pertinere *velint.*

POſt Locum & Tempus Inſtitutionis Sabbati ita ex Ebræorum Commentariis oſtenſum, ſequitur etiam ejusdem, ad eorum Placita, Cauſa ſeu Ratio. Cauſam ſeu Racionem Inſtitutionis in iis ponunt, quæ tum ejusdem præcepto in ſacris literis conjunguntur. In capite triceſimo primo Exodi legitur, poſt Juris Iſraelitici corpus enarratum, *Aitque Dominus ad Moſen, & tu loquere ad filios Iſrael dicens* אך את־שבתותי תשמורו כי אות הוא ביני וביניכם לדורתיכם לדעת כי אני יהוה מקדשכם ושמרתם את השבת כי קודש הוא לכם וגו׳ *Tantummodo Sabbata mea cuſtodite* (ita vertit Munſterus; Helleniſtæ ἐγὼ τε, πλὴ τὰ Σάββατά μου Φυλάξασθε *videte, & Sabbata mea cuſtodite*, vulgata; *videte ut Sabbatum meum cuſtodiatis; ſed* אך ibi non *tantummodò*, ſed *veruntamen* potiùs ſeu *nihilominus*, aut, ut Judæi Hiſpanienſes, *de cierto* vertendum eſt) *quia ſignum eſt inter me & vos* (Chaldæi ibi בין מימרי וביניכון *inter Verbum meum & vos*) *in generationibus veſtris, ut ſciatis* (ita plerunque vertitur; ſed *in ſcire* aut *in ſcientiam* ſonat, ſeu ut Onkelos למדע & Judæi Hiſpanienſes *por ſaber*, quod idem ſignificat; atque ab Ebræis nonnullis g ad ſcientiam Gentium non ad Iſraelitarum ipſorum referetur) *me eſſe Dominum, qui ſanctifico vos. Cuſtodietis igitur Sabbatum. Eſt enim vobis Sanctum.* Et paucis de violantium pœna

g *Oleaſtar. Abenezrachi ad Exod. 31. 13.*

interjectis ; *Custodiant igitur filii Israel Sabbatum, ut faciant Sabbatum in generationibus suis, fœdere perpetuo. Inter me & filios Israel signum est perpetuum*, (Ita enim planè distinguendum est ex fide codicum Ebræorum ; tametsi in vulgata & Helleniſtica versione habeatur, *Pactum* seu *fœdus est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum*, quorum etiam de verborum distinctione olim [h] dubitatum est) *quoniam sex diebus fecit Dominus cœlum & terram, & in die septimo quievit & cessavit.* Atque iteratum illud, *Sabbata esse signum inter me & vos*, alibi [i] observant; etiam & illud *Quia in sex diebus fecit Deus Cœlum & Terram* in ipso Decalogo [k] occurrere. Hujus item in repetitione seu traditione secundaria, præcepto de Sabbato adjici ; *Memento* [l] *quod & tu servus fueris in terra Aegypti, & eduxerit te Dominus Deus tuus inde per manum fortem & brachium extentum* ; *idcircò* (scilicet עַל כֵּן seu διὰ τοῦτο ut Helleniſtæ) *præcepit tibi Dominus Deus, ut observes diem Sabbati* ; & demùm Sanctificationem Sabbati creationis historiæ à Mose subjungi. Ex hisce ajunt post præcepta eis de Existentia, Unitate, & Cultu Numinis tradita, secutum esse præceptum de Sabbato, atque ejus fuisse Causas binas. Alterum & primarium [m], ut eorum animis infigeretur, atque perpetuaretur יְסוֹד חֹדֶשׁ הָעוֹלָם *fundamentum illud de Mundi creatione*, ad quam septimi diei in ipso præcepto toties relatio fit. Adeoque ut interrogati de cultu Sabbatico præstò responderent, *quia sex diebus fecit Deus Cœlum & Terram* &c. Septimum verò agnoscerent esse τὸν τοῦ κόσμου γενέθλιον ἡμέραν *Diem mundi Natalem* & τὴν ἑορτὴν τοῦ κόσμου γενέσιον *Festum Natalibus Mundi Sacratum*, quibus nominibus Philo [n] Sabbatum denotat. Adeò ut revera dici posset de Sabbato sic in Septenario apud eos dierum numero culto, illud τι πεπον πρὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐκμαγεῖον εἶναι ἀπ' ἐκείνης ὥσπερ ἀρχετύπου σφραγῖδος τυπωθέν, *quodammodo primi rerum initii esse exemplar, ab eo veluti à Sigillo Archetypo impressum* ; quod de mense primo Paschalibusque in eo diebus eleganter dixit Philo [o]. Sic certissima habebatur, constans, ac perpetua indicatio cessationis à creatione seu ipsius Creationis rerum naturæ, cujus fidem universis, qui Mosaicæ doctrinæ erant

[h] *D. August. ad Exodum quæst. 139.*
[i] *Ezech. cap. 20. 12. & 20.*
[k] *Exod. 20. 10*
[l] *Deut. 5. 15.*
[m] *More Nebochim p. 2. cap. 31. & part. 3. cap. 32. & Side ibi Sem Tob.*
[n] *L. de Mundi opificio, & lib. περὶ τῆς ἑβδομάδος.*
[o] *Lib. περὶ τῆς ἑβδομάδος.*

sequa-

ſequaces, imprimis amplexandam, eamque velut ceterorum fidei ſuæ articulorum ſummam quandam eſſe docuêre; ſcilicet [p] nullam rem eſſe Deo coævam, ſeu אין דבר קדמון עם השם quod idem ſonat. Unde habent illa Talmudici, הכופר בשבת כאילו כופר בכל התורה כולה *qui negaverit Sabbatum, ſimilis eſt illi, qui negaverit totam Legem*. Nimirùm Totius legis ſeu articulorum fidei eorum fundamentum eſſe aiunt Creationem mundi; hanc autem, in Sabbati Inſtitutione atque cultu, ut ejusdem cauſam ſeu Rationem, eſſe agnoſcendam, adeoque Sabbatum negare aut violare idem eſſe ipſis, ac creationem ſeu legis totius fundamentum abnegare. Hinc ſcilicet illud [q] כל עושה מלאכה בשבת המכחש במעשה בראשית רק אינו מכחש בשם הנכבד *Quisquis opus fecerit in Sabbato, abnegat ille opus Creationis, quantumvis non abneget ipſum Deum O. M.* Alteram Inſtitutionis Cauſam in eo ponunt, quod in repetitione Decalogi ſeu Deuteronomio habetur; ſervos eos fuiſſe in Ægypto. Scilicet, ut beneficii à Numine tunc, cum ſervitute graviſſimâ, quæ ſine ulla dierum intermiſſione, nedum Sabbati requie, eos preſſerat, liberabantur, accepti memoriam ſemper retinerent. Agnoſcunt etiam Dignitatem & Honorem Diei memoratum in eo, quod ſub initium Geneſis legitur hiſtoriæ creationis ſubjunctum; *Et benedixit Deus diei ſeptimo & ſanctificavit illum*. Quod intelligunt aliqui tantùm ut per Prolepſin ibi dictum de Benedictione & Sanctificatione Sabbati, quod omnium Primum proximè poſt Inſtitutionem ſeu Præceptum in Mara celebratum eſt; unde ad eundem Geneſis locum, Salomon Iarchius, המקרא כתוב על העתיד *Id quod ibi* (in ipſis rerum initiis) *traditur* (de ſeptimi diei Sanctificatione) *ad ſecula ſequentia attinet*, ſeu per Prolepſin ibi ſedem habet. Sed ea de re plura capite proximo. Sequitur, ut, juxta ſuperiùs propoſitum, de Relatione, quam Inſtitutionem Sabbati habere velint Ebræi ad Genus Humanum, ſeu aliquam ejus partem, id eſt, ad quosnam ipſi velint eam, quà in Præceptis habetur, pertinere, diſpiciamus. Certè ita ſibi ſuisque, id eſt, ritibus & religione eâdem imbutis, proprium & peculiare eos facere præceptum de Sabbato, ut alias ad gentes il-

[p] *More Nebochim part. 2. c. 13. & 27. adde Manaſſeh Ben Iſrael de Creatione problem. 1. & Ioſeph. Albo part. 1. ca. 12. & 23.*

[q] *Apud Aben Ezra ad Exod. 20.*

lud, quà præceptum eſt, attinere planè denegent, non obſcurè liquet ex eis, quæ ſuprà [r] adducta ſunt, ubi de Proſelyto Domicilii Legem Moſaicam obſervante agitur. Alia adjicimus heic conſona. In vetuſtiſſimis ritualibus preces habent, & hymnos Sabbato proprios, quorum unico (quem nec ipſo Ezra ſeu viris magnæ Synagogæ recentiorem eſſe volunt) inſeritur periocha illa de Sabbato, quæ legitur ſupra ex triceſimo primo capite Exodi, ubi dicitur Sabbatum eſſe *ſignum inter me & filios Iſrael.* Periochæ huic ſtatim ſubjungitur in illo hymno [s], ולא נתתיו אלהינו לגויי הארצות ולא הנחלתו מלכנו לעובדי אלילים וגם במנוחתו לא ישכנו רשעים כי לישראל עמך נתתו באהבה לזרע יעקב אשר בם בחרת *Et non dediſti illud, Domine Deus noſter, Gentibus terræ, neque in poſſeſſionem ſeu hæreditatem illud dediſti, Rex noſter, idololatris, neque in requie ejus habitabunt impii, quoniam Iſraeli populo tuo dediſti illud ex amore erga ſemen Iacob, quod in eis elegiſti.* Unde etiam illud, quod ait Rabbi Jochanan, ex autoritate Rabbi Simeon Ben Jochai [t], כל מצות שנתן להם הקב"ה לישראל נתן להם בפרהסיא חוץ משבת שנתן להם בצנעה שנאמ' ביני ובין בני ישראל אות היא לעולם *Omnia præcepta à Deo O. M. Iſraelitis tradita, eis traditæ ſunt publicè, excepto præcepto de Sabbato, quod privatim eis eſt traditum, ſecundum id quod ſcriptum eſt, inter me & filios Iſrael ſignum ſit in perpetuum.* Vult dicere, peculiare eſſe præceptum hoc Iſraelitis. Nam & ſtatim ſubſequitur אף הכי לא נענשו גוים ערל השבת *quod cum ita ſit, non puniuntur Gentiles ob Sabbatum.* Unde etiam fit, quod Judæi hodierni, ubi Epiſtolis adjiciunt tempus Sabbati initio proximum; ita interdum exprimunt [u] כמנהג כלה להכנסת כלה *proximè ingreſſum ſponſæ.* Ut Gentis ſponſam, ſibi eſſe volunt proprium Sabbatum. Unde etiam Rabbi Iiſa [x] נמי כנסת ישראל אקרי שבת בראיתי ברזא דא הוא כדכתיב ושמרתם את השבת כי קדש היא לכם לכם ולא לשאר עמין הוא הך דאיתמר ביני ובין בני ישראל אות היא לעולם אחסנת יהיתת עדמין לישראל *etiam Synagoga ſeu Eccleſia Iſraelitica Sabbatum nuncupatur; quoniam ei conſors eſt & ſponſa. Nam & ſcriptum eſt, obſervabitis Sabbatum, quoniam Sanctum eſt vobis. Vobis, non Gentibus reliquis. Atque hoc eſt, quod intelligitur ver-*

[r] Cap. 5.

[s] Machzor Iudæorum Germ. part. 1. f. 49. a. fide Manaſſeh Ben Iſrael De Creatione problem. 8.

[t] Gemara Babylon. ad tit. Bitza cap. 2. fol. 16. a. & Halacothgedaloth fol. 16. col. 2. Petrus Galatinus de Arcanis l. 11. c. 9. & Chriſtophory Helbic. Elen. Iudæorum 6. 8. de Sabbato.

[u] Buxtorf. in Epiſt. Hebraic. Inſtit. pag. 45.

[x] In Zohar ad Elle-Semoth fol. 63. b editione Mantuana; & fide Zeror Hamnor. fol. 4. col. 3.

tur verbis illis, inter me & filios Iſrael. Unde etiam habetur peculium hereditarium perpetuò Iſraelitis. Porro obſervant שלשה מצות נתנו לישראל שכל אחד ואחד מהן נקרא אות ואלו הן מילה ותפלין ושבת *Tria præcepta Iſraelitis data fuiſſe, quorum quodlibet ſigni nomine* (velut ſingulari) *denotatur*; ea *ſunt præceptum de Circumciſione*[y], *de Phylacteriis*[z], *& de Sabbato*[a]: qua de re plura Rabbi Moſes Bar Nachman[b]. Ejusmodi occurrunt ſexcenta tum apud Talmudicos, tum apud Cabaliſtas. Sed tam hoc quàm quæ hactenus oſtendimus cetera de Sabbati, ex eorum ſententia, Inſtitutione, explicatiora reddentur in iis, quæ de eorum placitis circa Obſervationem proximè exhibebimus.

y *Geneſ.* 17. 11
z *Exod.* 13. 9. & 16.
a *Exod.* 31. 13. & 17.
b *In Sepher* האמונה והבטחון *cap.* 11.

Cap. XI.

De Loco *in Deſerto, &* Tempore (*adeoque* Menſe *Menſisque die*) Primæ *juxta Ebræos*, Obſervationis Sabbatii xx Præcepto *nimirùm ſeu* Inſtitutione, *capite ſuperiori oſtenſa.* Epocha dierum enumerandorum *ſeu Temporis Nycthemerini, juxta Ebræos aliquos; & de* Telluris Umbilico. Primum Sabbatum, *unde ſequentia pendent, in Deſerto obſervatum*, neutiquam fuiſſe ſeptimum in periodo à rerum conditu dierum, *non deeſſe inter Chriſtianos, qui exiſtimaverint.*

Quod ad Sabbati ſeu diei in conflatis dierum à conditu mundi periodis ſeptimi, ut feſti, Obſervationem heic attinet; ea conſideratur bifariam. Aut quà Initium habuiſſe eam volunt Talmudici, aut quà ipſi aliis eam ſive Imperabant, ſive Permittebant, Interdicebantve. Quod ad primum Obſervationis Genus ſpectat; ut ex inſtituto in Mara diem ſeptimum ſeu Sabbatum colendum fuiſſe juxta jam oſtenſa ſtatuunt; ita primam ejusce Obſervationem in deſerto Sin, ſeu in Hiſtoria Sacra de Manna colligenda, adeoque in tempo-

re,

re, quod inſtitutum ſeu præceptum in Mara paulo poſt ſecutum eſt, collocant. E Mara ſcilicet in Elim, atque inde in deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Sinai, quintadecima die menſis ſecundi, ſeu Iiar, profecti ſunt Iſraelitæ. Ibi cum murmurabant ob panis inopiam, *aitc Dominus ad Moſem: ecce ego pluam vobis panem de Cœlo, & egredietur populus, colligentque rem diei in die ſuo, ut probem eum, utrùm ambulet in lege mea, annon. In die verò ſexto, parabunt ſibi quod inferant; eritque illud duplum, reſpectu illius, quod colligunt per ſingulos dies.* Et paulò poſt: *collegerunt* (Mannam) *manè per ſingulos dies &c. Et fuit id die ſexto, ut colligerent panem duplum, binas ſcilicet Gomeras pro una. Et venientes omnes Principes congregationis retulerunt Moſi, qui ait ad eos, hoc eſt, quod locutus eſt Dominus, Quies Sabbati ſancti erat eſt* Domino; *quod pinſere volueritis, pinſite &c. ſex diebus colligetis ipſum, & in die ſeptimo non erit in illo. Factum eſt autem in die ſeptimo, ut egrederentur quidam de populo ad colligendum; & non invenerunt. Et ait Dominus ad Moſem, usquequò renuitis obſervare præcepta mea & leges meas? Videte, Dominus dedit vobis Sabbatum, & ob id quoque dat vobis in die ſexto panem pro duobus diebus. Maneat igitur quisque apud ſe, & non egrediatur ullus loco ſuo in die ſeptimo. Sabbatum igitur celebrarunt,* aut *Sabbaticaverunt* ſeu *requieverunt populus die ſeptimo.* Heic manifeſto Sabbati ſeu ſeptimi diei requiei obſervatio indicatur. Atque Sabbatum Ebræis hoc, primum nuncupatum eſt ſeu שבתים ראשונים (ut in Gemara Babylonia d) quod idem ſignificat. Et Rabbi Joſe Ben Chilpetha in *Seder Olam* e uti & alii (quod infra liquebit) primæ huic obſervationi pro loco aſſignant *Aluſham* ſeu manſionem Iſraelitarum decimam; quæ pars eremi Sinæ ſeu Sin, quæ octava eſt manſio, cenſetur. S. Hieronymus f, *Profecti de deſerto Sin caſtrametati ſunt in* רפקה *Daphca. Nona manſio. Profecti de Daphca caſtrametati ſunt in* אלוש *Alus. Decima manſio. In Exodo non habetur creditur que in Sin eremo contineri, eodem narrante libro. Profecta* g *eſt omnis multitudo filiorum Iſrael de eremo Sin per manſiones ſuas juxta os Domini, & venerunt Raphidim* (quæ ſcilicet eſt manſio undecima.) *Ex quo perſpicuum eſt, plures manſiones ejuſdem regionis vocabulo demonſtrari.* Et S. Ambroſius h, *Decima manſio Halus eſt: ad quam à Dephca profecti ſunt filii*

c *Exodi 16.4.*

d *Ad tit. Sabbath cap. 16. fol. 118. b & ſide* Thoſiptha *ad cap. 9. fol. 87 b.*

e *Cap. 5.*

f *Epiſt. 127. ad Fabiolã.*

g *Exod. 17. 1.*

h *Lib. de 42. manſionibus*

Digitized by Google

filii Iſrael: Ideo dicit i; *Et profecti Dephca caſtrametati ſunt in Alus. In Exodo nec iſta manſio diſtinctè nominatur, ſed comprehenditur ſub manſionibus à deſerto Sin usque ad Raphidim*. In Alus igitur, Alush ſeu Alusha, ſtatione ſeu manſione decima, adeoque in Deſerto Sinæ, primam ſic collocat Sabbati obſervationem *Seder Olam*; באלוש נתנו להם השבת ושבתו עשו שבתו ראשונה שנ' וישבתו העם ביום השביעי *In Alusha acceperunt Sabbatum, ibique primum Sabbatum celebrarunt, juxta illud, quod ſcriptum eſt, & Sabbatizavit populus die ſeptimo.* Jam verò facit ille diem decimum quintum menſis primi ſeu Niſan (plenî ſeu XXX dierum,) quo ex Ægypto l profecti ſunt Iſraelitæ, feriam ſextam; unde ſequitur in calculo, ut & habet ille, Quintum decimum menſis ſecundi ſeu Jiar, quo m venerunt in deſertum Sinæ, in primum hebdomadis (dierum à mundi conditu elapſorum inita ratione) incidiſſe. Putatis igitur inde diebus, quibus Manna collecta eſt, primum illud Sabbatum juxta eum diei XXI Jiar reſpondet. Sed receptior eſt Talmudicis n ſententia, ipſum Quintum decimum diem Niſan ſeu diem exitûs fuiſſe feriam, in ejusmodi enumeratione, quintam, non ſextam, adeoque Quintumdecimum Iiar, ſeu illum, in quo caſtra in Sinam movebant, fuiſſe ſeptimam. Et ſic pro hac ſententiarum diverſitate Sabbatum eorum primum, id eſt, dies ſeptimus, requie à laboribus primò celebratus, incidat aut in XXI aut in XXII diem menſis Iiar, qui fuit anni exitûs ex Ægypto; adeoque legem datam in Sinai ſeu Decalogum ita diebus aliquot antevertit. Nam ſub initium menſis Sivan ſeu tertii o, qui ſecutus eſt, ejusque, ut tradunt, die ſexto Decalogus datus eſt. Monendum verò, menſis nomina, quæ poſt nata ſunt, ut fieri aſſolet, heic adhiberi. Ratio autem Temporis inde diverſa non eſt, ſed explicatior habetur, Calculi, quod diximus, ſuperimen usque ad Decalogi dationem ob oculos ponimus; Iiar, ut volunt Ebræi, cavo facto, ſeu XXIX dierum. Adiiciuntur etiam dies menſium, qui in anno Julian retrò putato, juxta Chronologiæ aliquot emendatos, menſibus illius anni Ebræorum reſpondent. Veluti Joſephum Scaligerum, Sethum Calviſium,

i *Num.* 33. 13.

k *Vide Num.* 33. 13. & 14. & *compara cum Exod.* 16. 1. & 17.

l *Num.* 33. 3. m *Exod.* 16. 1.

n *Gem. Babylon. ad tit.* Sabbath *c.* 9. *fol.* 17. *b* Mechilta *f.* 18. *col.* 4. *Iarchius ad Ex.* 16. 1.

o *Exod.* 19. 1.

Ludovicum Capellum, alios, qui Talmudicorum aliorum, non & Seder Olam, in neomeniis & diebus menſium ſunt, heic ſequaces,



Atque ita in XXIII Maii, qui juxta eos idem eſt in anno illo cum XXII Jiar, prima incidit illa Sabbati obſervatio. Adeò ut

ùt tametſi præceptum de Sabbato in Mara ita datum fuerit, ut plures inde quàm ſeptem dies hanc obſervationem antecederent, imò ut viginti ſeptem dies inter præcepti dationem & XXII Iiar intervenirent (ſi ſtationum calculum, qui unicum tantùm, eumque XXIV diem Niſan ſeu XXV Aprilis ei, quæ in Mara fuit, tribuit, admittimus) nihilominùs ex præcepto illo, cujus non minùs ac populi ejusque peregrinationis, Dominus erat Legislator ſanctiſſimus, ante XXII hunc diem Iiar, ſeu Maii XXII, obſervatio [p] ſecuta non fit. Atque ex Obſervatione illa Prima novatoque tunc temporis præcepto, cum Mannæ deſcenſu conjungitur non ratò ipſum præceptum. Rabbi Jehuda Levita [q], de Decalogo verba faciens & de præcepto Sabbati qnod in eo habetur וכבר מצותו קדמה inquit עם תורת המן *præceſſerat etiam præceptum illud, quando Manna deſcendebat.* Alibi item ipſe; וזולא תחלת השאת אינה כיאם מסיני ומאלוש קודם לכן שירד המן בו התחלה *Anne initium Sabbati aliunde repetendum eſt, quàm è Sinai & ab Aluſa antè, ubi primùm Manna deſcenſus.* De tempore autem jam dicto, diſertè Joſephus Scaliger [r]; XXII Iiar inquit, *qua incidit in* XXIII *Maii* (ſic plane legendum) *obſervatum primum Sabbatum, quæ erat* XIIII *Ziu in anno priſco dierum. Et deprehenſum eſt etiam à Judais Neomeniam Iiar illius anni incidiſſe in Sabbatum* (Septimum, nempè in periodo dierum ſeptenaria diem) *& proinde Niſan feria quinta contigiſſe: qua eſt egregia obſervatio, qua frenat licentiam Chronologorum, qui nullum modum faciunt novos annos, novos reges, novas Epochas comminiſcendi. Mirum verò extitiſſe, qui adverſus verba Moſis negent ſecundi menſis neomeniam in Sabbatum incidiſſe. Hebræi pervenerunt in deſertum Sin* XV *menſis ſecundi* [s], *ſextæ die ab illa jubetur populus colligere duplum demenſum* [t] *Mannæ. Ea dies igitur* XXI *menſis. Atqui erat paraſceve & præſabbatum. Ergo neomenia menſis erat Sabbatum.* Id eſt, ergo dies XXII ejusdem menſis erat Sabbatum, quod Primum cum Ebræis vocat ille. Tantundem ipſe [u] alibi; Ubi etiam *Ambes quoque*, inquit, *Chriſtiani ſcribunt feriam quintam incidiſſe in* XV *noctem illius Niſan, quo Moſes populum eduxit.* Quod conſonum eſt jam oſtenſæ dierum diſpoſitioni. Et Jacobus Capellus [x]; *Iiar*

[p] *Vide* Thoſiphtha *ad Gem. Babylon. ad tit.* Sabbath c. 9. *fol.* 87. *b.*

[q] *In* Sepher Cozri *part.* 1. § 87. *& part.* 2. § 28. *& R. Iehuda Ben Saul in comment. ibidem.*

[r] *De Emendat. Temporum lib.* 5. *p.* 351.

[s] *Exod.* 16. 1.

[t] *Commate* 22. *&* 23.

[u] *Canon Iſagog. lib.* 3. *pag.* 282.

[x] *A.M.* 2505.

Iiar XVI, Maii XVII, *feriâ primâ Manna colligere incipiunt, usque ad Iiar* XXII, *Maii* XVII, *quo Sabbatum observare jussi sunt; unde Josephus Scaliger & Seldenus Calculum recte colligunt, Sabbatum hoc observatum annis Julianis 2496 Mundi 213 ante Incarnatam Christi Kalendas.* Sed & Serhus Calculator *die*, inquit [y], *mensis secundi, qui fuit dies 16 Maii, de Observando Sabbatho legem fert Deus, in ipso die Sabbati; sed primum Sabbatum à quibusdam Manna colligere volentibus violatum est d. 23 Maii.* Consonum est jam dictæ mensium & dierum dispositioni id, quod habent Ebræi plerique [z] de Tempore Decalogi dati. שרב שבת בשית לחדש בשש שעות ביום קבלו ישראל את התורות *Vigens Sabbati*, VI *die mensis* (Sivan quæ heic est Junii quintus) *hora diei* VI *acceperunt Israelitæ Decalogum.* Sunt autem Chronologi alii, nominis etiam summi, quibus hæc non ita placent, quin de anno, feriis, & mensibus Julianis heic Ebræorum respondentibus dissideant. Gilbertus Genebrardus ex mente ut vult ipse *& Seder Olam*, in anno 2670 *vigesimo secundo*, inquit, *die Aprilis primam Sabbati celebritatem agitarunt.* Atque simili ratione dies reliquos Julianis assignant, *& Seder Olam* (cujus in versione Aprilem לר Jiar respondere ex mente voluit) interea sic sequax, ut & Feriarum, quæ in calculo suo veteris alicujus visitur, seriem ejus potius admittat. Atque quatenus ad ferias attinet, ita Augustinus Torniellus, qui Nisan hunc facit cavum, unde & alia in diebus heic denominandis diversitas. Anno autem Mundi 2544 rem collocat ille. In Josephum Scaligerum de anno & Temporis charactere hoc disputat Dionysius Petavius [a]. Sed verò anno mundi 2453 & ante Christum 1519 Sabbatum hoc ponens, etiam & ipse vigesimo secundo diei Iiar idem planè assignat, dum de octavæ stationis in Sin rebus verba faciens, eas *contigisse*, ait [b], *die* XVI *mensis secundi, qui est Iiar, feriâ primâ*, quam tamen non XVII ut in superius exhibito calculo, sed IV Maii facit. At sic cadit Sabbatum in XXII Iiar, uti ex sacro Exodi textu satis etiam liquet. Id est, juxta Petavium, in Maii diem decimum. Alii aliter. Sed de litibus his plura huc afferre, intempestivum. Utcunque, de Anni Temperitate, qua primum Sabbatum juxta Talmudicos collocandum, manifestò liquet. Ad hanc Sabbati Primi, id est, primò

[y] *d.M.2451.*

[z] *Pirke Eliezer cap. 46. Gemar. Babylon. ad tit. Sabbath c. 9. fol. 87. b. Mechilta f. 28. col. 4. & Side ad finem capitis superioris.*

[a] *De Doctrina Temporum lib. 9. cap. 23.*

[b] *Ibid. lib. 13. period. Julian. 3183. & Sidesis Samuel. Petitum Eccles. Chronolog. libr. c. 20.*

[c] *Videsis Leonard. Marium ad Exod. pag. 378.*

obser-

obſervati notionem, qualis juxta Magiſtros jam oſtenſa eſt, attinet illud, quod à Petro Galatino d ex libro *Siphri* citatur. Apud Ebræos, inquit, *legitur ibi ſuper illud* e *& fecerunt paſcha: Non fecerunt niſi illud tantùm. Dixit R. Eleazar, habetur in Exodo* f, *Sabbatizavit populus in die ſeptimo. Per hoc decet, quod omnibus 40 annis, quibus filii Iſrael fuêre in deſerto, non fecerunt niſi duntaxat Primum Sabbatum*, id eſt שבת ראשונה quæ locutio eſt è Talmudicis ſuperiùs adnotata. Sed commentum hoc de unico tantùm Sabbato in deſerto obſervato non admittunt omninò Magiſtri. A primo, quod diximus, ſeptimum diem inſequentem pro ſecundo, & deinceps alia enumerant. Poſt primi Sabbati in *Seder Olam* mentionem ſequitur ſtatim אחד בשבת בב"ג איר וגו' *Primo die Hebdomadis, qui fuit* XXIII *Iiar, deſcendentes a Dumpha acceſſerunt ad Raphidim, ubi puteus eis datus eſt, & pugnarunt contra Amalecitas* תשם עשו שבת שניה id eſt, *atque ibi celebrarunt Sabbatum Secundum.* Sed mendum in numero eſt manifeſtum, quod & à Genebrardo in verſione perperàm retinetur. Reſtituendum planè eſt כב' ſeu XXII pro כ"ג ſeu XXIII. Nam nemo non videt Sabbatum primum ex autoris mente in XXI diem incidiſſe, cum ſcilicet differè ajat diem XV fuiſſe primum hebdomadis, ſeu feriam primam, id eſt, XIV fuiſſe ſeptimum, qui in Sabbatica dierum enumeratione proximè præcedebat. Et niſi ſic emendetur Chronicon illud, in pauculis illis, quæ ibi conjunguntur, lineis, ſibi ipſi palam in numerando diſcors eſt. De diſcordia quidem monuit g Dionyſius Petavius. Sed cur de mendo librarii dubitaremus in re tam manifeſta, non omninò video. Certè Philo de hac prima Sabbati (ut Talmudicis dicta) celebratione loquitur, perinde ac ſi, poſt Cultûs ſeptimi diei ex præcepto divino inſtitutionem, dubitaſſent de ipſo die, qui enumeratione à mundi conditu ſeptimus eſſet, eumque ideò jam primùm & ex oraculo & miraculo didicisſent. Is enim enarrans beneficium Numinis, quo Manna depluente alebantur (quod totum ad tempus & locum, de quo verba facimus, attinet) ἅμα ὡν τοι καὶ τροφὴν ἔπιπτον ἑωθινὴν, inquit h ἀνεδιδάσκοντο, ζητοῦντες γὰρ ἐν πολλῷ, ἵνα ἄρα ἡ τῶν ὅλων Κόσμου γενέθλιος, ἐν ᾗ πρὸς τὸ πᾶν ἀπετελέσθη, καὶ πρεσβεῖα πάντων καὶ θεσμοὺς τὴν ζήτησιν ἄλυτον διαδεξαμένους μόλις ἠδυνήθησαν, εὑρεῖν, ὃ μόνοις χρηναίοις ἀνα-

d *De Arcanis Catholicæ Veritatis, l. II. cap. 10.*
e *Num. 9. 5.*
f *Cap. 16. 30.*
g *De Doctrina Temporum lib. 9. cap. 23.*
h *Philo, de Vita Moſis lib. I.*

ἀναδιδαχθέντες, ἀλλὰ καὶ τοῦτον πάνυ σαφῶς: *Simul etiam discebant diem illum desideratissimum. Cum enim jamdudum quæsissent, quis esset mundi Natalis, in quo hoc Vniversum absolutum est, nec à patribus aut majoribus quæstionem solutam accepissent, rem tandem cemperiebant, non solùm oraculis, sed & signo* seu *argumento manifestissimo edocti.* Atque vix est sanè, ut non autumemus Trogum Pompejum ex Ebræorum traditionibus de hac Sabbati celebratione illud hausisse, quod ex eo de primo Sabbato narrat Justinus, utcunque, pro more ejusmodi scriptorum, nonnulla, quæ falsissima sunt, interserantur. Verba Justini [i] sunt: *Itaq; Moses, Damascenâ antiquâ patriâ repetitâ, montem Synam occupat, quò septem dierum jejunio per deserta Arabiæ, cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem, more Gentis, Sabbatum appellatum, in omne evum jejunio sacravit; quoniam illa dies famem illis erroremque finierat.* Quod cum Paganorum aliis de Jejunio habet, falsissimum est. Neque enim die Sabbati, qui dies est in dierum periodo septimus & vulgo sic dictus, ex Ebræorum instituto jejunandum. Qua de re plura inferiùs [k]. Atqui interea ex fame natum illud festum ait; id quod alimenti inopiam, quæ primam Festi Observationem ac descensum Mannæ præcesserat, respicere videtur. Et si desertum Synam dixerat Justinus, idem etiam fermè dixerat, quod autor *Seder Olam*, non sine sacrarum literarum autoritate; ubi in Sina (nam Alusham & Sinæ deserti partem esse, antè monitum est) Primum Sabbatum scribit celebratum, ut suprâ monstratum. Sed desertum Sinæ in montem Sinam pro Sinai (qui locus celebrior multo erat & ob legem ibi datam illustrior) mutari scriptori Pagano satis obviũ erat. Et Tacitus [l] de Judæis, *septimo die otium placuisse ferunt, quia is finem laborum tulerit.* Traditionem de refocillatione hac, quam nacti sunt in Sinæ deserto, forte etiam respexit ille. Certè & celeberrimi in Ebræis Magistri primam illam sub Geneseos initium Benedictionis & Sanctificationis septimi diei mentionem, ad primam hanc in Sinæ deserto diei celebrationem ac Beneficia in eam accepta referunt. Ita Salomon Jarchius ad illud [m], *& benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit illum;* ברכו במן שכל ימות

i *Histor. lib. 36.*

k *Cap. 15.*

l *Histor 5.*

m *Genes. 2*

יומית השבע יורד להם עומר לגלגלת ובששי להם משנה
וקדשו במן שלא ירד כלל והמקרא כתוב ער העתיד
Benedixit ei per Mannam ſeu *in Manna, quoniam in ceteris diebus Septimanæ deſcendebat unicuique Gomera, ſexto verò panis duplus,* ſeu *quantitas dupla. Sanctificabat item per Mannam, quoniam* (in eo die) *ea non omninò deſcendebat. Et quod hîc ſcriptum eſt, ad tempus ita attinet futurum.* Adeò ut Benedictionem, & Sanctificationem ibi à Moſe memoratam ad Benedictionem & Sanctificationem, quæ poſt tot ſecula in Mara evenit, ſpectare voluerit. Ita etiam ad Decalogum, ubi iterantur n verba ſacra de Benedictione & Sanctificatione, ברכי במן לכפלו בששי וקדשו במן שלא ירד יורד בו משנה *Benedixit ei in Manna, quæ in ſexto die duplata eſt* (in uſum ſeptimi) *& ſanctificavit eum in Manna, quippe quæ in ſeptimo die non deſcendit.* Neque ſanè Jarchii eſt commentum hoc: ſed pro more ſuo è veterum hauſit commentariis, quod & ad eundem locum notat Moſes Bar Nachman. In *Bereſith rabba* o, ר' ישמעאל אומר ברכו במן וקדשו במן שכל ימות השבת היה יורד עומר ובערב שבת שני עומרים וקדשו במן שלא ירד בו כלל עיקר ר' נתן אומר ברכו במן וקדשו בברכו ר' יצחק אמר ברכו במן וגו' *Docuit Rabbi Ismael, benedictionem* (diei ſeptimi) *fuiſſe per Mannam, & Sanctificationem itidem per Mannam* (loquitur de Benedictione & Sanctificatione, cujus in ſecundo Geneſis capite mentio) *Benedictionem in eo quod, cum in ceteris diebus ſeptimanæ deſcenderit Gomera unicuique unica, pridie Sabbati deſcendebant bina Gomera; Sanctificationem in eo, quod illo die nihil omninò deſcendebat. Ex ſententia verò Rabbi Nathan; Benedictio quidem in Manna erat & Sanctificatio in ipſa Benedictione. Quin & Rabbi Iſaac adſtipulatur, & Benedictionem ejus in Manna collocat &c.* Quæ omnia eo plane ſpectant, ut prima Sabbati Benedictio & Sanctificatio (quatenus ea etiam ſub initium rerum à Moſe memoratur,) ad Locum & Tempus Primæ obſervationis Sabbati juxta ſententias jam oſtenſas, ſit ex horum mente indubitanter referenda. Sed de Benedictione & Sanctificatione illa, quæ in Geneſi occurrit, ad Ebræorum placita, plura mox. Illud interea accipe, quod pluribus oſtendunt Rabbini, Jehuda Ben Samuel & Je-

n *Exod. 20.*

o Parash. 11, *fol. 13. col. 1.*

p Sepher Cozri *part.* 1. §. 47. & *part.* 2. §. 20.

& Jehuda Ben Saul, in Commentariis ad dictum Samuelidem p, ſcilicet ipſum initium Sabbati, quà ex Præcepto feſtum eſt, tempori & Loco ſuperiùs memorato ita eſſe tribuendum, ut primò ex illâ duntaxat Cœli, Solis, Terræque poſitura, dein ex Hieroſolymæ ſeu Terræ ſanctæ (cujus gratiâ Leges de Tempore Feſtisque, in Deſerto traditæ) ſitu, neque ex alio auſpicandum fuerit Primum Sabbatum, quà Feſtum; uti neque numeri ſeu periodi dierum à rerum conditu ſeptenariæ, juxta quam Sabbati feſtum in die ſeptimo inſtitutum, aliundè quam à terra Iſraelitica primitùs deducendi. Id eſt, à dierum ibi veſpera, ſeu Solis occaſu; non inde ut à meridiano primo, aliter atque meridianus ille veſperam illam ſeu occaſum deſignat. Legitur in dialogo illo *Sepher Cozri* dicto אמר הכוזרי והלא תחלת קביעות הימים מן הצין מפני שהוא תחלת המזרח ליישוב אמר החבר והלא תחלת השבת אינה כי אם מסיני ומאלוש קודם לכן שירד המן בו תחלה ואין השבת נכנס ואלא על כי שבא עליו השמש אחר סיני על הדרגה עד אחרית המערב ואחר כך עיר אשר תחת לארץ ואחר כך עד הצין אשר הוא מזרח היישוב ויקרה השבת לצין אחר ארץ ישראל בשמונה עשר שעות מפני שארץ ישראל באמצע ליישוב וכאשר בא השמש לארץ ישראל הוא חצי הליל לצין וחצי היום לארץ ישראל הוא בא השמש לצין וגו' והכוכבים היא לארץ ישראל שהיא מקום התורה שהורד בו אדם מגן עדן בליל שבת ושמנו תחלת המנין סמוך לששת ימי בראשית והתחיל אדם לקרות שם לימים וכאשר נשבתה הארץ ורבו בני אדם היו סופרים הימים כאשר יסר אותם אדם ועל כן לא יחלקו בני אדם בשבעת ימי השבוע וגו' *Dixit Cozri, nonne initium præſtitutæ dies numerandi formulæ à Zin petendum, ideo quod locus ille initium eſt Orientis Orbis Terrarum? Reſponſum eſt, An initium Sabbati aliunde petendum eſt, quàm à Sinai & antè etiam ab Alusha, quia ibi primus erat Mannæ deſcenſus. Nec verò incipit Sabbatum, antequam Sol ultra Sinai tranſeat in extremum Occidentis gradum, unde poſtea ſub tellurem circumvolvitur ad Zin, qui Orians eſt Orbis Terrarum. Et eſſe incipit Sabbatum in Zin, poſtquam habetur ejusdem initium in Terra Iſraelitica, Horis Octodecim. Eo ſcilicet quod Terrâ Iſraeliticâ in medio ſeu Umbilico Orbis collocatâ, Occaſus ſolis illic eſt*

nox

nox media תּוֹ *Zin, & meridies Terræ Iſraelitica eſt occaſus Solis* תּוֹ *Zin* &c. *Aptanda autem eſt res Terræ Iſraelitice* (nimirum Sinai & Aluſha circa ſeſquigradum Occidentaliores ſunt Hieroſolymis) *quoniam ea locus eſt Legis, & inem eſt locus in quo pulſus eſt Adam è Paradiſo nocte Sabbati* (alia exemplaria habent בע"ש *veſpera Sabbati*) *atque inde initium enumerationis dierum quæ ſex diebus creationis innititur. Atque ibi incepit Adam nomina diebus imponere. Et cum poſtea, auctis ejus poſteris terra habitata eſt, hominum mos erat numerare dies eo modo, quo diſpoſuerat eos Adam; unde factum eſt, ut non diſſentiant homines de Septenario Septimana dierum numero, ſeu de Hebdomadis conſtitutione* &c. Sic ibi R. Jehuda. Zin heic eſt Sinarum ſeu סינין aut صينيين regio, plagæ Orientalis ultima; ita ſcilicet ſcriptoribus tàm Arabicis & Ebraicis, quàm Ptolemæo ejuſque ſequacibus q cenſita. Objectio eſt; nonne inde, ſcilicet ab Oriente ultimo, ratio dierum enumerandorum ineunda? Minimè inquit, R. Jehuda. Nam à rerum initiis dierum enumeratio erat eadem, quâ utimur nos in terrâ Iſraelitica, id eſt, à veſpera ad veſperam. Id quidem ſcimus etiam ex Sabbati Obſervatione, cujus initium in Aluſha & Sinai. Et quicquid ibi ſtatutum reperitur, ita aptandum eſt terræ Iſraeliticæ, cujus gratiâ lex data eſt, ac ubi primus parens noſter Adam dies ſic à veſpera ad veſperam numerare, & in periodos ſeptenarias diſtribuere cœpit, ut à Solis è terra Iſraelitica in Occidentem diſceſſu, ſeu à tempore, quo terræ Iſraeliticæ Sol occidit, (quæ ſic velut naturalis habetur, & primaria dierum civilium, id eſt XXIV horarum, numerandorum Epocha) dierum initia adeoque Periodi Septenariæ ſint deducendæ. Atque ita neceſſe erit, ut Horarum Octodecim ſpatio tum Sabbatum, tum quilibet alius pariter dies incipiat in terra Iſraelitica, antequam in Orientis ultimo ſeu apud Sinas incipiat; ſimiliſque in aliorum locorum dierum initiis, veluti primario illi ſecundariis, pro Longitudinis diverſitate, ratio ſit habenda. Exempli gratia; cum in adjecta figura Sol per circulum ABCD graduum 360, circum tellurem EFGH ſpatio XXIV horarum

q *Geograph. Arab. part. 9. & 10. Climatis* Abraham *Ben* Chaia *in ſphæra mundi, c. 6. &c.*



feratur, dieſque, juxta jam dicta, à Cardine GC qui Occaſus eſt Solis τῷ F Terræ Iſraeliticæ ſeu Umbilici telluris heic locum occupanti, incipiat; palàm eſt diei initium telluris Umbilici ſeu τῷ F incolis, XVIII horis priùs haberi quàm ſuum ex ejuſmodi numerandi ratione initium habeant Sinæ in extremo Orientis, qui τῷ E deſignantur. Nam ut GC ſolis Occaſus eſt τῷ F, ita FB τῷ E ſeu Sinis. Et inter GC & FB, per DA, arcum 270 graduum intercipi, id eſt XVIII horas, nemo non videt. Qui ſenſus eſt Rabbini, quem citavimus, ejuſque ſequacium. Pendere vides hanc dies enumerandi in terra Iſraelitica poſitam epocham ex eo quod eſt, Adamum ibi ſic enumerare cœpiſſe, adeoque illam regionem primùm tenuiſſe. Unde & טבור הארץ eam nuncupant Ebræi ſeu *umbilicum telluris* quemadmodum oppoſitum in globo Telluris locum, ſeu H in ſuperiori figura, טבור הימים *Umbilicum Maris.* Certè & alii ibi Telluris Umbilicum collocant; quod etiam ſcimus ex eo, quod ſuperiùs citatur ex Saido Batricide de Ada in terræ Umbilico ſepeliendo. Occurrit itidem in deſcriptionibus territorii tribus Judæ, Spelunca Adam; ſeu rupis, in qua traditur, eum cum Eva uxore diu luxiſſe Abelem occiſum; locus etiam, ubi à Caino occiſus Abel. Et apud Chriſtianos Scriptores non rarò ea in regione vitam tranſegiſſe primos parentes exiſtimatur. Obvia ſunt, quæ de Paradiſi loco & vicinio, in quod relegatus eſt Adam, & de monte Calvariæ diſſeruntur.

ferunt. Saidus autem Batricides in Indiæ Orientalis montem aliquem expulſos fuiſſe è paradiſo primos parentes, ex Orientalium traditionibus ſcribit. Verba ſunt. اخرجهما من الجنة في تسعة سلعات من يوم الجمعة علي جبل من جبال الهند *expulit eos* (Deus) *è Paradiſo hora IX feria VI in montem è montibus Indiæ.* Quin & mons ille Mahumedanis dicitur mons سرنديب *Sarandib.* Abu Mahumed Muſtaphi Ben Haſen in Hiſtoria univerſali perquã eximia, quod Bibliothecæ Oxonienſis cimelium eſt manuſcriptum; اهبط ادم علي جبل سرنديب مني سرقي ارض الهند *relegavit* (Deus) *Adam in montem Sarandib in Orientali Indiæ regione.* Eò ſpectat etiam quod lego in Abu Walid Mahumed Ben Elſhecina Hiſtorico penes me vetuſto Ms. ubi de وسط الارض *medio* ſeu *umbilico telluris* verba faciens قالوا inquit هو وادي سرنديب حيث هبط ادم عليه السلام *ferunt locum hunc eſſe fluvium Sarandib, quò deſcendit Adam, ſuper quem ſit pax.* Sarandib autem inſula maris Orientalis, Harchend dicti, celeberrima, fusè deſcribitur apud Geographum Arabem r. Neque alia eſt à Tapobrana, quæ item سمطرا *Sumatra* dici ſolet. Fluvius autem ille ſub Æquinoctiali ponitur. Achmed Ben Magad in Inſularum Choro-

r *Part 3. Clim. 1.*

graphia ولما الحقيقة خط الاستوي هو الوادي وادي سرنديب *ad amuſſim ſub linea Æquinoctiali habetur Fluvius dictus Fluvius Sarãdib.* Quod & Ptolemaicæ Tapobranæ Geographiæ diſſonum non eſt. Unde etiam Latitudines Urbium ac Provinciarum à jam dicto Fluvio putantur, ut Achmed ille, quemadmodum Longitudines ab Occidentis termino. Ita in Orientis extremo juxta nonnullos ponitur Telluris Umbilicus ſeu Medium. Sed nomen illud pro vario gentium ingenio aliter etiam collocatum ſcimus ex eo quod Græci atque ex eis Latini de Delphis habent. Ibi ſcilicet eſſe Medium ſeu Umbilicum Orbis Terrarum. Strabo, Pauſanias, Livius,

Videsis Is. Casaub. in Exercitat. ad Baronem, pag. 180.

vius, Plutarchus, alii ſ autores veteres ſunt obvii. Quæ autem hactenus dicta ſunt, abſque controverſia admittunt, aſſerantque Sabbatum in Aluſha, ſeu Primum, quod in deſerto celebratum eſt poſt Mannæ deſcenſum, fuiſſe diem (ut par eſt credere) à Mundi Natalibus in Septenaria dierum periodo Septimum. Quod ſanè non defuêre inter Chriſtianos qui negarint. Paulus Epiſcopus Burgenſis t, ex Judæus;

t *Scrutin. Scripturar. part. 1. Diſt. 8. cap. 14.*

Si bene conſideras primum Sabbatum quod legitur in deſerto celebratum (ſic ibi Paulus, quem inter & Saulum Judæum Dialogus fit) *non fuit Septima dies correſpondens primo Sabbato, quod fuit in mundi exordio, prout tu dicis. Sed fuit ſeptima dies à deſcenſu Manna. Qui quidem deſcenſus non legitur incepiſſe in prima die Hebdomada; Unde ſi ſeptima dies computata à prima die deſcenſu Manna concurrat cum die Sabbati in primo exordio ſanctificati. Imò probabiliùs poſſet dici, quod dies prima, in qua Manna deſcendit, non fuit prima dies hebdomada, qua dicitur una Sabbatorum. Nam in primis veſperis illius diei deſcendit Coturnix* u *& ſaturati ſunt carnibus. Conſtat autem, quod ſi illa veſpera eſſet veſpera ſecunda diei Sabbati, non eſſet eis licitum occidere conturnices, & parare eas. Ex quo patet, quod dies immediatè præcedens deſcenſum Manna, non fuit dies Sabbati, & conſequens prima dies, in qua Manna deſcendit, non fuit una Sabbatorum.* Sic ille. Sed ratio ejus perquàm frivola videtur. Nam quis non videt primas veſperas illius diei, ut ille vocat, ſeu ſecundam Sabbati veſperam, fuiſſe etiam partem ſeu initium feriæ primæ, non omninò ſeptimæ ſeu ejus, quæ præcedens Sabbati recurrentis in dierum periodis loco reſpondet. Juxta ſcilicet Ebraicam temporis rationem; à veſpera ad veſperam. Quorſum igitur heic conturnicum in veſpera occiſionis & præparationis, velut ejus quod Sabbatum violaret, mentio? Sed nec ejuſmodi redargutione adeò opus eſt, cum juxta receptiorem Ebræorum ſententiam, Inſtitutionem ſeu Præceptum Sabbati Obſervatio neutiquam ſecuta ſit ante ſeptimum poſt migrationem ibi memoratum diem, id eſt ante XXII Jiar qui ipſi m, in quo migrabant Iſraelitæ in Sin, diem, ſeu XV Jiar quæ feria erat ſeptima, inſecutus eſt. Quò ſpectat & illud Viri maximi z de eis, qui ſimili ratione noluit ipſum XV Jiar feriam fuiſſe

u *Exod. 16. 13.*

x *Joſeph. Scaliger. de Emendat. Temp. lib. 5. pag. 352.*

fuiſſe Septimam ſeu Sabbatum, quà vocabulum illud in dierum periodis locum habet. *Atqui Hebræi* (ſic apud eum objiciunt) *non migraſſent die Sabbati* (inde nimirum volunt XV Jiar non fuiſſe feriam ſeptimam.) *Egregiam animadverſionem! Quid eſt magis contra Sabbatum, quàm Sabato colligere Manna? Atqui multi profecti ſunt colligendi y causâ die Sabbati: Iſti Critici non meminerunt adhuc Legem datam non fuiſſe.* Legem ſcilicet quæ ad Obſervationem alicujus diei pro Sabbato, ante migrationem illam obligaret, aut datam non fuiſſe, aut pro data atque ſtatim in deſerto obſervanda non habitam. y Exod. 16. 27. & 28.

CAP. XII.

Ad Sabbati *Obſervationem*, *ut* Judæos Originarios, *ſic* Proſelytos Juſtitiæ *& parilis Conditionis reliquos obligari*; Proſelytos *autem* Domicilii alioſve Gentiles *non item*, *ſtatuunt Ebræi. Nec* Obſervatio *ejuſmodi* permiſſa Proſelytis domicilii. *De* Peregrino *ſeu* Proſelyto *in* legibus de Sabbato ſacris. *Magiſtrorum ſententia.*

Quod demùm ad Sabbati, quale diximus, Obſervationem, quà eam Ebræi aliis ſive Imperabant, ſive Permittebant, ſive Interdicebant, idque ex avitis inſtituris placitiſque, attinet; non minùs atque ſeipſos ad illud obſervandum teneri volebant Proſelytos Juſtitiæ univerſos, Libertinos, alioſque Baptiſmo & Circumciſione, veluti Servos, ut ſuperiùs libro ſecundo oſtenſum eſt, in Eccleſiam Ebraicam rite coopto. Neque verò alios aliaſve Gentes. Nam & Proſelytos Domicilii ſeu eos, qui Judaiſmo nondum nomina dederant, in qualecunque vitæ commercium intra ditionem Iſraeliticam admiſſe, non modò Obſervatione omninò ſolutos habuêre, ſed pœnis graviſſimis obnoxios, ſi obſervarent. Id quod ſatis dignoſcitur ex eis, quæ capite ſuperiùs quinto ea de re allata hoc non reperimus. Et in eundem ſenſum plura occurrunt in ſcriptis Talmudicis. Neque iuxta eorum interpretationem ritè intellectam, adverſatur omninò, quod habetur in Decalogo, *non facies ullum opus, tu & filius tuus & filia tua, ſervus* z Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin, ca. 7. fol. 58b. & ſide Excerpt. ex eadem Gemara apud I. Cochinum, pag. 274. *tuus &*

tuus & ancilla tua, & גר *advena* seu *Proselytus tuus, qui in portis*
a *Exod* 23. 13 *tuis*; uti nec illud a *sex diebus facies opera tua, & in septimo die*
quiesces, ut habeat quietem bos tuus atque asinus tuus, & respiret
seu *refrigeretur filius ancillæ tuæ & Peregrinus*, seu *Proselytus*; quæ
b *Deut.* 5. 14. fermè alibi totidem etiam in sacro sermone b verbis habentur.
Id quidem verum est, ad legem posteriorem expressim adnotari à Salomone Jarchio בן אמתך בעבר ערל הכתוב מדבר והגר גר תושב *filius ancillæ tuæ sumitur ibi pro servo incircumciso,*
c Sepher Mechilta, *fol* 36. *col.* 1. *& Peregrinus* seu *Proselytus pro Proselyto domicilii.* Alii c tantundem. Ideoné etiam Proselytis domicilii seu Gentilibus Sabbatum existimabant observandum? Nihil minùs. Distinguendum nempe est de ratione nominis Servi aut Proselyti in contextum ejusmodi adhibita. Ea duplex est. Altera, quâ intelligat quis, tàm Servum & Proselytum ex legis vi ad Observationem Sabbati pariter obligari; altera, quâ sic obligari Judæos & quotquot in eorum ritus transirent, ut nec ipsi opere aliquo Sabbatum violarent; nec Sabbato in causâ essent, ut sive à Servo, sive à Proselyto opus aliquod fieret. Priori ratione non alium volunt legibus illis contineri Servum, quàm Circumcisum, aut ancillam aliam præter eam, quæ baptismo in Judaismum cooptata est, nec alium peregrinum seu Proselytum, quam Proselytum Justitiæ ac Libertinum, qui juris parilis. Id est, non alios præter eos qui Ecclesiæ Ebraicæ pars fuerunt seu בני ברית *filii* seu *liberi federis*. Posteriori autem ratione solùm Servos incircumcisos, ac Proselytos domicilii ibi innui aiunt. Scilicet fas non fuisse Judæo servi Gentilis seu incircumcisi domino, Sabbato in causâ esse, ut Servus ejus ejusmodi opus aliquod tunc faceret, nec fas Judæo fuisse tunc in causâ esse, ut Proselytus domicilii (cujus cum ejusmodi servo parilis, quantum ad hanc rem, conditio) præstaret opus aliquod. Id est, fas ei non fuisse, aut per se, aut per alios, aut per jumenta eo die operari. Egregius est ea de re locus apud Rabbi Mosem Bar Nachman; ubi ostendit quidem legum jam citatarum cunctis non eandem prorsus esse, si verba spectes, interpretationem; ejusmodi tamen cunctis esse, ut, juxta distinctionem
d Pirush Tora, *fol.* 125. *b.* jam allatam, sint omninò capiendæ. Verba ejus d sunt, ad illud וגרך *Proselytum* seu *advenam tuum qui in portis tuis, in Decalogo;*

על

על דרך הפשט גר שער לעולם הוא גר תושב שבא לגור
בשערי עירנו וקבל עליו שבע מצות בני נח והוא הנקרא
גר איכל נבלות שאמי בו בכתוב לגר אשר בשעריך תתננה
ואכלה ולכן לא היתה בו המצוה שיאמר לא תעשה
בו מלאכה האזרח והגר אבל למן יצוה שלא יעשה
מלאכה לצורכינו כקטנים והבהמה והוא בעצמו אין עליו
זאת המצוה ועושה מלאכה לעצמו בשבת וכתוב
שאבר ונפש בן אמתך והגר הוא גר צדק שנתיהד וחזר
לתירתנו שצוה אותו בשבת וכן בכל שאר המצות כאשר
אמר תורה אחת ומשפט אחד יהיה לכם ולגר הגר
אתכם לגר ולאזרח הארץ אבל מצאנו לרבותי שדרשו
בהפך אמרו כי וגרך אשר בשעריך על דרך חפשט גר צדק
והוא חייב כמונו בשביתה ונפש בן אמתך והגר לרבות
גר תושב חערל ורצונם שיהיה המיוחר תהלה הגר
חניסול שחייב במונו והכתוב השני לרבות הערל ולפיכך
הוקש לבהמה שאמר למען ינוח שורך וחמורך ונפש בן
אמתך והגר צוונו בשביתת כלם בשוה שלא יעשו לנו ויעשו
כרצונם לעצמן וכן יהיו חעבר והגר הנוכרים בעשרת הדברות
שוים וחייבים בכל דין השבת כמונו כמו שנאמר למען ינוח עבדך
ואמתך כמוך *Proſelytus* ſeu *advena Portæ ſimpliciter ſumptus intelligitur de Proſelyto Domicilii, qui advenerat, ut peregrinaretur in portis civitatis alicujus, & qui ſuſceperat in ſe obſervationem ſeptem præceptorum Noachidarum. Atque idem vocatur etiam Proſelytus comedens carnem morticinam, de quo loquitur Scriptura* c; *Proſelyto, qui in portis tuis, dabis, ut comedat. Et propterea non datur ei mandatum, quod imperet, ne in Sabbato opus omninò faceret aut Proſelytus aut indigena. Sed nobis datur mandatum, ut in uſum ſeu commodum noſtrum opus is non faciat; uti nec Minores aut jumenta. Adeò ipſi Proſelyto non datur mandatum hoc, quippe cui opus ſibi facere in Sabbato licitum. Atque in illo Scripturæ loco ubi dicitur,* (Sabbatum ita obſervandum) *ut requiſcat filius ancillæ tuæ & peregrinus; capiendus eſt peregrinus* ſeu *Proſelytus pro Proſelyto Juſtitiæ, qui Judæus factus legi noſtræ nomen dederat, adeòque ad Obſervationem Sabbati ex mandato obligatus erat, ſicut ad præceptorum reliquorum juxta id quod dicitur* g; *lex una & Judicium unum erit vobis, & Proſelyto, qui peregrinatus fuerit apud vos; Proſelyto ſcilicet & indigenæ Telluris. At verò comperta etiam eſt apud*

c Deut. 14. 21.

f Exod. 23. 12.

g Num. 15. 16.

eſt, apud Rabbinos noſtros diverſa hoc interpretatio. Nimirum, Proſelytum tuum intra portas tuas ſimpliciter dictum (in Decalogo) *ſignificare Proſelytum Iuſtitiæ, qui ad Obſervationem Sabbati non minùs obligatur, quam nos ipſi. Illud autem* (poſtmodum in Exodo dictum) *ut reſpiret filius ancillæ tuæ & peregrinus* ſeu *Proſelytus, eo ſpectare, ut & Proſelytus Domicilii, qui incircumciſus erat, includeretur. Nempè exiſtimant, Primo loco* (in Decalogo ipſo) *expreſſim contineri Proſelytum circumciſum, qui æquè atque nos ipſi obligatur. Loco autem altero, qui ſequitur, contineri etiam Incircumciſum. Argumento, ex eo quod ibi dicitur de Iumento, etiam ſumpto. Nam verba ſunt; ut quietem habeat bos tuus atque aſinus tuus, & reſpiret filius ancillæ tua & Proſelytus. Parili omninò modo volunt mandatum nobis datum de cunctis. Scilicet ut nobis minimè opus aliquod faciant. Qui tamen ſibi pro libitu facere poſſint. Atque juxta hanc interpretationem Servus & Proſelytus in Decalogo memorati nobis ipſis* (hac in re) *æquales ſunt, & pariter ac nos ipſi ad Obſervationem Sabbati obligantur, perinde ac ſi dictum fuiſſet* (ibi) *ut requieſcat ſervus tuus, & ancilla tua non aliter atque tu ipſe.* Sive hanc ſive illam interpretationem admittas, palàm eſt, neque hanc, neque illam voluiſſe Proſelytos Domicilii ſeu Gentiles omninò ad Sabbati Obſervationem, ex legum illarum ſenſu, obligari, ſed tantummodò Proſelytos Juſtitiæ, & qui in Judaiſmum tranſierant. Et Proſelyti nomen ac Proſelyti intra portas pro materiei, circa quam in Scriptura verſatur, diverſitate, nunc pro Juſtitiæ, nunc pro Domicilii Proſelyto ſumi ſuperius h etiam monuimus. Atque ex jam dictis ritè intelligendi ſunt Jarchius aliique Magiſtri, qui Proſelytos Domicilii in legibus de Sabbato contineri ſcribant. Conſonum eſt illud Joſephi Caro k;

h *Lib. 2. cap. 2. pag. 146.*

i *Vide* Sepher Mechilta. *fol. 26. col. 2. & 36. col. 1.*

k *In* Shulcan Aruch *lib.* Otach Chiim, *tit.* Sabbath, *cap. 304.*

ארם מצוות על שביתת עבדו שמל וטבל לשם עבדות וקבל עליו מצות התורה כאבר אבל אם לא מל וטבל אלא קבל עליו שבע מצות בני נח חרי הוא כגר תושב ומותר לעשות מלאכה בשבת *Imperatum eſt unicuique* (Iſraelitæ,) *ut ſervus ejus Sabbatum obſervet, qui ſcilicet Circumciſus fuerit, & Baptizatus nomine ſervi, & in ſe receperit Præcepta, qua ex more ad Servos attinebant; At verò ſi non fuerit Circumciſus & Baptizatus, ſed in ſe receperit ſeptem*

ſeptem Noachidarum Præcepta, ei, quoniam erat planè ut Proſelytus Domicilii, fas erat opus facere in Sabbato. Nimirùm Servum ejusmodi nullatenus ad obſervationem Sabbati teneri volunt, uti nec Proſelytum Domicilii, cujus, quantum ad hanc rem, paris conditio. At verò ſubjicit idem autor, juxta Talmudicorum veterum ſententiam, לעצמו אבל לא לרבו ואסור לכל ישראל לומר לו לעשות מלאכה בשבת לצורך ישראל אפילו מי שאינו רבו *fas erat Servo ejusmodi opus facere, in ſui ipſius nempè uſum,* ſeu commodum, *non in uſum Domini. Et illicitum eſt unicuique Iſraelitæ jubere eum opus quidpiam facere in Sabbato in uſum Iſraelitæ cujuscunque; etiamſi non fuerit Dominus ejus.* Ipſi nimirùm Iſraelitæ ex jure ſuo Sabbatico tenebantur, non ſolùm, ut nec Servo Noachidi ſeu Gentili, aut Noachidi, qui Servus non eſſet, ſeu Proſelyto Domicilii opus aliquod facere in Sabbato, quocunque in tempore, imperarent, verùm etiam ut nec operis in Sabbato à Noachide in Iſraelitæ uſum præſtiti beneficio ſeu commodo, durante eodem Sabbato, omninò uterentur. Cujus tamen uſus eis licitus, ſi Noachides in Sabbato ſibi duntaxat, non Iſraelitæ [l] id præſtitiſſet. Nam uſum in Sabbato operis à Noachide ſeu Proſelyto Domicilii in Iſraelitæ quidem uſum, tametſi ejus injuſſu, in Sabbato præſtiti, pro Feſti violatione ſumebant, ideò quia hujusmodi operis uſus velut ejusdem participatio habebatur. Quod non volebant obtinere, ubi in ipſius Noachidis uſum præſtitum eſt. Inde etiam evenit, ut ex Scribarum ſcitis illicitum fieret, quocunque extra Sabbatum tempore jubere aut conducere operas Proſelyti Domicilii in Sabbatum ad id, quod Iſraelitæ illicitum eſſet, in eo præſtandum. Ne ſcilicet, ſi id fieri ſoleret, promptiores rederentur inde Noachidæ ad opera Sabbatis in Iſraelitarum uſum præſtanda, quorum beneficio ſeu commodo perinde ac illorum, quæ à Noachidis in ſui tantum uſum præſtarentur, licitè frui nequirent; unde etiam Sabbati dignitas forſan Noachidis ſeu Proſelytis Domicilii haberetur vilior. Moſes Maimonides [m] אסור לומר לגוי לעשות לנו מלאכה בשבת אף על פי שאינו מצווה על השבת ואע"פ שאמר לו מקודם השבת ואע"פ שאינו צריך לאותה מלאכה אלא לאחר השבת ודבר זה אסור מדברי סופרים כדי שלא תדמה שבת קלה בעינהן ויבואו לעשות

[l] Miſna tit. Sabbath c. 16. Talmud. Babylon. cod. tit. fol. 122. a.

[m] Halach. de Sabbato c. 6. fine & c. 22. §. 7. & Moſem Mikkotzi præcept. Negativ. 65.

לעשות בעצמן גוי שעשה מלאכה מעצמו בשבת אם בשביל ישראל עשה אותרי אסור ליהנות באותה מלאכה עד מוצאי שבת גו' ואם בשביל עצמו בלבד עשה מותר ליהנות בו בשבת

Licitum eſt (Judæo,) *jubere Gentiles opus facere in Sabbato, tametſi illud non ſit imperatum Sabbatum, & tametſi jubeat ante Sabbatum, & tametſi uſus ejuſmodi operis expectandus fuerit, usque dum tranſierit Sabbatum. Hoc vero è Scribarum ſcitis manavit, tum ne apud Gentiles vilius haberetur Sabbatum, tum ne ipſi ultrò id præſtarent. Si Gentilis in Sabbato opus ultrò fecerit, idque in Iſraelitæ uſum, interdictus eſt ejuſdem uſu* (Iſraelitæ,) *usque dum deſinat Sabbatum &c. At verò ſi in ſui tantum uſum id fecerit, uſus ejus etiam in Sabbato* (Iſraelitæ) *licitus eſt.* Quod Gemaræ Babyloniæ n, unde ſumitur, eſt concors. Et exempla afferunt de lumine à Noachide ſibi in Sabbato accenſo, funè quo è navi deſcendat tunc ſibi contorto, id genus alia, quorum ſcilicet in Sabbato, per ſolennem diei quietem, uſus licitus. Atque ex hiſce intelligitur id, quod habent Talmudici o de non prohibendo Noachide aliquo, conditionis liberæ, ab opere, quali Iſraeta Sabbatum violaret. Verba ſunt; ישראל אין מזהרין על שבותו גוי שאינו עבד שלהם *Iſraelitæ non prohibent ab opere in Sabbato Gentilem,* ſeu *non monent eum de requie eo in die, niſi fuerit eorum ſervus.* Nimirum quà Gentilis ſeu Noachides erat, præcepto teneri eum nolunt. Quà verò ſervus fuerit Noachides Iſraelitæ, monendus erat, non velut quem ad Sabbati obſervationem exiſtimarent omninò obligari, ſed ut cui abſtinendum erat ab opere in uſum Domini; quippe cujus beneficio & commodo uti is ritè nequibat, ſecundum ea, quæ dicta ſunt.

n *Ad tit. Sabbath, cap. 16. fol. 122. 4.*

o *Gloſſ. ad Alphaſium part. 1. fol. 145. Obadiam Bartenoriam ad Miſn. tit. de Sabbato c. 16. §. 6. & Rab. Niſſim ad dictum Alphaſi locum.*

Cap. XIII.

Quæ, antè de Sabbato *oſtenſis, videantur* apud Ebræos adversari; *tum eos, qui* Ebraicè ſcripſere, *tum* Philonem *&* Fl. Joſephum.

Hiſce ita, ex Ebræorum Commentariis, de Sabbato ſeu Septimi diei Cultu explicatis, quæ nempe receptiſſimas Talmudicorum ea de re ſententias aperiunt; reſtat, ut de iis, quæ hiſce apud eos reluctari videantur, diſpici-

diſpiciamus. Scilicet de iis, quæ ex eorum commentariis trahi poſſunt ad has aſtruendas Aſſertiones adverſas; Sabbatum ſeu Septimum in periodo dierum à mundi conditu diem, ut Feſtum, univerſo humano generi colendum; in ipſis rerum primordiis, ſeu Mundi natalibus, initium habuiſſe; ante Legem ſeu ſtationem in Mara, ut Feſtum, ex præcepto obſervari eſſe ſolitum; atque demum ab aliis gentibus in ritibus ſuis, veluti ex jure omnium Gentium communi ſeu Noachidarum adhibitum. Quomodo interpretentur nonnulli, atque ii vetuſti ſimul & celebres Magiſtri, illud de Sanctificatione atque Benedictione diei Septimi ſimul cum creatione rerum memoratum, oſtenſum eſt ſuprà p. Scilicet ad primam illam, juxta ea quæ oſtenſa ſunt, in Sina ſeu Alusha celebrationem Sabbati, locum illum volunt per prolepſin attinere. Quæ ſententia quidem nonnullis q diſplicet ob tanti temporis ſeu, ut ipſi ſupputant, MMCCCCXLVIII annorum anticipationem. Neque ſatis conſonum eſſe admittunt, ut, quæ ad primum Mannæ deſcenſum ſeu Sabbati in Sina tot ſeculis poſtea celebrationem ſpectant, ea locum aliquem habere ſentiamus in ipſa rerum primordiorum deſcriptione, utcunque ab hiſtorico eodem ſacro deſcenſui Mannæ ſeu celebrationi jam dictæ coævo traditâ. Benedictionem igitur & Sanctificationem diei ſeptimi etiam fuiſſe volunt hi in ipſis rerum Primordiis ſeu Natalibus mundi. Sed qualisnam ea fuerit, perquam variè definiunt, & interdum nugaciſſimè. Alii enim Benedictionem ibi memoratam in eo ponunt r, quod, ſi diis placet, nullum omninò tempus nocturnum, ſeu nulla nox diei illi ſeptimo acceſſerit, ſed ex perpetua conſtiterit luce. Ita Benedictam aiunt ejusdem lucem. Atque exinde ſecutam eſſe Sanctificationem, quia ita à ceteris diebus, qui præceſſerant, eſt diſcriminatus. Nempe ita הנבדל ſeu *diſcriminatum* ſeu *ſeparatum* מעסקי העולם *à communi rerum natura* Sanctum dici, unde & Iſraelitas quos ſibi ſeparavit Numen, Sanctos nuncupatos. Alii Benedictionem & Sanctificationem ibi pro eadem ipſa re ſumunt s, atque locum intelligunt velut illud t וימשחם ויקדש אותם *& unxit eos & ſanctificavit eos*; ungendo Sanctificavit. Benedictione hac volunt hi naturam Septimo diei tunc inditam aliam ab ea, quæ

p *Cap. 12.*

q *Moſ. Maimonid. ab Abarbinele in* Pirush Tora *fol. 21. col. 3. citatus Rabbi Bechai ad Geneſ. fol. 10. col. 3.*

r Bereſith Rab. *parash. 11. & R Bechai ad* Bereſith *fol. 10. col. 2.*

s *Rabbenu Niſſim apud Abarbinelem in* Pirush Tora *fol. 21. col. 3.*

t *Num. 7. 1.*

est reliquorum ac multo præstantiorem; nimirum ut בורח הנגבר בו הנפש *ex ea vires in eo adjiciantur, augeanturque menti humanæ* ob requiem corporis, quæ in eo. וזהו קדושת השבת שלא תשתמש בו הנפש בדבר תורל כללרק בדברים המקודשים *Atque* (juxta hanc sententiam) *hæc est Sabbati sanctificatio, ut mens humana in eo non incumbat rei alicui profanæ, sed tantummodo rebus sanctis.* Nec Mentis solùm, sed etiam corporis vires ex ea Benedictione quolibet in Sabbato augeri volunt ex eis alii [u]; unde Benedictionem ibi nuncupant תוספת טובה *incrementum bonitatis.* Alii Benedictionem ibi ad creaturas, quæ jam recens ex nihilo formatæ erant, existimant attinere; quemadmodum in illo Jobi [x], *maledixit diei suo, & pereat dies, in qua natus sum.* maledictio diei ad ipsum; qui in eo natus est, attinet. Ita Isaac Abarbinel, qui etiam de Sanctificatione heic; קדש והבדיל לכבוד ולתפארת את יום השביעי בעבור שבהכנסתו נשלמה ונגמרה מלאכת שמים וארץ כמו האדם בעשותו מלאכה יקרה תעשה אחר גמירתה משתה ויום טוב *Sanctificavit & separavit in honorem & gloriam Diem septimum, quoniam in ejus adventu perfectum est & consummatum opus Cœli & Terræ, quemadmodum etiam homo, ubi opus quid magnificum præstiterit, postquam illud perfecerit, convivium facit & diem festum.* Sic ille. Adeò ut Sanctificationem & Benedictionem diei septimi ipsis rerum initiis coævam hi omnes, uti & alii similes, faciant. Unde etiam natum est commentum illud, ipsum Adamum cantici illius [y] in Sabbatum autorem fuisse, atque illud ceciniisse, quemadmodum etiam tribuunt Adæ Psalmum alium [z] ob dicta quædam in eo, ut volunt illi, ad primam hominis creationem attinentia. Quin & à Patriarchis septimi diei festum, sive velut è Naturali omniumque hominum universali jure, sive ex alio, quod ante legem, quam supra memoravimus, de Sabbati institutione obtinuit, ortum, voluêre nonnulli fuisse observatum. Menasseh Ben Israel jam nunc Archisynagogus Amstelodamensis; *Dico,* inquit [a], *quemadmodum traditio Creationis Mundi penes Abrahamum & ejus posteros tantum fuit, ita etiam ex dictamine Legis Naturalis, Sabbatum ab iis solis cultum fuisse. De Abrahamo dicit S. Scriptura* [b], *Observavit cultum meum; quo loco custodia Sabbati intelligitur. De Jacobo idem*

[u] *Aben Ezra ad Genes. 2.*

[x] *Cap. 3. 1.*

[y] *Psal. 92. R. Eliezer in Pirke cap. 19. & Vide Gerard. Chron. pag. 6*

[z] *Tit. Baba Bathra cap. 1. fol. 14 b. Psal. 193.*

[a] *Lib. de Creatione Problem. 8.*

[b] *Genes. 26. 5*

Digitized by Google

Idem affirmant veteres ex eo loco, quo dicitur veniſſe c ad Salem & caſtra poſuiſſe è regione vel ad conſpectum civitatis. Quia enim Sabbatum, inquiunt, inſtabat, non licebat ei ulterius proficiſci, ſed ſubſiſtebat antè urbem. Idem aſſerunt de Ioſepho, quando dicitur juſſiſſe ſervis ſuis, ut macta rent & præparurent, id propter Sabbatum ab eo factum fuiſſe. Ad hæc refertur in Semot Rabba, Moſem petiiſſe à Pharaone in Aegypto, ut afflicto populo ſuo permitteret unum diem teſſare à Laboribus, eoque impetrato, ex traditione elegiſſe Sabbatum. Ex his omnibus colligitur Sabbatum antè datam legem obſervatum fuiſſe. Ita Archiſynagogus ille. Et certè verum eſt ad locum illum Geneſis de Abraha, ex illo משמרתי *cultum meum* ſeu *Obſervationem meam*, rituum Sabbaticorum ita fieri à nonnullis mentionem, ut etiam, eos exiſtimaſſe Abrahamum Sabbatum coluiſſe, non ita abſonum ſit autumare. Rabbi Jochanan ibid; אפילו הלכות עירובי חצרות היה אברהם יודע *etiam traditiones de commixtionibus atriorum* (nempè de apicibus aliquot juris Sabbatici, qui integrum occupant in Talmude titulum) *ſcivit Abraham.* Alii f tantundem. Et de Jacobo, quod habet heic Manaſſeh, legitur, ut nonnullorum ſententia, in *Bereſith Rabba* g, quemadmodum & illud de Abraha. Etiam & illum præſtitutæ itineris Sabbatici quantitatis autorem h fuiſſe. Sabbatum item & Joſepho in Ægypto celebratum eſſe, velut receptiſſimum habent aliqui i. Et demum, quod de Moſe & Pharaone adjicitur, diſertè occurrit in *Semoth Rabba* k Verba ſunt; ad illud de Moſe l *& vidit onera eorum*, ד"א ראה שאין להם מנוחה הלך ואמר לפרעה מי שיש לו עבד אומר איש נח יום אחד בשבוע הוא מרוח ואלו עבדיך אם אין אתה מניח להם יום אחד בשבוע הם מיתים אמר לו לך ועשה להן כמו שתאמר הלך משה ותקן להסאת יום השבת לניח *ſunt qui aiant, Moſem, cum videret, nullam eis eſſe laboris intermiſſionem, ad Pharaonem* ſe *contuliſſe, eique dixiſſe. Servus, cui labor non intermittitur, unico in Hebdomade die, morietur. Hi Servi tui ſunt; qui, niſi permiſeris ipſe, ut unico in Hebdomade die requieſcant, itidem morientur. Reſpondit Pharao, abi, fac eis, ut dixiſti. Abiit Moſes, & ordinavit eis diem Sabbati, quo requieſcerent.* Ubi adnotat Ishacar Ben Nepthali m חזו שתקנו ישמח משה במתנת חלקו שהודיע שמה עה שבחר הקב"ה שינוחו ושראל בזמן שבחר הוא להם

c Geneſ. 33. 18

d Bereſith Rabba *paraſh. 64.*

e Tit. ערובין

f Bereſith rabba *paraſh 47. Iarchius ad Geneſ. 26. 5. Bechai ad Geneſ. f. 37. col. 4*

g *Paraſh. 79.*

h *Ibid. & in Comment.*

i *Machzor, part. 1. fol. 49. 4.*

i *Bechai ad Bereſith. fol. 37. col. 4.*

k *Paraſh. 1.*

l *Exod. 2. 11.*

m *Edit Cracoviens. fol. 113. b.*

Atque hinc eſt, quod à poſteris in ritualibus habetur, Lætabitur Moſes ob datam ſibi ſortem; Lætabitur ſcilicet, eò quod elegit Deus O. M. eundem ipſum diem, quo requieſcerent Iſraelitæ, quem ipſe eis elegerat. Verba illa ſunt hymni initium vetuſtiſſimi, qui in Sabbati ſacris [n] occurrit. Et Menaſſeh, quem diximus, de Inſtitutione Sabbati in Mara locutus [o], *Quicquid*, inquit, *ea de re ſit, certum eſt, eos omnes, qui per traditionem à majoribus ſuis creationem Mundi acceperant, etiam obſervaſſe Sabbatum. Et quamvis alii quidem illo die, adhibitis quibusdam ceremoniis, coluerint Deum, & preces ad eum fuderint; nihilominus tamen alii quoque illo die quieverunt, & feriati ſunt.* Nec deſunt, qui in Jobi Hiſtoria [p] Sabbati ſeu Septimi diei cultum reperiri velint. Traditur ſcilicet ibi ſeptem fuiſſe ei filios. *Et ibant filii ejus, & faciebant convivia per domos, unusquisque in die ſuo &c. cumque in orbem tranſiſſent dies convivii, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgensque diluculo offerebat holocauſta juxta numerum eorum. Sic faciebat Iob cunctis diebus.* Septimum diem ſic volunt aliqui [q] Jobum Sacrificiis celebraſſe. Quin de Feſto hoc, velut ex Jure univerſali nato obſervandoque, loquitur Philo. In ipſis primordiis Mundi ſanctificatum eſſe ait, & ſtatim ſubjungit [r]; ἑορτὴ γὰρ ἡ μιᾶς πόλεως ἢ χώρας ἐστὶν, ἀλλὰ ξ παντὸς, ὧ κυρίως ἄξιον καὶ μόνῳ πανδήμου ἀνομάζειν καὶ ξ κόσμου γένεσιν. quod vulgò vertitur, *Eſt enim Feſtus non unius populi regionisve, ſed in univerſum omnium; quæ ſola digna eſt, ut dicatur popularis feſtivitas, & Mundi natalis.* Alibi item, ſolenne eſſe omnibus gentibus abhorrere ab externis ritibus, eosque aſpernari, præter populariorum ſuorum ſeu Judæorum ritus, quos à cunctis ſumma in veneratione habitos addit. Et τίς γὰρ, inquit [s], τὸν ἑορτὸν ἐκεῖνον ἑβδόμων ὃν ἐκτετίμηκεν ἅπασι ποιῶν καὶ ῥαθύμοις αὐτοῖς καὶ τοῖς πανημεράζουσιν οὐκ ἀλαζονείας μόνον, ἀλλὰ καὶ δούλοις μᾶλλον καὶ ὑποζυγίοις ἴσους; *quis ſacrum illum diem per ſingulas hebdomadas recurrentem non honorat, remiſſionem laborum feriasque afferentem patrifamilias cum domeſticis non ingenuis tantùm, verùm etiam mancipiis & jumentis?* Et Joſephus [t]; Οὐδὲ ἔστι πόλις ἐλλὰς ἢ βάρβαρος,

[n] *Machzor part. 1. fol. 49 a.*

[o] *De Creatione probl. 8.*

[p] *Cap. 14.*

[q] *Aben Ezra & c. Apud Bouldurium ibid.*

[r] *Lib. de Opificio Mundi.*

[s] *De Vita Moſis lib. 2.*

[t] *Contra Apionem, L. 2.*

Digitized

ἔθνος, οὐδὲ τὸ ἔθος, ἐφ' ὃ μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος ἱκνεῖται τῷ ἔθνει ὁ ἀφορισμός. Quod vertitur in editis, *Neq; est Civitas Græcorum ulla usquam aut Barbarorum, nec ulla gens ad quam Septimana, in qua vacamus, consuetudo minimè pervenerit.* Quin de *Sabbato*, verè inquit vir doctissimus u Christophorus Helvicus ex Ebræorum Commentariis edoctus, *Mira somniarunt Iudæi. Fingunt enim omnes Gentiles, qui Sabbathum non servarunt, horribiles cruciatus perpeti in inferno, & nolentes volentes cogi ad Sabbathum etiam apud inferos servandum, idque tum fabellis, tum mysteriis Cabalisticis ex tertio præcepto erutis mirabili modo probant.* Recentiorum etiam Judæorum aliquot opinionem, Universum genus humanum ad Sabbati Cultum obligari, rationibus è fluvio Sabbatico, & Sanctificatione diei in ipsis rerum initiis petitis, exhibet Petrus Galatinus x. Sed verò, sicut pluris faciendum non est, quantum video, hoc de fluvio Sabbatico, quam figmentum illud Alcoranicum y de Piscibus in Sabbato nec aliis diebus, capita suâ è mari exerentibus, aliaque similia, oscitanter nimis ex insania amabili credi solita; ita quæ de Gentilium apud inferos Observatione Sabbati, eorumque quoniam vivi non observarant, cruciatibus memorantur, deliria quis non videt esse hominum id genus feriatorum, qui ritus suos qualescunque tanti & tam morosè æstimant, ut cuique mortalium eos pariter amplexandos, larvatis atque monstrificis argumentis, gravioribus planè ac rationi consonis indigentes, inculcare non vereantur. Cæterùm, nec in Judæis solùm, verum etiam in Mahumedanis reperiuntur, qui præceptum de Sabbato, quâ ipsum Septimum diem in periodis à conditu mundi dierum conflatis denotat, Naturale esse, probare conati sunt; quemadmodum Ahmed filius Zin Alabedin, Persa in Politore Speculi adversus Christianæ religionis instituta conscripto. Sed eum refutavit pridem vir doctissimus Philippus Guadagnolus z linguæ Arabicæ Romæ Professor, qui & illud ex Alcorano a in eum affert لعنهم كما لعنا اصحب السبت *maledicemus eos, sicuti malediximus Sabbatizantibus.* In Christianorum porro Theologorum aliquot scriptis etiam non pauca reperiuntur, quæ illuc tendunt, ut

u *Elench. Theodorum 6. §. 2.*

x *De Arcanis Christ. Veritatis, lib. 11. cap. 9. & quod habet ibi de fluvio Sabbatico, legitur in Gemara Babylon. ad tit. Sanhedrin. cap. 7. f. 65. b. & vide Ioseph. Halorcos, lib. 7. c. 13. Eldadum Danitem, Plin. lib. 31. cap. 2. Adde Is. Casaub. Exercit. 15. §. 20. Nic. Fuller Miscell. lib. 1. cap. 9. Petr. Cunæum de Repub. Hebræorum, lib. 2. cap. 24. Eliam Thisb. in Sambation. Manass. Ben Israel in Cociliatore ad Exod. qu. 36.*

y *Azoar. 7. Arab. 17. Lat.*

z *In Apologia pro Christiana Religione, part. 1. cap. 8. sect. 9.*

a *Azoar. 3.*

ut Septimi diei Cultum Naturalem seu rerum initiis coævum, atque generi humano observandum asserant. Horum alii aliter rem, sive lucubrationibus singulis, sive ad Decalogum, aliterque definiunt. Sed neque hos, neque illos, aut impugnare, aut defendere ad præsens attinet Institutum. Quod nempe in eo solummodo versatur, ut expendamus, An & quomodo Testimonia graviora jam ex Ebræis allata, nec Commentis illis insulsis de Observatione Sabbati apud Inferos aut Fluvio Sabbatico commista (nam quis non agnoscit hæc adeo futilia esse, ut nihil suprà; nisi diutius in eorum examine immorari futilius dixeris) adversentur eis, quæ suprà, pro receptis Talmudicorum sententiis, circa Institutionem primamque Celebrationem Sabbati, qua Festum erat ex jussu Divino colendum, ejusque singularem Ebræis Observationem, afferuntur.

Cap. XIV.

Expenduntur *atque* explicantur, *quæ capite in superiore ex* Magistris *&* Philone *allata, recepta eorum* de Sabbati Institutione, *atque* Prima Celebratione Observatione que *sententiis* adversari *videantur.*

Quæ superiore in capite, velut receptis apud Ebræos de Sabbato sententiis adversâ, corroguntur, ea aut ad Sanctificationem ejus in rerum primordiis, aut ad Patriarcharum, antè Legem sive in Mara sive in Sinai datâ, ejusce Observationem, aut demum Universalem aliarum gentium ejusdem Dei Cultum spectant. Quod ad Sanctificationem illam in ipsis rerum primordiis attinet, vides eorum aliquos, qui ibi Sanctificationem collocant, non de recurrentis cujuslibet Septimi diei, sed de ipso tantummodo Septimo à creationis initio die unico locutos esse. Quorsum aliàs illud de æternitate ejusdem diei luce? Et qui alia habent de Dei, ut Mundi Natalis, Bonitate, Dignitate, Honore, nihil interea adjiciunt de Festi Institutione aut Obligatione aliqua universali, quâ teneretur humanum genus ad Septimum quemque inde recurrentem cessatione à laboribus aliterve celebrandum. Et expressim

Digitized by Google

preſſim nonnulli, qui neque recentiorem Mundi conditu volunt eſſe diei Sanctificationem, eam aiunt[b], uti & Benedictionem, ibi memorari עד השבת לא עד השומרים *ut ad ipſum Sabbatum* ſeu *diem ipſum attineat, non ut ad eos, qui eum obſervarent.* Cum autem Sacra Creationis hiſtoria, adeoque memoria diei, qui Univerſi erat Natalis, ad poſteros transmitteretur ſive libris, qui periêre, mandata, ſive inter Patrum traditiones accepta; mirum quidem adeo non eſt, inter Patriarchas fuiſſe, qui tam celebrem, ut Creationis hiſtoria ſimulque ſumma Numinis poteſtas in animis hominum commodiùs recoleretur ſervareturque, interdum colerent, Feſtumque[c] haberent. At verò ideò eos, qui Patriarcharum ejusmodi Obſervationem admittunt, putâſſe præceptum ſeu Inſtitutionem Naturalem ſeu Divinam, adeoque obſervandi Obligationem, rituumve ex præcepto deſignationem aliquam præceſſiſſe, non omninò ſequitur. Non magis ſanè, quàm ideò exiſtimare ſcriptores alios, dies Principum, Philoſophorum, aliorum natalitios ex inſtituto ſeu præcepto quod obliget, ſemper celebrari, quoniam à compluribus, aiunt, dies ejusmodi celebrari ſolitos. Quod autem ad Abrahæ, Jacobi, ac Joſephi Obſervationem in ſuperiùs allatis attinet; monendum eſt, apud Ebræos perquam receptum eſſe, tam ſingularem horum, maximè Abrahæ, fuiſſe prærogativam ſanctitatis atque illuminationis divinæ in lege diſcernenda anticipationem, ut non Sabbatum duntaxat, atque apices juris ad illud pertinentes ritè obſervarent, verùm etiam totam[d] integramque eam, quæ poſtmodum data eſt, Legem ejusque DCXIII præcepta. Scilicet quicquid in toto habetur juris Levitici corpore. Et planè hyperbole eſt. Unde fit, ut etiam ipſi, qui primam Sabbati non ſolùm, quà feſtum eſt, Obſervationem, ſed etiam Sanctificationem in deſerto Sinæ, ut dictum eſt, collocant, Abrahæ interea Sabbati cultum etiam accuratiorem non denegent[e], imò aſſerant, ut videre eſt in Salomone Jarchio, qui non ſemel primam Sanctificationem & Benedictionem diei, ut Feſti requie celebrandi, in Sina ac deſcenſus Mannæ hiſtoria ponit, (ut capite liquet undecimo,) & ſimul hoc de Abraha admittit. Nam &

b *R. Saadias Gaon apud Abarbinel in* Bereſith. *fol.* 21. *col.* 3.

c *Videſis Alexand. Alenſ. part.* 3. *quæſt.* 32. *membr.* 3. *art.* 1.

d *Apud Rab.* Bechai *ad* Bereſith *fol.* 37. *col.* 4.

e Salomon Jarchius *ad Geneſ.* 26. 5.

neſcio, quam Opinionem Cabaliſtarum cœtus, portentoſis otii ſui commentis indulgentiſſimus, imbiberat de ipſius Legis totius, quemadmodum itidem de Paradiſi, Hieroſolymarum, Iſraelis, etiam antè Mundi conditum creatione; unde itidem, ad Patriarcharum, quos diximus, dignitatem impenſiùs extollendam, ſingularem illam, nec adeò facilè intelligendam Sanctitatis atque Obſervationis prærogativam & anticipationem, eis tribuere non verebantur. Sed peculiaria ejusmodi ſomnia non omninò faciunt, quo minùs etiam apud eosdem, ſtabilis remaneat, atque pro receptiſſima habeatur illa de Inſtitutione & primaria Obſervatione Sabbati ſententia ſuperiùs ex eorum commentariis exhibita; quâ ſcilicet ſive Humani generis, ſive cœtûs Iſraelitici totius, ſive legis alicujus de Sabbato Obſervando promulgationis ratio in hiſce diſpiciendis hiſtorica ſit habenda. Id verò, quod de Moſe & Pharaone ex veterum aliquot habetur traditionibus; illum ſcilicet ab hoc impetrâſſe, ut Iſraelitæ, ærumnis Ægyptiacis preſſi, Sabbato requie gauderent, non omninò probat, (tametſi de veritate conſtaret,) tunc temporis Obligationem aliquam fuiſſe, ne quidem ex eorum opinione, qui id tradunt, ad diem illum Septimum, ut Feſtum, colendum. Detur Moſem Natalis mundi diem ſic in illorum requiem elegiſſe. Ideone Natalis ille ex univerſali aliquo præcepto tunc obſervandus? Nullo modo ſequitur. Nec verò recipitur Ebræis hiſtoriola illa Moſis, utcunque in vetuſto illo codice *Rabboth* inter ejusmodi alias non paucas interſerta. Imo planè rejici videtur viris inter eos egregiis, qui ideò volunt in repetito Decalogo [f] cauſam Sabbati obſervationis ex ſervitute in Ægypto deductam eſſe, quoniam ita memoria Laborum, quibus omni ſine intermiſſione dierum ibi fuerant preſſi, & jam Numinis beneficio liberati, erat retinenda. Sic certe Moſes Maimonides [g]. Neque erat ſanè cur Iſhacar Ben Nepthali tàm fidenter hymnum illum in Sabbati ritualibus ex hiſtoriola illa interpretaretur. Certè ſive Maram, ſive deſertum Sinæ, ſive Montem Sinai reſpicias, (in quibus omnibus de Sabbato, uti volunt, aliquid præfinitum eſt,) indiſcriminatim pariterque verba illa, *Lætabitur Moſes ob datam ſibi ſortem*, ad

[f] *Deut. 5. 15.*

[g] *More Nebochim, part. 3. c. 31.*

Digitized by Google

ad horum quemvis pertinere poſſent; niſi quæ ſequuntur in hymno, datam de Sabbato in Monte Sinai Legem ibi innui planè indicarent. Sequitur enim כי עבד נאמן קראת לו
בלילי תפארת בראשו נתת בעמדו לפניך על הר סיני ושני
לוחות אבנים הוריד ביח וכתוב בהן שמירת שבת וכן כתוב
בתורתך וגו' *quoniam fidelem ſervum eum vocaſti. Summam gloriam capiti ejus dediſti, cum ſtabat coram te in Monte Sinai; & binas tabulas lapideas ſecum reportavit, in quibus ſcriptus eſt Sabbati cultus, ſicut ſcriptum eſt in lege tua* &c. Et dein ſequuntur verba legis h. Quin in Commentariis ad dictum hymnum adjicitur doctiſſimum ſanè, juxta Ebræorum Magiſtros, & ingenioſum de Sabbato, ad rem quam tractamus, compendium. Breviter ibi ſic i; משח שבת סדרת תכנית שבת הר סיני אתה קדושת
שבת בראשית אתרת אחר שבת בעתיד *Deſignatum eſt Sabbatum in Mane, in numerum Præceptorum conjectum eſt in Monte Sinai, Sanctificatio ejus in ipſa rerum creatione evenit. Primum autem Sabbatum* (quod obſervatum eſt) *evenit ſeculis in futuris.* Quod de Jobo adjicitur, quaſi is Septimum diem coluiſſet, perpauci ſunt è Magiſtris, qui illud admittunt, tametſi nec deſint in Chriſtianis k, qui locum ex eo citatum ſic intelligant. Sed dies ibi, quem celebrabit ipſe, Craſtinus eſt diei ſeptimo ſeu octovus. Expleto nempe dierum, quibus convivabantur filii, orbe ſeptenario, craſtino ſacrificia peragebat ille. Ita ad Septimi Cultum non attinet. Quin nec ſatis liquet, utrum dies illi Septem continui eſſent ac perpetuò recurrentes, an Natales Septem filiorum anniverſarii l, an unicus tantùm in anno orbis Septenarius continuus. Sanè & patres aliquot m Chriſtiani, ſeculis illis ante legem, nec à Patriarchis quidem obſervatum Sabbatum Hebdomadicum, & Moſis ſeculo præceptum ejus initium habuiſſe volunt, atque ex ratione ſingulari n, non ex perpetua, aut univerſali Obligationis vi. Neque verò contra faciunt, quæ è Philone afferuntur, quaſi aliarum gentium cultum heic adſtruerent. Priore in loco non dicit, feſtum hunc diem fuiſſe hominum omnium, ſeu, ut in ejus verſione edita, *non unius populi regionisve, ſed in univerſum omnium*. Vertendus planè, *non unius populi regionisve, ſed univerſi.*

h *Exod. 31. 16 & 17.*

i *Ad Machzor Iudæor. Germ. part. 1. fol. 49. a.*

k *Genebrard Chronol. in continuatione Anni Diluvii, 583.*

l *Vide Iac. Bolduc. ad Iob 1. 4. & Chald. paraph. comm. 13.*

m *Tertullia. lib. adverſ. Iudæos. Iuſt. Mart. in dialog. cum Tryphone.*

n *S. Chryſoſt. Hom. 12. ad Populi Antiochenum.*

Scilicet non ait, populorum omnium aut regionum esse hoc Festum, sed ἑ παντὸς *Universi* seu *Mundi*; unde & ejusdem vocat Natalem, quo nomine manifestum est, tum ex ipso Decalogo, tum ex receptissimis Ebræorum traditionibus illum eis ex instituto celebratum. Posteriore autem in loco non omnino loquitur Philo de Sabbato, velut aliis gentibus pariter culto, sed tantum de ejusmodi honore ei apud alias gentes exhibito, qualem ii, qui exteræ gentis ritus seu alienos eis, quibus sunt peculiares suis in territoriis libenter permittentes, ipsis ritibus dicuntur exhibere. Id palam fit ex sequentibus eodem in loco atque connexis. Nam paulò post o, τίς δὲ, inquit, ὁ λεγομένην νηστείαν ἀ πάντες καὶ προπετῶς, καὶ μάλιστα δὲ ἐν ἐκείνῳ ἀγομένην, τῆς ἱερομηνίας αὐστηρότερον καὶ σεμνότερον τρόπον; *quis jejunium, quod vocant, non mirabundus adorat, maximè quod annuum habetur in sacrato illo mense, disciplina tetrica & austera?* Et deinceps itidem; τὸ τῆς νομοθεσίας ἱερὸν ἀξίωμα *Sanctitas Legum Judaicarum*, inquit, non solum ipsis Judæis, verum etiam παρὰ πᾶσι τοῖς ἄλλοις πανάγιον ἐστὶ *omnibus aliis venerabilis habetur.* Alia habet ejusmodi. Quæ eò quidem faciunt omnia, ut rituum non solùm Sabbaticorum, sed etiam reliquorum legumque Judæis in usu, honorem quendam atque venerationem apud alias gentes omnimodas, inter quas tunc temporis dispersi sunt Ebræi, reperiri ostenderet; sed neutiquam eò omninò tendunt, ut eorum observatio aliqua extra ipsos Ebræos, aut qui in ipsorum ritus trāsierant, haberetur. Parili modo verba facit ille, de celeberrimo illo in mense Septimo, seu Tisri, Festo expiationum, & demum sanè de toto Ebraici Juris corpore. Neque Sabbatum intereà magis, atque hoc totum alias innuit gentes observasse. Ex indultu autem Principum, veluti Julii, Augusti, Tiberii, ritus Judaicos Judæis ipsis plerunque permissos scimus; adeoque inde dubitandum non est, quin ritus ipsi, quos memorat illic Philo, in honore passim cum Judæis ipsis apud alias gentes habiti. Quin ipse Philo expressius alibi, *Quartum*, inquit p, *præceptum est* περὶ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης, ἣν ἅγιον καὶ ἱερὸν ἀγόμεθα. Ταύτην ἴσμεν μὲν τῶν πόλεων ἱερᾷ ζώσην ἅπαξ ἑκάστου μηνὸς, διὰ τῆς καθ' ἡμέραν τελουμένης

o *De Vita Mosis lib.*

p *Lib. de Decalogo.*

λατρείας

διαφθείρωσι, τὸ δὲ Ἰουδαίων ἔθνος συνεχῶς ἐξ διαλείποντος αἰεὶ de Sacro die Septimo, ut is ſanctè piique tranſigatur. Hunc civitates quædam ſemel in menſe ut Feſtum celebrant, numerando à Novilunio cultiùs oſtenſo. Cæterum Iudaica gens quemlibet diem Septimum continenter, ſeu ſemper relinquentes. Nil manifeſtius eſt, quam eum heic peculiarem ſingularemque populariburs ſuis facere diei, in periodo dierum, Septimi ſeu Sabbati Hebdomadici Cultum; utcunque aliud diei Septimi genus apud gentes aliquas alias receptum etiam memoret. Nimirùm Septimus Menſis Dies, Apollinis natalibus ſacer erat. Qua de re plura inferiùs, capite decimo ſexto. Quin etiam Philo ubi ſollicitiùs omnia de numeri Septenarii tum Uſu tum Honore, ex diſciplinis Gentilium & Phyſicis & Mathematicis congerit, concludit tandem Moſem dignitatem ejus tum ſacratiſſimis tabulis Legis, tum *ταῖς τῆ διανοίαις τῶν ὑφ' αὐτὸν ἁπάντων animis omnium, qui ſub ſua erant ditione*, inſculpſiſſe diei Septimi ſeu Sabbati recurrentis Obſervationem, non omninò ejusdem apud Gentiles Cultum aliquem interferens. Atqui & alia huc ſpectantia occurrent in ſequentibus.

q. Lib. de Mundi Opificio.

Cap. XV.

Fl. Joſephi *locum Capite in Decimo tertio adductum, ſi* de diei Septimi Cultu alias apud Gentes pariter atque Ebræos recepto *ſumatur, ipſi rerum Veritati palam reluctari. Neque ſic intelligendum.* Aliæ *ſcilicet* Gentes neutiquam Diem in periodis Dierum Septimum *ſeu* Sabbatum Hebdomadicum colebant. *Obiter de* Sabbati nomine, hujusque *&* Jejunii *apud Scriptores Paganos*, Confuſione. Calendarium *Romanorum* Vetus. Orbis *dierum* Nundinalis.

Quod ad Joſephi locum ſuperiùs è libro ejus adverſus Apionem ſecundo citatum attinet, quo diſertè aſſeritur, nullam fuiſſe civitatem aut Gentem ſive Græcorum, ſive Barbarorum, *ἵνα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος ἀεργὸν ἡμεῖς τὸ ἔθος διαφθείρωμεν*: vertitur is quidem vulgò,

ut diximus, *ad quam Septimana, in qua vacamus, conſuetudo minimè pervenerit.* Atqui Septimana, ſubſtantivè pro ſeptem dierum Syſtemate, non pro ipſo die Septimo ſumi ſolet. Græcum verò vocabulum Latinis ſatis receptum, id eſt, Hebdomas, tam diem etiam & annum Septimum, aliudve tempus aut numerum, qui orbem Septenarium claudat, quàm ipſum ſive dierum, ſive annorum aliorumve temporum ſeptem Syſtema, ſignificat. Uſus illius ejusmodi pro Die apud Joſephum alibi[t] habetur; atque in ipſo apud eum Decalogo [f], παρατηρεῖν τὰς ἑβδομάδας occurrit pro eo, quod eſt obſervare dies Septimos. Sic in hiſtoria Maccabaica [u], & Scriptoribus aliis. Neque diverſimodè vocabulum heic denotare liquet ex verbis illis *ὧν ἀργοῦμεν ἡμεῖς quam requie celebramus nos*, ſeu *quâ nos requieſcimus.* Atque ut Heſiodo, Ariſtophani, aliis τετράς pro die quarto, ſic ἑβδομάς pro Septimo uſurpatum eſt. Illud autem, τὸ τῆς ἑβδομάδος ἔθος, Joſepho ſic eſt *peculiaris ad Septimum diem ſpectans conſuetudo* ſeu *mos*, quo nomine etiam ipſe alibi in popularium ſuorum dierum Hebdomadicorum Obſervatione, requiem Sacram denotat. In Oratione Agrippæ [u] ad Judæos, πρῶτος μὲν γὰρ τὰ τῶν ἑβδομάδων ἔθη καὶ πόσας ὑπόμνησιν πρόξει κινούμενοι, ῥᾳδίως ἀλλάσεσθε, *ſi enim ſervetis Sabbatorum* ſeu *dierum Septimorum conſuetudinem, & ad nullum actum moveamini, facilè profectò capietis.* In diſcutiendo autem loco illo è libris adverſus Apionem citato, duo inprimis heic conſideramus. Alterum, quid ſentiendum ſit de ſenſu illo, quem viri aliqui docti [x] inde eliciunt, Cultum ſcilicet Septimi diei ſeu Sabbati Hebdomadici etiam Judaicum, apud alias pariter gentes atque Ebræos fuiſſe in uſu; alterum, quisnam fuerit genuinus Joſephi illic ſenſus. Dum prius expendo, certè ejusmodi quid intellexiſſe Joſephum nullus admittere queo. Non tam, quia Talmudicis adverſum id nimis eſt, (nam illis aliàs etiam is ſubinde adverſatur,) quàm quoniam rem ſe aliter palàm habuiſſe, non ſolùm ex aliorum ſcriptis, Gentiumque moribus facilè evincitur, verùm etiam ex ipſo Joſepho videtur eliciendum. Hoc ſimulac demonſtravimus, & argumenta, quæ in contrarium facere videantur, diluimus, etiam mentem Joſephi heic explicare conabimur.

[t] *Adverſ. Apion. lib. 2. & Haloſ. lib. 1. cap. 2. & 5. & lib. 5. cap. 9. al. 34. & c.*

[f] *Archæolog. lib. 3. cap. 4.*

[u] *2. Macc. 6. 11. & 15. 4.*

[u] *Haloſ. lib. 2. cap. 28. Gr. 16. Lat.*

[x] *Prater ſcriptores nuperos de Sabbato, conſulas Iacobum Bolduciũ de Eccleſia ante legem, lib. 1. cap. 2. Iacobum Gothofredum ad Tertullianũ adverſ. Nationes lib. 1. cap. 13. Deſiderium Heraldum ad Tertull. Apologetic. c. 16.*

mur. Vixit ille ſub excidium Templi, ſeu Veſpaſiano Cæſare. Scriptores extant ei partim coævi, partim ſeculum ejus hinc inde circumſtantes; apud quos mentio quidem Septimi diei Cultûs, ſed veluti ritûs Ebræis maximè proprii, nec Gentibus aliis ex Inſtituto ſeu more publico omninò communis, ſed ipſis planè peregrini. Juſtini Hiſtorici verba ſuperiùs [y] addacuntur; quibus à Moſe diem Septimum ſacratum ſcribit, ac velut Ebræis ſingularem memorat. Tacitus [z] item; *Continuum ſex dierum iter emenſi* (Ebræi) *Septimo, pulſis cultoribus, obtinuere terras, in quibus Vrbs & Templum dicata ſunt.* Et de jejuniis crebris, azymis, id genus aliquot aliis locutus, *Septimo die*, inquit, *otium placuiſſe ferunt, quia is finem laborum tulerit. Dein blandiente inertiâ Septimum quoque annum ignavia datum. Alii honorem eum Saturno haberi; ſeu principia religionis tradentibus Idæis, quos cum Saturno pulſos & conditores Gentis accepimus; ſeu quod è Septem Sideribus, quis mortales reguntur, altiſſimo orbe & præcipuâ potentiâ, Stella Saturni feratur: ac plerumque cœleſtium vim ſuam & curſum Septimos per numeros conficiant. Hi ritus quoquo modo inducti antiquitate defenduntur.* Nemo, puto, hæc à Tacito, (qui etiam, *Hieroſolymis*, ait, *profana omnia Iudæis, quæ apud Romanos Sacra*) dicta exiſtimabit, veluti de Septimo die aliis pariter gentibus ſuisve Romanis culto. Singularem planè facit Judæis, uti & ritus ceteros ibi memoratos, non ſine nugis interea mendaciſſimis, pro more Scriptorum gentilium rerum Judaicarum ita neſciorum. Atque illud etiam tam Cultus Sabbatici apud eum, quàm rituum reliquorum velut lemma eſt; *Moſes, quò ſibi in poſterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus, indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos Sacra.* Mortalibus ſanè ceteris, mortalium nempè ceterorum Inſtitutis ac moribus publicis, adverſum fuiſſe ritum etiam hunc de Septimi diei cultu, proculdubiò innuit ille. Dio item [a] Sabbati ſeu Saturni diei Cultum, ut Judæis proprium ac ſingularem manifeſtò meminit. Atque Ovidius, ubi de ſacris aliquot ab Amoris candidato, ut ibi ſpectet ſpecteturque, frequentandis [b] monet;

[y] *Cap. 11.*

[z] *Hiſtor. 5.*

[a] *Hiſtor. 37.*

[b] *De Arte Amand. l. 1.*

Nec

Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis,
Cultaque Iudæo Septima Sacra viro.

Et paulò pòst

Cultæ Palæstino Septima Festa viro.

Septimi diei Sacra Judæo, qui Palæstinus tum Græcis, tum Romanis dici solitus, facit propria, nec Romanis suis aliisve omninò communia. Versum hunc immane quantum, sive verba, sive metrum spectes, depravavit idque miserrimè insignis ille Theologus. Alphonsus Tostatus, cui tamen idem ipse est ejusdem, ad hanc rem, sensùs, quem heic volumus. Sic autem ille c; *Ovidius dixit in primo de Arte amandi loquens de Iudæis*

c *Ad Exod. 20. quæst. 11.*

Terra Palæstina septimo Cultæ viro.

Id est, Terra Palæstina, quæ comprehendit partem terræ Chanaan, est cultæ, id est, habitatæ Septimo viro, id est, Iudæo, qui vocatur septimus, quia de septem in septem dies Sabbata facit. Et sic magnus iste poëta posuit istud adjectivum septimus, tanquam proprium Hebræorum connotatum. Sed hoc non esset verum, si aliæ gentes servarent Sabbata. Ergo nulla gens hoc faciebat. Sic ille. Perquam absurdum esse illud de Septimi nomine Ebræis tributo, etiam pueri vident; quod viro gravissimo aliasque doctissimo excidens est condonandum. Sed proprium ex Ovidii sensu fuisse Ebræis recurrentis Septimi diei Cultum appositè satis infert. Unde & Sabbata peregrina Romanis vocat idem Poëta d.

d *De arte Amand. l. 1.*

Nec Pluvias optat, nec te Peregrina morentur
Sabbata ----

Animadvertendum autem obiter est, quemadmodum à Judæis ipsis Festa sua seu dies feriati qualescunque etiam Sabbata e dicebantur, quod nemo ferè nescit; sic Gentilibus itidem jejunia omnimodasque eorum Solennitates eodem interdum nuncupari vocabulo. Rectè quidem Josephus Scaliger f; *Omnem Festivitatem Iudaicam non solum Iudæi, sed & Gentiles Sabbatum vocant. Iudæi quidem, cum dicunt, Tisri nunquam incipere à feria prima, quartâ, sextâ, ne duo Sabbata continuentur. Gentiles autem non*

e *Levit. 23. 24. Epiphan. hæres. 30. & c. 8. l. 3. de Emend. Temporum, pag. 209.*

alio

alio nomine omnes eorum solennitates vocabant. Juvenalis; Observant ubi Festa mero pede Sabbata Reges. Nudipedalia enim Iudaica, quæ nona Ab, & alias etiam extra Sabbati diem, si ita contingat, celebrantur. Unde &, post Acronem, Neomenias, tametsi feriatæ non essent, (nam præter Neomeniam Tisri, quod initium anni solennius, feriata fuit nulla,) sic dictas rectè observat g, uti & alii h ex illo Horatii i,

-------- hodie tricesima Sabbata, vin' tu

Curtis Iudæis oppedere? --------

Tam Jejunia itidem Judæorum, quàm solennitates alias Sabbata Romanis dici, scimus ex illo Augusti k ad Tiberium; *Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam libenter Sabbatis jejunium servat, quàm ego hodie servavi.* Hinc & Martiali l, ipsa gens, *Sabbatarii*;

Quod ficæ redolet palus lacunæ,

Quod jejunia Sabbatariorum &c.

Persius m item

-------recutitaque Sabbata palles,

Et Petronius,

Et non jejuná Sabbata lege premet.

Nimirùm Festi notissimi celeberrimique nomine, ceteris etiam Festis seu diebus feriatis ab ipsis Judæis communicato, Romani nullâ etymi ratione habitâ, & Neomenias & Jejunia eorum pariter vocitabant. Unde evenit etiam, ut moribus gentis non satis perspectis nominibusque Jejunii & Sabbati confundi solitis, ipso Sabbato hebdomadico seu τῇ Φύσει Σαββάτῳ (ut appellat Epiphanius n) id est, *naturali calculo septimo*, seu Sabbato inde celebrari consucto, jejunia celebrata tradiderint scriptores nominis maximi. Sic enim expressim Trogus seu Justinus o, alii veterum. Quod sanè rei veritate est alienissimum. Sabbato enim

g *Ibid. & Canon. Isagogic. l. 3. pag. 223.*
h *Aegidius Bucherius de Paschali Iudæorum cyclo, pag. 384.*
i *Lib. 1. Ser. 9.*
k *Suetonius in Octavio, cap. 76.*
l *Lib. 4. Epig. 4. ubi vide Matth. Radrum.*
m *Sat. 5.*
n *Hæres. 30. §. 32.*
o *Histor. 36.*

Digitized by Google

hebdomadico non ſolùm non jejunabant Judæi, (ut etiam videre eſt apud Plutarchum [p], qui eos Sabbata, quo nomine hebdomadica is tantùm intelligit, pollucibiliter celebraſſe ſcribit,) quod & rectè monent Cæſar Baronius [q], & Iſaacus Caſaubonus [r]; ſed nec jejunare eis fas erat, uti paſſim docent Magiſtri. Cum verò in qualibet dierum ſeptimana bini nimirùm haberentur in Judæorum ſolennitatibus jejunii Dies [s], nempè feria ſecunda & quinta, ſeu Lunæ & Jovis dies, quibus, ut in Sabbatis etiam, Legis Sacræ publicè pars aliqua legebatur, adeò ut etiam ſic reperirentur in eorum ſacris alii, præter Sabbatum hoc, dies ſeptimi cum jejuniis crebrò recurrentes; quod ipſum eſt, de quo Tacitus [t]; *Longam olim famem crebris adhuc jejuniis fatentur*, quò & ſpectare videtur illud Cenſorini [u], *Judæos in dierum omnium numeris ſequi ſeptenarium*; cum, inquam, ſe res ita habuerit, adeò mirùm non eſt, aut Auguſtum Sabbati Judæorum jejunium pro exemplo in Epiſtola ad Tiberium attuliſſe, aut Romanos alios ſic jejunia eorum & Sabbata ſimùl memorâſſe. Nam quâ Sabbati vocabulum, ſive Septimum diem recurrentem, ſive ſolennitatem Judæorum omnimodam eis denotabat, ſic ſanè Jejuniorum illorum, quæ ſtata & ſolenniora, dies ritè ſignabat. Utpote qui non minùs Septimi dies in dierum periodis quàm ipſa Sabbata illuſtriora ſeu dies Saturni. Hinc etiam dies Septimos ſeu Saturni ac Sabbata hebdomadica pro Jejuniis perperàm ſumpſit doctiſſimus Geographus Strabo [x] in Pompeii obſidionis Hiſtoria. Nam rem ipſam ad Sabbata hebdomadica ſeu dies requiei, non jejunii, attinuiſſe liquet ex ſcriptoribus aliis, oſepho [y], Plutarcho [z], Dione [a]. Scimus quidem, Sabbatis ſeu iebus Saturni Chriſtianos aliquot [b] veteres jejunaſſe, atque dos Judæos interdum à ſcriptoribus Romanis appellari. Sed Auguſti (cujus autoritas jam antè adducitur) tempus aliaque minimè ſinunt, ut de illis Sabbati jejunia, quæ memoravimus, ſint ſumenda, ſed tantùm de Judæis ipſis. Utut autem ſe res hæc habuerit, Sabbata hebdomadica Romanis fuiſſe planè peregrina, nec in Civitatis Romanæ ſacra admiſſa, ex jam memoratis edocemur. Quibus accedat illud Claudii Rutilii [c],

[Reddi-

[p] *Sympoſ. 4. cap. 4.*
[q] *Annal. Eccleſ. an. Chriſti 4. ubi de cæna pura, & vide Iudith, cap. 8. 6.*
[r] *Ad Suetonii Octavium, cap. 76. & Exercit. 16. 208.*
[s] *D. Luc. 18. 12. I. Druſius ibid. & ad Luc. 1. Sepher Iuchaſin f. 10. 4. Epiph. Hæreſ. 31.*
[t] *Hiſtor. 5.*
[u] *De Die Natali, cap. 1.*
[x] *Geograph. lib. 16.*
[y] *Orig. 14. c. 8. Haloſ. lib. 1. cap. 5.*
[z] *Lib. de Superſtitione.*
[a] *Hiſtor. 37.*
[b] *S. Auguſt. Epiſt. 86. & vide Socrat. Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 22. Græc. 21. Lat. de Romanis, & Gabrielē Albaſpinæus Obſervat. lib. 1. cap. 13.*
[c] *Itinerar. lib. 1.*

Digitized by Google

Reddimus obſcœnæ convicia debita genti,
Quæ gens tale caput propudioſa metit.
Radix ſtultitiæ, cui frigida Sabbata cordi.
Sed cor frigidius religione ſua eſt.
Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Tanquam laſſati mollis imago Dei.
Cætera mendacis deliramenta cataſtæ
Nec pueros omnes credere poſſe reor.

Dubitatne quisquam hæc de Judæis ita dici, ut eis Sabbati hebdomadici uſus ſeu Septimi diei Cultus non minùs, ad Rutilii mentem, proprius eſſet & ſingularis, quàm circumciſionis ritus; id eſt neutiquam Romanis Græcisve aliisve Gentibus in Occidente receptus. Juvenalis item [d], de Judæis,

d Sat. 14.

Quidam ſortiti metuentem Sabbata patrem,
Nil præter Nubes & Cœli numen adorant &c.
Sed pater in cauſa eſt, cui Septima quæque fuit lux
Ignava, & partem vitæ non attigit ullam.

Quis non videt hoc de Septimam lucem colentibus ſic dictum, ut Cives Romanos neutiquam ex more ſuo eundem colere innuat? Cum primis huc facit item Senecæ Teſtimonium. Is in Civilem Romanorum aliorumque Romæ degentium Theologiam vehementiùs ac copioſiùs, quàm Varro in theatricam & fabuloſam invectus, *reprehendit etiam ſacramenta Iudæorum & maximè Sabbata* (ſic ex libro ejus contra ſuperſtitiones, qui jam non extat, D. Auguſtinus [e]) *inutiliter eos facere affirmans, quod per illos ſingulos Septem interpoſitos dies ſeptimam ferè partem ætatis ſuæ perdant vacando, & multa in tempore urgentia non agendo, ladantur.* Gentilium ſuorum Numina ritusque ſacros ſeorſim exagitat; Sabbata autem, ſeu Septimi diei requiem ut Judæorum omnino propriam. Subdit item; *Illi tamen cauſas ritus ſui noverunt, & major pars populi facit, quod, cur faciat, ignorat.* Ritum *ſuum*, ſeu Judæis ſingularem tantum, iterum agnoſcit. Martianus item Capella [f] veterum rituũ callentiſſimus, ubi Philologiam inducit omnimoda numina in cœlo

e Lib. 6. de Civit. Dei, cap. 10.

f De nuptiis Philologiæ, lib. 2.

venerabundam, *poſcitque*, inquit, *quosdam tres deos, aliosque diei noctuque Septimo radiatos; quandam etiam Fontanam virginem deprecatur.* De Chriſtiana proculdubio Theologia falſus loquitur; ſed interea de ſeptimi diei cultu ſive ipſis ſive ſimul cum Judæis ſingulari. Hoc verò ut liquidius conſtet, (ſi, quæ hactenus oſtenſa ſunt, non ſatisfaciant,) componantur jam dicta cum ipſis, tum Romanorum, tum Græcorum in dierum obſervatione moribus. Græcos dies ſuos habuiſſe ſcimus menſis *ἰσαμένου, μεσοῦντος, φθίνοντος*, *ineuntis, medii, inclinantis* ita diſpoſitos, ut inde trifariam divideretur menſis quilibet. Feſta etiam quamplura eorum viſuntur, tum apud vereres, tum in recentioribus g, qui integra de eis edidere opera, nec interea Feſti Hebdomadici in dierum periodis redeuntis veſtigium aliquod exhibentes. Quicquid autem in adverſum tendere videatur, infrà diluetur. Quod ad Romanos attinet; dum Ovidius, Macrobius, alii, dies eorum faſtos, nefaſtos, intercisos, feriatos, Kalendas, Nonas, Idus, copioſius oſtendunt, de diei Septimi recurrentis Cultu nullibi apud eos reperitur mentio. Verum quidem eſt, noni redeuntis rationem eſſe ipſis publicè habitam.

g *Petrus Caſtellanus in Eortologio, I. Meurſio in Græcia Feriata, Hoſpin. de Feſt. Origine. Lyl. Gyraldi, de Annis & menſibus. Mich. Beutherus in Faſtis. &c.*

Eſt h *quoque qui nono ſemper ab orbe redit.*

h *Ovid. Faſt.* 1.

Quale de Septimo in dierum obſervatione Sacrâ, publica, atque ex inſtituto, apud Gentiles veteres, inauditum. Scilicet Ogdoas, non Hebdomas, in dierum tributione ſervabatur in Romanorum Calendario (ut maximè videre eſt in eo, quod ſub initio Cæſarum ſaxo inciſum, quantum ad hanc rem, tam antè quàm poſteà diù fuit in uſu) propter Nundinas ſeu noni diei reditum, ut Hebdomas apud Judæos propter Sabbatum, & apud Chriſtianos propter diem Dominicum. Atque ut literæ, quas Dominicales Eccleſia vocitat Chriſtiana, ideò ϖ G ſeu numero Septenario in Calendariis noſtris terminantur, ita parilem ob rationem, ad obſervandum nundinarum reditum, in Calendario illo Romanorum veteri ϖ H finiebantur ſeu Ogdoade. Calendarii illius Romani, quod & Colotianum Joſepho Scaligero dici ſolitũ, etiamnum Romæ, puto, in ædibus Maffeianis ad Agrippinam viſitur, exemplar heic exhibemus.

Ianua-

Digitized by Google

Januarius.	*Februarius.*	*Martius.*
A K. JAN. F	H K. FEB. N	D K. MAR. NP
B F	A N	E F
C C	B N	F C
D C	C N	G C
E NON. F	D NON	H C HOC DIE CÆSAR PONTIFEX. MAX.
F F	E N	A N FACT. EST.
G C	F N	B NON. F
H C	G N	C F
A AGON	H N	D C
B EN	A N	E C
C CAR. NP.	B N	F C
D C	C N	G C
E EID. NP	D EID. NP	EN
F EN DIES VITIOSOS EX S. C.	N	A EQ. NP
G CAR.	F LUPER. NP	B EID. NP
H C	G EN	C F
A C	H QUIR. N	D LIB. NP
B C	A C	E C
C C	B C	F QUIN. N
D C	C C	G C
E C	D FERAL. F	H C
F C	E C	A N
G C	F TER. NP	B TUBIL. NP
H C	G REGIF. N	C Q. REX C. F
A C	H C	D C
B C	A EN	E C
C C	B EQ. NP	F N HOC DIE CÆSAR ALEXAND. RECEPIT.
D C	C C	G C
E F	XXIIX.	C C
F N		A C
G C		C
XXXI.		XXXI.

Digitized by Google

Aprilis.	*Majus.*	*Iunius.*
C K APR. N	A K. MAI. N	H K JUN. N
D C	B F COMP.	A F MART. CAP. MONET.
E C	C C	B C
F C LUDI MATRI MAGNÆ	D C	C C
G NON. LUDI	E C	D NON
H N LUDI	F C	E N
A N LUDI	G NON N	F N
B N LUDI	H F	G N MENTIDI CAPIT.
C N LUDI	A LEM. N	H VEST. N
D N LUDI IN CIRC.	B C	A N VEST.
E N	C LEM. N	B MATR. N
F N LUD. CERER.	D N.LUD, MART. IN CIRCO.	C N
G EID.NP LUDI	E LEM.N.	D EID. N
H N	F C	E N
A FORD. N. LUDI	G EID, NP	F Q. ST. D. F
B N LUDI	H F	G C
C N LUDI	A C	H C
D N LUDI	B C	A C
E CER. N LUDI	C C	B C
F N IN CIRC.	D C	C C
G PAR. NP	E AGON. NP	D C
H N	F N	E C
A VIN. N	G TUB. NP.	F C
B C	H Q. REX. C, F.	G C
C ROB. N	A C	H C
D F	B C	A C
E C	C C	B C
F NP LUD.	D C	C C
G C LUDI	E C	D F
H C LUDI	F C	E C
XXX.	G C	XXX.
	XXXI.	

Julius.	*Auguſtus.*	*September*
F K JUL. N	E K AUG. N	D K. SEPT. N HOC
G N	F C FER HOC DIE	E N DIE
H N	G C C. CÆS. VI-	F NP FER.
A N	H C CIT. HISP.	G C LUDI ROM.
B POPLIF. N	A NON. F	H NON. F LUDI
C N LUD. APOLLIN	B F	A F LUDI
D NON. N LUDI	C C	B C LUDI
E N LUDI	D C	C C LUDI
F N LUDI	E N HOC DIE CÆS.	D C LUDI
G C LUDI	F C HISPAL. VIC.	E C LUDI
H C LUDI	G C	F C LUDI
A N LUDI	H C	G N LUDI
B C LUDI CIRC.	A EID. NP.	H EID. N
C C MERK.	B F	A F. F. EQVOR. PROB.
D EID. N MERK.	C C	B C LUD. ROM. IN
E F MERK.	D C	C C IN CIRC. CIRC
F C MERK.	E PORT. NP	D C IN CIRC.
G C MERK.	F C	E C IN CIRC.
H C MERK. VICT.	G V. N. F. P.	F C IN CIRC.
A C LUD. CÆSAR.	H C	G C MERK.
B LUCAR LUD.	A CONS. NP.	H C MERK.
C C LUDI	P EN	A C MERK.
D NEPT. LUDI	C VOLC. NP	B NE MERK.
E N LUDI	D C	C C AUGUSTI NA-
F FERR. N. LUD.	E OPIC. NP	D C TALIS LUD.
G C LUDI	F C	CIRC.
H C IN CIRC.	G VOLT. NP	E C
A C IN CIRC.	H NP. H. D. ARA. VI-	F C
B C IN CIRC.	A F CTORIÆ IN	G C
C C IN CIRC.	B F CURIA DEDI-	H F
D C	C C CATA EST.	A C
XXXI.	XXXI.	XXX.

October.	*November.*	*December.*
B K OCT. N	A K. NOVEM. N	G K. DEC. N.
C F	B . . .	H . . .
D C	C . . .	A . . .
E C	D . . .	B . . .
F C	E NON. F	C NON. F
G C	F F LUDI	D . . .
H NON. F	G C LUDI	E C
A F	H C LUDI	F C
B C	A C LUDI	G C
C C	B C LUDI	H C
D MEDITR.	C C LUDI	A CON. NP
E AUGUST. NP	D C LUDI	B EN
F FONT. NP	E EID. NP EPUL. INDICT.	C EID. NP
G EN	F F EQVOR. PROB.	D F
H EID. N	G C LUD. BLEB. IN CIRC.	E CONS. NP
A F	H C IN CIRC.	F C
B C	A C IN CIRC.	G SAT FERIA
C C	B C MERK.	H C
D ARM. NP	C C MERK.	A OBAL. NP
E C	D C MERK.	B C
F C	E C	C DIV. NR
G C	F C	D C
H C	G C	E LAR. N
A C	H C	F C
B C	A C	G C
C C	B C	H C
D C LD. VICT.	C C	A C
E C LUDI	D C	B C
F C LUDI	E F	C F
G C LUDI	F C	D F
H C LUDI		E C
XXXI.	XXX.	XXXI.

Diei

Dici ſolent à ſcriptoribus hi Faſti Kalendares; quales Cn. Flavius publicaſſe & Populo Romano tradidiſſe creditur, quosque Ovidius XII libris deſcripſit. Habentur apud Alch. Manutium i à Paulo Fabre explicati, Janum Gruterum k, Joſephum Scaligerum l, Hubertum Goltzium m, Joannem Rosinum n Sibrandum Siccamam o, Carolum Neapolim p, alios. Atque horum nonnulli è veterum libris auxerunt explicaruntque. Fragmenta etiam Kalendariorum ſeculi illius veteris reperiuntur alia, quibus dierum Ogdoades literariæ pariter adnotantur. Atque nono quolibet die Nundinæ ſeu Urbani Ruſticorum conventus habiti. Ita tamen, ut per q intercalationem ſeu translationem caveri ſoleret, ne, mali ominis causâ, Nundinæ in Kalendas Januarii aut Nonas alicujus menſis incide rent. Sententiarum autem, etiam apud veteres habetur diſcrimen de Orbe Nundinali. Aliis Ogdoade in ipſâ contineri Nundinas volentibus (quod facilè concipitur, ſi terminus poſterior ſemper iteraretur, & fieret ſequentis Ogdoadis initium) aliis interea diem nonum Ogdoadis orbem proximè ſequentem pro Nundinis habentibus, adeoque Nundinas Enneade dierum integra claudentibus. *Rutilius*, inquit Macrobius, *ſcribit Romanos inſtituiſſe Nundinas, ut Octo quidem diebus in agris Ruſtici opus facerent, Nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent.* Varro r autem; *Annum ita diviſerunt, ut Nonis modò diebus urbanas res uſurparent, reliquis VII, ut rura colerent. Et Dionyſius Halicarnaſſæus* ſ αἱ δ' ἀγορὰι Ρωμαίοις ἐγίνοντο ὡς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ὀκτὼ ἡμέρας ἑκάστας. ἐν δ' ταύταις συνίασι τὰ τῶν ἀγρῶν (ſic planè legendum pro eo quod eſt ἀγορῶν in excuſis) οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν τάς τε ἀνεψιὰς ἐποῦντο τῶν ὠνίων, καὶ δίκας παρ' ἀλλήλων ἐλάμβανον &c. ἓξ δὲ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέρας ἀυτοργοῦντες ὅτῳ οἱ πολλοὶ καὶ πένητες ἐν τοῖς ἀγροῖς διέτριβον. *Nundinæ autem apud Romanos diebus Nonis celebrabantur, quemadmodum etiam ad noſtra tempora. In iis plebs agreſtis in Vrbem confluebat, venalia permutabat, ſeu commercabatur, & jure inter ſe agebat &c. Septem autem diebus intermediis ruri degebant, quòd magna pars ob paupertatem operaretur ſuis manibus*; ſic ille. Alii veterum de Nonis diebus t & diebus Novem rem non ita explicant, ut ſatis ſciamus, utrum orbem Nundinalem ex En-

i *Subjunct. l. 1. de Orthographia.*
k *Inſcript. pag. 13.*
l *De Emendat. Temp. lib. 1.*
m *Theſaur. rei Antiquar. pag. 122.*
n *Antiq. Rom. lib. 4. cap. 2.*
o *Faſt. Kal. lib. 1.*
p *Ad Ovid. Faſt. 1.*
q *Macrobius Saturnal. l. 1. cap. 13. Dio Hiſt. 40 & 48. & vide Joſ. Scaliger. Emendat. Temp. lib. 3. cap. de Bixexto ab Aug. correcto.*
r *Præf. ad l. 2. de re Ruſtica.*
ſ *Antiq. Rom. lib. 7. pag. 342. Pariſiis.*
t *Columella in præfat. ad l. 1. de re Ruſtica. Dio Hiſt. 40. Plutarch. in Quæſt. Rom.*

nèade integra conflari, an Octavum ſemper inter putandum ſic repeti vellent, ut Octo duntaxat dies integri in orbe illo haberentur; Perinde ac ſi Hebdomadem noſtram, Ogdoadem dierum (quemadmodum interdum Hiſpani, Itali, Germani) & diem Dominicum diem octavum, putatis duobus diebus Dominicis in qualibet Ogdoade, cum patribus u etiam aliquot vocaremus, à ſecundo ſcilicet Dominico ſeu primo ſupremoque, ut eum vocat Auſonius, Ogdoadem proximam ſemper auſpicantes, ſed non alium interea præter Septenarium reverà dierum orbem innuentes. Perſimilem in Luſtris & Olympiadibus, quibus nunc quinquennia nunc quadriennia tribuuntur, ſupputandis rationem nemo neſcit. Jam verò Rutilium diſertè vides orbem Nundinalem facere dierum integrorum novem. Varronem autem & Dionyſium Halicarnaſſeum dierum octo, adeò ut Septem dies Ruſticationi, octavus, id eſt, nonus à proximè ſuperioribus Nundinis repetitis putatus, conventui Urbano inſerviret. Certè autores ſunt Varro & Dionyſius illegraviſſimi antiquiſſimique. At recentioribus ſcriptoribus, quos inter ſunt etiam viri ſummi judicii & doctrinæ politiſſimæ, Rutilii ſententiam x video plerunque receptam. Et recipiunt, ſanè magis, quàm diſcutiunt. Inde etiam Trinundinum, quo leges, antequam vim ſortirentur y, promulgandæ erant, ſpatium ſit z 27 dierum, quod juxta Varronem & Dionyſium triduo foret minus. At ſi horum codices minimè corrupti ſint, non eſſet omninò cur ipſis non crederemus. Sunt igitur, qui pro ἑπτὰ ἡμέραις *ſeptem diebus* apud Dionyſium ſubſtitui velint ὀκτὼ *octo*, ut ſic Rutilio is conſonus fiat. Certè tunc & VIII pro VII apud Varronem legendum. Sed nec deſunt in recentioribus b etiam, qui rejecto Rutilio, Ogdoade orbem Nundinalem velint contineri; non paucis aliis de Nundinarum qualitate reliqua verba facientibus, qui de reconciliando de earum quantitate ſententiarum diſcrimine aut non omninò aut negligentiùs loquuntur. Nos autem vulgarem recentiorum & Rutilii ſententiam heic admittentes minio ſic Nonum quemque diem in Kalendario ſuprà notavimus. Quod ſi diſpliceat, facilè eſt cuique Enneadem in Ogdoadem commutare, id eſt, octavam quamque literam pro miniata ſeu Nundinarum die habere. Neque verò Nundinas ſic exhibemus, quaſi in anno reverà ſic aliquo ſe-

ha-

u Tertullia. de Idolatria c. 14. Beda de Ratione Temporū, cap. 4. Auſonius Eccleg. de Nominibus Septem dierum; alii.

x Anton. Auguſtin. de Legibus cap. 10. & in lege Cæcilia & Didia & Hortenſia. Dionyſ. Petav. Variar. Diſſertat. lib. 5. cap. 13. Samuel Petitus Eclog. Chronolog. lib. 5. cap. 2.

y Cicero Orat. pro domo ſua.

z Franciſc. Hotoman. Antiq. Roman. lib. 3. cap. ult. a Aemyl. Port. in Comment. ad Dionyſ. Halic. lib. 7.

b Hoſpinian. lib. de Origine Feſtorum cap. 5.

habuerint. Nam ſerie non interruptâ etiam Nonis & Kalendis eas adjicimo; quibus ne caderent, per intercalationem ſeu translationem quotannis à Pontificibus proſpicien dum erat. Undenam autem initium numerandi ducendum eſſet, viri docti e aliter atque aliter conjiciunt. Exemplum tantùm nos Orbis Nundinalis in Calendario Juliano vero, ita ob oculos poni curavimus, ut inde ſatis liqueat dierum ſive Novem ſive Octo (juxta ſententiarum, quod diximus, diſcrimen) non Septem, periodi uſum fuiſſe veteribus Romanis. Nec diem aliquem Septimum in dierum periodis eis cultum. Nundinæ autem illæ olim Feriæ fuêre, ſive Jovi d ſive Saturno e Sacræ, adeoque nefaſtæ. Sed poſtmodum Lege Hortenſiâ f effectum eſt, ut eſſent faſtæ. Ut faſtæ ſcilicet eſſent, niſi alia ſortè cauſa, veluti Feſtus dies, redeuntem ſic diem nonum nefaſtum redderet. Quod ex lege Hortenſia ſic novatum, dum non animadvertit Franciſcus Hotomanus g, Nundinas pro diebus nefaſtis, juxta atque ex vetuſtiori ritu apud Feſtum nuncupantur, ita accipit, quaſi nunquam faſtæ fuiſſent. Qua de re etiam olim inter veteres diſſenſus ex legis Hortenſiæ neglectu, ut monet apud Macrobium Granius Licinianus. Nam Pontifices ibi & Trebatius Nundinas neutiquam ferias fuiſſe aſſerunt, ſed in eis poſſe cum populo agi, ac fas eſſe prætori tria verba foro ſolennia pronuntiare; id eſt faſtas eſſe. Quod negabant Julius Cæſar & Cornelius Labeo. Sed tam hi quàm illi verum dixêre, ſi temporis diverſitatis & legis Hortenſiæ, quæ diù ante Cæſares lata, ratio habeatur. Manifeſtum igitur eſt, ex veteri Jure Romano, quoties Feriæ publicæ veluti Stativæ ac Conceptivæ, quæ Annuæ plerunque erant, aut Imperativæ, veluti ob victoriam ſeu lætitiam aliquam ex eventu publicam, non intervenirent, totis diebus ſive Octo ſive Septem continuis opus omnimodum, quod dierum aliàs ſimpliciter Nefaſtorum nomine non eſt interdictum, facere licuiſſe, Nonum autem ſeu Octavum (pro diverſitate ſententiarum de Orbe Nundinali ſemper loquor) ante legem Hortenſiam feriatum fuiſſe; ex lege autem illa ferias eſſe deſiiſſe. Etenim Feriæ Romanis operum genere multiplici (qua de re vide inferiùs capite decimo ſeptimo) polluebantur, *Quapropter*, inquit Servius Honoratus h, *Pontifices*

e *Samuel Petitus Eclog. Chronologic. lib. 5. cap. 2. Dionyſ. Petavius Diſſert. Variar. l. 3. cap. 17. & Iidem Joſ. Scalig. de emend. Temp. lib. 5. cap. de Buſexto Ab Auguſto correctio.*

d *Granius Licinianus apud Macrobium Saturnal. 1. cap. 16.*

e *Plutarch. in Quæſt. Rom.*

f *Granius Licinianus loco citato.*

g *Antiq. Rom. lib. 3. cap. ult.*

h *Ad Georg. 1.*

tifices (feriis). *Sacrificaturi præmittere salutores suos solent, ut si cubi viderint opifices assidentes, opus fieri prohibeant, ne pro negotio suo, & ipsorum oculos & Deorum cæremonias attaminent. Feriæ enim opera Deorum creditæ sunt.* Sic item Festus, Macrobius i, alii. Quin præcepti negligens multabatur. Et præter multam, affirmatum est eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere; imprudentem expiare non posse. Nec cum populo agere, lites decidere, aut comitia habere Feriis seu diebus Festis magis licuit, atque opus aliquod interdictum facere; Cum nihilominus in Januario dies XIII continuos Comitiales suprà habeamus. Nam dies ejusmodi, literâ C denotantur, ut Fasti literâ F, ac simpliciter Nefasti literâ N. In Majo item Septem Comitiales habentur continui, in Junio Comitiales & Fasti continui XVI, in Novembri XVII, in Decembri VIII; ac in Octobri Comitiales XII continui; Qui planè Septenariam Feriarum aliquam periodum, si nil aliud id faceret, excludunt. Et de Romanis hactenus. Quin demùm nec Josephus ipse, sive dum de Sabbati sanctificatione seu Natali mundi loquitur k, sive ubi de obsidione Pompejanâ, in qua singularem Sabbati Hebdomadici Observationem meminit l, sive dum alibi de Sabbati Cultu verba facit, aut in Apionem de origine ejus disputat m, gentem aliquam omninò aliam nominat, cui dies Septimus cultus, sed eum veluti Judæorum Festum proprium semper nominat. Quod sanè facere eum noluisse, vix est ut dubitemus, si in loci, quem tractamus, verbis generatim prolatis, gentibus aliis universis Festum hoc commune omninò existimasset. Accedat, Theodoretum n item expressim monuisse, solam Judæorum Nationem Sabbatum observasse, nec gentes, quæ etiam Circumcisionem in suos è Judæa, sed non satis Judaicè, ritus acceperant, Sabbatum seu Septimum diem coluisse. Alii eum sequuntur. Quin & Julianus Apostata testis est heic perquam idoneus. De Decalogo verba is faciens πῶν ἔθνος, inquit o, εἰ τις ἐστὶ θεὸς τῶν ἄλλων ἔξω τῶν ἑαυτοῦ θεραπευόντων θεοὺς ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ἓν μόνον τῶν σαββάτων, ὃ μὴ τὰς ἄλλας ἅπασαι χαλεπὰ φυλάττειν ἐντολάς, *Quænam gens est, per Deos, si hac demseris, non adorabit Deos alios*

i *Saturnal. lib. 1. cap. 16.*

k *Lib. 1. Archaeolog. c. 2.*

l *Ibid. l. b. 14. cap. 8. & Halos. lib. 1. c. 5.*

m *Lib. 2. contra Apionem sub initium.*

n *In Ezechiel sect. 7. vide Hesychium in Levitic. lib. 6. cap. 19.*

o *Apud S. Cyrill. contra eum lib. 3.*

Digitized by C

alios, & Memento Sabbatorum, quæ mandata cetera (Decalogi) *ſervanda non putet?* Gentibus antiquitus aliis non cultum magis Sabbati aut Septimi diei quàm Numinis unici Cultum in uſu fuiſſe, palàm dicit.

Cap. XVI.

Quæ apud veteres tum Græcos, tum Latinos occurrunt, alia item veteribus tributa, quorum autoritate aſſerendum videatur, etiam à nonnullis aſſeritur, Diem Septimum Gentilibus olim coli ſeu obſervari, idque velut ex inſtituto publico, ſolitum.

Atqui jam dictis, de eo quod eſt, Diem Septimum Gentibus aliis Flavii Joſephi ſeculo temporibusque anterioribus non cultum, obſervatumque, refragari nimis forſan videantur non pauca, quæ obvia apud Scriptores tum Græcos tum Latinos. Ariſtobulus, Judæus, ſed Philoſophus Peripateticus, (quem inter Græcos potius heic numero, quia Græcorum tantum ſcriptis ad hanc rem utitur,) is, inquam, de creatione verba faciens ac de Die Septimo ſeu popularium ſuorum Sabbato, Hebdomadisque ſeu numeri ſeptenarii tum ſignificatione myſticâ, tum in rerum natura vi, Δεικνύει, inquit [p], Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, μετειληφότας ἐκ τῶν ἡμετέρων βιβλίων, ἱερὰν εἶναι *Palam etiam docuére Homerus & Heſiodus, cum id noſtris hauſiſſent ex libris, ſacram eſſe.* Quod de ipſâ die Septima, quàm antè memorat, non capere nequeo. Tunc, Heſiodus, inquit, ad hunc modum

[p] *Apud Euſeb. Præpar. Evangelic. l. 13. c. 12.*

Πρώτην ἔνη, τριάς τε καὶ ἑβδόμη ἱερὴ ἦμαρ
Primum Prima, Quarta, & Septima dies ſacra eſt. Item

Ἑβδομάτη δ' αὖτις, λαμπρὸν φάος Ἠελίοιο
Septima verò rurſus, Lux ſplendida Solis. Ex Homero autem affert idem;

Ἑβδομάτη δ' ἤκεια κατήλυθεν ἱερὸν ἦμαρ
Septima denique illuxit Sacra dies. Et

Ἕβδομον ἦμαρ ἴλω καὶ τῇ πατὰ ἔσο ἀταρβὴς

Septima dies aderat, quâ cuncta absoluta sunt. Uti & illud

Ἑβδομάτῃ δὴ οἱ λίπομεν φάος ἐξ Αχέροντος

Septimâ liquimus fluvium Acherontis. Quibus subjungit item ex Lino

Ἑβδομάτῃ δὲ οἱ πάντα πεπλεσμένα πᾶσι τέτυκται

Septimâ quæ cuncta, quæ absoluta sunt, perficiebantur, &

Ἑβδόμη ἐν ἀγαθοῖσι καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη,
Ἑβδόμη ἐν φαέεσσι καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη

Septenarius bonus est; Septenarius item est ortus; est etiam Septenarius primus, atque postremus etiam seu *perfectus ac absolutus est Septenarius.* Pro quo in Eusebii versione substituitur

Omine lata dies est Septima, Septima rerum
Ortus, & eximias inter perfecta coruscat.

q *Stromat. 5. & apud Euseb. Præparat. Evangelic. lib. 13. cap. 13.*

r *Vers. Latinâ Eusebii.*

s *Vers. Lat. Clem. Alexandrini.*

Clemens item Alexandrinus q, ἀλλὰ καὶ τὴν, inquit, Ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνοι οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι quod aliis vertitur r *Septimum quoque diem Sacrum esse non Hebræi modo, verùm etiam Græci agnoscunt:* Aliis s, *Quin etiam Septimum diem esse sacrum non solùm sciunt Hebræi, sed etiam Græci.* Atque totidem ferme verbis eosdem affert ille versus, quos Aristobulus ex Hesiodo & Homero. Illud autem Ἑβδομάτῃ δὴ οἱ λίπομεν apud Clementem ipsum legitur. Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ λίπομεν *Septima luce liquimus* &c. tametsi apud Eusebium citetur ex Clemente non aliter atque ex Aristobulo. Affert etiam ex Homero Clemens, Ἑβδόμη ἦν ἱερὴ *Septenarius sacer erat,* seu *septima sacra fuit.* Quos autem Lino tribuit Aristobulus versus, Clemens Callimachi facit; lectione aliquantulùm in primo variante. Sic enim apud Clementem ipsum,

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ καὶ οἱ τελέεντο ἅπαντα

Septima verò in luce, quâ omnia parata sunt; qui apud Eusebium ex Clemente citatus ita se habet

Ἑβδομάτῃ ἦ ἦλθ', καὶ οἱ ἐτέτυκτο ἅπαντα

quod tantundem sonat. Addit demum Clemens, ἀλλὰ καὶ Σέλευκος ὁ λευκὸς φῶς τὴν ἑβδομάδα σημαίνεσθαι, quod etiam vertitur

Digitized by Google

titur ab Euſebii interprete, *Quam diem* (ſeptimam) *uti ſanctiorem ipſa quoque Solonis elegia mirum in modum prædicant.* Lucianus item, dum exempla adducit de nomine hominibus aliquot per facetias ideò tributo, ut rei eo deſignatæ qualitate aſperiùs reprehenderentur, ὠδὴ, inquit t, Ἑβδόμην ὅτι ἄωρος ἦν παῖδις ἐν ταῖς ἑβδόμαις, καθεῖτο ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπαίζε καὶ διεγέλα καὶ παιδίαν ἐποιεῖτο τὸν σπουδὸν τοῦ δήμου, *alium quendam nuncupavit Hebdomam* ſeu *Septenarium, quod perinde ut pueri ſeptimanis diebus ſolent, etiam ille in Concionibus luderet, & rideret, & pro joco haberet ſerium populi ſtudium.* Quocum conjungas illud Agellii, ubi de nugatore quodam Philoſophi Platonici nomen ambiente, *is in convivio*, inquit u, *Invenum, quæ agitare Athenis Hebdomadibus Lunæ ſolenne nobis fuit, ſimùl atque modus epulis factus & utiles delectabilesque ſermones cœperant, tum ſilentio ad audiendum petito loqui cœpebat.* Quem locum ſunt, qui x interpretentur de ſeptimo quoque die Lunæ. Sic igitur Feſta Hebdomadica Athenis. Suetonius item y, de Diogene Grammatico; *Diſputare Sabbatis Rhodi ſolitus, venientem* (Tiberium) *ut ſe extra ordinem audiret, non admiſerat, ac per ſervulum ſuum in Septimum diem diſtulerat. Hunc Romæ ſalutandi ſui causâ pro foribus adſtantem nihil ampliùs, quàm ut poſt ſeptimum annum rediret, admonuit.* Sabbata ſic in uſu ac Septimi diei obſervatio Rhodi! Atque ejusdem mentio velut rei notiſſimæ! Quin & Cenſorinus z; *Alter ille partus, qui major eſt, majori numero continetur, ſeptenario ſcilicet, quo tota vita humana: ut & Solon ſcribit, & Iudæi in dierum omnium numeris ſequuntur, & Etruſcorum libri rituales videntur indicare.* Librine Etruſcorum rituales indicare viſi ſunt in dierum numeris ſeptenarium, quemadmodum Judæi? Certè ejusmodi fuiſſe ſenſum, non dubito, quin conceſſiſſet Guilielmus Poſtellus. De Etruriæ originibus a ſcribens ille, *Quod erat ipſis Iudæis*, inquit, *& Patriarchis in primo præcepto & uſu, hoc eſt Sabbatum, illud fuit etiam Romæ uſitatum.* *Licet enim non eſſet forſan eadem dies, quæ apud Iudæos obſervari ſolita eſt, tamen ſicuti nos in Solis die,*

t *In Pſeudologiſta, ſeu περὶ ἀποφράδων.*

u *Noct. Attic. lib. 15. cap. 2.*

x *Apud Barnab. Briſſon. ad L. Dominico C. Theodoſ.*

y *In Tiberio cap. 32.*

z *De die Natali cap. 11.*

a *Florentiæ 1551. p. 210.*

Pſeudo-

Pseudo-Iudæi Ismaelitæ in Veneris die, eandem atque Iudæi in Saturni Sabbative die, Septem Intelligentiarum, quæ Planetis motrices sunt, mentionem rei gioſam facimus ad ſummi Dei Creatoriquè laudem, ſic Romani una hebdomadis die. Nam ut eſt videre apud Ciceronem in Sacris legibus, & apud Halicarnaſſeum in Romuli inſtitutis, indicta erat Romæ dies Sacra quieti ſervatiorum & animalium. Aſſerit verò Dion Hiſtoricus tricesimo Septimo Romanæ hiſtoriæ libro, ejusdem Sabbati, quod & apud Iudæos erat, uſum ad Græcos Romanosque fuiſſe translatum. Verùm ejus fides ideò mihi non videtur magnifacienda, quod apud Ægyptios dicat, ortam eſſe hanc obſervationem Sabbati, quum revera, licet de Sabbato & Deo Iudæorum aliquid velle dixiſſe viſus eſt, nihil mihi de Sabbato, quove die obſervaretur à Iudæis, attigiſſe videatur, ut ipſe in Planetarum hæreat intervallis. Poſito enim hic diateſſaron deſcendendo, debuit ponere diapente aſcendendo, & rurſus diateſſaron deſcendendo, & item diapente aſcendendo &c. Satis eſt abillo obtinuiſſe hoc unum, quod Romani primi omnium gentium poſt Iudæos obſervarint Sabbatum. Certiſſimum vero eſt, quum nunquam in Sacris cum ipſis Iudæis convenerint, alunde quam à priſca inſtitutione Jani accipere non potuiſſe, quum primi omnium gentium habuerint. Licet enim ipſe Dion dicat, recenter Romanos accepiſſe, illi non crederem, niſi, qua occaſione, adferret. Satis eſt ut mihi teſtetur Sabbati inſtar unam ex Septem diebus hebdomadis fuiſſe quieti conceſſam. Sic Poſtellus. Accedat heic illud Ovidii b, ubi amantem docens, quomodo dediſcat amare, hoc inprimis monet, ut procul à loco diſcederet, quo amicam alloqui, convenire, videre aſſueverat;

b *De Remedio Amoris. Lib. I.*

Sed quanto minùs ire voles, magis ire memento:
Perfer & invitos currere coge pedes.
Nec Pluvias opta; nec te peregrina morentur
Sabbata; nec damnis Alia nota ſuis.

Peregrina Sabbata dici poſſunt videri, ut Sacra Peregrina, de quibus Feſtus; *Peregrina Sacra appellantur, quæ aut evocatis diis in oppugnandis Urbibus Romam ſunt conlata, aut quæ ob quasdam religiones*

giones per pacem ſunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnæ, ex Græcia Cereris, Epidauro Aeſculapii, qua coluntur eorum more, à quibus ſunt acceptæ. Sic igitur *Peregrina Sabbata* intellexerit forte quis pro Sabbatis ſeu more Sabbatico, qui hebdomadicus erat, à Romanis, ad quos ſcribit Ovidius, ex Judæa accepto, quemadmodum ſacra illa è Græcis, Phrygibus, Epidauriis. Et conjunguntur ab eo heic Sabbata, cladis Alienſis diei funeſtiſſimo infauſtiſſimoque, qui ſub medium Julii [c] recurrit, perinde ac ſi ut hic ita illa in uſu Romanis, parilisque fuiſſet de utrisque ratio monendi, in remedium amoris nimium hærentis, delirum amatorem ac moras ultrò nectentem pedemque ægrè producentem, ne cauſaretur quidem dies illos, tametſi rebus agendis nequaquam idonei eſſent (qua de re inferiùs) diſceſſum ejus præpedire. Quemadmodum ubi de puellæ primò captandæ tempore rudimenta docet, eosdem ipſos dies ſimiliter conjungit velut eos, quibus, utcunque rebus agendis aliàs non idoneis, anſa nihilominùs amoris conciliandi, avidè juventuti Romanæ arripienda. Verba ejus [d] ſunt,

[c] *Videſis Guil. Xylandrum in Plutarchi Camillo & Andream Schottum Nodorum Ceremoniarum cap. 6.*

[d] *De Arte Amandi l. 1.*

Tunc licet incipias, quâ flebilis Alia luce
Vulneribus Latiis ſanguinolenta fuit;
Quoque die redeunt rebus minus apta gerendis
Culta Paleſtino Septima Feſta viro.

Tibullus item Ovidio, id eſt, Auguſto Cæſari coævus, dum in Phæacia morbo laborat, de diſceſſu ſuo à Roma conquerens, Deliam, ſuam ſcilicet Dominam, ait, Deos ſorteſque conſuluiſſe de ejus reditu, ipſam tamen, quanquam cuncta dabant reditum, fletibus haud abſtinuiſſe, quibus ſubdit [e],

[e] *Lib. 1. Eleg. 3.*

Ipſe ego ſolator, quum jam mandata dediſſem,
Quærebam tardas anxius usque moras.
Aut ego ſum cauſſatus aves, aut omina dira
Saturni, aut ſacram me tenuiſſe diem.

Seu ut Joſephus Scaliger mavult;

——— aut omina dira
Saturni ſacrâ me tenuiſſe die.

Quoniam ſcilicet ſcriptis aliquot libris *aut* deeſt in verſu poſtremo. Heic manifeſtò dies Saturni, qui idem eſt cum Judæorum Sabbato Hebdomadico, Sacer dicitur, & velut itineris impedimentum Romanis veteribus haberi videtur. Accedat hiſce Tertulliani locus illuſtris. Is adverſus Gentes ſcribens, eorumque in Chriſtianos convitia diluens, *Alii*, inquit, ad Gentes f, *planè humaniùs & verisimiliùs Solem credunt Deum noſtrum &c. Aequè ſi diem Solis lætitiæ indulgemus, aliâ longe ratione quàm religione Solis, ſecundo loco ab eis ſumus, qui diem Saturni otio & vilitni decernunt, exorbitantes & ipſi ab Iudaico more, quem ignorant.* Ubi vir doctiſſimus Deſiderius Heraldus, *ſanè dies*, inquit, *Saturni, qui erat Septimus, otio ac quieti fuit veluti aſſignatus, nec apud Romanos ſolùm aut Græcos, ſed apud Gentes penè omnes, quod obſervabat Ioſephus contra Apionem.* Atque ex Philone, Luciano, Ovidio, Tibullo jam ſuperiùs memorata eam in rem affert. Tantundem certè fuſiùs & expreſſiùs occurrit in Tertulliani congenere ad Nationes opere g dudum à Jacobo Gothofredo in lucem primùm edito. Ibi enim; *alii planè humanius Solem Chriſtianum Deum æſtimant, quod innotuerit, ad Orientis partem facere nos precationem vel die Solis lætitiam curare. Quid vos minùs facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam Cœleſtia ad Solis initium labra vibratis? Vos certè eſtis, qui etiam in laterculum Septem dierum* (legit, nec puto infeliciter, Samuel Petitus h *Deorum*) *Solem recepiſtis, & ex diebus ipſorum prælegiſtis, quo die lavacrum ſubtrahatis, aut in veſperam differatis aut otium & prandium curetis: Quod quidem facitis exorbitantes & ipſi à veſtris ad alienas religiones. Iudæi enim feſti, Sabbata, & cœna pura & Iudaici ritus lucernarum & jejunia cum Azymis & orationes literales, quæ utique alienæ ſunt à diis veſtris. Quare, ut ab exceſſu revertar, qui ſolem & diem ejus nobis exprobratis, agnoſcite vicinitatem. Non longè à Saturno & Sabbatis veſtris ſumus.* Nationum heic diſertè habentur ſeu Gentilium Sabbata velut ex ritu Judaico (ſaltem eum aliquantum imitantia) & Saturni diei qualiscunque obſervatio. Ubi doctiſſimus Gothofredus; *comparat otium & convivia Chriſtianorum in die Dominica cum otio & conviviis Sabbathi, quod & ipſum Gentiles Iudaico*

f *Apologetic. cap. 16.*

g *Lib. 1. c. 13.*

h *Comment. ad leges Aticas pag. 4.*

Digitized by Google

daico more obſervarunt. Nempe Saturni diem ſeu Sabbathum otio & quieti ubique Gentium, Iudæorum imitatione, aſſignatum fuiſſe, etiam Joſephus lib. 2. contra Apionem, & Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum teſtantur. Verum quidem eſt, Tertullianum Flavio Joſepho annis ampliùs centum recentiorem eſſe. At verò de receptis antè & priſcis Gentilium moribus is loquitur, quemadmodum & Scriptores aliquot alii ſupra citati, qui itidem Joſepho recentiores; ut Agellius. Lucianus. Quin & ÆliusLampridius de Alexandro Severo; *Capitolium ſeptimo die, quum in urbe eſſet, aſcendebat, Templa frequentavit.* Sed & de ſeculo ipſo Joſephi, Seneca i; *Quomodo*, inquit, *ſunt dii colendi, ſolet praci-* i Epiſt. 96.
pi. Accendere aliquem lucernam Sabbatis prohibeamus; quoniam nec lumine dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine. Ubi Juſtus Lipſius; *Lucernas accendere in honorem Deorum aut Principum, Feſtis diebus, mos apud Romanos: Sed, ut apparet, paulatim Iudaici ritus invaluêre & Sabbathi diem illâ ſuperſtitione coluerunt.* Certè de luminibus Sabbatis accendi ſolitis loquitur Seneca, velut de ritu uſitatiſſimo. Neque jam ex obiter dictis animadverſa Septimi diei obſervationem aliquam ſolennem veteribus Romanis in uſu fuiſſe ſolùm videntur firmare, verùm & ipſa Calendarii eorum formula à viris aliquot doctiſſimis edita. Prodiit, idque primum, ni fallor, anno Salutis 1552, Venetiis ex Juntarum officina, Calendarium Eccleſiaſticum novum. Opus de vera Paſchatis celebratione inſtitutum, idque ex Pontificum ſummorum quatuor juſſu ſupputatum; Autore Luca Gaurico Geophonenſe Epiſcopo. In ipſo titulo monetur adjici etiam Feſtos Julii Cæſaris. Et poſt ſupputationes Paſchales, propè libri calcem, demùm ſequitur hic titulus *Calendarium Iulii Cæſaris. Faſti primorum ſex menſium per Pomponium Gauricum & Thamiram ſub Capitolinis Ruinis in antiquo marmore reperti, cujus marmoris altera pars reliquos ſex menſes fine Faſtis continebat.* Interpoſitis dein dierum & Noctium cujuslibet menſis longitudine, & quid Faſtorum nomine veniret; ideò ſcilicet maximè interpoſitis, ne paginæ reliquum, quo Calendarium commodè incipere nequiret, literis careret, ſequitur *Calendarium Iulii Cæſaris cum cyclo Lunæ*; quod ad hunc modum Januarium exhibet.

Cyclus	Dies	Literæ	Januarius		
1	1	A	Calendis		Festum Jovis & Æsculapii.
	2	B	4 non.		
9	3	C	3 non.	JANUARIUS,	♋ occidit Cosmice.
	4	D	2 Pri. Non.		
17	5	E	1 Nonis.		Lyra occidit Chronice.
6	6	F	8 idus		
	7	G	7 idus		Delphin oritur Cosmice.
14	8	A	6 idus		Agonia incipiunt.
3	9	B	5 idus		Agonalia, Ludi Agonales.
	10	C	4 idus		Hyemis medietas.
11	11	D	3 idus		Festum Carmentis & Juturnæ.
	12	E	2 Prid. idus		
19	13	F	1 Idibus		Festum Jovis, redditæ sunt provinciæ,
8	14	G	19 cal.		Cæsar Octavius dictus Augustus.
	15	A	18 cal.		Festum Carmentis, Porimæ.
16	16	B	17 cal.		Festũ Concordiæ de Templi consecrat.
5	17	C	16 cal.		☉ ♑ relicto.
	18	D	15 cal.		☉ ♒ ingrediebatur,
13	19	E	14 cal.		
2	20	F	13 cal.		
	21	G	12 cal.		
10	22	A	11 cal.		
	23	B	10 cal.		Lyra parte occultatur.
18	24	C	9 cal.		Pectus ♌ occidit Cosmice, Festum se-
7	25	D	8 cal.		(mentis.
	26	E	7 cal.		
15	27	F	6 cal.		Festum Castoris & Pollucis.
4	28	G	5 cal.		
	29	A	4 cal.		
12	30	B	3 cal.		Festum Pacis.
	31	C	2 Prid. cal.		

				FEBRUARIUS,

Ex hoc

Digitized by Google

Ex hoc ſpecimine reliquorum dierum ratio dignoſcitur. Sequuntur enim ibi ceteri quinque menſes priores, Syderum aliquot ortu occaſuque, Feſtis, Cyclo Lunæ, ac dierum Hebdomadibus per literas itidem ſignati; Sole, Lunâ, & Zodiaci Signis, characteribus, qui Aſtronomis in uſu, ſimiliter paſſim denotatis. Additio ſit & reliquorum ſex, quorum quidem Julius & Auguſtus parili fermè modo exhibentur. At quatuor qui ſuperſunt, Cyclum Lunæ, dierum numerum, Hebdomadas, ſeriemque Kalendarum, Iduum & Nonarum adnotatam habent, ſine feſtis aliisve quæ columnæ ſuperiùs quintæ reſpondeant, Paulus item de Middelburgo, Epiſcopus Foro-ſempronienſis, in Paulina ſua, ſeu opere de recta Paſchæ obſervatione ad Leonem X inſcripto, caput habet *de Cyclo Lunari decemnovenali Romanorum, quem Iulius Cæſar ſuo Calendario inſcripſit*, cui ſubjungit *Calendarium Romanum cum cyclo Romano Iulii Cæſaris*. Id annum ſimiliter per Hebdomadas dierum ſeu literarum menſibus adjectarum (quod idem heic eſt) dividit, quemadmodum illud Lucæ Gaurici. Exhibet etiam Joannes Stœflerus [k] *Quatuor primos menſes Calendarii Romani cum Cyclo divi Iulii Cæſaris dictatoris*, cum feriarum literis in orbem ſeptenarium recurrentibus. Alii viri docti [l], dum Calendarium veterum Romanorum non è marmoribus deſcribunt, ſed tàm ex horum monumentis, quàm ex Ovidio, aliisque Faſtorum autoribus conficiunt, Hebdomadas ſeu literas usque G tantum, non Ogdoadas ſeu literas ad H incluſivè diebus cujuslibet menſis adponunt; aliis quidem, uti par eſt, Ogdoadas in ejusmodi Calendariis rite retinentibus ut videre eſt ad calcem editionum Ovidii Faſtorum, in Dionyſii Petavii Uranologio, alibi. Ex jam antè dictis igitur Obſervationem aliquam Diei ſeptimi recurrentis ſolennem, eamque ſacram, tum Græcis tum Romanis veteribus in uſu fuiſſe, eoque publico, aſſerendum forſan videatur. Quin ſanè non deſunt viri inſignes, quibus etiam id planè inde aſſeritur. Sed quæ ſic corrogantur, ritè perpenſa, ad aſſertionem ejusmodi tuendam vi carebunt omnimodâ; qua de re proximè vibimus.

[k] *Kalendar. Rom. Magn. propoſ. 34.*

[l] *Tho. Demſter. in Paralipomenis ad Io. Koſſini Antiq. Rom. lib. 2. cap. 4. &c.*

Cap. XVII.

Quæ capite superiori ex Aristobulo *ac* Clemente Alexandrino, (*adeoque ex* Hesiod., Homero, Lino, Callimacho) Luciano, Agellio, Suetonio, Censorino, Ovidio, *ac* Tibullo, *de* diei Septimi *seu* Saturni observatione apud Gentiles *allata sunt, explicantur. Ea ad* Sacrum Diei *in periodis dierum septenariis*, Septimi Cultum, *non omnino attinere. De* Sabbati *nomine tàm* Orientalibus, *quàm* Occidentalibus, *accepto pro ipso* Die Septimo, *quâ septimus est, perinde ac si* Septimum significaret.

ID quidem manifestum est, Aristobulum Judæum in superiùs citatis voluisse, Hesiodum & Homerum innuere diem Septimum Sacrum fuisse, velut ex sacris literis edoctos, atque Sabbatum seu requiem numero dierum Septenario apud pupulares suos recurrentem, ipsum ea in re primariò respexisse. Sed nec minùs est manifestum, aut insigniter hallucinatum fuisse eum, aut id, quod res est, ultrò planè dissimulasse. Si nempe diem Septimum in dierum periodis recurrentem inde, velut Festum, cultum Græcis seu Gentilibus fuisse vellet probari. Nam ea de re haud ita expressim loquitur. Quod autem ad Hesiodi locum hunc attinet aliaque Capite superiore allata; ut commodius, quæ de eis dicenda sint, capiantur, præmittenda est dierum apud Gentiles veteres distributio; quæ quantum ad hanc rem ritè dispiciendam, Triplex erat, qualis certè hodieque apud nos. Primi generis fuêre, dies ἱερόμηνοι seu Festi, in quibus mos erat τὰς ἱερουργίας [m] μετ' ἀνέσεως ἐορτασικῆς ποιεῖσθαι, *Sacra curare cum laborum intermissione solenni*; velutiPanathenæa, Eleusinia, Thalysia, Elaphebolia, id genus Festa sexcenta apud Græcos, & Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, Carmentalia, reliqua ejusmodi apud Romanos. De Festis autem seu feriis hisce, advertendum est, non omnimodo opere, juxta Gentilium disciplinam necessariò fuisse in eis abstinendum; imò opera, quæ ad vitæ utilitatem pertinuere, haud pauca facere licuisse. Virgilius [n]

[m] *Strabo lib. 10.*

[n] *Georgic. 1.*

Quippe

Digitized by Google

Quippe etiam Feſtis quædam exercere diebus
Fas & jura ſinunt; rivos deducere nulla
Religio vetuit: ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias avibus moliri; incendere vepres
Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

Et Columella o; *Feriis vitus majorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare, vineam conductam colere, piſcinas, lacus, foſſas veteres tergere & purgare, prata ſicilire; ſtercora æquare, fœnum in tabulam componere, fructus Oliveti conductos cogere, mala, pyra, ficus pandere, caſeum facere, arbores ſerendi causâ collo vel mulo clitellario adferre; ſed junctо advehere non permittitur, nec apportata ſerere, neque terram aperire, neque arborem collucare. Sed ne ſementem quidem adminiſtrare, niſi prius catulo feceris; nec fœnum ſecare, aut vincire, aut vehere, ac ne vindemiam quidem cogi per religiones Pontificum feriis licet, nec oves tondere, niſi prius catulo feceris. Defrutum quoque facere & defrutare vinum licet. Pellibus oves veſtiri, non licet. In horto quicquid olerum cauſa facias, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum ſepelire non licet.* M. Porcius Cato p *mulis, equis, aſinis nullas eſſe ferias dixit. Idemque boves permittit conjungere lignorum & frumentorum advehendorum causâ. Nos apud pontifices legimus feriis tantùm denicalibus* (quibus ſcilicet hominis mortui cauſa q familia purgari ſolita) *mulos jungere non licere, ceteris licere.* Ita ea de re varia quidem erat opinio, ut in rebus præſertim ejuſmodi fieri amat. Sed qui diſciplinas Pontificum interius agnovere, in die Feſto, ut monet Servius Honoratus r *ſine piaculo dicunt poſſe fieri, quæ ſupra terram ſunt, vel quæ omiſſa nocent, vel quæ ad honorem deorum pertinent, & quicquid fieri ſine inſtitutione Novi Operis poteſt.* Qua de re conſulas item, quæ habent Umbro, Scævola, alii apud Macrobium ſ. Secundi dierum generis fuêre ἐργάσιμοι ſeu *rebus agendis idonei dies*, id eſt, *profeſti* Latinis; quibus ſcilicet opus aliquod facere per leges & mores ex autoritate publica receptos licuit. Vocabulum noſtrum Working days optimè rem interpretatur. Tertium autem genus conſtituunt ἀποφράδες t ſeu *dies infauſti, inauſpicati, atri*, quibus nimirùm feſtivitas quidem nulla, ſed opere omnimodo, niſi quod neceſſe erat adgredi, abſtinebant velut mali

o *De Re Ruſtica lib. 2. cap. 22.*

p *De Re Ruſtica cap. 38.*

q *Feſtum.*

r *Ad Virgil. Georgic.*

ſ *Saturnal. l. cap. 16.*

t *Lucian. in Pſeudologiſta, Plutarch. in Camillo.*

mali ominis infortunium ſuperſtitioſiùs verentes. Atque generis hujus Binæ fuêre Species; Altera eorum, qui ex autoritate publica ſeu inſtituto civili ita Infauſti ſeu Atri habebantur, Religioſi item dicti ſeu Sacri, ea notione, quâ Sacrum ac Religioſum execrandum, deteſtandum aut triſti omine infame ſignificat [u], non quâ diis dicatum, aut cultû celebrandum. Altera eorum, qui non ex autoritate ſeu inſtituto civili, ſed ex privatorum hominum opinione, obſervatione, ſeu diſciplina ſecretiori ſic habiti. Prior ſpecies viſitur in eo, quod apud Romanos inſtitutum eſt de diebus poſtriduanis. Quoniam ſcilicet Sulpitius tribunus militum [x] ad Aliam adverſum Gallos pugnaturus rem divinam fecerat poſtridie idus Quintiles; item apud Cremeram multisque aliis temporibus & locis poſtSacrificium die poſtero celebratum, malè ceſſerat conflictus; ideò juſſerunt patres, ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur. Pontifices igitur ſtatuêre *poſtridie omnes Kalendas, Nonas, Idus, atros dies habendos; ut hi dies, neque præliales, neque puri, neq; comitiales eſſent. Sed & Fabius Maximus Servilianus Pontifex in libro duodecimo negat oportere atro die parentare, quia tunc quoque Ianum Iovemque præfari neceſſe eſt, quos nominari atro die non oportet.* Et de his, Feſtus Pompeius [y]; *Dies autem religioſi, quibus niſi, quod neceſſe eſt, nefas habetur facere; quales ſunt ſex & triginta atri, qui appellantur & Alienſis atque ii quibus mundus patet.* Sex & triginta ſunt poſtriduani illi. Mundus autem patere dicebatur [z] poſtridiè Vulcanalium & a. d. III Nonas Octobris & ante diem VI Idus Novembris. Tunc exiſtimatum, quæ occulta & abdita, ſuêre religionis Deorum Manium, patere ac veluti in lucem duci, unde Mundum tunc patere dici ſolebat. Per eos dies non cum hoſte manus conſerebant; non exercitus ſcribebatur, non comitia habebant, non aliud quicquam in republica, niſi quod ultima neceſſitas admonebat, adminiſtrabatur. Ita hæc infauſtorum ſeu atrorum dierum ſpecies tàm opus & laborem, quàm feſtorum genus, non admittebant; idque ex autoritate, ſeu inſtituto publico. Sed diverſiſſimâ planè ratione. Feſti, ob ſacrorum curam & deorum cultum. Atri, tantùm ne malè cederet opus incœptum, ob malum diei omen. Neque enim illis ſacrificium [a] rite peragebatur. Poſterioris Atrorum ſpeciei exemplum ha-

[u] *Agell. Noct. Attic. lib. 4. cap. 9.*

[x] *Caſſius Hemina apud Macrobium Saturn. l. 1. cap. 16. Anno ab V. C. 363. Agell. Noct. Attic. lib. 5. cap. 17.*

[y] *Verba Religioſus.*

[z] *Feſt. in Verb. Mundus.*

[a] *Agell. Noct. Attic. 5. 17.*

Digitized by

plum habetur in quarto Kalendas, Nonas & Idus cujuslibet menſis [b]. Verrius Flaccus aliique ſcriptores veteres, tum apud Macrobium, tum apud Agellium [c]; *Ante diem quartum Kalendas vel Nonas, vel Idus tanquam inominalem diem plerique vitant. Ejus obſervationis, an religio ulla tradita ſit, quari ſolet. Sed nos nihil ſuper ea re ſcriptum invenimus; niſi quod Q. Claudius annalium quinto eadem illam vaſtiſſimam pugnæ Cannenſis fatalem refert a. d. quartum Nonas Sextiles.* Hujusmodi farinæ ſunt quintæ dies cujuslibet menſis Lunaris apud Heſiodum & Virgilium (natales ſcilicet Furiarum,) item quibusdam quartus Lunæ dies [d], Ægyptiaci [e] alii aliquot, olim hodieque forſan à nonnullis, ut atri ſeu infauſti, ſervati. Bini, in quolibet menſe, ejus modi habentur apud Bedam. Alii, apud Joannem Paduanum [f], & Joannem de Sacro Boſco. Alii in Calendario Romano Conſtantini Magni [g] dicto. Atque apud alios editos, aliter atque aliter ſe dies illi habent. Quos inter tamen conſenſus eſt nullus, uti nec cum dierum ejusmodi penes me deſignatione in ſchedis ſane ſcripta vetuſtis hujusmodi; *ἐπὶ ἓξ ἑκάστῳ μηνὶ ἀπὸ δύο ἡμέραι ἃς ὀφείλει τὰς ἀνθρωπος παρατηρῆσαι· μηνὶ Ἰανναρίῳ ἡ ϛ καὶ ἡ ιδ· μηνὶ Φεβρουαρίῳ ἡ ϛ καὶ κϛ, μηνὶ μαρτίῳ ἡ δ καὶ ἡ κ, μηνὶ ἀπριλλίῳ γ καὶ κ, μηνὶ Μαΐῳ ζ καὶ κϛ, μηνὶ Ἰουνίῳ γ καὶ ιϛ' μηνὶ Ἰουλίῳ ϛ καὶ ϛ, μηνὶ Αὐγούϛῳ δ καὶ ιϛ, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ γ καὶ ιδ, μηνὶ Ὀκτωβρίῳ γ καὶ κη, μηνὶ Νοεμβρίῳ ε καὶ ια, μηνὶ Δεκεμβρίῳ γ καὶ κδ, ſunt in menſe quolibet dies bini, quos cavere debet quisque mortalium.* *Ianuario* II & XIV, *Februario* II & XXVI, *Martio* IV & XX, *Aprili* III & XX, *Maio* VII & XXII, *Iunio* III & XII, *Iulio* VI & II, *Auguſto* IV & XV, *Septembri* III & XIV, *Octobri* III & XXVIII, *Novembri* V & XI, *Decembri* III & XXIV. Atque ex duplici fere ratione dies hujus ſpeciei atri habiti. Aut ex malo ſeu infortunio aliquo inſigni, quod in illis accidiſſe notaretur, aut ex diſciplina Aſtrologica, qualem docuere Heſiodus & Orpheus. Dierum autem jam dictorum tam generis Secundi ſeu Profeſtorum aliquot, quam Primi & Tertii omnes *ἡμέραι ἱεραὶ dies ſacræ* dicebantur, ſed ratione perquam diſſimili. Cur primum genus ſic dictum, res ipſa indicat. Quia ſcilicet Diis Sacræ ac Sanctæ; ſeu ut Angli vocamus Holidaies. Cur autem genus tertium, & quam di-

[b] *Saturnal. lib. 1. cap. 16.*
[c] *Noct. Attic. 5. cap. 17.*
[d] *S. Ambroſ. Hexaemer. 4. cap. 9.*
[e] *Cæl. Rhodigin. Antiq. lect. lib. 14. cap. 9. Gratian. C. 26. quæſt. 7. C. 17. Lil. Gyrald. lib. de diebus & menſibus & bideſis Io. Tzetz. Chiliad. 10 303.*
[f] *Vide A. Romanum in ſuppuratione Eccleſiaſtica pag. 8. Wirceburgi. 1595. & Henric. Ranzovium in Calendario pag. 119.*
[g] *Edit. in Dionyſ. Petavii Uranologia, pag. 112.*

versâ ratione,paulo ſuperius monetur. At qui Secundi generis, id eſt. profeſtorum,rebus agendis maxime ac præ aliis idonei, ſive ex ratione Aſtrologica, ſive alia quavis diſciplina habebantur,ideo etiam ἱερὶ nominari ſolebant,veluti τὰς ἀπὸ θέρμου ſeu *infauſtis*,atque inauſpicatis ſic oppoſiti. Et obſervant paſſim Grammatici τὸ ἱερὸν ſeu *ſacrum* etiam Homero aliisque veterum dici,nunc quidem, notione communiori, tum id quod Diis ſacrum, tum id quod ſuo in genere præſtabilius,nunc etiam quod, ſingulari Deorum beneficio,humano generi utilitatem affert inſigniorem. Unde ἱερὸν ἄλφιτον, ἱερὰ πόλις, ἱερὰ γῆ, *Farina ſacra, Vrbs ſacra, tellus ſacra.* Jam verò,cum Heſiodus diem Septimum ἱερὸν dixerat,rationem ſtatim ſubjungit[h].

h *In Diebus.*

------ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ.
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ

Septimus dies ſacer eſt. Hoc enim Apollinem auri-enſem genuit Latona. Nimirum menſium dies exequitur, bonos, malos,mediocres. Inſignes tres facit; Neomeniam ſeu primum, quartum, & Septimum. Rationem reddit expreſſim de Septimo. Natales Apollinis incidiſſe in menſis diem Septimum, id eſt, ut docuere Delii, Thargelionis, quod ſcimus ex Laertio [i]. Unde & ἑβδομαγέτης dictus Apollo. Qua de re viſendi Plutarchus [k], Proclus ad Heſiodi locum, Euſtathius [l], alii; qui inde non ſolum menſis, in quo natus eſt diem Septimum, (quo Thargelia celebrari [m] ſolita; ut Septimo menſis Pyanepſionis, Pyanepſia,) ſed uniuscujusque Septimum, per totum annum, ei tradunt ſacrum fuiſſe. Quemadmodum octavum quemque menſis diem Neptuno [n], atque Mercurio quartum ſcribunt nonnulli. Feſtum autem illud Apollini celebrabant [o] Athenienſes, laurum geſtantes, caniſtrum coronantes, hymnisque laudentes Deum. At quid hoc omnino ad Septimi diei in recurrentibus periodis dierum Hebdomadicis cultum? Nihil heic aſſeritur præter id quod ſolum eſt, Septimum menſis diem Apollini ſacrum. Neque enim Septimus, qui ſequitur, ſeu decimus quartus menſis inde, hoc ſenſu ſacer eſt Heſiodo, ſed alterâ illâ ſacri notione, quâ id, quod utiliſſimum eſt, aut perquam accommodum,dicitur ſacrum, Unde poſt de decima quar-

i *In Platonis Vita.*
k *Sympoſ. 8. quæſt. 1.*
l *Ad Iliad. Φ. Sideſis Io. Meurſium de Denario Pythagorico cap. 9. & in Græcia feriat. lib. 3. in Ἑβδόμη.*
m *Plutarch. Sympoſ. 8. quæſt. 1. Idem in Theſeo.*
n *Proclus in Heſiodi Dies.*

quarta mensis die (sic τετράδα ἰσταμένου *quartam mensis instantis*, quo nomine mensem vocat ille usque ad diem vicesimum; id est pro secunda tetrade seu decadis secundæ tetrade sumit Proclus, aliique interpretes Græci) & de inclinantis etiam mensis seu tertiæ decadis die quarta, id est vicesima quarta die, simul locutus, non vult dies illos quempiam omnino curis gravioribus terere seu animum tunc, ominis causâ, cruciare, sed res qualescunque lætius agere. Rationem ex singulari rebus agendis temporis opportunitate, addit de utraque.

------ μαλά τοι τῆμαρ ἱερὸν ἦμαρ

Valde hæc accommoda est dies. Quod per ἱερὰ seu *sacra* explicant interpretes. Non quia Festi illi dies (si Festum Buphoniæ in xiv Scirrophorionis[p] mensis, aut similia ex accidenti evenientia excipias,] sed quoniam ex ratione Astrologica rebus agendis perquam idonei auspicatissimique. Proclus; τὰς δὲ τεσσαράδας ἀμφω εἶναι ἱερὰς. τὴν μὲν ὡς μάλιστα τὸ σελῆνιον ἐκφαίνουσαν φῶς. τὴν δὲ ὡς τὸν ἔχουσαν πρὸς τὴν τεσσαράδα (sic plane pro τετράδα legendum) λόγον ὃν ἡ ἑβδόμη πρὸς τὴν νουμηνίαν· καὶ γὰρ ἡ τετάρτη καὶ εἰκοστὴ ἑβδόμην ἔχει τάξιν πρὸς τὴν ἐσχάτην· *Quartas dies utrasque* (id est, decimam quartam & vigesimam quartam mensis) *sacras facit. Alteram, quoniam in ea maxime splendet Luna*; scilicet plenilunium est. *Alteram, quoniam eandem ea habet, ad trigesimam* (si putes retro) *rationem, quam habet Septima ad Novilunium. Nam dies vigesima quarta locum obtinet Septimum ab ultimo mensis die.* Et de decimaquarta expressius postea Hesiodus,

Τετράδι δ' οἶνον πίθου (ἀφελὼν παίτων ἱερὸν ἦμαρ)
Μίσυ.

Quartâ quæ media est, seu decadis secundæ die quarta, *dolium aperi; pra omnibus sacra dies est*; quemadmodum & iterum ibi sacrum eo sensu facit diei tertii decadis quartæ tempus antemeridianum. Neque vero spectat illud de dolio aperiendo ad diem decimum quartum, velut ad Festum tunc celebrandum, aut primitias novi vini tunc ritu solenni ac sacro delibandas. Nam Festum eo nomine notissimum, scilicet ὑσ ιγία, ad diem Anthesterionis undecimum[q] attinuit. Et ad decimum quartum mensis diem, ratione jam dicta, attinere volunt aliqui[r] illud Virgilii,

[p] *Etymologic. in* Βυφονία.

[q] *Plutarch. sympos. 3. quæst. 7.*

[r] *Apud Servium in Georgic. 1. & videsis Io. Picum Mirand. in Astrologiam lib. 5. cap. 14.*

Septima poſt decimam felix, & ponere Vites
Et prenſos domitare boves, & licia telæ
Addere ——

Septima nimirum duplicata, quæ dies eſt iteratò ſeptima poſt primam decadem. Sed liquidò hinc conſtat non omninò voluiſſe Heſiodum Septimum diem recurrentem ea notione ſacrum fuiſſe, quâ cultus aliquis denotatur, ſed cujuslibet menſis tantùm diem Septimum Apollini ſic ſacrum; quemadmodum in rythmico illo carmine de diebus Ægyptiacis,

Prima dies menſis & Septima truncat ut enſis

nihil ad ſeptimanæ, ſed ad menſis, Januarii ſcilicet, Septimum diem duntaxat ſpectat. Adeo ut nihil ex Heſiodo de Septimi recurrentis diei, ſive cultu, ſive obſervatione aliqua poſſe elici; nemo non videat. Verſus, qui apud Ariſtobulum ex Heſiodo ſequitur, feſtivitatem ne verbo tenus quidem reſpicit; uti nec reliqui, quos citat ex Homero, præter unicum illum, quo dies Septima, quemadmodum Heſiodo, etiam ἱερὸν ἦμαρ dicitur, ſeu *dies ſacer*. Nam bini reliqui non magis ſanctitatem Septenario in diebus numero tribuunt, quàm illud Papinii [f],

[f] *Thebaid. 3.*

Septima jam nitidum terris aurora diuque
Purpureo vehit ore diem ——

aut Claudiani [t] illud

[t] *Præfat. in Nuptias Honorii & Mariæ.*

Septima lux aderat Cœlo, totiesq; renatus
Viderat exactos Heſperus igne Choros.
Tum Phœbus &c.

Et quæ ſunt ſimilia. Sacrum autem diem nuncupari interea Homero diem Septimum, mirum magis non eſt, quàm Heſiodo. Ratio & fortè parilis. Quin & non ſemel alibi [u] Homerus

[u] *Odyſſ. μ & ν.*

Ἀλλ' ὅτ' ἀρ' ἕβδομον ἦμαρ ἔην ὅτε οἱ Διὸς υἱὸς
Sed quando Septimum diem Jupiter induxerat. In quo nulla Septenariæ periodi dierum ratio alia præter eam, quæ rei, quam narrat, ſingularis erat. Atque altero in loco expreſſim naves conſcenſas ait, ſolutumque è portu. Neutro, ſacra memorat. Tametſi

etſi ex veterum more, Dies etiam omnes, quâ optatiſſimam lucem hominibus præſtant, tam ſacri dici poſſent, quam ii, qui auſpicatiores habiti. Per Metonymian cauſæ, qui Jupiter heic ſeu Numen eſt. Unde ἡμέρας ἐκ Διὸς καὶ ἐκ διόθεν *Dies à Jove* generatim dicti, quod nihil aliud ſignificat quàm *dies, quos Natura conſtituit*, uti & monuit vir præſtantiſſimus Daniel Heinſius in Heſiodum. Unde & Diei [x] nomen, & Dieſpiter. Et Homerus [y] etiam

ὄφρα μὲν ἠὼς λὼ καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ.

Quandiu tempus matutinum erat, & ſacra creſcebat dies. Ubi quidem Sanctitatem volunt aliqui [z] tempori antemeridiano tribui, ex eo quod tunc ſacra peragi frequentiùs ſolita. Sed Euſtathius rectè quidem integro diei ibi tributam vult ratione ei, quam diximus, haud diſpari. Et Scholiaſtes alter vetus nihil aliud dictum ibi vult, quàm diem ex ortu ſolis auctum ſeu factum. Quæ ſequuntur apud Ariſtobulum ex Lino, atque apud Clementem ex Callimacho (ſi verſum priorem excipias, in quo intereà ne veſtigium aliquod extat, unde ſanctitas ſeu Cultus diei Septimo aſſeratur) ad ſingularem numeri ſeptenarii dignitatem, non ad diei Septimi cultum, aut ſanctitatem omninò attinent. Neque rectè, ſi quid video, vertunt interpretes Clementem, perinde ac ſi voluiſſet ille Septimum in periodis dierum diem ſacrum tam Græcis quàm Ebræis agnitum. Dum enim ait quidem τὸν ἑβδόμων, qui *numerus* eſt *Septenarius*, ſacram eſſe utrisque, non ut Ariſtobulus, tam de die Septimo loquitur quàm de numero in Univerſũ Septenario. Tam Græci, inquit, quàm Ebræi ſciunt τὸν ἑβδόμων ἱερὸν εἶναι *numerum Septenarium* eſſe ſacrum καθ' ὧν (ſic enim pergit) ὁ πᾶς κόσμος κυκλεῖται τῶν ζῳογονουμένων καὶ φυομένων ἁπάντων *per quem*, aut *ſecundum quem Univerſus mundus circum agitur eorum, quæ viva gignuntur, & omnium quæ producuntur.* Quod ipſum crebrò dici ſolitum [a] ab Aſtrologis veteribus (quibus κοσμοκράτορες *mundi gubernatores* nuncupati Planetæ Septem) etiam totidem verbis, de hebdomadibus ſeu numeris Septenariis, dixerat Ariſtobulus paulò antè illud, ex eo de Heſiodo & Homero allatum. Atque alibi idem ipſum de Hebdomadibus ſeu numeris Septenariis repetit ipſe Clemens [b], ubi explicans, quænam He-

x *Varro de ling. Lat. lib. 4. Macrob. Saturn. 1, c. 15.*

y *Iliad. θ.*

z *Porphyrius ap. Euſtath. ad Iliad. λ & θ.*

a *Vide ſis Iul. Firmic. Mathef. lib. 3. in proœmio, Proclum in Timæum pag. 11. &c.*

b *Stromat. 6.*

bdomadibus illis innuantur. ea, dicit, esse Septem Angelos principes, Septem Planetas ὑφ' ὧν κατὰ συμπάθειαν οἱ χαλδαῖοι πάντα γίνεσθαι νομίζουσι τὰ περὶ τὸν θνητὸν βίον *à quibus Chaldæi* (sic ille) *existimant omnia per sympathiam, quæ ad moralem vitam pertinent, fieri*; Septem Pleiadas, Septem triones, καθ' ἃς αἱ γεωργίαι καὶ ναυτιλίαι συμπεραίνονται *per quos & agricultura exercetur, & navigatur*, Lunaris figuræ Septeno quolibet à Neomenia die mutationes, Septem Lyræ sonos, Septem sensuum instrumenta, mutationes ætatis anno quolibet Septeno, dies in medicina criticos; in quibus Hebdomadis nomen notissimum; uti & apud Ciceronem [c] est videre, ut, quæ apud medicorum filios ea de re sunt obvia, prætream. Atque alia ejusmodi reperiri, inquit Clemens, quamplurima apud Hermippum in libro περὶ ἑβδομάδος seu *de Septenario*. Qualis etiam liber de Hebdomadibus tribuitur Hippocrati apud Chalcidium [d]; qui in operibus ejus non reperitur. Unde manifestum fit, de Septenario numero generatim, non simpliciter de die septimo intelligendum in citatis Clementem. Neque aliò spectare vult versus illos Hesiodi, Homeri, Lini seu Callimachi. Quibus, velut ex Callimacho, uti etiam Aristobulus ex Lino, subjungit distichon consonum,

[c] *Fam. Epist. lib. 16. 9.*

[d] *In Timæum Platonis.*

Ἑπτὰ δ' ἅπαντα πέπυκτο ἰῷ ἐνὶ μηνὶ ἀριθμῷ
Εἰ κύκλοισι φανεῖσ' ἀντιλομένοις ἑνιαυτοῖς,

Septem verò omnia perfecta sunt in cælo sidereo, quæ orbibus visuntur volventibus in anno. Neque igitur ἑβδόμη in Callimachi seu Lini versibus *dies Septima* est, sed *septenarius numerus*; nec Hebdomas pro die septimo cum interprete sumenda in eo, quod habet Clemens de Elegiis Solonis. Nam palàm est, elegias illas de annis climactericis seu septenaria ætatis humanæ mutatione, Hebdomadum nomine Aristoteli [e] etiam; aliisque sæpius, denotata, tantùm loqui. Quod liquet ex ipsis Solonis ea de re versibus, tum alibi sæpius, tum apud Clementem ipsum [f] occurrentibus. Ac celeberrimas fuisse has Solonis hebdomadas scimus ex Plutarcho, Censorino, aliis. Et de eximia dignitate ac præstantia Septenarii (cui Virginis, Palladis, ipsiusque Temporis [g], omnium rerum Nodi, alia veneranda nomina indita) ex Schola Pythagorica,

[e] *Politic. lib. 7.*

[f] *Stromat. 6.*

[g] *Hesychius* ἱνκαμρός.

Digitized by Google

rica, & Platonica innumera habent Varro [h], Macrobius [i], Nicomachus Geraſenus [k], Philo [l], Chalcidius [m], Matianus Capella [n], alii. Et ea de re Commentarios ſcripſere recentiorum aliqui [o]. Adeò ut nec ſenſus Clementis alius eſſe queat, quàm ut Ebræis ita & Græcis Septenarium numerum valde in honore habitum; non omninò, diem Septimum his, uti & illis, cultum; quod tamen cum interprete ejus ſunt viri docti, qui aſſerant. Ex jam dictis autem de Septimo menſis apud Athenienſes aliosque die, ea quæ è Luciano & Agellio afferuntur, intelligenda. Dies ſeptimanæ & Hebdomades illis ſunt dies menſium ſeptimi ſeu Lunæ Hebdomades; minimè dies ſeptimi Periodis perpetuò recurrentes. Atque ita ſumit Agellium Joannes Meurſius [q]. Samuel autem Petitus [r], de Prytaniæ Hebdomadibus. Utcunque, ad Sacrum aliquem Septimi cujusque Diei cultum non attinent ibi Hebdomades. Uti nec Varronis liber de Hebdomadibus, Agellio [s], Nonio [t], Symmacho [u] citatus; nec Hermippi, cujus meminit Clemens [x]. Neque ſane ex eo, quod Diogenes Grammaticus Rhodi Sabbatis diſputare ſolitus eſt apud Suetonium, ideo Sabbati ſeu Septimi diei Cultum Rhodiis fuiſſe, omninò ſequitur. Septenariam quidem ibi dierum periodum recurrentem innui, res ipſa docet. Nam in Septimum diem, pro Sabbato in quo diſputare volebat, Tiberium diſtulit Diogenes. Idem fortè ſcripſiſſet Suetonius, ſi dixerat, diebus ſeptimis ſeu die quolibet ſeptimo, perinde ac ubi de M. Antonio Gniphone ait [y], cum quotidie præcepta eloquentiæ tradidiſſe, declamaſſe verò *non niſi Nundinis*, aliud fortè non ſignificat niſi nono quoque die, non ipſarum, ut in civili temporum ratione, locum habuere, Nundinarum die declamâſſe. Nam ut Nundinæ ex origine Latina nonum diem, ita ſane & τὸ *Sabbata* ex origine Ebraica & linguæ Helleniſticæ, quæ apud Judæos Ægyptienſes, Græcienſes, Romanenſes in uſu, propagine in Romanorum linguam receptum, non ſolum Feſta & Solennitates omnimodas Judæorum (ut ante memoravimus) denotavit, verùm etiam ipſos dies ſeptimos, quà ſeptimi fuêre. Atque ita in Sabbatis diſputare, foret tantum diſputare in Hebdomadis recurrentis die aliquo unico, quem ſibi præſtituerat. Sonus quidem affinis eſt שבע *Sebai*, quod *Septem* eſt, & שבת *Sabath* ſeu *Sebath* quod

h *Apud Agellium lib. 3. cap. 10.*
i *In ſomn. Scipionis lib. 1.*
k *De Mundi Opificio & lib. &c.* Εβδόμης.
l *Arithmetic Theolog. apud Photium cod. 187.*
m *In Timæo Platonis.*
n *De Nuptiis Mer. & Philologiæ lib. 7.*
o *Fabius Paulinus l. 7. de Hebdomadibus, I. Meurſ. in Denario Pythagorico cap. 9. &c.*
p *Iac. Boulduc. De Eccleſia ante Legem lib. 1. cap. 2. alii.*
q *Græcia feriata l. 3. in* Εβδόμη.
r *Eclog. Chronolog. lib. 4. cap. 4.*
s *Lib. 3. c. 10.*
t *Verb.* niduluntur *& luces.*
u *Auctario Ep. 2. ubi fit de Iuretum.*
x *Stromat. 6.*
y *Lib. de Il. luſtr. Gram.*

quod eſt *Sabbatum* ſeu *Requies*, nec commune quid ex vi nominis habet cum ſeptimo. At vero, quoniam ſeptimo requieſcendum erat, dieſcilicet atque anno, ideò ipſum vocabulum שבת *Requiem* ſeu *Sabbatum* denotans, linguâ Helleniſticâ uti & Orientalium aliis, ipſisque Judæis, ſubinde *Septimum* reddebatur. In ipſo decalogo y pro eo quod eſt כן ברך יהוה את יום השבת ויקדשהו *idcirco Benedixit Dominus diei Sabbati, & ſanctificavit eum*, habent Helleniſtæ Διὰ τοῦτο ηὐλόγησε κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην καὶ ἡγίασεν αὐτήν, *Idcirco benedixit Deus diei Septimo, & ſanctificavit eum.* Quemadmodum etiam R. Saadias Gaon in verſione ſua Arabica ſubſtituit ibi *benedixit Deus* السابع اليوم *diei Septimo*, uti & & vetus Arabica verſio penes me manuſcripta. Sic item in Decalogo legitur, qui in Ritualibus aliquot Chriſtianorum. Sed Judæi Mauritanienſes, Chaldæi, alii ibi Sabbatum juxta Ebraicam retinent veritatem. Alibi item in Exodo z *omnis, qui fecerit opus* כל עשה מלאכה ביום השבת *die Sabbati, morte morietur*, ab Helleniſtis editis vertitur, omnis qui fecerit opus τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ *in die ſeptimo.* Sed ibi quidem in Codice vetuſtiſſimo Regio, ex Oriente pridem allato, legitur τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων *die Sabbati.* Ex ratione non diſſimili pro eo quod eſt in Ebræo a, *numerabitis* ספרת לכם שבע שבתות *ſeptem Sabbata integra &c.* habent Helleniſtæ ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους, *ſeptem Hebdomadas integras*, uti & שבע שבתות השנים *ſeptem* b *Sabbata annorum* appellant in verſione Helleniſtæ ἑπτὰ ἑβδομάδας ἐτῶν, *ſeptem annorum Hebdomadas*; & utrobique conſona etiam eſt vulgata. Priore in loco Chaldæi item שבע שבעין, R. Saadias سبعة السابع, etiam & Judæi Hiſpanienſes *ſiete ſemanas*, quæ omnia *ſeptem Hebdomadas* ſignificant. Inſuper poſteriori, Judæi Mauritanienſes, سبعة السابع سبعة *ſeptem Hebdomadas annorum*, ubi Hiſpanienſes *ſiete Sabbathoth de annos.* Ita ex interpretatione tam veteri, quam recentiori שבת ſeu *Sabbatum* non ſolum *Quietem* ſeu *à laboribus ceſſationem*, quæ pars Feſti ſemper ſingularis habita, atque vocabuli ipſiſſima eſt ſignificatio, denotat, verùm etiam diem ſeu annum Septimum, quoniam in eo quieſcendum;

y Exod. 20. 11.

z Exod. 31. 15.

a Lev. 23. 15.

b Ibid. 25. 8.

dum; uti & Luſtrum & Olympias, quinquennium ſeu (pro varia ratione putandi) quadriennium, prætermiſsâ primariâ unde dicitur utrunque ſignificatione, quæ nihil temporis ejusmodi omnino in ſe habet. Hinc nemo neſcit Hebdomadam etiam ſeu orbem dierum ſeptenarium, tam Magiſtris dici paſſim שבתא quam שבוע, id eſt, tam *Requiem*, quam *Septimanam*, ut per ſynecdochen partis. Illinc Feriæ ſexcenties appellantur prima, ſecunda, tertia בשבת *Sabbati*; quemadmodum etiam in fœdere novo. Ut, *prima* ſeu *una Sabbatorum* [c] pro die Solis ſeu Dominico; & *jejuno bis* [d] *in Sabbato*, pro eo quod eſt, jejuno bis in hebdomade. Mirum igitur non eſt, Lactantium exiſtimaſſe Sabbatum ſeptem denotaſſe. *Hic eſt*, inquit [e], *ille dies Sabbati, qui lingua Hebræorum à numero nomen accepit.* Sic alii [f]. Hinc factum eſt inſuper, ut Gentiles, quorum in linguas Sabbati hæc notio per Judæorum, ſive conſvetudinem, ſive libros Helleniſticos irrepſerat, diem quemlibet in ordine Hebdomadico vocarent ἡμέραν τὴν Σαββατικὴν *diem Sabbaticum*, perinde ac ſi ſignificaſſet, ex vocabuli vi, diem Hebdomadicum, ut inferius [g] patebit ex Vettio Valente Antiocheno. Hæc cum ita ſint, intelligi quidem commodè poteſt, Diogenem Grammaticum Septimis quibuslibet diſputaſſe diebus, per Sabbatorum vocamen ſic à Suetonio (cui *Sabbata* pro recurrente dierum ſeptenorum, quibus jejunia ſervata ſunt, periodo notum eſſe ſcimus ex Epiſtola Tiberii, de qua ſupra [h]) denotatis; non aliter atque intelligimus illud Vulcatii Gallicani de Avidio Caſſio. *Exercitium Septimi diei fuit omnium militum, ita ut & ſagittas mitterent, & armis luderent; & arma militum Septima die ſemper reſpexit.* Si dixerat, Sabbatis, idem ſanè, tametſi vocabulo peregrinæ originis, ſeu Romanis ſuis eâdem notione non inuſitato, dixerat, Nullo ad feſtivitatem Sabbati, ita vulgo dicti, ſed ad dierum Septenorum tantùm qualemcunque orbem, reſpectu habito. Quod interea ſi quis non ferat, concedatur Sabbata Diogenis illius fuiſſe ipſos dies Saturni, Ebræorum Sabbatis ita vulgo dictis, ſemper reſpondentes; quæ ob Ebræorum mores nullibi ferme in Romano Imperio non in uſu, eo nomine Romanis etiam ſatis nota. Certè id non ita facilè concedendum, quoniam dies ille rebus agendis inauſpicatos

[c] *B. Marc. 16. 9. D. Ioann. 20. 1.*
[d] *D. Luc. 18. 12.*
[e] *Lib. 7. de Divino Præmio, cap. 14.*
[f] *Theophil. Antiochen. ad Autolycum lib. 2.*
[g] *Cap. 18.*
[h] *Cap. 15.*

Romanis Græcisque habitus. Qua de re etiam plura mox. At vero Cultum quærimus. Ideone ſive Rhodiis ſive Gentilibus aliis cultus dies Saturni ſeu Ebræorum Sabbatum, quoniam memoratur, Diogenem eis in diebus Rhodi diſputaſſe ſolere? nihil minus ſequitur. At demum de Græcorum veterum moribus heic in Univerſum illud pronuntiandum eſt; Annorum & Menſium rationem in ſacris, non omnino dierum aliter atque ex recurrente anni menſisve tempore revolverentur, eos habuiſſe. Scilicet ab oraculis legibusque acceperant ipſis ſacrificandum eſſe κατὰ τρία, ἤγουν τὰ πάτρια, μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτούς *ſecundum Tria, videlicet patria, Menſes, dies, annos.* Unde ἅπαντες οἱ Ἕλληνες *univerſi Græci* (ut ait Geminus i Aſtronomus priſcus, qui rem totam narrat) *annos juxta Solem, menſes vero & dies juxta Lunam agebant.* Atque ἀπὸ τῶν τῆς σελήνης, inquit ille, φωτισμῶν αἱ προσηγορίαι τῶν ἡμερῶν κατωνομάσθησαν, *à Lunæ illuminationibus appellationes dierum ſunt denominatæ,* id eſt, à Synodo ad Synodum, nullâ Septenarii k revertentis ratione civili ſeu ſacrâ (niſi, ut dictum eſt, ex accidenti) habitâ, ſed ſubinde Aſtrologica. Quod ex Ritualibus Etruſcorum libris apud Cenſorinum affertur, ad numeri Septenarii, in ætatibus urbium ac hominum prærogativam, non omnino ad dierum cultum pertinet, Nec quod de Judæis intermiſcetur, eos ſpectat aliter atque numeri illius ipſis in temporum diſtinctione uſus erat, quemadmodum Soloni & Etruſcis, de quorum libris, quà huc attinent, ipſe Cenſorinus l poſtea in ætatum diſcrimine. Et ſciunt pueri, Solonis Hebdomadas aliud non fuiſſe præter annos climactericos. Quod vero habet de Etruſcis Poſtellus, aut hallucinatio eſt manifeſta, aut commentum audax. Neque enim Dionyſius Halicarnaſſeus m, neque Cicero n, quos citat ille, de Septimo aliove die recurrente loquuntur; ut intuenti liquebit. Et quod ait, Dionem aſſerere Sabbati Judæorum uſum ad Græcos Romanosque fuiſſe translatum, aut teſtari ſaltem unam ex ſeptem, diebus Hebdomadis fuiſſe quieti conceſſam; id etiam à vero eſt alieniſſimum. Nil hac in re aſſerit Dio præter id quod eſt, dierum juxta Planetarum ſeptem in eis dinumerandis ordinem ab Ægyptiis acceptam paſſim invaluiſſe,

i *Iſagoge in τὰ Φαινόμενα c. 6.*

k *Videſis Aratı Dioſemeiaſ Hug. Grotii notas ibi pag. 17. edit.*

l *Cap. 17.*

m *Antiq. Rom. l.*

n *De Legibus lib. 1.*

ſe, maximeque apud Romanos, quod ad unam in hebdomade quieti conceſſam nullatenus ſpectat. Et quod adjicit de lani inſtitutione, nugæ ſunt prorſus nugaciſſimæ. Nec omnino culta Romanis Sabbata ſeu hebdomadem Judæorum innuit tetraſticon illud prius Ovidii. Monet ſcilicet amantem, qui amare jam dediſceret, ut in remedium amoris loca, quibus ipſe ſimul cum amica aſſveverat, diligentius quantocius & procul fugeret. Idque adeo ſollicitè, ut nec dies inauſpicatiſſimi alias rebus agendis, adeoque itineri, habiti eum laqueis amoris nondum extricatum morarentur. Quinam heic illi? Dies Saturni, quibus Sabbata ab Ebræis Romæ culta, ideoque peregrina dicta, etiam & cladis Alienſis dies infauſtiſſimus. Peregrina enim Sacra alia fuêre, quæ Romanis ex autoritate publica è regionibus exteris invecta, qualia memorat loco citato Feſtus; Et Auſonius o,

o *In Eclogariis.*

Adjiciam cultus peregrinaque ſacra Deorum,

Alia, quæ Peregrinis ibi degentibus plerunque, ſed non ſemper permiſſa, nec Romanis ex more aut jure Romano omnino communia; qualia Ægyptiaca aliqua fuêre & Iudaica, *alienigenarum ſacra* Senecæ p dicta. Et C. Caſſius q de Servis; *Poſtquam nationes in familiis habemus, quibus diverſi ritus, Externa Sacra aut nulla ſunt, colluviem iſtam non niſi metu coërcueris.* Svetonius item de Tiberio r; *Externas ceremonias, Aegyptios Iudaicosque ritus compeſcuit: coactis qui ſuperſtitione ea tenebantur, religioſas veſtes cum inſtrumento omni comburere.* Et Tacitus s, *Actum & de ſacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis.* Atque inter hujusmodi Sacra peregrina Sabbati cultus tunc fuit Romæ: non inter ea quæ ex decreto publico recepta. Nam & Sabbata ſua hebdomadica ſeu peregrina illa Romæ ſub Auguſto, id eſt, cum ſcripſit Ovidius, ſervâſſe Judæos ſcimus etiam ex Philone t, ubi traditur, Auguſtum rationem, in diſtributionibus ſuis menſtruis, Judæorum ita haberi voluiſſe, ut, ſi liberalitas illa in τὴν ἱερὰν ἑβδομάδα *ſacrum diem ſeptenum* incidiſſet, quâ illis nec dare nec accipere licuit, à diribitoribus die poſtero beneficium illud acciperent. Quod ſane nec Romanis commune fuiſſe die ſeptimi celebrationem ſeu cultum obiter palam facit. Et Ovidius ipſe, ubi de locis puellarum captandarum, amoris candidatum

p *Epiſt.* 108.
q *Tacit. Annal.* 14.
r *Cap.* 36.
s *Annal.* 2. & *Sidefs Ioſeph. Archæolog. lib.* 18. *cap.* 4. & *Valer. Max. lib.* 1. *cap.* 3.
t *Lib. de legatione ad Caium.*

docet, locos Romæ, quibus culta Septima Sacra Judæis, memorat, ut videre eſt in diſticho ſuperius capite decimoquinto ex eo citato. Non igitur in eo quod ait, *nec te peregrina morentur Sabbata*, de Sabbatis peregrinis amaſium Romanum monet, perinde ac ſi Sabbatorum ipſorum, id eſt, Feſti gratiâ, dubitaret de diſceſſu ejus. Sed cum dies, quibus Sabbata illa à Judæis celebrata, id eſt, Saturni, per Sabbatorum peregrinorum nomen illic denotati, inter infauſtos ac atros, licet non ex autoritate publica ſeu inſtituto civili, tamen ex diſciplina permultis privatim recepta, numerarentur; ideo dubitavit Ovidius, ne facilè evenire poſſet, ut diebus illis diſceſſum pronius differret amaſius (libentiſſime aliàs etiam cunctabundus) eò quod rebus gerendis, ac itineri minus idonei exiſtimarentur. At verò, inquit, non ſolum dies illiusmodi te non morentur, qui ex diſciplina tantum Mathematicorum inauſpicati habentur, verum nec illi, qui ex inſtituto publico rebus ferendis minimè idonei ſeriò fiunt, veluti dies ille cladis Alienſis. Id eſt, nullius diei aut temporis utcunque alias infauſti qualitas diſceſſum tuum differat. Quod quidem firmatur ex ſequenti tetraſticho. Nimirum docet, puellam primo captare intempeſtivum eſſe Natalibus ſuis ſeu Calendis Aprilis Feſtisve ſolennioribus, *quaque aliquid dandum eſt, illa ſit atra dies.* Aliàs verò, inquit, etiam dies alioquin atri ſeu infauſti haberi ſoliti, veluti cladis Alienſis, & ſeptima Feſta Judæis culta, id eſt, dies Saturni, amori incipiendo ſatis idonei ſunt, tametſi aliàs rebus ſint minus apti gerendis. Ex re enim manifeſtum eſt, in utroque tetraſticho Sabbata & Feſta ſeptima ad tempus ipſum ſeu diem Saturni tantum denotandum, non ad ipſos diei ritus ſacros, velut Romanis ipſis in uſu, indicandos, memorari. Unde & quod ex Tibullo ſubjungitur & lucem capit & mutuo dat. Quæſivit ibi amaſius moras; mala avium omina cauſatus eſt; inauſpicatam etiam Saturni diem ſe tenere; Sacram etiam nuncupatam ea notione, ut antè diximus, qua Sacrum quid aut religioſum, eo quod triſti omine eſt infame, nuncupatur. Unde Juſtus Lipſius [a] tum Ovidii peregrina Sabbata, tum Tibulli diem Saturni breviter ſic explicat. *Triſte Saturni ſidus & maleficum: quale ingenium inferorum. Inde eſt nania Græcorum Κρόνου ὄμμα, id eſt, Saturnius oculus,*

[a] *Saturnal. Serm. lib. I. cap. 5.*

oculus. Inde ſuperſtitio, Saturni diem vie non fauſtam. Quæ omnia in id recidunt, ut dies Saturni ſeu ſeptimus pro inauſpicato, tantùm eſt diſciplina Mathematica, adeoque tantùm iis, qui eâ, ut amantes non rarò, caperentur; non civili ſeu publico aliquo inſtituto. Malevolum nimis Saturni ſidus eſſe, paſſim apud Aſtrologos legitur; de quorum denominatione dierum à planetis, fuſiùs (ut rite Joſephi locus, de quo agitur, explicetur) infra dicemus. Summa ex hactenus dictis eſt, diem illum ex inſtituto moribusve publicis tantùm Judæorum genti, atque eis, qui in eorum ritus, ut Proſelyti Juſtitiæ, tranſierant, Feſtum fuiſſe; Romanorum autem nonnullis ex diſciplina Mathematica diem quidem inauſpicatum, ob ſideris dominantis, à quo denominatus eſt, malevolentiam, haberi. Sed neque ſic ex inſtituto ſeu moribus publicis, Ita ut ejusdem ratio nulla omninò Romanis haberetur extra Aſtrologicas privatorum opiniones; quas ſanè, cum in ſeculo illo, Mathematicorum, id eſt, heic Aſtrologorum, artes (ut ſcimus ex Suetonio & Tacito) toties Romæ tanto in pretio eſſent, totiesque damnatæ pulſæque recurrerent, non eſt quod dubitemus, plurimum apud vulgus, ut fieri amat, invaluiſſe. Et Feſtos Saturni dies, quotquot omninò fuerint, in Decembri ſimul locatos eſſe, neſcii non ſunt, qui nondum ære lavantur.

Cap. XVIII.

Oſtenditur qua capite decimo ſexto è Tertulliano, Lampridio, Seneca, *de* die Saturni, Sabbatis *ac* die Septimo *afferuntur, non omnino probare* cultum diei Septimi Romanis veteribus ex inſtituto *ſeu* publicè *receptum.* Feſta Romanorum *quotannis* ſtativa *ne* Pentecoſtes *numerum, juxta* Tertullianum, *impleſſe.* Calendariis *aliquot, velut* ex More Romanorum veteri, Dierum Hebdomadas, *pro* Ogdoadibus, *ſummacum oſcitantia adponi.*

Sequuntur in Capitis ſuperiùs decimi ſexti Objectionibus, loci illi Tertulliani bini inſignes. Alter ex Apologetico; ex libro adverſus Nationes alter, cum virorum doctorum aliquot in eos animadverſionibus; quibus apud gentiles veteres Septi-

mi diei ſeu Sabbati Hebdomadici obſervationem in uſu fuiſſe aſſeritur. Certè ſi id de Septimi, id eſt, Saturni, diei otio ſimplici, velut ejus qui minus aptus rebus gerendis erat, non religionis, ſed Diſciplinæ Aſtrologicæ causâ (ut jam antè dictum eſt) ſumatur, idque non de inſtituto aliquo moribusve publicè receptis, ſed de ſuperſtitione privatorum, nec fortè paucorum, qui diſciplinæ ejusmodi indulgentiores fuerint; conſonum erit eis, quæ capite ſuperiori tradita ſunt de operis itinerisque eo die apud veteres abſtinentia, eo quòd inauſpicatum atque velut atrum haberent. At ſic, Cultûs ſacri, de quo quæritur nihil ineſſe dicit Tertullianus. Certè nec de Gentilibus generatim, aut de Gente aliqua, Populo, Civitate, aut inſtituto publico loquitur ille. *Secundo loco ab eis ſumus*, inquit, *qui Diem Saturni otio & victui decernunt*. Ab eis qui ex diſciplina ſibi recepta id faciunt. Qui cum Gentiles etiam ſint ipſi, non eſt quod Solis diei lætitiam magis nobis Chriſtianis objiciatis, quàm ipſis pariter Saturni diei otium. At utroque in loco exorbitare ipſos ait; altero, à Judaicis moribus, quos ignorabant; altero, à ſuis ad alienas religiones. Nonne igitur etiam religionis ſeu cultûs causâ, otium ac victum fuiſſe, innuit diei illius? quemadmodum & alia obſervata, quæ ibi memorat, ex ritu Judaico ſacro. Certè vix diffitendum. Et ſanè Superſtitio illa, in dierum obſervatione, Aſtrologica, bene ſatis apud veteres illos pro Religione, ſenſu vulgari, intelligi poteſt. Cognatiſſimæ planè ſunt. Et ſuperiori capite monuimus, etiam dies Atros, Religioſos & ſacros, ſed notione peculiari, dici ſolitos. Sed detur, voluiſſe Tertullianum etiam Judaica Sabbata ipſos, de quibus loquitur, voluiſſe quà Judaica, religione imitari. Certè ita hoc tantùm ſequitur, fuiſſe, qui etiam ex Judaicis ritibus ſibi aliquos, atque in illis hunc de Sabbato ſumpſiſſent; ſed perperàm interea hunc obſervaſſent à Judaico more exorbitantes, quia nec eo more, quem ignorabant, otiabantur; à ſuis item religionibus exorbitantes, quoniam otium ejusmodi ac obſervatio qualiscunque Hebdomadica ſacris eorum erat planè aliena. Quod quidem negare planè ipſum, obſervationem ejusmodi aliquam ex ritu fuiſſe Gentilium, aut in eorum ſacris (quorum ipſe inter Patres Latinos, ut Clemens inter Græcos, callentiſſimus erat) repertam, ſatis interea etiam evincit. Et credibile

ſanè

ſanè eſt, Romæ, ubi indultu Principum, ſacra Judæis ipſis ibi perquam numeroſis Proſelytisque Juſtitiæ adeò permiſſa fuerint, non defuiſſe ex Paganis, qui tametſi in ritus eorum ut Proſelyti non tranſiſſent, ritus nihilominùs eorum, uti & aliorum ejusmodi ibi degentium, ſubinde ita imitarentur, ut moribus ſuis, maximè eis qui cognatiores fuêre, illos commiſcerent, ac Judaicam etiam Religionem ipſam venerarentur ac metuerent; utcunque ei nomina ſua ritè non darent. Horum ex genere haud forſan iniquum exiſtimare fuiſſe Aureliam Soteriam, de qua marmor hoc vetus, quod Polæ in Iſtria viſitur; ſaltem pridem [x] viſebatur.

[x] *Apud Iacobum Gutèrium in Theſ. p. 721, num. 11.*

AVR. SOTER. ET
AVR. STEPHANUS
AVR. SOTERIAE
MATRI PIENTISS.
RELIGIONI JUD-
AICAE METUENTI
F

Sive quadratarii ſive exſcriptoris incuriâ *Religioni* legitur pro *Religionis*. Et ſcimus quidem, *metuentem Sabbata & metuentem Ius Judaicum* pro ipſo Judæo ſeu Proſelyto Juſtitiæ ſumi Juvenali [y]. Sed & alibi Judaicam religionem ritusque quosdam affectantes, nec tamen Proſelytos factos, Romæ ſeculis illis egiſſe, cum res ipſa ſuadet, tum elicere licet ex illo Senecæ de ſeipſo; *Queris, quomodo deſierim? in Tiberii Cæſaris principatum juventa Tempus inciderat. Alienigenarum ſacra movebantur. Sed inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur quorundam animalium abſtinentia.* Quod de ſeipſo, velut Judaicam religionem, non Chriſtianam, affectare viſo, rectè probat Joannes Rualdus [z] adverſus Martinum del Rio [a]. Ad locum autem Tertulliani poſteriorem, ſeu qui in opere ad Nationes habetur, annotavit quædam V. C. Samuel Petitus, quæ huc transferre non pigebit. *Integrum*, inquit ille in commentariis [b] ad leges Atticas, *locum deſcripſimus, ut emendemus. Primo enim iſta*, qui etiam in laterculum Septem dierum Solem recepiſtis, *omninò ſunt corrupta. Quanquam enim agatur de Hebdomadis*

[y] *Satyr. 14.*

[z] *In Vita Plutarchi cap. 9. & vide Lipſ. in Tacit. Annal. 2. n. 173.*

[a] *In Vita Senecæ cap. 12.*

[b] *Tit. 1. pag. 4*

madis observatione paulò ante hæc tempora usurpari cœpta à Romanis, cujus dies denominationem à Planetis acceperunt, immediatè sequitur, & ex diebus ipsorum prælegiflis &c. *Satis indicant τὸ* dierum, *ad quod refertur τὸ* ipsorum *non esse sanum. Itaque referibo*, qui etiam in Laterculum Deorum Solem recepistis. *Nam à septem Planetis, quos in Dies censuerunt Ethnici, dies Hebdomadis nomina invenerunt. Addit deinde Tertullianus quibusdam Hebdomadis diebus Romanos otium & prandium curasse, quibusdam totis jejunasse, quibusdam ad vonum tantùm, quod imitatione Iudæorum proculdubiò usurpabant. Hinc addit Afer noster*; Quod quidem facitis exorbitantes, & ipsi à vestris ad alienas religiones. *Nomine* alienarum religionum, *intelligit* Judaicam; *sed verba in mendo cubant, quanquam id non primo vena tactu deprehendas. Sed morbi arguunt hæc Tertulliani verba ex Apologetici cap.* XVI. Æque si diem Solis Lætitiæ indulgemus, aliâ longè ratione quàm religione Solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt: exorbitantes & ipsi à Judaico more, quem ignorant. *Nam optimè dixit Tertullianus, Ethnicos exorbitásse à Iudaicu moribus, quos tamen usurpare videbantur, idque verissimum est. Neque enim veri Dei religione ista observabant, sed pravâ Judæos imitandi affectatione, cum tamen mores illorum, eorumque causas ignorarent; quemadmodum Christiani Die Solis latitiæ indulgebant aliâ certè longè ratione, quàm religione ulla Solis; atque ita Ethnici exorbitant à suis moribus, ut & etiam ab alienis, quos tamen admittebant, quia alia religione tacti, quàm ii, à quibus acceperant, mores istos usurpabant. Referibo igitur*: exorbitantes & ipsi à vestris, ab alienis, religione. *Exorbitant enim, ut jam diximus, à suis ritibus ad alienos, Iudaicos nempe, rursumque à Iudaicis moribus exorbitabant religione, quia Judæi Saturni diem, lætitiæ indulgebant longè aliâ quàm Ethnici religione, quia isti hæc in honorem usurpabant.* Sic ille. Sed quod ait in honorem Saturni, admittere nequeo. Nam dies celebrati in honorem Saturni festi erant; uti Saturnalia in Decembri. Quicquid Saturni erat in diei Hebdomadici hujus observatione, diem faciebat atrum, inauspicatum, non omninò Festum. Quicquid autem Festi inerat, ex Judæorum ortum est imitatione, quà Judaicæ religionis metuentes ali-

tes aliqui, ut dictum eſt, ſubinde trahebantur. De Hebdomadibus autem dierumque nominibus, quale illud Saturni apud Tertullianum, plura mox. Ne vero ſcrupulus dubitandi maneat de ejusdem mente in locis illis, quos jam tractavimus, ipſe alibi, ni fallor, luculentiſſimus eſt ſui interpres. Chriſtianos naſcentis Eccleſiæ exagitat, qui Ethnicorum Feſtis interesſe ac celebrationis participes eſſe ſolebant; veluti Saturnalibus, Brumalibus, Matronalibus. Et demum, *O melior Fides*, inquit c, *Nationum in ſuam ſectam, quæ nullam ſolennitatem Chriſtianorum ſibi vindicat! Non Dominicum diem, non Pentecoſtem, etiam ſi nossent, nobiscum communicaſſent. Timerent enim, ne Chriſtiani viderentur. Nos, ne Ethnici pronuntiemur, non veremur. Si quid carni indulgendum eſt, & habes non dicam tuos dies tantùm, ſed & plures* (legunt aliqui, *non dicam ſuos dies &c.* Id eſt, Ethnicorum; ſed editio Rigaltiana, *non tamen dies tantùm, ſed & plures.*) *Nam Ethnicis ſemel annuus dies quisque Feſtus eſt. Tibi octavo quoque die* (Rigaltiana, *Tibi octavus quique dies.*) *Excerpe ſingulas ſolennitates Nationum, & ordinem texe* (Rigaltiana, *in ordinem exſeres.*) *Pentecoſten implere non poterunt.* Chriſtiano Feſta Paganica frequentanti inquit, ſi ita genio indulgeas, ut dies Feſtos numeroſiores cupias, cur eo nomine ad Ethnicorum ſolennia ſic confugis? In Chriſtianismo dies Feſtos jam habes multò plures, quam in Paganismo. Pagani enim Feſta habent tantummodò annua, ſemel quotannis, nec minori temporis ſpatio recurrentia. Chriſtiani vero ſeu ſodalitium illud, cujus tu pars es, octavo quolibet die Feſtum celebrant, id eſt, die primo cujuslibet Hebdomadis (qua ratione tam octavus, quàm Septimus dies ille veteribus habitus, ſupra d monitum eſt.) Atque ita etiam quinquaginta duos dies Feſtos quotannis iteratos habes. Sed & ſi Feſta univerſa annua Ethnicorum in ordinem texas, numerum Feſtorum quinquagenarium implere non potes; nequidem illum, qui tibi continenter celebrandus. Scilicet Pentecoſten; quo nomine veteres Chriſtiani non ſolum ipſum diem à Paſchate quinquageſimum, ſed cunctos ſimul dies, qui intercedunt ſeu *contextas quinquaginta diebus ferias*, ut S. Hieronymi e verbis utar, nuncupantes, intervallum illud integrum, ut Feſtum continu-

c *De Idololatria cap. 14.*

d *Cap. 15.*

e *Epiſt. 28. ad Lucinium.*

um ſeu jugem & continuatam Feſtivitatem celebrabant. D. Ambroſius [f]; *Inſtar Dominicæ totæ quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes iſti dies velut Dominici deputantur.* Alii [g] tantundem non raro. Ethnicorum Feſta annua univerſa nec dies tuos Dominicos, nec quidem unicam hanc continuam, qua quotannis frueris, Feſtivitatem numero æquant. Sic Chriſtiano Feſta Ethnicorum ſectanti, pater ille. Quisquamne igitur autumare poteſt voluiſſe omnino Tertullianum die Septimo recurrente Feſtum aliquot Ethnicis ex civili aliquo ſeu publico inſtituto celebratum? cum & omnia eorum Feſta Annua eſſe dicat, adeoque nulla Hebdomadica, neque ea numerum quinquagenarium impleſſe. De Ethnicis Romanis proculdubio loquitur. Id inde ſatis liquet, quòd adverſus Chriſtianos Romanorum Feſta celebrantes agit. De feriis item ſtativis, non de Conceptivis aut Imperativis; quæ incertæ fuere. Et certè ſi Stativas ferias in Calendario Romano, quod ſupra exhibemus, minio notatas, enumeres, quinquaginta non reperies. Sed ea de re vide, ſi placet, præter Ovidii Faſtos & Auſonii [h] Ferias Romanas, eos qui è veterum libris Calendarium illud ſive auxerunt, ſive commentariis illuſtrarunt; maximè Sibrandum Siccamam [i], Lylium Gyraldum [k], Carolum Neapolim [l], Thomam Demſterum [m], Dionyſium Petavium [n], ut alios, qui de Feſtis Romanorum fuſius egerunt, velut Rodulphum Hoſpinianum, Michaelem Beutherum & id genus reliquos, prætermittam. Quod vero ex Lampridio affertur de Alexandri Severi aſcenſu in Capitolium Septimo quoque (nam ſic intelligendum) die, cum in Urbe eſſet; dubitandum non videtur, quin id ſpectarit ad animum ejus, ſive in Judaismum, ſive in Chriſtianismum propenſiorem, adeoque ſive ad Diei, ſive Iudæorum, ſive Chriſtianorum Hebdomadici ſingularem cultum. Nam ſtatim ſequitur apud Lampridium. *Chriſto templum facere voluit, eumque inter Deos recipere.* Et antè; *quodam tempore Feſto, ut ſolent, Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſiverunt eum convitiolis, Syrum Archiſynagogum eum vocantes & Archiereum.* Velut ritibus Iudaicis utentem. In Diis etiam, id eſt, in Lararii ſui nominibus, Abrahamum eum ac Chriſtum habuiſſe ſcribit idem Lampridius. Ita morem ejus Septi-

[f] *Sermone de Temp. 60. & Diſt. 76. c. 3.*
[g] *Epiphan. in compendio de Doctr. Catholica. Autor Quæſt. & Reſp. Iuſtino tribut. 115, &c.*
[h] *In Eclogario.*
[i] *In Faſtorũ Kalendario.*
[k] *Lib. de Annis & Menſibus.*
[l] *Ad Ovidii Faſtos.*
[m] *In Paralipom. ad I. Roſſin. lib. 4. cap. 4.*
[n] *In Uranologio pag. 112.*

Digitized by Google

Septimo die in Capitolium ascendendi non omninò refert ille, perinde ac si ex publico aliquo ac veteri Romanis instituto mos ille manasset. Quod de Lucernis in Sabbatis accensis ex Seneca citatur, ad Judæorum plane ritus spectasse fatendum est. Apud eos enim patrisamilias cuilibet ex instituto veteri mos erat, uti hodieque o, vesperâ Sabbati, sub crepusculum, Lucernas nocti imminenti accendere. Nec quisquam sive vir, sive fœmina familiæ præerat, cui non incubuit officium p, להיות בבתיהן נר חלוק בשבת אפילו אין לו מה יאכל שואל על הפתחים ולוקח שמן ומדליק את הנר שזה בכלל עונג שבת *Lucernæ accendendæ in ædibus suis in Sabbato. Quin etsi deesset, quod comederet*, id est, si pauperrimus esset, *ostiatim mendicandum erat, ut oleum sibi ad hanc rem compararet. Quoniam pars hæc erat lætitiæ Sabbaticæ.* Atque hinc est, quod Arnoldus Albertinus q, *quæro*, inquit, *si quis descendens de gente Iudæorum solennizaverit vesperam sextæ feriæ, incendens Luminaria, domum mundando & abstinendo ab opere servili, non tamen observaverit Sabbatum operando in eo, an iste dicatur ceremonias legis Moysi observare, adeò quod de crimine Hæresis & Apostasiæ accusari possit.* Quæst. 34. Atque quæstionem hanc ait frequenter accidere, & de luminum accensione hac pluribus disputat. Etiam tum ex jam ante citatis è Tertulliano, tum è Josepho r scimus, accensionem lucernarum Judaicam f nonnullos, necdum Judæos seu Proselytos, imitatos. At interea, ex aliquorum sive Judaicam religionem, ut diximus, metuentium seu affectantium, sive eorum, quibus ritus exteri adeo subinde grati fuere, more ejusmodi, à Judaica etiam ratione, ut dixit Tertullianus, exorbitante, Sabbata Judaica à Romanis, velut ex instituto publico celebrata esse, asserere; rationi nemo non videt plane dissonum. Quin sane Senecam de Judæis ipsis, qui Romæ tunc numerosi, tantùm locutum esse, non iniquum est ut existimemus. Ita nullo modo publicus Sabbati apud Romanos ipsos ex eo cultus probatur. Quod verò tandem attinet ad Calendarium illud, Julii Cæsaris dictum, quod Hebdomades dierum sibi aptatas habet; Certo certius est ex marmore aliquo veteris Romæ descriptum id non fuisse. Quisnam enim in illius sæculi aliquo marmore,

o *Leo Modena nella Historia de Gli riti Hebraici part. 3. c. 1. §. 13.*

p *Mina & Gemara Tit. Sabbath c. 2. Maimonides eod tit. cap. 5.*

q *de agnoscendis Assertionibus Catholicis & Hæreticis. Quæst. 34.*

r *Adversus Apion. lib. 2.*

f *Videsis, Ie. Filesacum, Selectorum lib. 2. cap. 4. Ceremoniar. §. 10.*

aut figuras numerorum Barbaricas, aut Planetarum & Signorum characteres unquam vidit? Scimus figuras illas Barbaricas ex Arabicis non ita dissimilibus fieri, ac primo ante annos quingentos aut circiter ab Arabibus ipsis Mauritanensibus, ac Hispanensibus, cum artibus liberalibus Christianos imbuerent, esse communicatas. Et manifestum quidem est, Calendarium illud, prout à viris doctis rem, quam tractamus, negligentiùs curantibus exhibetur, à Christianis sub seculum quartum aut quintum à Christo, aut citrà, compositum, adeoque Hebdomadem in eo, pro more Christiano, Ogdoadis locum inde suppleſſe. Rectè Josephus Scaliger[t]; *Post tempora Theodosii, imò à temporibus Dionysii exigui Kalendaria Romana in Hebdomadas tributa, & cyclus Lunæ in margine appositus, quem aureum numerum vocamus, exemplo Kalendarii Alexandrini. Antea nondum Kalendariis Iulianis annotabatur numerus aureus. Nam plane inventum est Christianorum post consessum Nicenum. Vt satis mirari non possim doctos viros, qui asseverant etiam epactas à Iulio in Kalendario suo impressas. Diceres eos cum Sosigene in consilium à Dictatore adhibitos.* Eâdem item de re Dionysius Petavius[u]; *Minimè dubito, quin falso Kalendarium istud Iulium Cæsarem, vel Augustum authorem præferat, ac tantum originis suæ vetustatem ementiatur. Nam est longè recentioris inventi & instituti: prorsus ut à Christianis concinnatum appareat. Cujus rei complura sunt argumenta. Sed illa maximè, quod Circulus Heptazoni veteribus Romanis ignotus sit* (publicô scilicet temporis calculo non receptus, aliter nec verum est, ut mox ostendemus) *nec ab aliis quam à Christianis secundum Iudaos usurpari solitus. In illo vero Calendario Dominicales literæ septem feriarum orbem circumagunt. Quod aureorum numerorum usus in Calendariis sub ipsum Nicænum Concilium introductus fuerit, ut libro* 11 *declaravimus. Quod parùm Latinè multa in Gaurici Calendario concepta sint. Hac enim scilicet Augusti seculum redolent?* Oriri chronicè, heliacè, cosmicè, medietas Veris *& alia complura, recentioris seculi barbarie digna. Postremo quod in sex duntaxat primis mensibus Festa & Sidera ortus occasusque notantur. Hinc enim evidens est, ex Ovidianis Fastis Calendarium istud esse descriptum.* Et quæ

[t] *De Emendat. Temp. l. 4. pag. 219.*

[u] *De Doctrina Temporum lib. 6. cap. 12.*

Digitized by Google

Et quæ obiter in Calendariis aliis, velut ex Romæ veteris conſuetudine, habentur dierum Hebdomades appoſitæ, ex incuria pariter, atque oſcitantiâ ſummâ ſcriptorum ortæ ſunt, vetuſtati ipſi planè refragantes, quod ex eis, quæ ſupra diſſeruntur, ſit ſatis manifeſtum. Interdum autem tam Ogdoas, quàm Hebdomas à Chriſtianis apponitur, ut in Calendario illo Conſtantini Magni dicto, quod è Bibliotheca Joannis Georgi Hervvartii primò ante annos aliquot in lucem ſeorſim emiſſum, nuperque Dionyſii Petavii Uranologio inſertum.

Cap. XIX.

Flavii Joſephi verborum de Hebdomadis more (*quâ* ad Gentes univerſas eum perveniſſe *ait*) *Explicatio initur. Cujus gratiâ quædam præmittuntur. Primò* Dierum per Hebdomadas diſtributio, *&* Planetarum nominum adjectio, *ejusq;* Vetuſtas.

Um igitur verba illa Flavii Joſephi, τὸ τῆς ἑβδομάδος εἰς ἡμᾶς, *Conſvetudinem* ſeu *morem Hebdomadis, quam vacatione operum celebramus nos,* ſeu *qua nos utimur*, ad alias gentes civitatesque univerſas perveniſſe, de diei Septimi cultu ſeu Sabbati Hebdomadici Feſto, ex inſtituto aliquo Civili ſeu publico recepto, non ſit ſumendum, (quod in ſuperioribus fusè demonſtratum eſt,) reſtat, ut expendamus, quinam eorum verborum fuerit ſenſus & vis. Ego ſanè ſic ſtatuendum duxi. Nemo non videt ex jam ſuperiùs dictis Triplicem Hebdomadis ſeu diei Septimi circumacti rationem & haberi poſſe, atque etiam habitam. Primam, quâ ſeptimus, ut feſtus ſeu Sabbatum, aliterve ſeorſim ex religione recepta, atque inſtituto publico colitur; Secundam, quâ in Faſtos, Calendaria, ac publicas Temporum citra Sacra rationes admittitur; Tertiam, quâ ſeptem dierum ſive apud Mathematicos eorumque in rebus gerendis ſequaces, ſive apud alios ſic qualitercunque (ſed

citra institutum civile aut publicum) numerantes, periodum die proximo semper instaurandam tantùm finit. Quolibet paritèr modo Hebdomas dicitur dierum Septem postremus, & cuilibet ritè tribui potest vocamen illud τὸ ἐθ Θ- τῆς Ἑβδομάδ Θ- *Consuetudo, usus* aut *mos Hebdomadis* seu diei Septimi recurrentis ac Systema finientis. Jam verò Tertio modo usus erat Hebdomadis passim inter Gentes Josepho cognitas auditasve omnes seu plerasque, fortè & alias, isque tunc vetustus; etiam & Secundo, ut videtur, apud gentes saltem aliquot alias, præter Judæos, Orientales, tametsi nec Græcis, nec Romanis admissus. Modo verò Primo nullibi Josephi seculo, præter Judæos, saltem si nascentem tum Ecclesiam Christianam excipias. Usus scilicet tum dies per septenarios distribuendi, tum Planetarum, ut hodieque, nominibus signandi juxta modum Tertium, passim invaluerat; ita ut septimo præesset Saturnus, ut Sol primo. Sensus igitur, opinor, est; Usus seu Consuetudo diei Septimi velut termini redeuntis dierum periodi, nulla in Civitate, in Gente nulla sive Græca, sive Barbara (quale dici solet de plerisque) non reperitur; quin & ejusdem ipsius diei *ὧ ἀργοῦμεν ἡμεῖς quo otiamur*, seu *quem otio celebramus nos*. Nam in dinumeratione itidem is apud gentes alias est periodi terminus; uti nobis non solum laborum terminus, sed & Festus. Adeò ut eo in loco, τὸ ἐθ Θ- *usus* seu *mos* non ad celebrationem Sabbaticam seu Festivitatem aliquam, quæ Judæis ita singularis fuit, sed ad periodi similis eodem ipso in die desinentis observationem aliquam Mathematicam ac subinde Chronologicam, gentium ceterarum communem, spectet, & tale quid tantùm interim innuatur, quale Philo, Judæus alter, de Sabbato simul atque numeri septenarii dignitate plurima congerens, tandem subdit [x], ἡμᾶται δ' καὶ παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων οἱ τὴν Μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀσκοῦντες, *in honore etiam habetur apud illustriores tàm Græcorum, quàm Barbarorum, qui disciplinis versantur Mathematicis*. De numero septenario, non de Sabbato, manifestum est eum loqui. Ut verò Sententiæ hujus ratio rectius capiatur, Sex sunt inprimis animadvertenda. I. Dierum apud alias gentes per Septimanas distributionis qualiscunque Vetustas & Origo. II Planetarum septem nominum Hebdomadi adjectionis, eorumque in orbem sic redeuntium Observationis qualis-

[x] Lib. περὶ κοσμοποιΐας.

Digitized by Google

qualiscunque itidem Vetuſtas. III. Planetarum in orbe illo ſeu Periodo ſeptenaria Ordo ſingularis, uti & Dierum. IV. Ordinis ejusdem Ratio. V. Uſus hujus Ordinis, & undenam in vulgus Obſervatio ejusdem ita olim diſſeminata. VI. Scopus Joſephi in verbis illis, unde mens ejus ac ſententia, quam amplectimur, clariùs eluceſcat. Quod ad Primum attinet; Quanquam ex Græcorum ac Romanorum veterum inſtitutis publicis ſeu diſciplina civili, Hebdomadicam temporis rationem neutiquam adhibitam comperimus, (quod ex ſuperiùs oſtenſis ſatis dignoſcitur.) attamen autores ſunt non ita contemnendi, qui etiam ab ipſis ſeculis primis Hebdomadum in dierum periodis Uſum petant, atque eum apud antiquiſſimos temporum artifices putatoresque receptum, per alias præter Judæos, ſeculis vetuſtiſſimis, Gentes ſic velint inde propagatum, ut nullibi fermè incognitus planè eſſet. Hùc inprimis ſpectat, quod capite ſuperiùs undecimo legitur ex *Sepher Cozri* de ſeptenaria dierum periodo ab Ada incœpta & in poſteros propagatà. Ex Georgii item Syncelli Chronologia MS. in Regis Galliarum bibliotheca obſervatur, *priusquam ratio computandi per menſes & annos ab Aſtrologis inventa fuiſſet, veteres illos patres ſpatia diſtinxiſſe tantùm κατ' Ἑβδομάδας*, ut ex Claudii Salmaſii indicatione citat Andræas Rivetus [y]. Certè in annalibus Michaelis Glycæ legitur (interprete Joanne Leunclavio) *Georgius tradit Sethum primum inveniſſe literas Hebraas, ſigna Cæleſtia, converſiones annorum, Menſes, Septimanas.* Neque Georgius hic alius eſt à Syncello illo, quem ſæpius citat Glycas. Sed quicquid de Setho dicendum, vetuſtiſſimum interèa eſſe, atque ab intima antiquitate petendum Hebdomadis in Temporum ratione uſum, ſcriptores ſuperiorum ſeculorum exiſtimaſſe videmus. Et Joannes Philoponus, ἐκεῖνο γὰρ φησὶ, inquit [z], συμπεφώνηται πᾶσι ἀνθρώποις ἑπτὰ μόνας εἶναι ἡμέρας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτὰς ἀνακυλίμενα τὸν ὅλον ποιῆσαι χρόνον, *In illud certè omnes homines conſentiunt, Septem ſolos eſſe dies, qui in ſeipſos revoluti totum tempus conſtituunt.* Quibus dein ſubjungit, τίνα δὲ τούτου λόγον ἐχεῖν ἐστὶν ἕτερον ἢ μόνον ὃν εἴρηκε Μωϋσῆς; *hujus rei quam certè aliam rationem dare poſſumus præter illam ſolam, quam Moſes aſſignavit?* Nempè in Creationis hiſtoria numero Septenario ſignata. Quod verò ait, omnes homines conſenſiſſe; ſumendum eſt, ut id genus locutiones

y *Diſſert. de Sabbato*, c. 5.

z *De Mundi creatione*, l. 7. cap. 14.

cutiones aliæ, pro quamplurimis, idque tàm Gentilibus, quàm Judæis aut Christianis. Floruit enim Philoponus ille, quem & Joannem Grammaticum appellitant, scriptor scilicet in Aristotelem celeberrimus, sub annum a Christi DC, quo tempore gentes complures quidem Græcis Romanisque satis notæ fuêre, quæ Paganismum nondum exuerant, adeoque nec è Christianismo, nec è Judaismo (nam Mahumedismi natales Philopono coævi fuêre) sed ex antiquissima Creationis historia per genus humanum diffusâ, utcunque sive interpolatâ, ut fit, sive oblivione inobscurata, Hebdomadum morem aliquem, tametsi non sacrum, acceperant. Sic vult Philoponus. Et Theophilus Patriarcha Antiochenus; *Præterea*, inquit b, *de die Septimo, qui inter omnes mortales celebris est, magna apud plerosque ignorantia est. Hic enim dies, qui ab Ebræis Sabbatum vocatur, Græcè, si quis nomen interpretetur* (quâ de re suprà diximus) *Septimus dicitur. Hoc nomine mortales omnes diem ipsum appellant. At nominis causam nesciunt plerique.* Certè perinsigne heic habetur de cycli dierum Septenarii apud Gentiles usu aliquo, etiam universos, id est, notiores seu plerosque, testimonium, idque de seculis vetustissimis. Saltem, si opus illud Theophili hujus esse genuinum cum viris aliquot doctissimis admittas. Neque enim aliter loquitur, atque de re diù antè per Gentes diffusa. Et seculum ejus est Josepho omninò proximum. Adstipulantur heic è recentioribus c, viri clarissimi, Theologi aliique quotquot etiam à primis seculis per Gentem humanam, sacram diei Septimi observationem volunt disseminatam. Quam autem Sacram fuisse illi volunt, si in Astrologicam aut Chronologicam tantum observationem, ut debent, mutant, id ipsum, quod voluêre veteres, satis enuntiant. Sed & ad hanc rem plura habentur in eis, quæ statim de Planetarum nominibus Hebdomadi inditis sequuntur. Planetarum Septem nominum diebus Hebdomadis Adjectio ejusque Observatio (de qua proximè juxta institutum est heic videndum) ex intima etiam petitur antiquitate. Id est, ex veterrima Astrologorum disciplina, non ex civili seu publico aliquo instituto; dum scilicet de seculis illis priscis loquimur. In scriptoribus seculis aliquot Josepho recentioribus manifesta quidem occurrunt Adjectionis hujus testimonia

a *Niceph. Callist. l. 18. c. 47. & ipse Philoponus in Comm. ad lib. 4. Physicorum.*

b *Lib. 2. ad Autolycum.*

c *Vide Andream Riseetum Dissert. de Sabbato, cap. 5. Guil. Postellum de Orig. Etruriæ pag. 108. Philipp. Cluverium in Germania Antiqua, lib. 1. cap. 33. alios, qui de Sabbato scripsere.*

Digitized by Google

monia, velut rei cujus tunc origo in Gentilismo veteri agnita. S. Auguſtinus ad titulum illum Pſalmi XCIII *Pſalmus ipſi David in quarta Sabbati* (qui reperitur quidem in vulgata, atque in editionibus aliquot Helleniſticis) *Quartæ Sabbatorum*, inquit, *quartæ feriæ, qui Mercurii dies dicitur à Paganis, & à multis Chriſtianis.* S. item Hieronymus d, *una Sabbati dies Dominica intelligenda eſt; quia omnis Hebdomada in Sabbatum, & in primam & ſecundam & tertiam & quartam & quintam & ſextam Sabbati dividitur, quam Ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant.* Alia ſub horum ævum, id eſt, ſub trecentos à Joſepho annos obvia ſunt, è quibus Planetarum ſeptem nomina tunc è Gentilismo veteri indita ſcimus; veluti Reſcripta aliquod e Valentiniani, Theodoſii & Arcadii AAA, Auſonii ea de re carmen f, uti & Theonis g, Sozomeni h hiſtoria de Conſtantino, Petri Alexandrini Iſagoge Apotelesmatica, alia i. Ceterum, ut res manifeſtior fiat, ab hiſce aſcendamus per ſcriptores aliquot, qui etiam ultra Joſephum ſurſum excurrunt. Nam & hæc cum eis, quæ ſic vetuſtiora ſunt rite commiſſa, liquidum facient, Planetariam dierum denominationem, idque in Paganismo, fuiſſe Joſepho multum antiquiorem. Conſtantini Magni de Die Solis habetur k reſcriptum; *ſicut indigniſſimum videbatur, diem Solis* (inſeritur ibi, in Guilielmi Monachi Malmesburienſis, quæ habeo MS. Excerptis è codice Theodoſiano, *quem Dominicum dicimus*) *venerationis ſuæ* (ex MS. corrige *venerationi ſui*) *celebrem altercantibus jurgiis & noxiis partium contentionibus occupari, ita gratum ac jucundum eſt eo die, quæ ſunt maxime votiva, compleri.* Atque ea de re luculenter etiam hiſtoriæ l Eccleſiaſticæ. Conſtantino autem vetuſtior Dio Caſſius ſub annum à Joſepho centeſimum quadrageſimum floruit. Is τὸ ᾗ δὴ, inquit m, ὡς τὰς ἀϊδίους τὰς ἑπτὰ τὰς πλανήτας ὀνομαζομένους, πας ἡμέρας ἀνακεῖσθαι, κατέσχε μὲν καὶ Αἰγυπτίων· πάντες ᾗ καὶ ἄλλοι πάντες ἀνθρωποι, ἃ πάλαι ποτὲ, ὡς ἐγῷμαι, οἱ πρῶτοι ἀρξάμενοι· οἱ γοῦν ἀρχαῖοι Ἕλληνες ἐδειμᾶ αὐτὸ, ἔστι γε ἰδὲ ἰδίᾳ, πάντα. *Quod verò Septem ſtellis, qui Planetæ vocantur, dies aſſignari receptum eſt, inventum quidem putatur Aegyptiorum. Sed in omnes tamen homines, haud ita pridem, ut ſic dixerim, vulgari cœptum. Certè Graci*

d *Epiſt. 150 ad Algaſiam quæſt. 4.*
e *Lib. 7. C. tit. de Feriis, & C. Theodoſ. tit. eod. lib. 2.*
f *In Eclogario.*
g *Anthologi. l. 1. cap. 91.*
h *Hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 8.*
i *Vide. Barnab. Briſſon. ad l. Dominico C. Th. tit. de ſpectaculis.*
k *Lib. 2. C. Theod. l. b. 2. tit. 8. & Vide C. Juſtin. tit. de feriis. 3.*
l *Euſeb. de Vita Conſtantini lib. 4. c.*
m *Sozomen. lib. 1. cap 8. Nicephor Calliſt. l. 7. c. 46. Baron. Annal. tō. 3. ann. Chr. 321.*
m *Hiſt. 37. & Xiphilin. in Pompeio. Et videſis Angel. Politian. Miſcellan. Cent. 2. cap. 8*

Graci veteres (quantum equidem ſcio) nullo prorſus eam rem pacto cognitam habuêre. Sed ea de re vide, quæ mox dicentur. Et quidem de tempore ſuo expreſſim heic Dio, καὶ πάνυ γὰρ τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει καὶ ἤδη καὶ τοῦτο σφίσι πάτριον πρόπαν τινὰ ὄζει *& nunc ubique ferè apud omnes alios, etiam & ipſos Romanos in uſu eſt, & velut mos ipſis patrius habetur.* Quod ſine vetuſta tunc origine factum intelligere nequis. Morem dicit velut patrium; quia ita inter Mathematicos, id eſt, Aſtrologos, & qui eorum diſciplinæ ſequaces fuêre numeroſiſſimi alios, non omninò intereà ex inſtituto civili ſive Romanis ſive Græcis tunc receptus, ut & ſupra oſtenſum eſt. Quod heic ſemper animo recolendum. Dione antiquior circa annos quadraginta Clemens Alexandrinus, de quarta & ſexta feria verba faciens ἐπιφημίζονται, inquit n, ἡμῶν Ἑρμῆ, ἡ δέ, ΑΦροδίτης *Nuncupatur quidem hac Veneri, illa Mercurii.* Atque huic coævus Tertullianus Afer, diem Solis & Saturni diſertè memorat locis capite ſupra decimo ſexto, ex Apologetico ejus & opere adverſus Nationes adductis. Egregii ſane teſtes, in Occidente aliter, aliter in Oriente, moris hujus, ut in Paganismo paſſim, modo, quo diximus, uſitati. Hiſce antiquior Juſtinus Martyr, qui Joſepho ſexaginta aut circiter annis tantùm recentiùs ſcripſit, Solis itidem Diem & τῷ Κρονικῷ id eſt *Saturniam* verbis memorat o expreſſis. τῇ γὰρ τοῦ ἡλίου ἡμέρᾳ, inquit, κοινῇ πάντες τῶν συνιόντων ποιούμεθα *Die Solis communiter omnes convenimus.* Et τῇ πρὸ τῆς Κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτὸν *Pridie Saturni diei in Crucem actus eſt* Jeſus Chriſtus. Si nupera tunc fuiſſet denominatio illa Planetaria, velut è Gentilium Theologia & artibus pridem nata, proculdubio eâ uti noluiſſet Pater ille adeò familiariter. Illuſtres, dum ad Joſephi tempora aſcendimus, ſequuntur bini illi, Plutarchus & Tacitus, Græcus alter, alter Romanus; ejusdem cum Joſepho ſeculi, etiam ſatis coætanei. Disquiſitionem inierat Plutarchus, undenam evenerit, Planetarum nomina diebus Hebdamadis ſic eſſe aſſignata. Titulus ejusdem hactenus viſitur in Sympoſiacorum p editione Aldina, aliisque aliquot. Nam in recentioribus, neſcio, quare, cum nonnullis aliis prætermittitur. Verba ſunt, Διὰ τί ἓξ ὁμωνύμους ἔχοις πλάνησιν ἡμέρας, ἀπαιτεῖν ἐκείνου τάξιν, ἀλλ' ἐπιλαγ-

n *Stromat. lib. 7.*

o *In Apologia. 2.*

p *Lib. 4. quæſt. 7.*

Digitized by Google

λαγχάνειν ἀεὶ θεῶν *Quamobrem dies Planetis cognomines, non juxta Planetarum ordinem, ſed mutato ordine numerari ſoleant.* Ipſa diſquiſitio utinam minimè temporum injuriâ, cum aliis ejusdem operis, periiſſet. At cum eâ miſcuerat Plutarchus ſcriptum περὶ ἥλων τάξεως *de clavorum ordine*. Id eſt, de clavis annalibus Idibus Septembris Romæ in ædium ſacrarum pariete ad annos dinumerandos q pangi antiquitùs ſolitis. Ante ſcilicet annorum à conſulum nominibus numerandorum morem. Anne Planetarum Clavorumque heic uſum parilem habuit, aut non ita diſſimilem vetuſtatem? Certè ex eo ſolùm, quod ipſe tunc ſub Joſephi ævum rem, pro more ſuo vetera indagando, aggreſſus iit, non obſcurè liquet, etiam Joſephi ævo nomina illa diebus adhibita, maximè apud Græcos. Tacitus autem manifeſtò idem innuit, dum rationem Sabbati ſeu Septimi diei apud Judæos quietis, ex honore Saturno habito, juxta nonnullos ait deduci, *ſeu quod è Septem ſyderibus, quis mortales reguntur, altiſſimo orbe, & præcipuâ potentiâ Stella Saturni feratur: ac pleraque cæleſtium vim ſuam, & curſum Septimos per numeros conficiant*, per Septimos ſcilicet tum in horis, tum in diebus numeros, juxta Aſtrologorum, qui tunc maximi habiti ſunt, diſciplinam. His conjungendus eſt Damis Aſſyrius, qui de rebus Apollonii Tyanei, cui ſocius erat, ſcribens tradidit, Jarcham Brachmanum Principem ei dediſſe δακτυλίους ἑπτὰ τοὺς ἑπτὰ ἀπωνύμους ἀστέρων, ἃς φορεῖν τὸν Ἀπολλώνιον ἅτα πρὸς τὰ διάφορα τῶν ἡμέρων *Septem annulos ſeptem ſtellis* (planè Planetis) *cognominibus; eorumque ſingulos, ſecundùm dierum nomina, Apollonium geſtaſſe.* Sic ille Joſepho coævus; ut legitur apud Philoſtratum r. Tibullus autem centum amplius annis Joſepho eſt antiquior. Saturni diem diſertè apud eum memorari antè notatum eſt. Quin & Oracula defeciſſe diù ante Joſephum creditur. At vero in vetuſto Apollinis legitur ex Porphyrio apud Euſebium t.

Κλῆζειν ἑρμεῖαν ἠδ' Ἠέλιον κατὰ ταῦτα
Ἠμάξη Ἠέλιε, Μήνη δ' ὅτε τῆς ἔ πυρείη
Ἠμάξη, ἠδὲ Κρόνον ἠδ' ἐξείης Ἀφροδίτην.

Invoca Mercurium, & pariter Solem die Solis. Lunam itidem, cum adierit ejusdem dies, & ſimili modo Saturnum & Venerem. Atque hinc

q *Feſtus in* Clavus. & *Sidefis Iacob Durantius Var. Lect. l. cap. 5.*

r *De vita Apollonii l. 3. cap. 13.*

ſ *Cap. 16.*

t *Præpar. Evangelic. l. 5. cap. 14. & habetur in Onc. Vet. c. 8*

hinc ait Josephus Scaliger[u], *demonstratur, quod vetustissima sit appellatio dierum à Planetis, etiam apud Graecos.* Ubi etiam adnotat, in oraculi explicationem, vulgus credidisse Planetas apparere die suo; nempè omni die Martis ipsum Planetam sui videndi potestatem facere. Et sic de reliquis. *Idque,* inquit, *planè Orpheus designavit in Ἔργοις καὶ Ἡμέραις.*

Πρῶτα μὲν εἰ πρώτην ἐπὶ ἤματι Φαίνεται Κῆρις,
Μιὴν δ' ἐς τ' Ἄρεα ἔπιπλόεται, ἴσχει δ' ἔργα,

Nam disertè intelligit, si Neomenia καὶ Σελήνη inciderit in diem Martis, id est, feriam tertiam, abstinendum ab opere. Ita scilicet Scaliger versus illos ex Orphei Ephemeridibus sumptos, & depravatè apud Joannem Tzetzem in animadversionibus Hesiodianis olim editos legit & explicat. Aliis ibi viris doctissimis πρῶτα μὲν πρώτην ἐπὶ &c legentibus. Sed quod ait Scaliger heic de vulgi opinione, Planetas die suo exoriri solitos, satis amplecti nequeo. Nec sane ibi mentionem fieri diei Martis, quà in orbe Hebdomadico locum habet. Hoc enim tantùm, ni fallor, significant versus illi; *Si die primo mensis appareret Mars, Sidus infaustum, & cum Marte Luna, operibus abstine.* Utcunque verò, ex Oraculis vetustissimis, atque etiam ex Orphicis (si conjecturæ Scaligerianæ fidem tribuere velis) denominationem dierum Planetariam habemus. Quin & Origo ejusdem à Scriptore veteri Græco nondum edito Zoroastris & Hystaspis Scholæ Chaldaicæ & Ægyptiacæ tribuitur, οἱ περὶ Ζωροάστρην καὶ Τσιτσιμὼν Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι ἀπ' ἀριθμοῦ τῶν πλανήτων ἐν ἑβδομάδι τὰς ἡμέρας ἀνέλαβον. *Qui Zoroastrii,* inquit[x], *& Hystaspis sectam amplexi sunt, seu eorum sectatores Chaldaei & Aegyptii à numero Planetarum dies in Hebdomade repetebant.* Certè Zoroaster Magus nonnullis[y] est Abrahæ ipsi coætaneus; aliis[z] eum sexcentis annis ante Xerxis transitum collocantibus, id est, sub Ebræorum regni initia, etiam aliis[a] aliter atque aliter vetustiorem eum facientibus. Et Hystaspis, ut autoris ac Prophetæ Magique vetustissimi, mentio apud Clementem[b], Justinum[c], alios. Darii Patrem (eundem fuisse, vult Ammianus Marcellinus[d]. Hydaspen vocat Lactantius[e], uti & alii tam de fluvio cognomine, quàm de viro loquentes.

At

u *In Prolegom. ad lib. de Emendat. Temp.*

x *Citatur ab Andrea Riseto in Dissert. de Orig. Sabbati c. 5.*

y *Eusebius in Chronico.*

z *Xanthus Lydius apud Laert. in proœmio. & Vide Ios. Scalig. in Eusebianis pag. 15.*

a *Videsis Plin. hist. 30 cap. 1.*

b *Stromat. 5.*

c *Apolog. 2.*

d *Histor. lib. 23. circ. 7. cap. 15*

At multis intereà ſeculis doctrinam illam de planetaria dierum denominatione Fl. Joſephum etiam ſic antevertiſſe ſequitur, quēadmodum inſuper ex eis, quæ Oraculi verſibus paulò heic ante è Porphyrio citatis continenter ſubjunguntur.

Κλῆσιν ἀφθιτοβίοις ἃς εὗρε Μάγων ὁχ' ἄριστος
Τῆς ἑπταφθόγγου βασιλῆος ὑπ' ἀνέρες ἴσασιν.

Invocationibus arcanis, quas invenit Magorum præſtantiſſimus ſeptiſona Rex, quem omnes norunt. Seu ut vertitur.

Vocibus arcanis, quas maximus ille Magorum
Septiſonæ Dominus reperit, notiſſimus idem
Omnibus ----------

Deſignari autem ab Oraculo, intelligere dixerunt ſe, qui præſentes fuêre, Hoſtanem ſeu Oſtanem, Aſtanem [f] interdum etiam nuncupatum; quod nomen quidem eſt obvium apud Scriptores [g], qui de Magis veteribus, eorumque Philoſophia agunt. Etiam & eousque familiam in Magia duxit, ut Hoſtanæ apud Perſas dicti [h] ipſi Magi. Scaliger autem, ad ſecundum verſiculum, βασιλῆος, inquit [i], τῆς ἑπταφθόγγου (Rex Septiſonæ) *eſt Oſtanes Rex Babylonis. Babylon enim eſt* ἑπταφθόγγος, *hoc eſt, Septem literarum.* *Babylon* quidem eſt Septem literarum, quod & æque dixeris de τῷ Ὀστάνῃ. Nam elementum heic ſecundum ſeu σημαῖον, in bina ritè tribui poſſe nemo non videt. Atque ita βασιλῆος τῆς ἑπταφθόγγου, *Rex* ſeu *Dominus Septiſonæ* poſſet quidem intelligi tam pro *Rege* ἀνδρὸς ſeu λέξεως τῆς ἑπταφθόγγου ſeu *vocis ſeptem literarum*, (ut dixit ille, homo trium literarum,) quàm pro Rege πόλεως ſeu *urbis* Septiſonæ; uti vult Scaliger. Sed vero φθόγγος rarò pro litera alia uſurpatur, quàm vocali ſeu ſono per ſe ab alio diverſo. Atque ita ſane, nec Babylon, nec Oſtanes eſt proprie Septiſonus, ſed trium tantummodo ſonorum ſeu, ſyllabarum. Neque intereà tam pro Rege Βασιλέα ibi ſumi exiſtimandum eſt ſenſu vulgari, quam eo quo viri inſigniores eminentioresque Homero, Heſiodo, aliis [k] Βασιλῆες dicti. Nec ſatis compertum habeo, Oſtanem Babylonis Regem omninò fuiſſe. Suidas [l]; *Aſtronomiam Babylonii primùm invenerunt* Ἀφ' οὗ Ζωροάστρην μετ' ἐν τῷ Ὀστάνης, *per Zoroaſtrem; poſt quem etiam Oſtanes.* Cujus nomen tamen

f *Apulejus in Apologia.*
g *Plin. lib. 30. cap. 1. Laert. in Proœmio.*
h *Suidas in verb.* Ὀστάνης.
i *Prolegom. ad Emend. Temp.*
k *Euſtath. ad Odyſſ. α.*
l *Verb. Aſtronomia.*

celebre non tam apud Babylonios, quam Perſas primò fuit. Malim ſane ego per τῆς ἑπταφθόγγου intelligere aut τῆς συμφωνίας τῆς ἑπταφθόγγου, *Concentus Septiſoni*, quo nomine [m] etiam ars ſideralis, ob ueterum de orbium ſeptem cœleſtium harmonia opinionem, ſatis indicatur, aut τῆς ᾠδῆς, λέξεως ſeu τελετῆς ἑπταφθόγγου, *vocis, orationis*, ſeu *Sacri ſermonis ritusve Septiſoni*. Adeò ut Oſtanes ſic diceretur hujusmodi Vocis Ritûsque ſolennis Rex, præfectus, ſeu moderator, Autor, Præceptorque ſummus; Qua notione & Regem interdum Latinis uſurpari, ſciunt pueri. Ritûs nempè ἀστροθυταῖς ſeu *aſtrorum ſacrificulis* ſolennis ſepties Deos illos cœleſtes ſeu Planetas verbis arcanis [n] invocandi. Septies, ſive ipſorum ſpectes per ſingulorum dies numerum, ſive ritûs ejusmodi ſolennis ſeptemplicem cuilibet repetitionem. Nam & ea videtur fuiſſe in Oſtanis diſciplina hac Magica. Quod elicendum ex verſu, quem, ſimulac nominatus eſt ab audientibus Oſtanes, effutiit Oraculum;

Καὶ σφόδρα καὶ καθ' ἕκαστον ἀεὶ θεὸν ἑπταχορδίῳ.

Vertitur *Magna quemque Deum ac ſeptenâ voce vocabis*. Et *valde & ſingulatim ſemper Deum ſeptemplici voce*. Pro vocabulo poſtremo legitur in Mſſ. aliquot ἑπτάκις φωνῆν fortè pro ἑπτάχορδα φωνῆν, quod verſioni priori ſatis conſonum. Id eſt, Planetam quemlibet ſuo die ſepties voce altâ invocabis. Niſi forſan ἑπταχορδίῳ velis heic fuiſſe nomen myſticum ipſius Solis, ſeu Phœbi, eumque quotidie, velut Numen ſupremum, ex prærogativa etiam ſimul invocandum. Nam Theologis Gentilium [o] τὸ ἑπτάκις ei ſingulare fuiſſe, ſcimus ex Proclo. Palàm vero Morem iſtum denominationis Planetariæ, ab Oraculo, ſeculis etiam ipſo vetuſtioribus ac Magorum Primariorum ævo tribui ſic videmus. Invocabantur autem velut dii, quales exiſtimari eos voluit antiquitas Gentilis. Unde etiam feriæ ſeu dies Septimanæ apud Aſtrologos diù poſtea ἡμερῶν τῶν θεῶν *dierum deorum* nomen retinuere. Lemma eſt apud Petrum Alexandrinum [p], ᾧδὶ δὲ γνῶναι, ἑκάστου ἡμέραν, τοῦ τῶν θεῶν ἐστὶν, *ut ſciatur, quælibet dies cujusnam Deorum ſit*; id eſt, cuinam in orbe Hebdomadico Planetæ ſit aſſignanda, ſeu quomodo ordine feriarum ſit denominanda. Nec prætermittenda eſt hæreſis illa vetuſta, quæ dixit, *Nomina dierum Solis, Lunæ,*

[m] *Videſis Nicomach. Geraſen. in Enchirid. Harmonices. lib. 1. & 2.*

[n] *Videſis Philoſtratum de Vita Apollonii, lib 3. cap. 4.*

[o] *In Timæũ Platonis lib. 1. pag. 11.*

[p] *Λόγος εἰς τὴν διπτολεσμαϊκὴν.*

Digitized by Google

na, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, Saturni, à Deo ita poſita ab origine mundi, non hominum vana præſumptione nuncupata, ut refert Philaſtrius q; qui dum ejusdem falſitatem deteſtatur, originem intereà ejusmodi denominationis Planetariæ Hermeti Ægyptio tribuit. Expreſſim ait, *à Prima origine usque ad Græcos Reges & Hermen fallaciſſimum illum, qui hæc nomina vaniſſima & frivola mentiendo auſus eſt nuncupare, ſi quærere volueris, invenies multum fluxiſſe temporis, & ſic Paganos, id eſt, Græcos hæc nomina poſuiſſe: cum (per) hæc nomina etiam, ſecundum ſeptem Stellas, dixerint hominum generationem conſiſtere, uti ille ipſe delirans hoc definit.* De ipſo originis denominationis hujusmodi momento ſeu anno ſeu ſeculo non ita anxiè disquirimus. Sed ex hiſce demùm liquet per Gentes tum Orientis, tum Occidentis, perquamdiù ante Joſephi ævum, idque per Barbaras Græcasque morem illiusmodi dies denominandi fuiſſe diffuſum, & temerè nimis ſcripſiſſe aliquos r, *Diei Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, aut Saturni, nusquam in antiquis autoribus apparere veſtigia.* Etenim non ſolum, de more illo velut de re notiſſima, loquuntur monumenta Græca ac Latina, etiam Joſepho vetuſtiora aliqua, ut indicatum eſt; verùm etiam petitur ex Ægyptiis Babyloniisque, id eſt, primariis rerum Mathematicarum, arcanorumque Theologiæ Gentilis magiſtris, *παρ' ὧν πολλὰς πίστεις ἔσχε ἑκάστου τῶν ἄστρων, à quibus plurimas de unoquoque aſtro perſuaſiones* Græcos veteres imbibiſſe, ſcribit Ariſtoteles ſ, aliique paſſim. Quin nec deſunt in Magiſtris priſcis, qui illud Decalogi *memento diei Sabbati, ut Sanctifices eum*, ſic ſeorſim intelligi velint, ut etiam tunc temporis velut monitum haberetur, ne numerarent dies Hebdomadis more eorum, qui Planetarum nomina eis indiderant, ſed quemlibet ipſius Sabbati vocamine denotarent, quemadmodum cum dicunt, Primâ Sabbati, Secundâ Sabbati, tertiâ Sabbati, pro die Solis, die Lunæ, die Martis. Rabbi Iſaac t ſic verba illa interpretatur, לא תמנו כדרך שאחרים מונין אלא תמנו מונין לשם שבת *non numerabis more, quo numerare ſolent alii; ſed numerabis per nomen Sabbati*, quod ad denominationem Planetariam, Gentilibus olim in uſu, ſpectare vult Iſaac Abarbinel.

q *Lib. de Hæreſibus, num. 111.*

r *Phil. Herald in Chrō. lib. 1. cap. 4.*

ſ *De Cælo lib. 2. c. 12. Ptolem. Tetrab. lib. 1. & c.*

t *Sepher Mechilta, f. 26. col. 2. Abarbinel. in Pirush Tora, f. 175. Col. 3.*

nel. Accedant huic etiam Vettius, Valens Antiochenus, & Petrus Alexandrinus Astrologi antiqui, & Ebræus Josepho, ut Magistris vulgò creditur, coævus, id est, Rabbi Eliæzer רקי ראשי *Capitum*, nomine hoc insignitorum, autor celebris. Hic sane, ut rem notissimam vetustissimamque, Planetas diebus Hebdomadis assignatos tradit, & cum eo alii congeneres. Vettius etiam Astrologis seu Theologis vetustissimis Gentium assignationem illam fert accepto. Sed opportunius horum verba asserimus, dum lemma, quod suprà proposuimus, Tertium, seu illud, quod est de Singulari Planetarum in hac distributione Ordine, tractamus; quod proximè faciendum. Unde etiam, uti & ex aliis, quæ in hac dissertatione sequuntur, ea quæ de vetustate Denominationis jam diximus, haud parum firmabuntur.

Cap. XX.

De Planetarum *in diebus designandis* Ordine, *ejusq;* Vetustate. Ἑπτάζωνον. Ἡμέρα Σαββατική. Zonarum *notio, pro Orbibus Spatiis seu Circulis, quibus circumferuntur Planetæ Septem.* Commēttia, *apud* Judæos *aliquot*, Planetarum, *in diebus Hebdomadis*, Ordinis dispositio. Orbis *dierum* Hebdomadici *constans apud veteres initium* in die Solis, *quale hodieq; manet. De* Mahumedanorum الجمعة *seu* Die Veneris illis sacro.

Um ipsum Planetarum in diebus denominandis Ordinem, quo jam & per plurima abhinc secula utimur, Dionis tempore apud Græcos ac Romanos, etiam & Ægyptios, unde acceperant isti, obtinuisse, ex verbis ejus superiori capite allatis liquet. Floruit ille sub Alexandro Severo. Nimirùm, Solem, Lunam, Martem, Mercurium, Jovem, Venerem, Saturnum, hoc ordine, dierum denominasse Orbem Hebdomadicū. Neq; opinor dubitandum, quin superioribus in seculis, & quæ ultra Josephum fursùs excurrunt, idem esset ordo receptissimus. Elicere fas est quidem illud etiam ex antè dictis de Planetariæ denominationis, qua ordo is nec aliq; innuitur, vetustate. Et videmq; ibi Solis, Saturni, Veneris, Mercurii dies ita ex veteribq; memoratos, ut ipsis, qui nunc sic dicuntur, prorsus quadrent. Neq; est, quod ambigamus,

gamus, quin is ipſe ordo fuerit, de cujus ratione diſputationem inſtituit Plutarchus[u]. Quid quod etiam in Oratione ſacra ipſi Pythagoræ tributa monitum reperitur[x] *Ἀφροδίτῃ τὶ θυσιάζειν τῇ ἕκτῃ Veneri ſacrificandum eſſe ſextâ?* ſi de ſexta Hebdomadici orbis capiatúr, teſtimonium videtur inſigne, Venerem in diebus locum, uti & nunc, tenuiſſe ſextum ævo Pythagoræ, quod vetuſtiſſimum. Sed fortè de ſexta menſis ineuntis eſt intelligendum. Nam paulò poſt dixit, & Herculi ſacra immolanda *ἐγδόῃ δ' μηνὸς ἰσαμένῳ octava menſis conſiſtentis.* Ceterùm egregium eſt ad hanc rem, quod legitur apud Vettium Valentem Antiochenum, Aſtrologum priſcum. Is de Heptazono & die Sabbatica ſeu Hebdomadico orbe agens, ab intima antiquitate ipſum, quo tamdiù uſi ſumus, ordinem Planetarum manâſſe, haud parùm confirmat. Caput ex Ἀνθολογιῶν ſeu *Floridorum* ejus MS, primo integrum exhibebus unum & alterum.

[u] *Sympoſ. lib. 4. cap. 7.*

[x] *Iamblichus de Vita Pythagoræ, cap. 28.*

Τὰ περὶ Ἑπταζώνου ἤτοι Σαββατικῆς
ἡμέρας λόγοι χαμαῖς.

Περὶ δὲ τῆς Ἑβδομάδος καὶ Σαββατικῆς ἡμέρας ἄτως· Τὰ λόγου ἔτη πλήρη καὶ τὰς ἐμβολίμους ἀναλαβών, πρόθες καὶ τὰ λοιθ ἔως τῆς ἡμιθλιακῆς ἡμέρας· Καὶ ἀπ' τούτων ἀφαίρει ἑπτάκις δυὰς ἑπτά. Τὰς δὲ λοιπὰς λοιπὸ ☉ ὡς εἶαν δ' ἂν καταλήξῃ ἀστέρα, ἐκείνῃ ἄρα ἡμέρα. Ἡ δὲ πᾶξις τῶν ἀστέρων πρὸς τὰς ἡμέρας ἄτως ἔχει ☉ ☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄. Ἡ δὲ τῶν ζωιῶν Διάθεσις ἄτως ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς Διαθέσεως αἱ ὧραι σημαίνουσι· ἐκ δὲ τῶν ὡρῶν ἡ ἡμέρα δ' ἐξῆς ἀστέρος· οἷον ἔτους α Ἀδριανοῦ, μεχὶρ κατὰ Ἀλεξανδρεῖς ιγ ῥ' ὥρα α, τὰ λοιπὰ λόγου ἔτη πλήρη ρμη καὶ ἐμβόλιμοι λς, καὶ λοιπὰ ϑὼθ ἔως ιγ μεχὶρ ῥξγ, γίνονται τμξ· Ἀφαιρῶ ἑβδομάδας μϑ. λειπαὶ δ. λοιπὰ ☉ καταλήγει εἰς ☿ ἡ ἡμέρα, καὶ ἡ α ὥρα ☿, ἡ β ☾, ἡ γ ♄, ἡ δ ♃, ἡ ε ♂, ἡ ς ☉, ἡ ζ ♀, ἡ η ☿, ἡ θ ☽, ἡ ι ♄, ἡ ια ♃, ἡ ιβ ♂, ὥρα α ῥ ☉, β ♀, γ ☿, δ ☽, ε ♄, ς ♃, ζ ♂, η ☉, θ ♀, ι ☿, ια ☾, ιβ ♄. Εἶτα ἐξῆς γίνεται ἡ ἐπιοῦσα ἡμέρα τὰ ἴσα· Μεχὶρ ιϑ ἀριθμὸς ♃, καὶ ἡ α ὥρα.

Περὶ οἰκοδεσποτείας ἔτους.

Εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ οἰκοδεσπότου ἔτους ἄλλης ἀπαγάγοιμι τῷ αὐτῷ τρόπῳ οἷον ἀπὸ ☽ αὐτοῦ οἰκοδεσπόμενος τὰ πλήρη λυγούστου ἔτη ρμη, καὶ ἐμβόλιμοι λς, καὶ ϑὼθ·

Θωθ. δ (lege α, ut resipsa exigit; neque heic solùm in exemplari meo δ hic pro α in numeris, librarii incuriâ, perperam substituitur) γίνονται ρπε. ἐκ τούτων ἀφαιρῶ ἑβδομάδας κε, λοιπαὶ γ. ταύτας ἀπὸ ☉ καταλήγλ, τὸ ἔτος ♂ ἐστίν· Ἐπαὶ δὲ ἀπογνώς τὸν κύριον ♂ ἔτους, εὑρήσει καὶ τὸν κύριον ☽ μηνὸς ὄντως τῇ τῶν ζώνων ἀληθείᾳ ἀναφερῶς χρώμενος· οἷον ἐν Θὼθ ἔστω ♂. ἐπεὶ δὲ ἡ κθ ☽ Θὼθ παλινάς τὸν ἀρίθμὸν καταλήγλ, ἡ λ ♀, ἡ πρώτη ☽ φαῶφ ἔσται ♃, ἡπ ♀ ἡ α ☽ ἀρίθμὸς ρ ♄ (locum incuriâ librariorum depravatum restituo; ♃, ἡ α ☽ λθὺρ b) ἡ ☽ χοιὰκ), ἡ ☽ τῦβι ♀, ἡ ☽ μεχὶρ ♀· Ἐπεὶ δὲ ☽ μὲν ἔτους κύριος ♂, ☽ δὲ μὴν ☽ ♀, τῆς δὲ ἡμέρας ♀, τῆς δὲ ὥρας ☉, τὰ τοιαῦτα σκοπεῖν δεήσει ὅπῃ τῆς γλυφίσεως πῶς εἰσὶ κείμενοι· ἐπεὶ τόπος μὲν γὰρ καὶ τῆς αἱρέσεως πρόξεως δηλωτικὸς ἐστι μάλιστα ὅταν ὁ κύριος ☽ ἔτους ἀναφερόμενος τύχῃ τὸν καταγομένου ἑαυτόν· Ὁ δὲ ☽ μὴν τὸν μῆνα, καὶ ὁ τῆς ἡμέρας τὴν ἡμέραν· Ἐὰν δέ πως παραπίπτωσιν ἢ ὑπὸ κακοπιῶν μαρτυρήσωσι ἑαυτοῦ πάθη καὶ πράξεων εἰσὶ δηλωτικοί. Ἐμοὶ δὲ μᾶλλον φυσικώτερον ἔδοξε τὰ πλήρη τὰ ἀπὸ λυγυσε ἐπὶ καὶ τὰς ἐμβολίμους λαβόντα καθὼς προκεῖται καὶ τὰς ἀπὸ Θὼθ ἕως τῆς γλυφικῆς ἡμέρας καὶ σκαφίσαντα Ἑβδομάδας καὶ τὰς λοιπὰς ἀπολύσαντα ἀπὸ ☽, σκέπτον κρίνειν ☽ ἔτους κύριον εἰς ὃν κατέληξεν ὁ ἀριθμός· Ἑκάστης γὰρ γλυφίσεως ἡ Νεμεσία τὴν γλυφικὴν ἡμέραν ἔφεξε· Ἐν δὲ αὐτῷ ἔτει τὰς γλυφίνας ὑπὸ μίαν οἰκοδεσποτίαν πλέκειν ὁ δοκεῖ λόγος ἔχειν· Καθολικῶς δὲ ☽ ἔτους κύριον καὶ νοσημικῶν κινήσεων οἱ παλαιοὶ ἐκ τῆς Νεμεσίας Θὼθ κατέλαβον. ἔνθα γὰρ τὴν ἀρχὴν ☽ ἔτους ἐποήσατο· Φυσικώτερον δὲ καὶ (lego ἐκ) κινὸς ἁπλῆς. Quæ sonant.

Canon facilis de Heptazono, seu *die Sabbaticâ.*

Quod ad Hebdomadem, & diem Sabbaticam seu Septimanæ diem attinet, sic faciendum est; Integris ab Augusto annis ac diebus intercalatis, adde dies, qui à Thoth usque ad diem Natalem effluxerint. Ex his dein, quoties poteris, abjice septem. Reliquas à ☉ dinumera. Syderi, quod numerum terminat, dies natalis est tribuendus, seu dignoscitur ex syderum ejusmodi dinumeratione, quem enim

Hebdo-

Hebdomade locum dies Natalis obtinuerit. Ordo autem ſyderum, quæ dies deſignant, ad hunc modum ſe habet ☉ ☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄. *Zonarum autem diſpoſitio eſt hujuſmodi* ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽. *Atque ex hac diſpoſitione Hora indicantur. Ex horis verò, dies ſyderis ordine inſequentis. Verbi gratia; naſcitur quis anno Adriani Primo, Mechir menſis, juxta Alexandrinos,* 13, *horâ noctis* 1. *Integri ab Auguſto ſunt anni* 148, *dies intercalati* 36, *& à Thoth* (menſis ille anni Ægyptiaci primus erat) *usque ad* 13 *Mechir menſis*, 163. *Fiunt* 347. *Abjicio Hebdomadas* 29. *Reliqui ſunt dies* 4. *Dinumeratio à Sole facta definit in Mercurii die. Hujus hora prima eſt* ☿ (exemplar meum habet heic ἀρχὴ ὥρας ☿ *& prima hora noctis* ☿; ſed delendum eſt illud ρ quod pro Nocte ſubſtitui ſolet. Nam à ſummo mane initium diem apud Vettium heic, uti apud Aſtrologos in hujusmodi calculo alios, habuiſſe nullus dubito.) 2 ☽, 3 ♄, 4 ♃, 5 ♂, 6 ☉, 7 ♀, 8 ☿, 9 ☽, 10 ♄, 11 ♃, 12 ♂, *hora prima noctis* ☉ (In Mſſ. meo habetur tantùm ὥρα ☉ *hora Solis*; ſed docet res ipſa legendum ὥρα α ρ ☉) 2 ♀, 3 ☿, 4 ☽, 5 ♄, 6 ♃, 7 ♂, 8 ☉, 9 ♀, 10 ☿, 11 ☽, 12 ♄. *Inde fit dies inſequens*, ſeu 14 *Mechir*, *Jovis*; *Cujus etiam eſt ejuſdem hora prima.*

De Gubernatore Anni.

Sin verò anni gubernatorem ſcire velis, pariter eodem in exemplo cum ſint anni Auguſti integri 148 *& dies intercalati* 36 *& Thoth menſis* 1, *fiunt* 185. *Ex hiſce, demptis Hebdomadibus* 26, *reliqui ſunt dies* 3. *Dinumeratione à Sole factâ, Annus Martis eſt* (nempe ad dierum rationem, qua ☉ ☽ ♂ Hebdomadis priores tres dies denominant.) *Cognito ita Anni domino, reperies etiam dominum Menſis, ſi hac ratione, Zonarum poſituram aſcendendo, utaris.* Τῦ *Thoth dominus erit* ♂. (ſcilicet, primi menſis idem eſt Planeta, qui, in oſtenſo calculo, anni eſt.) *Quandoquidem igitur vigeſimus nonus revolvitur in* ♂, *adeoque trigeſimus in* ♀, *prima dies Phaophi* (vulgo Paophi) *erit* ♃, *prima Athyr* ♄, *prima Choiac* ☽, *prima Tybi* ☿ *& demum Mechir* (qui menſis eſt Natalitius) ♀. *Reperto ita, Anni dominum eſſe Martem, Menſis Venerem, Diei Mercurium, Hora Solem, quomodo hi in themate diſponantur, advertendum eſt. Confert enim locus ad rerum gerendarum electionis indicationem; tunc verò inprimis, quoties anni dominus anno inſtanti eum pertranſit, aut domi-*

Digitized by Google

nus menſis in menſe inſtante, aut diei dominus in die. Quin, ſi debiles fuerint, aut ſtellis malificis conjuncti, adverſa & perturbationes ſignificant. Ceterùm mihi natura videtur convenientius, integros ab Auguſto annos atque dies intercalatos, ut dictum eſt, ſumere præter illas, quæ ab (initio) *Thoth fluxere uſque ad diem Natalitium, &, abjectis Hebdomadibus, reliquos à ☉ dinumerare, atque ipſum anni dominum cenſere, in quo finitur numerus. Vniuſcujuſque enim nativitatis Novilunium diem natalitium ipſum coercebit. Eodem autem in anno natos gubernationi unicæ ſubditos eſſe, rationi non videtur conſonum. In unicum igitur, tum anni, tum motuum mundanorum dominum veteres è novilunio Thoth accepere. Etenim inde Annum ſunt auſpicati. Natura verò magis eſt congruum, ut etiam ex Canis ortu.* Hactenus Antiochenus ille, cui annorum ab Auguſto putatorum epocha eſt Ægyptiaca illa, Romanâ annorum Auguſtanorum biennio, ut eſt apud Cenſorinum, antiquior. Menſes ſunt Actiaci. Sed de hiſce conſulas Joſephum Scaligerum[y], Chronologos alios. Et de rotundo heic annorum numero, viderint idque non immeritò Chronologi; etiam de næniis genethliacis Aſtrologi. Sufficit abunde in rem noſtram, Hebdomadici dierum orbis denominationem Planetariam eodem, quo utimur ordine, Vettii hujus ævo notiſſimam fuiſſe, & in Aſtrologicas rationes ex antiquitate intima tunc receptam. Joſepho quidem is recentior eſt. Nec fortè alius à Valente illo Mathematico ſummo, qui natalitium Urbi, Conſtantinopolitanæ thema, juſſu Conſtantini Magni, conſtituiſſe tradidere aliqui, ut refert Zonaras[z], atque ex eo Michael Glycas[a], alii. Et è ſchedis vetuſtis ex Oriente allatis deſcripſit olim mihi tantundem amicus eruditione ac virtute ornatiſſimus, Patricius Junius; Σημειῶται (ſic ſchedæ illæ) ὅτι ἐθεματίσθη ἡ Κωνσταντίνου πόλις περὶ Ουάλεντος ἀστρολόγου τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων (legendum ἐγκαινίων) αὐτῆς, διὰ προστάξεως δὲ Βασιλέως Κωνσταντίνου ἐν μηνὶ Μαΐῳ ια, ἡμέρᾳ ϛ, ἰνδικτίωνος γ, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ωλη. *Nota quod thema natalitium Vrbis Conſtantinopolitanæ conſtitutum eſt ab Valente Aſtronomo in die dedicationis ejuſdem, idque juſſu Imperatoris Conſtantini menſis Maii* XI, *feriâ ſecundâ, Indictione* III, *anno ab orbis conditu 5838.*

[y] *Lib. 5. de Emend. Temp. cap. de primo Thoth Auguſt. & c. lib. 3 Canon. Iſag. pag. 267.*

[z] *Annal. Tom. 3.*
[a] *Part. 4.*

At

At verò tametſi antiquior is non fuerit, nihilominùs diſciplinam ſuam Aſtrologicam, cujus hæc pars eſt inſignis, hauſiſſe ſe paſſim fatetur Valens ex autoribus vetuſtiſſimis, Petoſiride, Necepſone [b], Abramo, quem τὸν Θαυμάσιον nuncupat, Hermippo, Timæo, Critodemo, Seitho, Apollinario, aliis, qui prorſus periere. Similia apud Petrum Alexandrinum in Iſagoge apotelesmatica habèntur. Nam de diebus Deorum, uti vocat ille ſeptem, eorumque dominio horario, ut tempore ſuo (coævus Theodoſio & Gratiano creditur) ex vetuſtiſſima origine in uſu, qualem è Vettio Valente dedimus, fuſè loquitur. Vide quod capite ſuperiori ex illo affertur. Et rem totam à Valente, Petro Alexandrino, aliisque de denominatione ejusmodi tam menſium, (ut vides in eis, quæ exſcripſimus,) quàm dierum ſuccinctè complecti videtur Herodotus autor vetuſtiſſimus, dum priſcos Ægyptiorum mores exequitur. Καὶ, inquit [c], τὰ δὲ ἄλλα Αἰγυπτίοισι ἐστι ἐξευρημένα· μάλιστα γὰρ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτεῳ ἐστὶ, καὶ τῇ ἐκάστου ἡμέρῃ γενόμενοι, ὁκοῖσι ἐγκυρήσει, καὶ ὅκως πλανήσεται, καὶ ἐκείνου ὅς ἐστι, καὶ τέλος τῶν Ἑλλήνων εἷς ἐκ πλεόνων γενόμενος ἐχρήσατο. *Alia etiam ſunt ab Ægyptiis excogitata; quis menſis dieſve cujusq; deorum ſit* (id eſt, Planetarum, ut diſertè Petrus Alexandrinus) *& quo natus die genitus, qualia ſortietur, & quam mortem obiet, & qualis exiſtet. Quibus rebus ii, qui è Græcis in poëſi verſabantur, uſi ſunt.* Sic ex Ægypto, ejusque moribus ac diſciplina vetuſtiſſima in Græciam, illam de Planetaria denominatione cum ceteris ad artem genethliacam attinentibus traduxit. Viderat illa Vettii Joſephus Scaliger. Is ſcilicet. *Hebdomadem*, inquit, *dierum veteres Græci, τὴν ἑπταζωνον vel τὴν ἑπτάζωνον τῆς Σαββατικῆς ἡμέρας vocant, ut diſtinguant ab ea, quæ dicitur ἡ ἑπταζωνος τῶν ἀστέρων, quæ eſt ſeries ſeptem Planetarum* ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽. *ſed ἡ ἑπτάζωνος τῆς Σαββατικῆς ἡμέρας, ut eam vocat priſcus ſcriptor Vettius Valens Antiochenus, eſt ſeries dierum hebdomadis per notas ſeptem Planetarum* ☉ ☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄. Poſteà etiam, *Cyclus Solis eſt orbis*, ἑπταζώνου Σαββατικῆς ἡμέρας. Et alibi [d]; *Quam vocamus Septimanam Chriſtiani, ipſi Gentiles vocabant* τὴν ἑπτάζωνον, *ſeptizonium, præſertim Ægyptii.* Alii Scaligeri ſequaces eodem modo ſubinde *Heptazoni* vocabulum uſurpant, viri quidem doctrinâ illuſtres; ſcilicet

[b] *Videſis Petrum Crinitum de Honeſta diſciplina lib. 19. cap. 13.*

[c] *In Euterpe.*

[d] *In Manilii Iſagogic. 2. pag. 290.*

licet pro dierum orbe Hebdomadico. Ipſe item in Euſebianis e de Septizonio, quod & Septizodium interdum ſcribitur in Hiſtoria Auguſta alibique, verba faciens, *veteres*, inquit, *commutant hæc inter ſe: ut circulum dierum Hebdomadis quidam Septizodium, alii Septizonium vocant.* Et Bedæ in Ephemeride, Septizodium uſurpatur pro eo quod eſt redeuntium dierum Septimorum cyclus. At verò non appellavit Vettius ſeriem dierum Hebdomadis τῷ ἑπτάζωνον τῆς σαββατικῆς ἡμέρας ſeu *Septizonium diei Sabbatica*, nec quantum video veterum aliquis. Id quidem palàm eſt, τῷ σαββατικῷ ἡμέραν, ei dici diem in orbe Hebdomadico quamlibet, perinde ac ſi dixiſſet, ſeptenariam. Nam quo modo apud veteres Sabbatum, adeoque Sabbaticum, quæ ab eo, quod Quietem Ebraicè ſignificat, fiunt, etiam pro ſeptenario ſumpta ſint, ſuperiùs f eſt oſtenſum. Et ἡμέρα ἡ σαββατικὴ ita non alia accipitur notione, quàm ἡμέρα ἡ ἑβδομαδικὴ, ut Græcis aliis nuncupatur. Et rectè quidem Scaliger g, *Vettius Valens*, inquit, *Antiochenus priſcus ſcriptor* σαββατικῷ ἡμέραν *vocat quamlibet diem ſeptimana.* At verò τὸ ἑπτάζωνον adhibetur à ſcriptoribus Græcis pro ſerie duntaxat Planetarum ſeptem, non quà alio, quàm ſuo, quem in cœlo tenent, ordine diebus tribuuntur, ſed quà in cœlo collocantur. Id manifeſtum ſatis eſt ex illo Valentis, ubi de dierum etiam à Planetis denominatorum ſerie heic locutus, ſeorſim τῶν ζωνῶν διάθεσιν *Zonarum diſpoſitionem* ſeptem (unde ἑπτάζωνον fit) cœleſtem & continuum Planetarum ordinem tantùm, nec ſemel, nuncupat. Et Heptazonus ſimpliciter pro eodem ordine ſeu compage cœleſti ſolùm ſumitur ab ſcriptore anonymo (quem compactum habeo cum Valente) de Temporibus nati domini diſtribuendis. Οἱ πλείους μέντοι, inquit ille, μερίζουσι τοὺς χρόνους ἀπὸ πάσης γενέσεως κατὰ τὸν ἑπτάζωνον, ἀρξάμενοι πρῶτον ♄ διδόναι, ἑπτὰ ♃, ἑπτὰ ♂, ἑπτὰ ☉ μεθ' ὃν ♀, ἑπτὰ ☿, καὶ ἑξῆς ☽, *Plerique diſtribuunt tempora cujuslibet thematis natalitii juxta Heptazonum, incipientes à Saturno, & deinde per Iovem, Martem, Solem, Venerem & Mercurium ad Lunam pervenientes.* Sic etiam Petrus Alexandrinus ὁ τῆς ἑπταζώνου στοιχειωτικὸς λόγος *Elementaria* ſeu vulgo receptiſſima *Heptazoni ratio*, uſurpatū h pro eo, quod eſt Planetarum

e *Animad. pag. 109.*

f *Cap. 17.*

g *Canon Iſagog. lib. 3 pag. 177.*

h *Iſagog. cap.* ὡς πολεύοντες καὶ διέποντος.

Digitized by Google

netarum in Cœlo ſeries vulgata. Qui interea dum, quemadmodum Vettius, diſciplinam illam horarum & dierum Aſtrologicam tradit, nullibi orbi dierum Hebdomadico, ſed duntaxat Planetarum ordini continuo eorumque compagi, Heptazoni nomen tribuit. Quoniam ſcilicet Zonas habent Planetæ ſibi numero pares. Nam tametſi apud Coſmographos & Aſtronomos, ſive veteres, ſive recentiores, quos terit vulgus, Zonæ nomen ita plerunque occurrat, tum pro intervallis quinque illis notiſſimis, quæ Paralleli diſterminant Tropici & Polares, tum pro ipſis his Parallelis & Æquatore, perinde ac ſi orbes ſeu circuli cœleſtes alii eo nomine neutiquam indigetarentur; atque etiam Zonis his[i], uti & Climatibus[k] Planetas, præeſſe ſubinde doceatur; nihilominùs Zonæ vocabulo etiam uſi ſunt veteres, tum Græci, tum Latini, pro cujuslibet Planetæ, ſive ſede, ſive orbe, ſive ſpatio circulari, in quo circumfertur æthereo. Theon Alexandrinus[l] ἔχει ὁ μὲν πρώτης Ζώνας τὰς ὀκτὼ ψευδέσας τὰ Ζωδιακῷ, ὧν τὴν μὲν πρώτην ἔχει ὁ Κρόνος, τὴν δὲ δευτέραν ὁ Ζεύς, τὴν δὲ τρίτην ὁ Ἄρης, τὴν δὲ τετάρτην ὁ Ἥλιος, τὴν δὲ πέμπτην ἡ Ἀφροδίτη, τὴν δὲ ἕκτην ὁ Ἑρμῆς, τὴν δὲ ἑβδόμην ἡ Σελήνη. Ὁ μὲν δὲ Ζωδιακὸς κύκλος αἰώνιος ἐστὶ παντῶν. *Habet cœlum Septem Zonas Zodiaco non conterminas, quarum primam habet Saturnus, ſecundam Iupiter, tertiam Mars, quartam Sol, quintam Venus, ſextam Mercurius, ſeptimam Luna. Circulus autem Zodiaci* (in cœlo ſtellato) *bis omnibus eſt ſuperior.* Petrus item Alexandrinus[m] ἐστὶ δὲ ἡ τάξις τῆς ἑπταζώνου ἕξεως αὕτως· Ὁ μὲν ἀπὸ τῆς ἀσπιδὸς ἐκληρώσατο τὴν τοῦ κρυμώδους ἐστὶ τῇ πάγῃ, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς δευτέρας ἐν εὐκρασίᾳ &c. *Ordo Heptazoni cujuſmodi ſe habet. Stella Saturni ſortitur primam & ſupremam Zonam, quæ frigida eſt, ac in glacie ſita; Iovis ſecundam, quæ temperata eſt.* Et ſic de ceteris pergit. Achilles item Tatius in Aratum; οἱ μὲν τὰ μετέωρα δεινοὶ φασι Ζώνας εἶναι ἑπτὰ δι' ὧν φέρονται οἱ ἑπτὰ ἀστέρες *Cœleſtium rerum periti aiunt, Zonas quaſdam eſſe Septem, per quas totidem feruntur ſtellæ*, ſeu Planetæ Septem. Inde vetus illud[n] τὸν δημιουργὸν ἐξ αἰανῆ σημάτων Ζώνας, Ἑβδόμου ἡλίου μεταξὺ πάντας θέσθαι πυρός· *Rerum Creatorem ſex ſuſpexiſſe Zonas, atque eorum in medio Solis Ignem collocaſſe.* Conſonum eſt Oraculum illud Apollinis, qui conſultus, quo ſenſu cœleſtes orbes multos eſſe dici ſoleret,

[i] *Achill. Tatius in Aratum, cap. 29. & liber Eratoſthenis dictus, in eundem, cap. 3. & 9.*

[k] *Bardeſanes apud Euſeb. Præp. Evangelic. lib. 6. cap. 10. Haly & Albumaſar citati in ſumma Aſtrologiæ Anglicanæ Tract. 1 diſt. 8 cap. 1.*

[l] *In Aratum*

[m] *Iſagog. c. 29.*

Εἰς,

o *Porphyrius apud Eusebiũ Præparat. Evangelic. lib. 9. cap. 10.*

Εἷς, inquit o, ἐν παντὶ πόλει κόσμου κύκλος, ἀλλὰ σὺν ἑπτὰ Ζώναις περφέρεται εἰς ἀστρόντα κάλλος.

Vnicus in toto est mundo circulus; sed cum Septem Zonis fertur in itinera astrica. Atque Zonas has porrò οὐρανίας *Cœlestes* dici solitas ait Chaldæis Ebræisque. Hinc etiam Chaldæis Dii fuêre alii Ζωναῖοι, alii Ἄζωνοι, ut notat Michael Psellus ad Oracula Chaldaica. Et Servius Honoratus p ad illud Virgilii, *Et diis communibus oras; ut altioris scientiæ hominibus placet, dii communes sunt, qui ἄζωνοι dicuntur, id est, qui cœli certas non habent partes, sed generaliter á cunctis coluntur. Vbique enim eos esse manifestum est. Vt Mater Deûm, cujus potestas in omnibus Zonis est. Nam ideò & Mater Deûm dicitur, quod cum omnibus est ejus communis potestas.* Et Martianus Capella q; *Excunctis igitur cœli regionibus advocatis diis, ceteri, quos Azonos vocant, ipso commonente* Cyllenio *convocantur.* Id est, Dii Zonâ sibi propria, orbe, seu circulo carentes. Adeò tandem ut Circuli, orbes seu spatia, quibus circumferrentur Planetæ septem, totidem dictæ fuerint Zonæ, velut inferiora mundi circumcingentes; quemadmodum & signifer ipse, sub quo moventur, Manilio r dicitur *ingenti Stellatus balteus orbe.* Nam balteus planè Zona est. Unde & Vitruvius s loquitur *de Zona* XII *signorum & Septem astrorum.* Et Arabes Zodiacum subinde eadem notione appellant النطاق & ζώνην id est, cingulum seu Zonam. Hinc in Alcabitii fronte, *Nitach, id est, circulus signorum dividitur in* XII *partes &c.* Ab hac etiam Zonæ notione nuncupavit Nonnius t οὐρανὸν ἑπτάζωνον *Cœlum Heptazonum.* Et parili notione Zona usurpatur non semel Claudiano. In Theodosii apotheosi ait u eum, globum Lunæ ingressum, Mercurium dein, Venerem, Solem, Martem, & Jovem permensum esse, & demùm stetisse

p *ad Aeneid. 12.*

q *De Nuptiis. lib. 1.*

r *Astron. lib. 1.*

s *Architect. lib. 9. cap. 4.*

t *Dionysiac. 8.*

u *Panegyric. de 3. Consulatu Honorii.*

arce suprema
Algenti, quâ Zona riget Saturnia tractu.

x *De laudibus Stiliconis lib. 3.* Alibi x etiam de Urbe Roma;

Quæ Septem Scopulis Zonas imitatur Olympi.

y *Ibid. lib. 2.* Et de Clementia y;

Quæ Iovis incoluit Zonam ———

Non

Non diſſimili notione dicta eſt Orpheo z Oceani ſeu Pelagi Zona, eo quod terram cingit. At verò nondum comperi, orbem dierum Hebdomadicum, Septizonum, aut Heptazonum apud priſcos, ut vult Scaliger, dici; tametſi diem in orbe illo Zonam per metaphoram non immeritò autumarit forte quis nuncupari apud Auſonium in Eclogario. Nam nomina Septem dierum planetaria carmine deſcribens, de Mercurii & Jovis die inquit

z *In Theologia apud Euſebium Præp. Evang. lib. 3. cap. 9. alii.*

Mercurius quarti ſibi vindicat aſtra diei,
Illuſtrant quintam Iovis aurea ſidera Zonam.

Ubi tamen Zona poteſt etiam accipi de ipſa Planetæ Zona, quinta ibi dicta, ſi Heptazonum de Planetis itidem dici velis, cum nec ſuo, ſed dierum ordine ipſi numerantur. Cæterum Scaliger non ſolùm Septimanam, ſed & omnem Septenarium ordinem Septizonum & Septizodium vocatum ait. Quin & Septizonium apud Ælium Spartianum (Septizodium etiam dictum, ut ejusdem libri præ ſe ferunt, qui idem vocabulum habent tàm in Antonio Geta, quam in Severo) ita cenſeri vult ille a, ut omnia ædificia ex molibus alia alii impoſitis conſurgentia idem ſignificet. *Severi Septizonii*, inquit Marlianus b, *ſuperſunt* (Romæ) *tres ordines columnarum invicem ſuperimpoſitarum. Alios autem quatuor inſuper fuiſſe quidam putant, & ideo Septizonium dictum, quòd Septem Ordinibus columnarum jungeretur, ut Septem Zonis.* Sic item Cœlius Rhodiginus c. Sed & Severo vetuſtius illud in ſubſtructionibus nomen. Nam Suetonius d Titum memorat natum in ſordidis ædibus propè Septizonium. Sed, (ut de Heptazoni & Zonæ notione ac uſu plura non adjiciamus,) luce puto clarius eſt tam Vettio Valenti, quàm Petro Alexandrino aliiſque, Seriem ſeu compagem Planetarum Continuam & Cæleſtem, non, pro dierum ſive denominatione ſive regimine, Immutatam Heptazoni nomine indigetatam; uti etiam ordinem illum immutatum, quo hodieque utimur, ex vetuſtis Aſtrologorum monimentis ac diſciplina manâſſe. Neque enim aliter de hoc loquuntur, atque de eo quod ex antiquitatis intimæ penu, id eſt, Ægyptiorum Chaldæorumque diſciplinis, quas Occidens acceperat, hauſiſſent. Quin & ordo ſeu ſeries illa Planetarum in diebus deſignandis

a *Animadver. Euſeb. ad n. 2216.*
b *Topograph. Romæ, lib. 4. cap. 6.*
c *Antiq. Lect. lib. 22 c. 19.*
d *In Tito, cap. 1.*

eadem eſt Judæis vetuſtis, & vetuſtiſſima habita, tametſi non ſit eadem eorum omnibus ordinis illius in orbe Hebdomadico nominibus aptandis diſpoſitio. Etenim in iis ſunt, qui ab ipſis rerum initiis ordinem petentes primum diem Mercurio, ſecundum Jovi, tertium ♀, quartum ♄, quintum ☉, ſextum ☽, & Marti ſeptimum aſſignant; adeò, ut à rerum origine diebus putatis, Mars Septimum, non Saturnus, ut vulgo, ſortiretur, & Sol ſextum, non primum. At interea non ſolùm ordinem eundem ipſum, quem tum ex Dione & Vettio, tum ex hodierno habemus uſu, retineri vides: verùm etiam vetuſtiſſimam dierum juxta Planetarum apud Gentiles numerum dinumerationem ipſis Judæis habitam. Commentum habent, dum hac de re loquuntur Judæi e aliqui perridiculum de exorta die creationis quarto, ſeu quo ſydera creata ſunt inter luminaria controverſia; Lunam ſcilicet graviter ferentem Planetarum poſtremum ſe fieri, non ſolùm in orbium poſitura, verùm etiam in diei horarum dominio, in Solem quereſam procaciter inſtituiſſe, atq; ob calumniam demum luce, quam antea multo majorem fuiſſe nugantur, minutam eſſe. Quod verò habent de poſtremo Lunæ loco in horarum dominio non ſatis, ſi diis procedit, niſi diem illum quartum, (quo Lumina creata,) Saturno, ut dictum eſt, tribuant. Nam ſic hora ejus prima erit, Lunæque Septima ſeu in primo horarum aſſignatarum ordine poſtrema. Adeoque ex hoc commento alia illa jam memorata Planetarum, in Hebdomade, ordinis diſpoſitio nata eſt. Atque hinc intelligendus Rabbi Eliæzer f כל הכוכבים משרתים לשבעה כוכבים של שעות ושמן כלש "צמחן והכבד משרשי' לשבע ימי השבוע יום א' כיכב חמה יום ב' צדק לבנה יום ג נוגה מאדים יום ד' שבתאי כובב יום ה' חמה צדק יום ו' לבנה נוגה יום ז' מאדים שבתאי Hæc quidem ſonant, *ſydera univerſa miniſtri ſunt ſyderibus Septem, quæ horis præſunt, quorum characteres ſunt* ☿☽♄♃♂☉♀. *Hi autem miniſtri ſunt diebus Septem Hebdomadis. Diei 1 Mercurius, Sol; Diei 2 Jupiter, Luna; Diei 3 Venus, Mars; Diei 4 Saturnus, Mercurius; Diei 5 Sol, Jupiter; Diei 6 Luna, Venus; Diei Septimo Mars, Saturnus.* Ita, inquam, verbotenus reddita ſonant. Senſus autem neutiquam proculdubiô eſt binos cuilibet diei Planetas aſſignari,

e *Lib. Neomeniarum & Aequinoct. a Munſtero edit. pag. 91. in Calendario Ebraico.*

f Pirke, *cap.* 6

gnari. Sed cum juxta commentum illud de Solis & Lunæ controverſia, dies quartus Saturno, primuſque Mercurio (unde ab hoc, Planetarum etiam numerus heic, ſumit initium) tribueretur, ceterique eadem diſpoſitione dies alias quàm vulgò acciperent denominationes, vix ambigendum putaverim, quin commentitiæ huic diſpoſitioni vulgaris ac recepta; ſive à librariis ſive à lectore aliquo priſci ſeculi inter lineas poſita typis ſimùl mandaretur, adeo ut verba, diſpoſitionis diverſitatem tantùm, non partiarium ſingulis diebus Planetarum ſive miniſterium ſive imperium, ad hunc modum denotent.

☿ ☽ ♀ ♄ ☉ ☽ ♂.
Dies 1 2 3 4 5 6 7.
☉ ☽ ♂ ☿ ☽ ♀ ♄.

Superior verparum aliquot commentitia eſt, inferior vulgaris & antiquiſſima diſpoſitio, quam & ita eſſe ſatis aſſerunt Judæi alii, quibus[g] Saturnus Ebraicè, id eſt, שבתי *Sabbathai*, נקרא כן מצד היותו מושל ביום השבת *ſic nuncupatur, quia Dominus eſt Sabbati*, ſeu Sabbato inter Planetas aſſignatus eſt, id eſt, diei Septimo, non quarto. Certè inter Levitas apud Nehemiam[h] nomen habetur etiam שבתי *Sabbathai* ſeu *Sabbataus*, velut à Sabbato itidem deductum. Perinde ac ſi Heſychium aut Requietum diceres. Summa demum eſſe videtur, quod exiſtimat Joannes Philoponus[i], Gentiles, quemadmodum ſtellas inerrantes aliis atque aliis Deorum dæmonumque aut Heroum, velut Orionis, Herculis, id genus aliorum nominibus dedicarunt, ſic etiam *τῆς ἡμέρας ἑπτὰ περιόδους ὑπὸ πάντων ὑπάρχειν cum ab omnibus Septem dies* (ſeu periodus à rerum initiis dierum Septenario numero terminari ſolita) *eſſe crederetur*, aut hiſce Planetas numero ſuppares, aut Planetis hoſce ordine jam dicto tribuiſſe. Et de Ordine ipſo Planetarum in diebus denominandis, hactenus. Dierum autem denominatorum Ordo (quicquid de Mercurii initiis & inaudita alibi illa orbis Hedomadici diſpoſitione, quâ Sol quintum ſortitur diem, & Saturnus quartum, loquantur Judæi aliqui jam citati) paſſim apud veteres alias ejusmodi eſt, ut Primus Soli tribuatur, adeoque poſtremus Saturno, ceteris intervenientibus, non aliter atque juxta morem hodiernum; ſeu ut Auſonio,

[g] *Iebuda Ben Saul ad Sepher Cozri part. 1. cap. 57 fol. 24. b.*
[h] *Cap. 11. 16.*
[i] *De Mundi Creatione lib. 7. cap. 14.*

الخميس ولخر صدة حياته يوم الاثنين *Primus dies Hegi-*

re seu Mahumedis fugæ dies fuit quintus, & ultimus Vitæ ejus secundus. De Jovis & Lunæ diebus, nemo non intelligit. Quamplurima id genus sunt obvia alia apud eum ex eodem Abugiafare. Et vide seriem dierum inferiùs capite vigesimo secundo. Festum autem hebdomadicum interea illis est dies Sextus seu Veneris. Sed nec inde orbem septimanæ inciº *De Emend. Temp. lib. 5. pag. 132.* piunt, nec eo claudunt. Josephus Scaliger º; *Quod Muchbaram Hegiræ cœpit à feria sexta, ideo eam diem sacram Mahumedanis dicunt ab eo tempore. Ego scio antiquiorem superstitionem esse propter Venerem, quam* CHOBAR *vocabant & summa superstitione antiquitus venerabantur. Cæterùm feria sexta illis dicitur* جمعة (Giuma) *hoc est, σύναξις, ἐκκλησία, ὁμιλία, qua ea reverentia illis est, qua Judæis Sabbatum, Christianis dies Solis.* Atque sic passim apud viros doctissimos nominis يوم الجمعة *diei Giuma* ratio inde petitur, quod conventus Mahumedanis facer tunc haberi qualibet septimana solet. Verum quidem est, ex vi nominis simplici, illud idem significare. Cæterum sunt in Mahumedanis ipsis, qui ex rerum creatarum, eodem in rerum initiis die, seu universi compage absolutâ, diem *Giuma* dictum velint. A verbo scilicet جمع quod *congregare* seu *in unum corpus conflare* denotat. Etenim sic lego in Abu Walid Mahumed Ben Elshecina, historico veteri Mss. qui rerum initia & sex creationis dies exequens, ait, ثم خلق الكوكب والشمس وغير ذلك وكان ابتدا ذلك يوم الاحد الى يوم الجمعة وسمى يوم الجمعة لاجتماعي لكمال اصول الخلق فيه

Tunc creavit Stellas & Solem, & qua sunt id genus cetera. Et continuatum est opus illud à die primo in diem Giuma. Ideo autem vocatur dies Giuma, quoniam eo in universum rerum primò creatarum compages est absoluta, seu ὃ πανταχοῦ fuit συμπλήρωσις. Certè & Arabes Christiani eodem nomine solent scriptis suis nuncupare feriam sextam; quod eos noluisse facere autuman-

Digitized by Google

tumandum, si tantummodò sacer Mahumedanorum conventus eo innueretur. Sic Saidus Patricides, Patriarcha Alexandrinus, scribit, Adamum è Paradiso ejectum hora nona من يوم الجمعة *diei Giuma.* Quo nomine aliàs pro eodem die ei solenne est uti. Quin & qui Arabicè Novum transtulit fedus pro parasceve Sabbati, id est, die Veneris, الجمعة passim substituit p. Mahumedanum autem illum, qui, sicut dixi- p *D. Matth.* 27. 62. *Marc.* 15. 42, *Luc.* 23. 54. *Ioann.* 19. 14.
mus, hoc derivat, in animo etiam habuisse non dubito vocabulum جميعهم *Giamia* toties iteratum in Genesis Arabicæ historia Creationis pro eo, quod est *Omne* seu *universum.* Et q 31. & 42.
وتعطل في اليوم السابع من جميعهم صنعته الذي عمل q *Genes.* 2, 2.
Et quievit in die Septimo ab Universo opere, quod fecerat. Certè persuasum habeo cum Scaligero, Hegirâ antiquius esse, etiam sub nomine Giuma, Festum illud. Sed an à Saracenico cultu Veneris derivandum, (quod & olim r existimavi ipse,) haud parùm dubito. Antiquius esse, eliciendum videtur ex eo, quòd in Alcorano memoratur, velut notissimum, Festi nomen, quo etiam, ut lemmate, Capitis integri frons insignitur. r *De Diis Syris Syntagm.* 2.

Verba sunt s, يا ايها الذين اصنوا اذا نودي للصلوة من يوم الجمعة فاسعوا الى ذكر الله وذروا البيع ذلكم خير لكم ان كنتم تعلمون *O vos qui è credentium satis numero, quando convocatur ad precandum in die Giuma,* seu *die Veneris* (uti & vertitur à Retinensi; & notatibi Mahumedes Ben Achmed من يبتغي في *mercandi negotia relinquite; quod bonum est vobis, si sapitis.* Et quod ad originem Festi, quatenus à Mahumedanis retinetur, attinet; cum partim è Christianis, partim è Judaicis ritibus conflatum esse Mahumedismum certum sit, an non constitutioni Constantinianæ illi, quâ tam Dies Veneris seu feria, quod profabbatum est, quam Solis dies seu Dominicus Festus habendus erat, ea debetur? In Christianismo quidem diu est, quod evanuit constitutio illa. Sed fortè inde diem illum in colluviem suam s *Azor.* 62. *Arab.* 72. fol.

Digitized by Google

nel. Accedant heic etiam Vettius, Valens Antiochenus, & Petrus Alexandrinus Astrologi antiqui, & Ebræus Josepho, ut Magistris vulgò creditur, coævus, id est, Rabbi Eliæzer רקי מאיר *Capitum*, nomine hoc insignitorum, autor celebris. Hic sane, ut rem notissimam vetustissimamque, Planetas diebus Hebdomadis assignatos tradit, & cum eo alii congeneres. Vettius etiam Astrologis seu Theologis vetustissimis Gentium assignationem illam fert accepto. Sed opportunius horum verba asserimus, dum lemma, quod suprà proposuimus, Tertium, seu illud, quod est de Singulari Planetarum in hac distributione Ordine, tractamus; quod proximè faciendum. Unde etiam, uti & ex aliis, quæ in hac dissertatione sequuntur, ea quæ de vetustate Denominationis jam diximus, haud parum firmabuntur.

Cap. XX.

De Planetarum *in diebus designandis* Ordine, *ejusq;* Vetustate. Ἑπτάζωνος. Ἡμέρας Σφαῖραι. Zonarum *notio, pro Orbibus Spatiis seu Circulis, quibus circumferuntur Planetæ Septem.* Commentitia, *apud* Judæos *aliquot*, Planetarum, *in diebus Hebdomadis*, Ordinis dispositio. Orbis *dierum* Hebdomadici *constans apud veteres initium* in die Solis, *quale hodieq; manet. De* Mahumedanorum الجمعة *seu* Die Veneris illis sacro.

Um ipsum Planetarum in diebus denominandis Ordinem, quo jam & per plurima abhinc secula utimur, Dionis tempore apud Græcos ac Romanos, etiam & Ægyptios, unde acceperant isti, obtinuisse, ex verbis ejus superiori capite allatis liquet. Floruit ille sub Alexandro Severo. Nimirùm, Solem, Lunam, Martem, Mercurium, Jovem, Venerem, Saturnum, hoc ordine, dierum denominasse Orbem Hebdomadicũ. Neq; opinor dubitandum, quin superioribus in seculis, & quæ ultra Josephum sursùs excurrunt, idem esset ordo receptissimus. Elicere fas est quidem illud etiam ex antè dictis de Planetariæ denominationis, qua ordo is nec alio innuitur, vetustate. Et videmo ibi Solis, Saturni, Veneris, Mercurii dies ita ex veteribo memoratos, ut ipsis, qui nunc sic dicuntur, prorsus quadrent. Neq; est, quod ambigamus,

Digitized by Google

gamus, quin is ipse ordo fuerit, de cujus ratione disputationem instituit Plutarchus[u]. Quid quod etiam in Oratione sacra ipsi Pythagoræ tributa monitum reperitur[x] Ἀφροδίτῃ τὶ θυσιάζειν τῇ ἕκτῃ *Veneri sacrificandum esse sextâ?* si de sexta Hebdomadici orbis capiatur, testimonium videtur insigne, Venerem in diebus locum, uti & nunc, tenuisse sextum ævo Pythagoræ, quod vetustissimum. Sed fortè de sexta mensis ineuntis est intelligendum. Nam paulò post dixit, & Herculi sacra immolanda ἑβδόῃ δ' μηνὸς ἰσαμένου *octava mensis consistentis.* Ceterùm egregium est ad hanc rem, quod legitur apud Vettium Valentem Antiochenum, Astrologum priscum. Is de Heptazono & die Sabbatica seu Hebdomadico orbe agens, ab intima antiquitate ipsum, quo tamdiù usi sumus, ordinem Planetarum manâsse, haud parùm confirmat. Caput ex Ἀνθολογιῶν seu *Floridorum* ejus MS, primo integrum exhibebus unum & alterum.

[u] *Sympos. lib. 4. cap. 7.*

[x] *Iamblichus de vita Pythagoræ, cap. 28.*

Τὰ περὶ Ἑπταζώνου ἤτοι Σαββατικῆς ἡμέρας ἀστρικά.

Περὶ δὲ τῆς Ἑβδομάδος καὶ Σαββατικῆς ἡμέρας ἔστως· Τὰ δοτὰ λυγίσκα ἔστι πλήρη καὶ τὰς ἐμβολίμους ἀναλαβών, πρόσθες καὶ τὰ δοτὰ θὼθ ἕως τῆς χιλιοστῆς ἡμέρας· Καὶ ἀπὸ τούτων ἀφαίρει ἀσκὶς διωρισμένα. Τὰς δὲ λοιπὰς δοτὰ ☉ εἰς οἷον δ' ἂν καταλήξῃ ἀστέρα, ἐκείνου ἀρὰ ἡμέρα. Ἡ δὲ τάξις τῶν ἀστέρων πρὸς τὰς ἡμέρας ἔστως ἔχει ☉ ☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄. Ἡ δὲ τῶν ζωιῶν διάθεσις ἔστως ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς διαθέσεως αἱ ὧραι σημαίνονται, ἐκ δὲ τῶν ὡρῶν ἡ ἡμέρα δ' ἑξῆς ἀστέρος· οἷον ἔτους ἀδριανοῦ, μεχὶρ κατὰ Ἀλεξανδρεῖς ιγ ῥ' ὥρα α, τὰ δοτὰ λυγίσκα ἔτη πλήρη ρμη καὶ ἐμβόλιμοι λς, καὶ δοτὰ θὼθ ἕως ιγ μεχὶρ ἐξγ, γίνονται τμξ· Ἀφαιρῶ ἑβδομάδας μβ. λοιπαὶ δ. δοτὰ ☉ καταλήγει εἰς ☿ ἡ ἡμέρα, καὶ ἡ α ὥρα ☿, ἡ β ☾, ἡ γ ♄, ἡ δ ♃, ἡ ε ♂, ἡ ς ☉, ἡ ζ ♀, ἡ η ☿, ἡ θ ☽, ἡ ι ♄, ἡ ια ♃, ἡ ιβ ♂, ὥρα α ῥ ☉, β ♀, γ ☿, δ ☽, ε ♄, ς ♃, ζ ♂, η ☉, θ ♀, ι ☿, ια ☾, ιβ ♄. Εἶτα ἑξῆς γίνεται ἡ ἐπιοῦσα ἡμέρα τῶν ἴσι μεχὶρ ιδ ἀριθμὸς ♃, καὶ ἡ α ὥρα.

Περὶ οἰκοδεσποτῶν ἔτους.

Εἰ δὲ καὶ τὸν οἰκοδεσπότην δ' ἔτους θέλεις θεωρῆσαι τῷ αὐτῷ τρόπῳ οἷον θέλεις δ' αὐτὸν ὑποδείγματος τὰ πλήρη λυγίσκα ἔτη ρμη, καὶ ἐμβόλιμοι λς, καὶ δοτὰ θὼθ·

Digitized by Google

Θὼθ. δ (lege α, ut resipſa exigit; neque heic ſolùm in exemplari meo δ ſic pro α in numeris, librarii incuriâ, perperam ſubſtituitur) γίνονται ϱπι. ἐκ τούτων ἀφαιρῶ ἑβδομάδας κϛ, λοιπαὶ γ. ταύτας ἀπὸ ☉ καταλήγῃ, τὸ ἔτος σ' ἐστίν. Ἐπαὶ δὲ ὀλιγωὶς τὸν κύριον ♂ ἔτους, ἐύρησει χ τὸν κύριον ♂ μηνὸς ἔτους τῇ τῶν ζ̓ναων ἀληθίσει ἀναφερῶς χρώμενος· οἷον ἐ Θὼθ ἔσαι σ'. ἐπεὶ ἐν ἐ κθ ♂ Θὼθ παλινοίς τὸν αρια καταλήγῃ, ἡ λ ☾, ἡ πρώτη ♂ φαῶφ ἔσαι ♐, ἡπ ☾ ἡ α ♂ ἀρεως ♀ ♄ (locum incuriâ librariorum depravatum reſtituo; ♐, ἡ α ♂ Αθὺρ b) ἡ ♂ χοιὰκ ♑, ἡ ♂ τυβὶ ☾, ἡ ♂ μεχὶρ ☾· Ἐπεὶ ἐν ♂ μὲν ἔτους κύριος σ', ♂ δὲ μηνὸς ☾, τῆς δὲ ἡμέρας ☽, τῆς δὲ ὥρας ☉, τούτους σκοπεῖν δεήσει ὁπὶ τῆς ἡλικίσεως πῶς ἐσὶ κείμενον· ἐπεὶ τὸ ☾ μὲν γὰρ καὶ τῆς αἱρέσεως πρόξεως δηλωτικὸς χ μᾶλλον ὅταν ὁ κύριος ☾ ♂ ἔτους ἀναφερόμενος τύχῃ τὸν καταχομένου ϛαυρόν. Ο δὲ ♂ μηνὸς τὸν μηνᾶ, χ ὁ τῆς ἡμέρας τὸν ἡμέραν· Ἐὰν δέ πως παραπίσσωσι ἡ ὑπὸ κακοπιῶν μαρτυρήσωσι ϛαυρώματων καὶ πραχθῶν ἐσὶν δηλωτικός. Ἐμοὶ δὲ μᾶλλον φυσικώτερον ἔδοξε τὰ πλήρη τὰ ἀπὸ λυγυσ ἕτη χ τὰς ἐμβολίμους λαβόντα καθὼς προκεῖται χ τὰς ἀπὸ Θὼθ ἕως τῆς γλισπαχῆς ἡμέρας χ ϛαυρώσαντα Ἑβδομάδας καὶ τὰς λοιπὰς ἀπολύσαντα ἀπὸ ♄, σκοπεῖν κρίνειν ♂ ἔτους κύριον εἰς ὃν καταλήξει ὁ ἀριθμός· Ἑκάστης γὰρ γλισπας ἡ Νεμεσία τὴν γλυκυτικὴν ἡμέραν ἐφέζει Ἐν δὲ αὐτῷ ἔτει τὰς γλυφὰς ὑπὸ μίαν σικελικοτητα πλοχὰς ἀ δοκῆ λόγον ἔχειν· Καθολικῶς ὃν ♂ ἔτους κύριον καὶ κοσμικῶν κινήσεων οἱ παλαιοὶ ἐκ τῆς Νεμεσίας Θὼθ καταλαβόντο. ἔθος γὰρ τὴν ἀρχὴν ♂ ἔτους ἐποιήσαντο· Φυσικώτερον δὲ καὶ (lego ἐκ) κυνὸς ἐπιτολῆς. Quæ ſonant.

Canon facilis de Heptazono, ſeu *die Sabbaticâ.*

Quod ad Hebdomadem, & diem Sabbaticam ſeu Septimanæ diem attinet, ſic faciendum eſt; Integris ab Auguſto annis ac diebus intercalatis, adde dies, qui à Thoth usque ad diem Natalem effluxerint. Ex his dein, quoties poteris, abjice ſeptem. Reliquas a ☉ dinumera. Syderi, quod numerum terminat, dies natalis eſt tribuendus, ſeu dignoſcitur ex ſyderum ejuſmodi dinumeratione, quem nimirum Hebdo-

Hebdomade locum dies Natalis obtinuerit. Ordo autem ſyderum, quæ dies deſignant, ad hunc modum ſe habet ☉ ☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄. *Zonarum autem diſpoſitio eſt hujuſmodi* ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽. *Atque ex hac diſpoſitione Hora indicantur. Ex horis verò, dies ſyderis ordine inſequentis. Verbi gratia; naſcitur quis anno Adriani Primo, Mechir menſis, juxta Alexandrinos,* 13, *horâ noctis* 1. *Integri ab Auguſto ſunt anni* 148, *dies intercalati* 36, *& à Thoth* (menſis ille anni Ægyptiaci primus erat) *uſque ad* 13 *Mechir menſis,* 163. *Fiunt* 347. *Abjicio Hebdomadas* 29. *Reliqui ſunt dies* 4. *Dinumeratio à Sole facta deſinit in Mercurii die. Hujus horæ prima eſt* ☿ (exemplar meum habet heic χ̣ή̣α ὥ̈ε̣α ṗ ☿ *& prima hora noctis* ☿; ſed delendum eſt illud ṗ quod pro Nocte ſubſtitui ſolet. Nam à ſummo mane initium diem apud Vettium heic, uti apud Aſtrologos in hujuſmodi calculo alios, habuiſſe nullus dubito.) 2 ☽, 3 ♄, 4 ♃, 5 ♂, 6 ☉, 7 ♀, 8 ☿, 9 ☽, 10 ♄, 11 ♃, 12 ♂, *hora prima noctis* ☉ (In Mſſ. meo habetur tantùm ὥ̈ε̣α ☉ *hora Solis*; ſed docet res ipſa legendum ὥ̈ε̣α α ṗ ☉) 2 ♀, 3 ☿, 4 ☽, 5 ♄, 6 ♃, 7 ♂, 8 ☉, 9 ♀, 10 ☿, 11 ☽, 12 ♄. *Inde fit dies inſequens*, ſeu 14 *Mechir*, *Jovis*; *Cujus etiam eſt ejuſdem hora prima.*

De Gubernatore Anni.

Sin verò anni gubernatorem ſcire velis, pariter eodem in exemplo cum ſint anni Auguſti integri 148 *& dies intercalati* 36 *& Thoth menſis* 1, *fiunt* 185. *Ex biſce, demptis Hebdomadibus* 26, *reliqui ſunt dies* 3. *Dinumeratione à Sole factâ, Annus Martis eſt* (nempe ad dierum rationem, qua ☉ ☽ ♂ Hebdomadis priores tres dies denominant.) *Cognito ita Anni domino, reperies etiam dominum Menſis, ſi hac ratione, Zonarum poſituram aſcendendo, utaris.* Τῦ *Thoth dominus erit* ♂. (ſcilicet, primi menſis idem eſt Planeta, qui, in oſtenſo calculo, anni eſt.) *Quandoquidem igitur vigeſimus nonus revolvitur in* ♂, *adeoque trigeſimus in* ♃, *prima dies Phaophi* (vulgo Paophi) *erit* ♄, *prima Athyr* ♃, *prima Choiac* ☽, *prima Tybi* ☿ *& demum Mechir* (qui menſis eſt Natalitius) ♀. *Reperto ita, Anni dominum eſſe Martem, Menſis Venerem, Diei Mercurium, Horæ Solem, quomodo hi in themate diſponantur, advertendum eſt. Confert enim locus ad rerum gerendarum electionis indicationem; tunc verò inprimis, quoties anni dominus anno inſtanti cum pertranſit, aut domi-*

nus menſis in menſe inſtante, aut diei dominus in die. Quin, ſi debiles fuerint, aut ſtellis maleficis conjuncti, adverſa & perturbationes ſignificant. Ceterum mihi natura videtur convenientius, integros ab Auguſto annos, atque dies intercalatos, ut dictum eſt, ſumere præter illas, qua ab (initio) *Thoth fluxere uſque ad diem Natalitium, &, abjectis Hebdomadibus, reliquos à ☉ dinumerare, atque ipſum anni dominum cenſere, in quo finitur numerus. Vniuſcujuſque enim nativitatis Noviluniorum diem natalitium ipſum coercebit. Eodem autem in anno natos gubernationi unica ſubditos eſſe, rationi non videtur conſonum. In univerſum igitur, tum anni, tum motuum mundanorum dominum veteres è novilunio Thoth accepere. Etenim inde Annum ſunt auſpicati. Natura verò magis eſt congruum, ut etiam ex Cani ortu.* Hactenus Antiochenus ille, cui annorum ab Auguſto putatorum epocha eſt Ægyptiaca illa, Romanà annorum Auguſtanorum biennio, ut eſt apud Cenſorinum, antiquior. Menſes ſunt Actiaci. Sed de hiſce conſulas Joſephum Scaligerum [y], Chronologos alios. Et de rotundo heic annorum numero, viderint idque non immeritò Chronologi; etiam de næniis genethliacis Aſtrologi. Sufficit abunde in rem noſtram, Hebdomadici dierum orbis denominationem Planetariam eodem, quo utimur ordine, Vettii hujus ævo notiſſimam fuiſſe, & in Aſtrologicas rationes ex antiquitate intima tunc receptam. Joſepho quidem is recentior eſt. Nec fortè alius à Valente illo Mathematico ſummo, qui natalitium Urbi Conſtantinopolitanæ thema, juſſu Conſtantini Magni, conſtituiſſe tradidere aliqui, ut refert Zonaras [z], atque ex eo Michael Glycas [a], alii. Et è ſchedis vetuſtis ex Oriente allatis deſcripſit olim mihi tantundem amicus eruditione ac virtute ornatiſſimus, Patricius Junius; Σημειῶσαι (ſic ſchedæ illæ) ὅτι ἐθεματίσθη ἡ Κωνσταντίνου πόλις παρὰ Οὐάλεντος ἀστρονόμου τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων (legendum ἐγκαινίων) αὐτῆς, διὰ προστάξεως δὲ Βασιλέως Κωνσταντίνου ἐν μηνὶ Μαΐῳ ια, ἡμέρᾳ ε, ἰνδικτιῶνος γ, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ϛ ω λη. *Nota quod thema natalitium Vrbis Conſtantinopolitanæ conſtitutum eſt ab Valente Aſtronomo in die dedicationis ejuſdem, idque juſſu Imperatoris Conſtantini menſis Maii* XI, *feriâ ſecundâ, Indictione* III, *anno ab orbis conditu* 5838.

y *Lib. 5. de E. mend. Temp. cap. de primo Thoth Auguſt. &c. lib. 3 Canon. Iſag. pag. 267.*

z *Annal. Tom. 3.*

a *Part. 4.*

At

At verò tametſi antiquior is non fuerit, nihilominùs diſciplinam ſuam Aſtrologicam, cujus hæc pars eſt inſignis, hauſiſſe ſe paſſim fatetur Valens ex autoribus vetuſtiſſimis, Petoſiride, Necepſone [b], Abramo, quem τὸν θαυμάσιον nuncupat, Hermippo, Timæo, Critodemo, Seitho, Apollinario, aliis, qui prorſus periere. Similia apud Petrum Alexandrinum in Iſagoge apoteleſmatica habèntur. Nam de diebus Deorum, uti vocat ille ſeptem, eorumque dominio horario, ut tempore ſuo (coævus Theodoſio & Gratiano creditur) ex vetuſtiſſima origine in uſu, qualem è Vettio Valente dedimus, fuſè loquitur. Vide quod capite ſuperiori ex illo affertur. Et rem totam à Valente, Petro Alexandrino, aliisque de denominatione ejusmodi tam menſium, (ut vides in eis, quæ exſcripſimus,) quàm dierum ſuccinctè complecti videtur Herodotus autor vetuſtiſſimus, dum priſcos Ægyptiorum mores exequitur. Καὶ, inquit [c], τὰ δὲ ἄλλα Αἰγυπτίοισι ἐξ ἀρχῆς ἐξευρημένα· μάλιστα γὰρ ἡμέρῃ ἑκάστῃ θεῶν ὅτεῳ ἐστὶ, καὶ τῇ ἑκάστου ἡμέρῃ γινόμενον, ὁκοῖσι ἐγκυρήσει, καὶ ὅκως τελευτήσει, καὶ ἀνδρὶ ὁκοῖος ἔσται, καὶ τέχνῃσι τῶν Ἑλλήνων ἐς τιμὴν γενόμενοι ἐχρήσαντο. *Alia etiam ſunt ab Ægyptiis excogitata; quis menſis dieſve cujuſq; deorum ſit* (id eſt, Planetarum, ut diſertè Petrus Alexandrinus) *& quo cuique die genitus, qualia ſortietur, & quam mortem obiet, & qualis exiſtet. Quibus rebus ii, qui è Græcis in poëſi verſabantur, uſi ſunt.* Sic ex Ægypto, ejusque moribus ac diſciplina vetuſtiſſima in Græciam, illam de Planetaria denominatione cum ceteris ad artem genethliacam attinentibus traduxit. Viderat illa Vettii Joſephus Scaliger. Is ſcilicet. *Hebdomadem*, inquit, *dierum veteres Græci, τὴν ἑπταζωνον vel τὴν ἑπτάζωνον τῆς Σαββατικῆς ἡμέρας vocant, ut diſtinguant ab ea, quæ dicitur ἡ ἑπτάζωνος τῶν ἀστέρων, quæ eſt ſeries ſeptem Planetarum* ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽. *ſed ἡ ἑπτάζωνος τῆς Σαββατικῆς ἡμέρας, ut eam vocat priſcus ſcriptor Vettius Valens Antiochenus, eſt ſeries dierum hebdomadis per notas ſeptem Planetarum* ☉ ☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄. Poſteà etiam, *Cyclus Solis eſt orbis*, ἑπτάζωνος Σαββατικῆς ἡμέρας. Et alibi [d]; *Quam vocamus Septimanam Chriſtiani, ipſi Gentiles vocabant τὴν ἑπτάζωνον, ſeptizonium, præſertim Ægyptii.* Alii Scaligeri ſequaces eodem modo ſubinde *Heptazoni* vocabulum uſurpant, viri quidem doctrinâ illuſtres; ſcilicet

[b] *Videſis Petrum Crinitum de Honeſta diſciplina lib. 19. cap. 13.*

[c] *In Enterpe.*

[d] *In Manilii Iſagogic. 2. pag. 290.*

licet pro dierum orbe Hebdomadico. Ipſe item in Euſebianis
e *Animad. pag. 209.* e de Septizonio, quod & Septizodium interdum ſcribitur in Hiſtoria Auguſta alibique, verba faciens, *veteres*, inquit, *commutant hæc inter ſe: ut circulum dierum Hebdomadis quidam Septizodium, alii Septizonium vocant.* Et Bedæ in Ephemeride, Septizodium uſurpatur pro eo quod eſt redeuntium dierum Septimorum cyclus. At verò non appellavit Vettius ſeriem dierum Hebdomadis τὴν ἑπτάζωνον τῆς σαββατικῆς ἡμέρας ſeu *Septizonium diei Sabbatica*, nec quantum video veterum aliquis. Id quidem palàm eſt, τὴν σαββατικὴν ἡμέραν, ei dici diem in orbe Hebdomadico quamlibet, perinde ac ſi dixiſſet, ſeptenariam. Nam quo modo apud veteres Sabbatum, adeoque Sabbaticum, quæ ab eo, quod Quietem Ebraicè ſignificat, fiunt,
f *Cap. 17.* etiam pro ſeptenario ſumpta ſint, ſuperiùs f eſt oſtenſum. Et ἡμέρα ἡ σαββατικὴ ita non alia accipitur notione, quàm ἡμέρα ἑβδομαδικὴ, ut Græcis aliis nuncupatur. Et rectè quidem
g *Canon Iſagog. lib. 3. pag. 177.* Scaliger g, *Vettius Valens*, inquit, *Antiochenus priſcus ſcriptor* σαββατικὴν ἡμέραν *vocat quamlibet diem ſeptimanæ.* At verò τὸ ἑπτάζωνον adhibetur à ſcriptoribus Græcis pro ſerie duntaxat Planetarum ſeptem, non quà alio, quàm ſuo, quem in cœlo tenent, ordine diebus tribuuntur, ſed quà in cœlo collocantur. Id manifeſtum ſatis eſt ex illo Valentis, ubi de dierum etiam à Planetis denominatorum ſerie heic locutus, ſeorſim τῶν ζωνῶν διάθεσιν *Zonarum diſpoſitionem* ſeptem (unde ἑπτάζωνον fit) cœleſtem & continuum Planetarum ordinem tantùm, nec ſemel, nuncupat. Et Heptazonus ſimpliciter pro eodem ordine ſeu compage cœleſti ſolùm ſumitur ab ſcriptore anonymo (quem compactum habeo cum Valente) de Temporibus nati domini diſtribuendis. Οἱ πλείους μέντοι, inquit ille, μερίζουσι τοὺς χρόνους ὅτι πάσης γενέσεως κατὰ τὸν ἑπτάζωνον, ἀρξάμενοι πρῶτον ♄ διδόναι, ἑπεῖτα ♃, εἶτα ♂, εἶτα ☉ μεθ' ὃν ♀, ἔπειτα ☿, καὶ ἐξῆς ☽, *Plerique diſtribuunt tempora cujuslibet thematis natalitii juxta Heptazonum, incipientes à Saturno, & deinde per Iovem, Martem, Solem, Venerem & Mercurium ad Lunam pervenientes.* Sic etiam Petrus
h *Ἰσαγωγ. cap.* περὶ πολεύοντες καὶ διάπαυλον. Alexandrinus h ὁ τῆς ἑπταζώνου στοιχειωτικὸς λόγος *Elementaria* ſeu vulgo receptiſſima *Heptazoni ratio*, uſurpatũ pro eo, quod eſt Planetarum

netarum in Cœlo ſeries vulgata. Qui interea dum, quemadmodum Vettius, diſciplinam illam horarum & dierum Aſtrologicam tradit, nullibi orbi dierum Hebdomadico, ſed duntaxat Planetarum ordini continuo eorumque compagi, Heptazoni nomen tribuit. Quoniam ſcilicet Zonas habent Planetæ ſibi numero pares. Nam tametſi apud Coſmographos & Aſtronomos, ſive veteres, ſive recentiores, quos terit vulgus, Zonæ nomen ita plerunque occurrat, tum pro intervallis quinque illis notiſſimis, quæ Paralleli diſterminant Tropici & Polares, tum pro ipſis his Parallelis & Æquatore, perinde ac ſi orbes ſeu circuli cœleſtes alii eo nomine neutiquam indigetarentur; atque etiam Zonis hisi, uti & Climatibus k Planetas, præeſſe ſubinde doceatur; nihilominùs Zonæ vocabulo etiam uſi ſunt veteres, tum Græci, tum Latini, pro cujuslibet Planetæ, ſive ſede, ſive orbe, ſive ſpatio circulari, in quo circumfertur æthereo. Theon Alexandrinus l ἔχει ὁ μεσαῖος ζ Ζώνας τὸν ὅπλον φανέσας τᾷ Ζωδιακῷ, ὧν τὴν μὲν πρώτην ἔχει ὁ Κρόνος, τὴν δὲ δευτέραν ὁ Ζεύς, τὴν δὲ τρίτην ὁ Ἄρης, τὴν δὲ τετάρτην ὁ Ἥλιος, τὴν δὲ πέμπτην ἡ Ἀφροδίτη, τὴν δὲ ἕκτην ὁ Ἑρμῆς, τὴν δὲ ἑβδόμην ἡ Σελήνη. Ὁ μὲν δὲ Ζωδιακὸς κύκλος ἀνώτερός ἐστι πάντων. *Habet cœlum Septem Zonas Zodiaco non conterminas, quarum primam habet Saturnus, ſecundam Iupiter, tertiam Mars, quartam Sol, quintam Venus, ſextam Mercurius, ſeptimam Luna. Circulus autem Zodiaci* (in cœlo ſtellato) *his omnibus eſt ſuperior.* Petrus item Alexandrinus m ἐστὶ δὲ ἡ τάξις τῆς ἑπταζώνου ἕξεως αὕτως· Ὁ μὲν ἐξ ἧς ἡ ἀσὴρ ἐκληρώσατο τὴν πρώτην καὶ κυριεύων ἐν τῇ πάγῳ, ὁ δὲ ἐξ ἧς τὴν δευτέραν καὶ ἑνεξῆς &c. *Ordo Heptazoni cujuſmodi ſe habet. Stella Saturni ſortitur primam & ſupremam Zonam, quæ frigida eſt, ac in glacie ſita; Iovis ſecundam, quæ temperata eſt.* Et ſic de ceteris pergit. Achilles item Tatius in Aratum; οἱ περὶ τὰ μετέωρα δεινοὶ φασι Ζώνας εἶναι ἑπτά, δι' ὧν φέρονται οἱ ἑπτὰ ἀστέρες *Cœleſtium rerum periti aiunt, Zonas quaſdam eſſe Septem, per quas totidem feruntur ſtellæ*, ſeu Planetæ Septem. Inde vetus illud n, τὸν δημιουργὸν ἑπτὰ ἀνακεκρᾶσθαι Ζώνας, ἑβδόμῳ ἡλίῳ μεσοδυλήσαντα πῦρ· *Rerum Creatorem ſex ſuſpendiſſe Zonas, atque eorum in medio Solis Ignem collocaſſe.* Conſonum eſt Oraculum illud Apollinis, qui conſultus, quo ſenſu cœleſtes orbes multos eſſe dici ſoleret,

Εἷς,

i *Achil. Tatius in Aratum, cap. 29. & liber Eratoſthenis dictus, in eundem, cap. 3. & 9.*

k *Bardeſanes apud Euſeb. Præp. Evangelic. lib. 6. cap. 10. Haly & Albumaſar citati in ſumma Aſtrologiæ Anglicanæ Tract. 1 diſt. 8 cap. 1.*

l *In Aratum*

m *Magog. cap.*

n *Apud Proclum in Timæum Plat. lib. 4. p. 258.*

o *Porphyrius apud Euſebiũ Præparat. Evangelic. lib. 9. cap. 10.*

Εἷς, inquit o, ἐν παντὶ πόλει κόσμῳ κύκλῳ, ἀλλὰ σὺν ἑπτὰ Ζώναις περέρηται εἰς ἀστρώτους κύκλους. *Vnicus in toto eſt mundo circulus; ſed cum Septem Zonis fertur in itinera aſtrica.* Atque Zonas has porrò ἁρπυίας *Cœleſtes* dici ſolitas ait Chaldæis Ebræiſque. Hinc etiam Chaldæis Dii fuêre alii Ζωνᾶιοι, alii Ἄζωνοι, ut notat Michael Pſellus ad Oracula Chaldaica. Et Servius Honoratus p ad illud Virgilii, *Et diis communibus oras; ut altioris ſcientiæ hominibus placet, dii communes ſunt, qui ἄζωνοι dicuntur, id eſt, qui cœli certas non habent partes, ſed generaliter á cunctis coluntur. Vbique enim eos eſſe manifeſtum eſt. Vt Mater Deûm, cujus poteſtas in omnibus Zonis eſt. Nam ideò & Mater Deûm dicitur, quod cum omnibus eſt ejus communis poteſtas.* Et Martianus Capella q; *Excunctis igitur cœli regionibus advocatis diis, ceteri, quos Azonos vocant, ipſo commonente* Cyllenio *convocantur.* Id eſt, Dii Zonâ ſibi propria, orbe, ſeu circulo carentes. Adeò tandem ut Circuli, orbes ſeu ſpatia, quibus circumferrentur Planetæ ſeptem, totidem dictæ fuerint Zonæ, velut inferiora mundi circumcingentes; quemadmodum & ſignifer ipſe, ſub quo moventur, Manilio r dicitur *ingenti Stellatus balteus orbe.* Nam balteus planè Zona eſt. Unde & Vitruvius ſloquitur *de Zona* XII *ſignorum & Septem aſtrorum.* Et Arabes Zodiacum ſubinde eadem notione appellant النطاق & ﻧﻄﺎﻗﻪ id eſt, cingulum ſeu Zonam. Hinc in Alcabitii fronte, *Nitach, id eſt, circulus ſignorum dividitur in* XII *partes &c.* Ab hac etiam Zonæ notione nuncupavit Nonnius t Οὐρανὸν ἑπτάζωνον *Cœlum Heptazonum.* Et parili notione Zona uſurpatur non ſemel Claudiano. In Theodoſii apotheoſi ait u eum, globum Lunæ ingreſſum, Mercurium dein, Venerem, Solem, Martem, & Jovem permenſum eſſe, & demùm ſtetiſſe

p *ad Aeneid. 22.*

q *De Nuptiis. lib. 1.*

r *Aſtron. lib. 1.*

ſ *Architect. lib. 9. cap. 4.*

t *Dionyſiac. 6.*

u *Panegyric. de 3. Conſulatu Honorii.*

arce ſuprema
Algenti, quà Zona riget Saturnia tractu,

x *De laudibus Stiliconis lib. 3.*

Alibi x etiam de Urbe Roma;

Quæ Septem Scopulis Zonas imitatur Olympi.

y *Ibid. lib. 2.*

Et de Clementia y;

Quæ Iovis incoluit Zonam ———

Non

Non diſſimili notione dicta eſt Orpheo z Oceani ſeu Pelagi Zona, eo quodterram cingit. At verò nondum comperi, orbem dierum Hebdomadicum, Septizonum, aut Heptazonum apud priſcos, ut vult Scaliger, dici; tametſi diem in orbe illo Zonam per metaphoram non immeritô autumarit forte quis nuncupari apud Auſonium in Eclogario. Nam nomina Septem dierum planetaria carmine deſcribens, de Mercurii & Jovis die inquit

z *In Theologia apud Euſebium Præp. Evang. lib. 3. cap. 9. alii.*

Mercurius quarti ſibi vindicat aſtra diei,
Illuſtrant quintam Iovis aurea ſidera Zonam.

Ubi tamen Zona poteſt etiam accipi de ipſa Planetæ Zona, quinta ibi dicta, ſi Heptazonum de Planetis itidem dici velis, cum nec ſuo, ſed dierum ordine ipſi numerantur. Cæterum Scaliger non ſolùm Septimanam, ſed & omnem Septenarium ordinem Septizonum & Septizodium vocatum ait. Quin & Septizonium apud Ælium Spartianum (Septizodium etiam dictum, ut ejusdem libri præ ſe ferunt, qui idem vocabulum habent tàm in Antonio Geta, quam in Severo) ita cenſeri vult ille a, ut omnia ædificia ex molibus alia alii impoſitis conſurgentia idem ſignificet. *Severi Septizonii*, inquit Marlianus b, *ſuperſunt* (Romæ) *tres ordines columnarum invicem ſuperimpoſitarum. Alios autem quatuor inſuper fuiſſe quidam putant, & ideo Septizonium dictum, quôd Septem Ordinibus columnarum jungeretur, ut Septem Zonis.* Sic item Cœlius Rhodiginus c. Sed & Severo vetuſtius illud in ſubſtructionibus nomen. Nam Suetonius d Titum memorat natum in ſordidis ædibus propè Septizonium. Sed, (ut de Heptazoni & Zonæ notione ac uſu plura non adjiciamus,) luce puto clarius eſt tam Vettio Valenti, quàm Petro Alexandrino aliiſque, Seriem ſeu compagem Planetarum Continuam & Cæleſtem, non, pro dierum ſive denominatione ſive regimine, Immutatam Heptazoni nomine indigetatam; uti etiam ordinem illum immutatum, quo hodieque utimur, ex vetuſtis Aſtrologorum monimentis ac diſciplina manâſſe. Neque enim aliter de hoc loquuntur, atque de eo quod ex antiquitatis intimæ penu, id eſt, Ægyptiorum Chaldæorumque diſciplinis, quas Occidens acceperat, hauſiſſent. Quin & ordo ſeu ſeries illa Planetarum in diebus deſignandis

a *Animadver. Euſeb. ad n. 2216.*
b *Topograph. Romæ, lib. 4. cap. 6.*
c *Antiq. Lect. lib. 22 c. 19.*
d *In Tito, cap. 1.*

eadem eſt Judæis vetuſtis, & vetuſtiſſima habita, tametſi non ſit eadem eorum omnibus ordinis illius in orbe Hebdomadico nominibus aptandis diſpoſitio. Etenim in iis ſunt, qui ab ipſis rerum initiis ordinem petentes primum diem Mercurio, ſecundum Jovi, tertium ♀, quartum ♄, quintum ☉, ſextum ☽, & Marti ſeptimum aſſignant; adeò, ut à rerum origine diebus putatis, Mars Septimum, non Saturnus, ut vulgo, ſortiretur, & Sol ſextum, non primum. At interea non ſolùm ordinem eundem ipſum, quem tum ex Dione & Vettio, tum ex hodierno habemus uſu, retineri vides: verùm etiam vetuſtiſſimam dierum juxta Planetarum apud Gentiles numerum dinumerationem ipſis Judæis habitam. Commentum habent, dum hac de re loquuntur Judæi e aliqui perridiculum de exorta die creationis quarto, ſeu quo ſydera creata ſunt inter luminaria controverſia; Lunam ſcilicet graviter ferentem Planetarum poſtremum ſe fieri, non ſolùm in orbium poſitura, verùm etiam in diei horarum dominio, in Solem quere-lam procaciter inſtituiſſe, atq; ob calumniam demum luce, quam antea multo majorem fuiſſe nugantur, minutam eſſe. Quod verò habent de poſtremo Lunæ loco in horarum dominio non ſatis, ſi diis procedit, niſi diem illum quartum, (quo Lumina creata,) Saturno, ut dictum eſt, tribuant. Nam ſic hora ejus prima erit, Lunæque Septima ſeu in primo horarum aſſignatarum ordine poſtrema. Adeoque ex hoc commento alia illa jam memorata Planetarum, in Hebdomade, ordinis diſpoſitio nata eſt. Atque hinc intelligendus Rabbi Eliæzer f כל הכוכבים משרתים לשבעה כוכבים של שעות ושמן כלש "צמחן והם משרשי לשבע ימי השבוע יום א' כוכב חמה יום ב' צדק לבנה יום ג נוגה מאדים יום ד' שבתאי כוכב יום ח' חמה צדק יום ו' לבנה נוגה יום ז' מאדים שבתאי. Hæc quidem ſonant, *ſydera univerſa miniſtri ſunt ſyderibus Septem, quæ horis præſunt, quorum characteres ſunt* ☿☽♄♃♂☉♀. *Hi autem miniſtri ſunt diebus Septem Hebdomadis. Dici 1 Mercurius, Sol; Dici 2 Jupiter, Luna; Dici 3 Venus, Mars; Dici 4 Saturnus, Mercurius; Dici 5 Sol, Jupiter; Dici 6 Luna, Venus; Dici Septimo Mars, Saturnus.* Ita, inquam, verbotenus reddita ſonant. Senſus autem neutiquam proculdubiò eſt binos cuilibet diei Planetas aſſignari,

e *Lib. Neomeniarum & Aequinoct. a Munſtero edit. pag. 91. in Calendario Ebraico.*

f *Pirke, cap. 6*

gnari. Sed cum juxta commentum illud de Solis & Lunæ controverſia, dies quartus Saturno, primuſque Mercurio (unde ab hoc, Planetarum etiam numerus heic, ſumit initium) tribueretur, ceterique eadem diſpoſitione dies alias quàm vulgò acciperent denominationes, vix ambigendum putaverim, quin commentitiæ huic diſpoſitioni vulgaris ac recepta; ſive à librariis ſive à lectore aliquo priſci ſeculi inter lineas poſita typis ſimùl mandaretur, adeo ut verba, diſpoſitionis diverſitatem tantùm, non partiarium ſingulis diebus Planetarum ſive miniſterium ſive imperium, ad hunc modum denotent.

☿ ☽ ♀ ♄ ☉ ☽ ♂.
Dies 1 2 3 4 5 6 7.
☉ ☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄.

Superior verparum aliquot commentitia eſt, inferior vulgaris & antiquiſſima diſpoſitio, quam & ita eſſe ſatis aſſerunt Judæi alii, quibus[g] Saturnus Ebraicè, id eſt, שבתי *Sabbathai*, נקרא כן מצד היותו מושל ביום השבת *ſic nuncupatur, quia Dominus eſt Sabbati*, ſeu Sabbato inter Planetas aſſignatus eſt, id eſt, diei Septimo, non quarto. Certè inter Levitas apud Nehemiam[h] nomen habetur etiam שבתי *Sabbathai* ſeu *Sabbatæus*, velut à Sabbato itidem deductum. Perinde ac ſi Heſychium aut Requietum diceres. Summa demum eſſe videtur, quod exiſtimat Joannes Philoponus[i], Gentiles, quemadmodum ſtellas inerrantes aliis atque aliis Deorum dæmonumque aut Heroum, velut Orionis, Herculis, id genus aliorum nominibus dedicarunt, ſic etiam τῶν ἡμέραις ἑπτὰ πεπληρῶσθαι τὸν ἀπὸ πάντων ἀρχὴν *cum ab omnibus Septem dies* (ſeu periodus à rerum initiis dierum Septenario numero terminari ſolita) *eſſe crederetur*, aut hiſce Planetas numero ſuppares, aut Planetis hoſce ordine jam dicto tribuiſſe. Et de Ordine ipſo Planetarum in diebus denominandis, hactenus. Dierum autem denominatorum Ordo (quicquid de Mercurii initiis & inaudita alibi illa orbis Hebdomadici diſpoſitione, quâ Sol quintum ſortitur diem, & Saturnus quartum, loquantur Judæi aliqui jam citati) paſſim apud veteres alias ejusmodi eſt, ut Primus Soli tribuatur, adeoque poſtremus Saturno, ceteris intervenientibus, non aliter atque juxta morem hodiernum; ſeu ut Auſonio,

[g] *Iehuda Ben Saul ad Sepher Cozri part. 1. cap. 57 fol. 24. b.*
[h] *Cap. 11. 16.*
[i] *De Mundi Creatione lib. 7. cap. 14.*

Cuncta supergrediens Saturni Septima Lux *est,*
Octavum instaurat revolubilis orbita Solem,

Solis diem Octavum, supremum, & primum pariter vocat. In Ogdoade scilicet ex repetitione facta, est is tàm supremus, quàm primus. Neque alium fuisse veteribus Ordinem palam liquet ex eis, quæ è Vettio Valente aliisque suprà depromta sunt. At verò Nicolaus de Cusa Cardinalis, *Septem*, inquit[k], *dierum numero apud omnes nomina revolvuntur* (de Gentibus, quæ Europæis etiam antiquitùs cognitæ, *Omnes* hac in re semper intellige) *licet de prima septimana die, ac dierum nomine diversitas sit. Christianorum Septimana initium est à die Dominico, Græcorum ac Alexandri à die Lunæ, Iesnargit* (Jesdegird) *à Die Martis, Nabugodonosor à die Mercurii, Esbnicorum à die Iovis, Elbigera à die Veneris, Hebræorum à die Sabbati.* Palàm negat initium Septimanæ idem omnibus esse, utcunque in universum periodum dierum Septenariam omnibus in usu esse asserat. Sed oscitantur nimis perperamque hoc traditum. Quæ enim affert de omnibus, quos memorat, modò Christianos excipias, ad rem, de qua loquitur, non omninò attinent. Certè ut Christianis tàm Orientis, quàm Occidentis initium Septimanæ est dies Dominicus seu Solis (unde & dixêre Græci Christiani[l], annum ἑβδομαδικὸς κανονίζειν *Hebdomadicè ordinare* pro eo quod est à die Solis incipere) ita parirer reliquis. Dies autem, quos habet ille alios velut pro variis Septimanæ initiis, sunt dies Epocharum Chronologicarum, seu dies alii atque alii in Septimana, id est, feriæ aliæ atque aliæ, à quibus anni solum putantur, neque ad orbis Hebdomadici initium spectant. Verbi gratia, ubi ait Septimanæ Jesdegird, id est, Persicæ, initium esse à die Martis, id non aliter verum est, nisi intelligas Characterem annorum Persicorum à regno Jesdegird, esse diem Septimanæ tertium, interim Septimanæ initio etiam apud Persas in die Solis, non Martis collocato. Sic illud, diem Mercurii initium esse Septimanæ Nabugodonosor, nihil aliud est, quàm à feria quarta annos ejus putandos. Nabonassarus scilicet ille, cujus Epocha Astronomica illustris in Almagesto Ptolemæi, intelligitur. Alfraganus; *Character annorum Persicorum à regno Iezdaierdi* (Jesdegird) *filii Schared filii Cosre est dies tertius*; id est, Martis. *Character annorum Aegyptio-*

k *In Reparat. Calendarii.*

l *Maximus Martyr in computo Ecclesiast. part. 1. cap. 23.*

Digitized by Google

gyptiorum in Libro Almageſti à regno Nebukadnezirꝛ Babylonii eſt dies quartus, id, eſt, Mercurii. De aliis ille ſimiliter. Quod ideò adjeci, ut etiam ex ſcriptore Mahumedano hoc vetere manifeſtum fiat, Septimanæ initium dierumque in ea ordinem ejusmodi fuiſſe, ut locum primum Solis dies ſortiretur. De ceteris apud Cuſanum non aliter ſtatuendum. Quod habet de Ethnicis, intelligo de Mahumedanis, quos eo nomine Occidentis lingua non ſemel notavit. Dies Jovis ſeu quintus Epochæ fugæ Mahumedis è Mecha aſſignatur etiam ab Alfragano, unde Cuſanus. Sic Georgius Almacinus, alii. Elhigera autem, ſeu الهجرة, pro eadem notiſſima Mahumedis æra etiam ſumitur, cujus initium feriâ ſextâ ab aliis collocatur. Dies verò ſecundus ſeu Lunæ, æræ Alexandreæ etiam Alfragano aliiſque initium eſt. Sed quid hæc ad initium Septimanæ? Sabbatum demum Ebræis, ut vult Cuſanus, ſeptimanæ initium fuiſſe, nemo dicet, qui ſive novi federis illud recoluerit de *Una* ſeu *Prima Sabbati* pro die Solis, ſeu Prima ſeptimanæ, ſeu tralatitiam eorum dinumerandi rationem per primam, ſecundam, tertiam &c. Sabbati, pro Hebdomade ſumpti, meminerit; Tametſi videam quidem alios[m] eundem errorem cum Cuſano obiter admittere. Sed planè, quod Cuſano in animo heic fuit, id ad annorum mundi epocham ſpectat. Nimirum palàm liquet Sabbati diem ſeu ſeptimum eſſe in computo inde annali, ſed intereà ſeptimum ſeu poſtremum in orbe Hebdomadico. Neque ſolùm eis, qui Planetarum nominibus heic frequentius uſi ſunt, adeoque Solem præpoſuêre, nec Judæis ſolum & Chriſtianis, tàm Orientis, quàm Occidentis, quibus idem eſt, Feſti etiam recurrentis gratiâ (his diei dominici, quem primum habent, illis Sabbati, quem diem habent ſupremum) in orbe hebdomadico initium, dies Solis, idque ex more veterrimo, eſt feria prima, ſeu prima Sabbati; verum etiam apud ipſos Mahumedanos, quibus nec Solis, nec Saturni dies Feſtus eſt, is, qui Soli tribuitur, locum in ordine illo obtinet primum, quod tum ex Alfragano Mahumedano ſuperiùs citato palam ſcimus, tum ex Abugiafare aliiſque ejuſdem ſectæ Hiſtoricis, Theologis, Chronologis. Almacinus ex Abugiafare[n]; اول الهجرة كان يوم الخميس

[m] *Henr. Ranzovius in Calendario, p. 112. Valent. Schindler. Lexic. Pentaglot. col. 334.*

[n] *Saracen. Hiſt. lib. 1.*

الخميس واخر مدة حياته يوم الاثنين *Primus dies Hegi-*

ræ seu Mahumedis fugæ dies fuit quintus, & ultimus Vitæ ejus secundus. De Jovis & Lunæ diebus, nemo non intelligit. Quamplurima id genus sunt obvia alia apud eum ex eodem Abugiafare. Et vide seriem dierum inferiùs capite vigesimo secundo. Festum autem hebdomadicum interea illis est dies Sextus seu Veneris. Sed nec inde orbem septimanæ inciº *De Emend. Temp. lib. 2. pag. 132.* piunt, nec eo claudunt. Josephus Scaliger º; *Quod Muchaeram Hegiræ cæpit à feria sexta, ideo eam diem sacram Mahumedanis dicunt ab eo tempore. Ego scio antiquiorem superstitionem esse propter Venerem, quam* CHOBAR *vocabant & summa superstitione antiquitus venerabantur. Cæterùm feria sexta illis dicitur* جمعة (Giuma) *hoc est, σύναξις, ἐκκλησία, ὁμιλία, qua ea reverentia illis est, qua Iudæis Sabbatum, Christianis dies Solis.* Atque sic passim apud viros doctissimos nominis يوم الجمعة *diei Giuma* ratio inde petitur, quod conventus Mahumedanis sacer tunc haberi qualibet septimana solet. Verum quidem est, ex vi nominis simplici, illud idem significare. Cæterum sunt in Mahumedanis ipsis, qui ex rerum creatarum, eodem in rerum initiis die, seu universi compage absolutâ, diem *Giuma* dictum velint. A verbo scilicet جمع quod *congregare* seu *in unum corpus conflare* denotat. Etenim sic lego in Abu Walid Mahumed Ben Elshecina, historico veteri Mss. qui rerum initia & sex creationis dies exequens, ait, ثم خلق الكوكب والشمس

وغير ذلك وكان ابتداء ذلك يوم الاحد الى يوم الجمعة

وسمي يوم الجمعة لاجتماع تكميل اصول الخلق فيها

Tunc creavit Stellas & Solem, & quæ sunt id genus cetera. Et continuatum est opus illud à die primo in diem Giuma. Idcirco tem vocatur dies Giuma, quoniam eo in universum rerum primò creatarum compages est absoluta, seu ἐκ παντὸς fuit συμπλήρωσις. Certè & Arabes Christiani eodem nomine solent scriptis suis nuncupare feriam sextam; quod eos noluisse facere autuman-

tumandum, ſi tantummodò ſacer Mahumedanorum conventus eo innueretur. Sic Saidus Patricides, Patriarcha Alexandrinus, ſcribit, Adamum è Paradiſo ejectum hora nona من يوم الجمعة *diei Giumæ.* Quo nomine aliàs pro eodem die ei ſolenne eſt uti. Quin & qui Arabicè Novum tranſtulit fedus pro paraſceve Sabbati, id eſt, die Veneris, الجمعة paſſim ſubſtituit [p], Mahumedanum autem illum, qui, ſicut dixi- [p] *D. Matth. 27. 62. Marc. 15. 42. Luc. 23. 54. Ioann. 19. 14. 31. & 42.*
mus, hoc derivat, in animo etiam habuiſſe non dubito vocabulum جمبعم *Giamia* toties iteratum in Geneſis Arabicæ hiſtoria Creationis pro eo, quod eſt *Omne* ſeu *univerſum.* Et [q] وفطل في اليوم السابع من جمبعم صلعده الذي عمل [q] *Geneſ. 2. 2.*
Et quievit in die Septimo ab Univerſo opere, quod fecerat. Certè perſuaſum habeo cum Scaligero, Hegirâ antiquius eſſe, etiam ſub nomine Giuma, Feſtum illud. Sed an à Saracenico cultu Veneris derivandum, (quod & olim [r] exiſtimavi ipſe,) haud parùm dubito. Antiquius eſſe, eliciendum videtur ex eo, quòd in Alcorano memoratur, velut notiſſimum, Feſti nomen, quo etiam, ut lemmate, Capitis integri frons inſignitur. [r] *De Diis Syris Syntagm. 2.*

Verba ſunt [s], يا ايها الذين اصنوا اذا نودي الصلوه من يوم الجمعه فسلعوا الي ذكر الله وذروا البيع ذلكم خير لكم ان كنتم تعلمون *O vos qui è credentium ſatis numero, quando convocatur ad precandum in die Giuma*, ſeu *die Veneris* (uti & vertitur à Retinenſi; & notatibi Mahumedes Ben Achmed من يشتري *) mercandi negotia relinquite; quod bonum eſt vobis, ſi ſapitis.* Et quod ad originem Feſti, quatenus à Mahumedanis retinetur, attinet; cum partim è Chriſtianis, partim è Judaicis ritibus conflatum eſſe Mahumediſmum certum ſit, an non conſtitutioni Conſtantinianæ illi, quâ tam Dies Veneris ſeu feria, quod profabbatum eſt, quam Solis dies ſeu Dominicus Feſtus habendus erat, ea debetur? In Chriſtianiſmo quidem diu eſt, quod evanuit conſtitutio illa. Sed fortè inde diem illum in colluviem ſuam [s] *Azoar. 62. Arab. 72. lit.*

suam recipi voluit Mahumedes. De constitutione illa Eusebius [t], Sozomenus [u], Nicephorus [x] Callistus; unde Baronius [y].

t *De Vita Constantini. lib. 4. cap. 18.*
u *Hist. Eccl. lib. 1. cap. 8.*
x *Hist. Eccl. lib. 7. cap. 46.*
y *Annal. tom. 3. ann. 321.*

CAP. XXI.

De Ordinis *in orbe Dierum Hebdomadico* Planetarii Ratione. Horarum Præfecturæ, *apud Astrologos veteres*, Planetariæ. *De* Horarum vestutate. *Priscorum sententia de* Heptazoni *seu* Planetarum *in Cælo* Ordine *Unde* Argumentum *à nonnullis* adversus denominationis Hebdomadicæ *vetustatem perperam affertur.*

ORdinis in diebus designandis Planetarum jam ante ostensi Ratio seu Causa, juxta superiùs proposita, proximè est inspicienda. Nam ex ea etiam ritè perpensa, tum faciliùs diluuntur nonnulla, quæ ejus orbisque dierum, qualem descripsimus, hebdomadici vetustati adversari videantur, tum ipsa vetustas pressiùs asseritur. Sunt quidem, qui rem fortuitò seu καὶ ἐξαίαν αὐτόματον, *pro hominum libitu*, citra rationem rei ipsi aptandam, factam opinentur [z]. Alii inter veteres de Causa disputarunt; quorum scripta temporum injuria delevit. Partem dico desideratissimam quarti Symposiacon Plutarchi Josepho, cujus verborum gratiâ dissertatio hæc tota instituta est, coævi. Titulum ejus ea de re habes suprà capite decimo nono. Certè & verisimile est, Hermetis Ægyptii libros illos vetustissimos, de quibus Clemens Alexandrinus, seu volumen illud ejus Panaretum dictum apud Petrum Alexandrinum, rationem hanc aperuisse. Nam Astrologica non pauca, atque inprimis ad Planetarum ordinem, regimen, usum spectantia, in libris illis contineri ex autoribus jam dictis, qui eos memorarunt, satis liquet. Ratio autem seu causa Ordinis illius Planetarum intermissi, alia atque alia habetur tum apud Veteres, quorum scripta non periêre, tum apud Recentiores. Triplex fermè apud veteres occurrit. Prima ex proportione Musica petita. Ex Horarum præfecturis Secunda; & demum, ex alternatione quadam Planetarum Luminibus vicinorum; Tertia. Quod ad primam attinet; cum in Hebdomade sic disponantur Planetæ, ut Sole diem primum

z *Philopon. de Mund. creatione, lib. 7. cap. 14.*

Digitized by Google

primum occupante, Lunâque proximum, bini in ea orbium ſerie, quæ vulgo agnoſcitur & Ptolemaica eſt, ſemper itidem prætermittantur, quartuſque ab antecedente repetito in dierum denominatione (ut in adjecto tum Heptazoni, tum denominationis hebdomadicæ ordinis paradigmate) ſequatur, id eſt, ut ſaltus in quartum quemq; Planetarum fiat; fuêre [a] qui juxta harmoniam, quædiateſſaron dicitur, Ordinē Planetarum illum intermiſſum exiſtimarint primò inſtitutum; adeoque Muſicum eſſe voluerint. Et de Muſicis in cœlo rationibus obvia ſunt non pauca ex Pythagoreorum aliorumque veterum ſcholis apud Ptolemæum [b], Macrobium [c], Nicomachum Geraſenum [d], alios; quemadmodum & inter recentiores ſummi nominis [e] Mathematicos. Ratio heic ſecunda, ſeu quæ ex Horarum præfecturis pendet, ipſiſſima eſt quæ exhibetur in eis, quæ ſuperiùs ex Vettio Valente Antiocheno afferuntur. Etenim diſtributis, ſecundum vulgarem orbium ſeu Heptazoni ſeriem continuam, viginti quatuor diei cujuslibet ſeu temporis nycthemerini horis inæqualibus (ſcilicet diei naturalis duodecim, totidemque noctis) adeo ut Planeta, cui dies cognominis, primam ſortiatur horam, ceteraſque ceteri ſuo deinceps ordine continuo in orbem redeuntes; is qui horæ proximi perpetuò diei primæ præfectus eſt, eidem etiam diei nomen tribuit, quod putanti manifeſtum eſt. Utraque ratio à Dione ſimùl, velut ab anterioribus ſeculis accepta traditur. Sed poſteriorem video viris doctis, qui res hujuſmodi ſeculis recentioribus tractant, maximè placere; veluti Nicolao Cardinali Cuſano [f], Joanni Garcæo [g], Franciſco Maurolyco [h], Joanni Lucido [i], Chriſtophoro Clavio [k], Franciſco Barocio [l], Rudolpho Hoſpiniano [m], Joanni Keplero [n], aliis. Tertia ratio, ſeu quæ pendet ex varia Planetarum



[a] *Dio hiſt. 37. Xiphilin. in Pompeio.*

[b] *Harmonic. lib 3. cap. 10. &c.*

[c] *Macrob. in ſomn. Scipionis.*

[d] *Enchirid. Harmonic. lib. 1.*

[e] *I. Kepler. Harmonices Mundi, lib. 5. cap. 3. & in Prodromo diſſert. Coſmographic.*

[f] *In Reparat. Calendarii.*

[g] *Tractat. 1. de Tempore, cap. 29.*

[h] *Lib. de Sphæra, & in Coſmograph. Dialog. 1.*

[i] *De Emend. Temp. lib. 1. cap. 1.*

[k] *In cap. 1. Ioan. de Sacro Boſco.*

[l] *Coſmogr. lib. 3. cap. 2.*

[m] *De Origine Peſt. cap. 5.*

[n] *Epit. Aſtronomiæ Copernicanæ, lib. 3.*

tarum reliquorum Luminibus vicinitate atque alternatione, habetur apud Bedam o. *Hæc erat*, inquit ille, *ſtultitia Gentilium, falſa ratiocinatione ſubnixa, qui quaſi jure primam diem Soli, quia maximum eſt Luminare; ſecundam Lunæ quia ſecundum Luminare eſt, ſe conſecrare putabant*, (&) *de inordinata alternatione tertiæ diei primam à Sole Stellam, quartæ primam à Luna, quintæ ſecundam à Sole, ſextæ ſecundam à Luna, ſeptimæ tertiam à Sole præponebant.* Atque ita hac de re veteres. Recentiorum autem, qui diſſident, inſtar omnium erit vir præſtantiſſimus Joſephus Scaliger. Is non Horas in cauſa fuiſſe opinatur appellationis dierum (nam appellatione ejuſmodi, Horarum uſum ac diſtributionem recentiorem facit) ſed potiùs dies, Horarum. *Ea appellatio*, inquit Scaliger p, *longè antiquior Horis. Quare non ab Horis Planetariis nomina diebus Septimanæ impoſita, ſed potiùs ſuperſtitio appellationis dierum in Horas derivata.* Alibi item de Ebræis veteribus q, quorum ſcilicet res in fœdere veteri enarrantur, locutus, *ne horarum quidem*, ſcribit, *ulla apud eos mentio. Nam diem*, id eſt, τὸ νυχθημέριον *in* XXIV *horas partiri & Græcorum eſt commentum, & longe poſt tempora Solonis in Heliotropiis Græcorum notatum, & tandem ſub Romanorum imperio ad Iudæos à Romanis translatum. Itaque antiquior, ut mea fert opinio, feriarum appellatio à Planetis, quam ut ab horis, quæ ſingulæ Planetam ſuum ſibi vindicant, nominatæ ſint.*

o *De Temporum ratione, cap. 6.*

p *Prolegom. ad Emend. Temp.*

q *lib. 2. de Emend. Temp. p. 131.*

Cauſam autem ſeu rationem, cur dies cognomines Planetarum non ſequantur ordinem & ſitum ſiderum, quorum ſunt cognomines, ſed, binis prætermiſſis, quartum ſemper in dierum denominatione ſit ſidus proximum, ad hunc modum aſſignat r. *Septem Planetas per Circulum ſecundum ordinem ſuum diſpoſitæ æquabili intervallo conſtituunt ſeptem trian-*



r *Lib. 1. de Emend. Temporum, pag. 8.*

gula

Digitized by Google

gula Iſoſcele ad peripheriam, quorum baſes ſunt Latera Heptagoni Circulo inſcripti, ut habes in Circulo propoſito, ad cujus peripheriam ſeptem errantes ſunt ſecundum ſeriem ſuam ſita conſtituentes triangula Iſoſcele ♄☿♃, ♃☿♂, ♂☽☉, ☉♄☿, ☿♃☿, ☿♂☽, ☽☉♄. *In quibus Triangulis dexter angulus ad baſim eſt prima Stella trianguli, ſecunda in angulo adverticem, tertia angulus ſiniſter ad baſim: ita ut omnis Stella anguli dexteri habeat oppoſitam Stellam anguli in vertice, Stella autem anguli à vertice Stella anguli ſiniſtri ad baſim ſit oppoſita. Sequentur igitur ſeſe omnes ſeptem Planetæ non per ſeriem ſuam, ſed per intervalla laterum, quæ vera ſunt oppoſitiones. Sit igitur Triangulum* ☉☽♂ *primum ordine.* ☉ *in angulo baſis dextro præbit. Sequetur Luna ei oppoſita invertice; eam oppoſitus Mars in angulo ſiniſtro baſis. Qui quidem Mars cum in triangulo* ☉☽♂ *ſiniſtrum agulum baſis occupet, in triangulo* ♂☿♃ *occupabit dexterum baſis angulum, habens oppoſitum Mercurium; Mercurius autem oppoſitum Iovem in angulo ſiniſtro; Qui Iupiter faciet angulum dextrum in Triangulo* ♃♄☽ *habens oppoſitam invertice Venerem, ut ea oppoſita eſt Saturno in angulo ſiniſtro, ſed angulus ille rurſus erit dexter in triangulo* ☽☉☽, *Et ſic erogati ſunt ſeptem Planetæ in totidem dies, quas Eccleſia Romana vocat feriæ. Hæc eſt vera harum appellationum ratio.* Sic Joſephus Scaliger. Quod verò loquitur ille de Horis ſeu viceſimis quartis diei civilis partibus, quaſi recentius illarum inventum eſſet & uſus; certè dum ævo Soloni proximo in Heliotropiis notatas admittit, eas admodum vetuſtas facit. Nam Solon ſexcentis ampliùs annis Natales Chriſti antevertit. Et expreſſim Herodotus [f], *gnomonem*, inquit, *& τὰ δώδεκα μόρια τῆς ἡμέρης* [f] *In Euterp.* *παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες & duodecim partes diei didicerunt à Babyloniis Græci.* Quod intelligo de XII horis inæqualibus diei naturalis, totidemque noctis. Quales quidem vulgo ab intima antiquitate in uſu, diù olim obtinuere, à Planetis nomina, ut oſtenſum eſt, ſortiti. Tametſi interea Mathematicis ipſis ſeu Aſtrologis in motuum temporumque calculo horæ æquinoctiales, ut quidem neceſſe erat, adhiberentur. Certè de Anaximandro Mileſio legitur apud Euſebium [g] *Præparat. Evangel. l. 10. cap. ult.*

ὅτ᾽ πρῶτ᾽ γνώμονας κατεσκεύασε τοῖς ἀφώροσι τρόποις Ἡλίου, καὶ τροπῶν, καὶ ἰσημεριῶν, *primus ſtylos elaboravit, ut dignoſcerentur converſiones Solis, Tempora, Hora & Æquinoctium.* Qua de re etiam Laërtius in Anaximandri vita, & Plinius u. Horas item ejusmodi in uſu Romanis ſub Auguſti ævo ſcimus ex Varrone, Manilio, Virgilio. Antiquiorem item earundem diſtributionem, ex P. Cornelii Naſicæ cenſoris Horario, quod ex aqua fecit. Et Cenſorinus x; *Horarum nomen non minus annos CCC Rome ignoratum eſſe credibile eſt. Nam* XII *tabulis nusquam nominatis Horas invenies, ut in aliis poſteà legibus, ſed ante Meridiem.* Ex Ebræorum item hiſtoria ſacra y notiſſimum eſt illud de Achazi Regis ſolario. Et ne quidem, qua ratione calculum inire Aſtronomicum poſſent veteres illi citra horas, qualibus utimur, aliaſve certas & invicem ſyderum venatoribus cognitas temporis menſuras, quæ eas imitarentur, excogitari poteſt. Et poſtquam horæ æquinoctiales ſeu æquales tempori nycthemerino à Mathematicis in calculi uſum tributæ ſunt, ſucceſſit proculdubiò altera illa apud vulgus inæqualium ſeu Planetariarum, ex eorundem diſciplina z, ratio. Sed de Horarum vetuſtate, Horologiis, Schiothericis id genus aliis conſulas, ſi vis, Joſephum Scaligerum a, Claudium Salmaſium b, Dionyſium Petavium c. Intereà agnoſcendum videtur; ut vult Scaliger, rationi magis conſonum eſſe Horarum nomina ex ſuperſtitione appellationis dierum ſed Hebdomadicæ orta, quam hanc ex horarum cyclis. Suadet inprimis illud, quod è commentis Aſtrologicis vetuſtiſſimis legimus apud Petrum Alexandrinum d περὶ τοῦ πολεύοντος καὶ διοικοῦντος *de* Planeta *poſſidente & adminiſtrante.* Scilicet Planetam diei cognominem totum diem & quamlibet ejusdem horam πολεύειν *poſſidere*, adeoque regere, Horarium autem Planetam miniſterium præſtare. Verbi gratiâ die Saturni ajebant, ὁ αὐτὸς ἀστὴρ κύριος τῆς ἡμέρας γίνεται καὶ πολεύει ὅλην τὴν ἡμέραν· τὴν α ὥραν αὐτὸς πολεύων καὶ διέπων, τὴν β παραδίδωσι τῷ Ζ, καὶ λέγομεν, τὴν β ὥραν Ὁ πολεύοντος καὶ Ζ διέποντος *ipſe Saturnus Dominus eſt diei, & poſſidet integram diem. Quin & Horam primam non ſolùm ut dominus poſſidet, verùm etiam ſibi ipſi regiminis miniſteria præſtat. Secundam verò ho-*

u *Hiſt. Nat. lib. 2. cap. 76.*

x *De Die Natali, cap. 23.*

y *2 Reg. cap. 20. & Iſaiæ cap. 38.*

z *Vid. Franciſc. Barocium in Coſmographia, lib. 3. cap. 2.*

a *Ad Manil. Iſag. 2. pag. 254.*

b *Plin. exercitat. p. 632. &c.*

c *Ad Auctarium Diſſertat. lib. 7. c. 8. & 9.*

d *In Iſagoge Apoteleſmat. & videſis Joſ. Scalig. ad 2. Iſag. g. Manilii. p. 290.*

Digitized by Google

rò horam tradit Iovi. Et dicimus Horam ſecundam poſſidente quidem ſeu dominante Saturno, ſed miniſterium præſtante aut procurante Iove. Quin & Rabbi Gedaliah Ben Jechai e ex diſciplina illa futili, ſed priſca; הכוכב המתחיל למשול בשעה ראשונה בין ביום בין בלילה נמשכת כל היום ההוא וכל הלילה ההיא שהוא יהיה משיל על כלן אמנם יתר הכוכבים הנכנסים למשול בשאר שעות היום כמו ב׳ חברים המושלים יחד אך המושל בשעה ראשונה יותר חזק מהאחרים *Planeta, qui Horæ primæ incipit dominari, ſive interdiu ſive nocte, totum diem illum & totam illam noctem poſſidet, quoniam is dominus eſt ſupremus. Attamen & Planetæ ceteri, qui ordine ſuo horis præſunt reliquis, ſunt* (quatenus primæ horæ Dominum reſpiciunt) *veluti Socii qui & ſimul dominantur. Veruntamen Horæ primæ Dominus ceteris præcellentior eſt.* Hinc ſanè exiſtimandum non videtur, Dominium totius diei & poteſtatem cujuslibet etiam Horæ ſuperiorem & continuam, adeoque Planetariam diei denominationem, ab Horario illo recurrente qualicunque dominio ortum habuiſſe, ſed potiùs Horarium illud dominium, quod minùs habitum eſt, & inferius eſt diurno, ex diei dominio manâſſe, atque anſam Horarum ſic denominandarum inde arreptam. Miniſtros, Procuratores, legatos, præſides Principibus, qui univerſis imperent, poſteriores eſſe, palàm eſt. Quod verò ad Planetariæ denominationis ordinis Rationem ſeu cauſam primariam ſpectat; ſanè mihi nondum perſuaſum eſt aut à proportione Muſica, aut ab Horarum præfecturis, nedum à triangulis laterumve aut baſium ratione ſeu oppoſitionibus, hujusmodi ordinem manâſſe; ſed à ſimpliciori multò origine, eaque quidem alternationi illi, de qua loquitur Beda, proximante. Nimirum advertendum eſt inter Planetas, ſeu in Heptazono, longè primariam obtinuiſſe ſemper dignitatem Solem & Lunam. Etenim apud Philoſophos, Aſtrologos, Gentium Theologos aliosque f paſſim dicuntur, & ſunt illi bina Lumina (per excellentiam ſic nuncupata) temporum rerumque moderatores adeo ſingulares, ut tam reliquos in Heptazono varia ſuarum configurationum vi potiſſimùm regant diſponantque, quàm inferiora, velut Principes corporum cœleſtium, gubernent, atque etiam in veteri Paganiſmo univerſa divinitatis nomina

e Sepher, Shalſheleth, *fol.* 74. *b*

f *Ante alios fidelis Iul. Firmicum Matheſ. lib. 3. cap. 1. Nepſone & Anubio.*

alia complectantur. Ea de re consulas Macrobium, ut ceteros mittam pariter obvios. Unde evenit etiam Solem ex disciplina Indorum, Persarum & Ægyptiorum in Onirocriticis, Regem, Lunam πρώτων & ἀπὸ βασιλέως δευτέρου ἐξηγησαμένου *personam ejus, qui secundus à Rege praest.* denotare, ut docet Achmes [g]. Unde & Ægyptii assimilare soliti Solem Regi & oculo dextro, Lunam autem Reginæ & sinistro, reliquos quinque hisce ἐκδόφοις seu Satellites habentes, ut tradit Sextus Empiricus [h]. Quin & in ipsa creationis historia sacra soli illi bini, ob præcellentiam memorantur per nomina majoris & minoris Luminaris. *Luminare majus* [i] לממשלת היום *in dominium diei, & Luminare minus in dominium noctis.* Quod postquam Hellenistæ verterant εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας *in principatus* seu *dominium diei*, & εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς *in principatus* seu *dominium noctis* (idque satis juxta veritatem Ebraicam) legerunt nonnulli veterum τῷ ἀρχῷ, & vocabulum Græcum aliâ illâ notione, qua *initium* seu inchoationem significat, accepere. Ita ut sacrum sermonem perperam intelligerent, fuisse *Luminare majus ad initium* seu *inchoationem Diei, Luminare minus ad initium* seu *inchoationem Noctis.* Qua de re præter S. Augustinum [k], Isaacum Monachum [l], Eugubinum [m], (cujus verba Græca ex Isaaco Monacho desumuntur,) videsis Robertum Episcopum Lincolniensem in Hexaemero, citatum in *summa Astrologiæ Anglicana* [n] in impressis, quos vidi, tributa Joanni Eschuido, quem & Esquidum nominat Gulielmus Camdenus [o]. Autor verò est Joannes *de* Eschenden/ Esthenden/ etiam & Asthelden/ in MS. Bibliothecæ Oxoniensis. Socius erat olim Mertonensis ibi Collegii [p], nostratibus etiam subinde *de* Eswode/ quod in Esquidum degeneravit dictus. Sed ex utravis versione præcellentiam vides pereximiam utrique Luminari tribui. Summa heic est, quod ex Astrologorum veterum scitis habet Ptolemæus [q]; ὁ μὲν ☉ καὶ ἡ ☽ ἡγεμονικοὶ οἷονεὶ τῶν ἄλλων *Sol & Luna, ut principes ceterorum, imperium exercent.* Cum igitur tam insignis habita sit semper, idque meritò, utriusque dignitas ac præcellentia, diesque inde Hebdomadis primus Soli velut siderum plane Regi summo, & ob dignitatem secundam, Secundus Lunæ esset

g *Onirocritic. cap. 167 & 168.*

h *Adversus Mathematicos lib. 5.*

i *Genes. 1, 16.*

k *In Genes. ad lit. lib. 2.*

l *In Computo.*

m *Ad Gen. 1.*

n *Tract. 1. Dist. 1. Venetiis, 1489.*

o *In Britannia. pag. 132.*

p *I. Balæus Cent. 6 script. 14. I. Pitsæus an. 14. script. 602.*

q *Tetrabib. lib. 2. cap. περὶ τῆς πατρικῆς & δευτερείας.*

eſſet (quod aliter inter denominandum vix fieri quibat) aſſignandus; videtur quidem intervallum, non dico Magnitudinis ſeu Spatii, ſed Numeri, quo bini hi Planetæ primarii in Heptazono invicem diſjungerentur, velut prototypum fuiſſe ceteris in Heptazoni cyclo ſequentibus. Adeo ut quemadmodum & quoniam Luna Solem binis intermediis, nempe Venere & Mercurio prætermiſſis, in Hebdomadicæ denominationis initio ſequebatur, ita etiam atque ideo parili, in revertente Heptazoni cyclo, intervallo numeri diſtaret tertius à Luna. Unde tertium diē ſortitus eſt Mars, & ſimili ſemper intervallo deinceps dies ſuos reliqui quatuor, ut in figura adjecta. Atque etiam hinc fortè ratio aliqua eſt petenda, cur Sol, Phœbus, Apollo, (nam nomine hæc eadem eſſe, ſciunt pueri) ἑβδομαγέτας, id eſt, ἑβδομηγέτης veteribus diceretur. Quoniam ſcilicet τῆς ἑβδόμης eſſet ἡγήτης, ſeu *ſeptenarii* tàm in Planetis, quà Cœlum tenent, quàm in Hebdomadicà dierum denominatione *Princeps*, Dux, ſeu qui velut in exemplum præibat. Æſchylus r;



r Ἑπτὰ ἐπὶ Θηβαῖς.

Καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἕξ πυλώμασι
Τὰς δ' ἑβδόμας ὁ σεμνὸς ἑβδομαγέτας
Ἄναξ Ἀπόλλων ἅλιτο ——

Benè ſe habent reliqua in ſex portis. Septimam verò venerandus Hebdomageta, Rex Apollo elegit. Scholiaſtes autem ibi, ὅτι ἐν ἑβδόμῃ δ' μηνὸς γενηθεὶς ἐκλήθη ἑβδομαγέτας, *quoniam ſeptimâ menſis die natus* (qua de re ſuprà f) *vocatus eſt Hebdomagetas.* Id ipſum illi nomen tribuitur apud Proclum t. Apollini τὴν, inquit, ἑπτάδα αὐτῷ ὡς συνέχουσι πᾶσαι τὰς συμφωνίας &c. διὸ καὶ ἑβδομαγέταν ἐκάλεσε τὸν θεὸν, *ſeptenarium dedicarunt velut ei, qui concentus univerſos*

f Cap. 17.

t In Timæum Plat. lib. 3. pag. 209.

versos complecteretur &c. unde & Hebdomagetam eum vocabant. Quam locutionem retinendam sentio, neque mutandam in Ἑβδομαγήλιὸν, id est, *Septimo die natum.* Pace dico viri literatissimi [u], qui non semel monuit sic potius mutandum. Scimus quidem etiam hoc nomine Apollinem à Sacerdotibus [x] dictum, quod & suprà [y] memoratum est, uti & à nonnullis [z] Ἑπταμελωαῖον *septimestrem.* Atverò nec ideò sequitur apud Proclũ Ἑβδομαγήλιὸν substituendũ cũ & res ipsa & quod apud Æschylum legitur Ἑβδομαγέτας palàm videantur asserere. Nam & apud utrunque non natales, (quicquid nugatur scholiastes,) sed principatus ejus & in septenario prærogativa singularis designatur. Et Sextus Empiricus [a], τῶν ἑπτὰ, inquit ἡγεμόσι μὲν τὸν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην ὁρίσαι *Septem stellis arbitrantur præesse Solem & Lunam,* id est Hebdomagetas esse. Rationi autem, quam conjectando adduximus, de ordine ceterorum in diebus denominandis; Solis & Lunæ, qui heic Principes sunt, licet dispares, ordinem & intervallum imitante, similis fermè ratio est, quæ habetur in aliquot Ecclesiæ Christianæ nominibus dierum, qui ex nulla sui omninò ratione ea sortiti sunt, sed tantum è solennitatis primariæ, è qua pendent denominationis imitatione quadam seu respectu. Quadragesimæ nomen inditur primo diei Dominico, à quo jejunium sic dictum auspicamur. Hujus gratiâ seu imitatione [b], Dies Dominicos retrò putatos dicimus Quinquagesimam, Sexagesimam, Septuagesimam, nullam numerorum his nominibus denotatorum rationem, quod nemo non videt, habentes, sed quadragesimæ seu primarium respicientes solummodo nomen, quod sono & similitudine quadam non re omninò nomina cetera imitantur. Sic fere Feriarum nomen à feriis reverà primariis ad alios dies, qui nec revera feriæ, translatum. Sic à Sabbati nomine primario Hebdomas ipsa & dies quælibet, prima, secunda, tertia & deinceps, Sabbati dicta. Nimirum, ut inquit Beda [c], *à requietionum die, quæ suo nomine & cultu singularis excellebat.* Sed verò objectio heic obvia est, quæ ex ordinis ejusmodi, in diebus denominandis, Planetarii ratione qualicunque, sumpta, vetustatem ejusdem denominationis, quam anteà adstruimus, haud parum impugnare videatur. Ratio nempè quovis modo hactenus adducta admit-

u *I. Meursius in Græcia Feriata. lib. 3. in* Ἑβδόμη *& lib. de Denario Pythagorico, cap. 9.*

x *Plutarch. Sympos. 8. cap. 1.*

y *Cap. 17.*

z *Scholiast. Callimachi ad Hymn. in Delum.*

a *Adversus Mathematicos, lib. 5.*

b *Guil. Durand. Rational. lib. 6. c. 24. §. 5. & 6.*

c *De Temp. Rat. cap. 8.*

admittit, ſcilicet Heptazoni, ſeu in cœlo Planetarum, vulgarem, veteribus, qui diebus nomina indiderint, receptam eſſe, juxta paradigmata ante oſtenſa. At vero ſcimus, apud veteres aliam atque aliam fuiſſe de Planetarum in cœlo ordine & locis ſententiam. Supremo in loco collocarunt aliqui Solem, atque huic Lunam proximam, ut Anaximander, Metrodorus, Crates [d]. Alii ſuperiores tres ♄, ♃, ♂, ordine, qui tum vulgo, tum Mathematicis, poſt hoſce, plerisque omnibus placuit, ponentes, Solem Lunæ ſurſus proximum fecêre, (ut non ſolum Plato [e], & Eratoſthenes [f], atque autor libri de Mundo Ariſtoteli [g] tribui ſoliti, verum etiam Ægyptii [h], ſaltem in eis nonnulli nominis celebrioris, (adeoque Venere & Mercurio inferiorem. Et de diſſenſu circa hanc rem Veteres alii [i], recentioresque [k] obiter atque affatim. Quin diſertè ſcribit Moſes Maimonides [l], tam Phyſices ac Mathematices, quam Theologiæ ac Juriſprudentiæ Judaicæ magiſter quidem eximius, הוא דעת הראשונים כלם שכדורי נגה וכוכב למעלה מן השמש *Veterum omnium ſententia fuit, Orbes Veneris & Mercurii eſſe ſupra Solem*, quod nec ſemel dicit. Atque fuiſſet ita Heptazoni ordo, horum alteruter. Subjungit vero ואחר כן בא בטלימוס והבריע והוריד מתרת Maimonides, *& ſequutus eſt poſteà Ptolomæus, qui argumentis obtinuit eos eſſe infra Solem.* Certe ſi Veterum omnium opinio eſſet, Solem Mercurio & Venere inferiorem fuiſſe, adeoque alium fuiſſe Heptazoni ordinem ab eo, quo in ratione dierum denominandorum diſpiciendâ uſi ſumus, ſequeretur aut denominationem illam vetuſtam non fuiſſe, aut ſaltem rationes hactenus ſive ex ejusdem ordinis intervallis, ſive è recurrente in horarum præfecturas, juxta eundem ordinem, ſucceſſione nihili plane eſſe. Nam quæ dicta ſunt, vulgari ordine velut priſcis receptiſſimo nituntur. Unde etiam nec defuêre, qui cum Maimonide hoc ſentientes, ante Ptolemæum ſcilicet ordinem illum apud veteres non admiſſum, ipſam denominationem hebdomadicam ex ordine illo natam, Ptolomæo antiquiorem

♄	♄
♃	♃
♂	♂
♀	☿
☿	♀
☉	☉
☽	☽

d *Plutarch. de Placit. Philoſ. 4. c. 13.*
e *In Timæo.*
f *Chalcid. in Plat. Tim.*
g *Cap. 2.*
h *Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 19.*
i *Ptolem. de Magna conſtruct. lib. 9. cap. 1. Proclus in Timæum Platonis. Achil. Tatius in Aratum, cap. 16. Simplicius in Aviſt. lib. 2. de cœlo, &c.*
k *Copernicus lib. 1. cap. 10. Io. Picus ad Serf. Aſtrologiam, lib. 10. cap. 4. Franciſc. Picus in exam. doctrin. Vanit. Gentium l. 1. c. 12. Cornelius Agrippa de Vanitate Scientiarum. cap. 30. Franciſc. Barocius de Sphæra Mundi, lib. 1. cap. 2. Franciſc. Maurolyc. Coſmograph. dialog. 1. Clavius in c. 1.*

Ioan. de Sacro Boſco. l *More Nebochim l. 2. c. 9.*

esse negent. Floruit Ptolemæus sub annum post Christi natales CXL. Expressim Hospinianus [m]; *Nec dies Hebdomadæ antè tempora Ptolemæi nominibus Planetarum eo ordine ut hodie distincti fuerunt. Sed nominati solùm à numero, quo se invicem in mense sequebantur. Id hac ratione probe Veteres Astrologi ante Ptolemæum statuerunt, Solem immediatè suprà Lunam, sic ut illis Saturnus esset primus, secundus Iupiter, tertius Mars, deinde Venus, post eam Mercurius, inde Sol, ultima Luna*, &c. Et pluribus sententiam suam adstruere conatur. Sed palam hallucinatio est insignis. Neque enim ordinis Heptazoni illius receptissimi autor est Ptolemæus. Vetustiorem esse apud complures manifesto liquet. Certè tametsi in mutilo Ciceronis de Universo opere, ex Platonicorum sententia, Lunæ proxima supra Terram est Solis circumvectio, atque inde ad Venerem & Mercurium ascenditur, in Somnio nihilominus Scipionis satis expressim collocatur Sol in Heptazoni medio. *Subter*, (scilicet post tres superiores,) inquit, *mediam ferè regionem Sol obtinet, dux & Princeps, & moderator luminum reliquorum. Hunc ut comites consequuntur Veneris alter, alter Mercurii, in infimoque orbe Luna &c.* Cicero autem ducentos circiter ante Ptolemæum annos floruit. Ejusdem item seculi Manilius [n], sunt, inquit, quæ Cœlum terramque intervolitantia pendent sidera,

Saturni, Iovis, & Martis, Solisque: sub illis
Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus.

Sic & Hyginus in Astronomicis, Manilio coævus. Quin & Cicerone recentior non fuit Geminus, si Dionysii Petavii [o] de tempore ejus conjecturæ fides. Quem tamen non desunt, qui tertio à Christo seculo ponant, ut Josephus Blancanus [p]. Certe Geminum, si quid video, palam est scripsisse ante Actiacam Victoriam. Nempe sub id tempus [q] annus Julianus receptus est ab Ægyptiis, qui antè anno usi sunt æquabili ac vago illo, CCCLXV dierum, quadrantis, qui excrescit, nullâ habitâ ratione; adeo ut in periodo 1461. annorum festa eorum singula per totum annum vagantia nullo mensis alicujus die semel non celebrarentur, ut & monet Herodotus [r], & res ipsa docet. Disertè autem Geminus [s] de vago illo anno, suo tempore Ægyptiis

[m] *De Origine Festorum, c. 5.*

[n] *Astronomic. lib. 1.*

[o] *De Doctrina Temp. lib. 2. cap. 6. in Notis ad Geminum. pag. 411. Rationar. Temp. part. 1. lib. 4. cap. 14.*

[p] *Mathematic. Chronolog. secul. 13.*

[q] *Censorin. de die Natal. c. 21. Ios. Scalig. de Emend. Temp. lib. 4. pag. 221. Dionys. Petav. de Doctr. Temp. lib. 4. cap. 5. & lib. 10. cap. 72.*

[r] *In Euterpe.*

[s] *Isagog. cap. 6.*

Ægyptiis in uſu, ac Feſtorum circumactione pluribus loquitur, nec Thoth menſem in calce Auguſti fixum, à quo, poſtquam Julianum acceperant, annum ſemper auſpicabantur, omnino agnoſcit. Jam vero pugna Actiaca Ptolemæum annis CLXXX aut circiter antevertit. Et Geminus expreſſim eundem facit [t] ordinem Heptazoni, quem approbat Ptolemæus, vulgari ſcilicet conſonum. Sic etiam Alexander Mileſius apud Chalcidium [u]; alii Ptolemæo veteſtiores. Quin & Macrobius [x] de Sole à Cicerone ſic medio Heptazoni in ſomnio Scipionis collocato, ac Platonis ſententia de proximo Lunæ ſurſum ejusdem loco verba faciens, *Ciceroni*, inquit, *Archimedes & Chaldæorum natio conſentit. Plato Aegyptios omnium Philoſophia diſciplinarum parentes ſecutus eſt.* Ita non ſolùm Cicero, Manilius, Geminus, Archimedes, Alexander Mileſius, verum & Chaldæi, natio quorum è ſcitis ipſam Aſtrologiam natam eſſe dici ſolet, de ordine Ptolemaico diu ante Ptolemæum conſenſere. At verò & ipſe Ptolemæus [y] videmus τὸν τῆς Ἀφροδίτης (σφαῖραν) καὶ τὸν τοῦ Ἑρμοῦ παρὰ μὲν τοῖς παλαιοτέροις ὑπερκάτω τιθημένας τῆς ἡλιακῆς, παρὰ δ' ἐνίοις τῶν μετ' ταῦτα καὶ αὐτὰς ὑπερτιθεμένας, *Veneris Sphæram, atque eam, quæ Mercurii eſt, à veteſtioribus ſub Sphæram Solis poſitas. A nonnullis autem luniorum eas ſupra collocari.* Ipſe diſertè agnoſcit, antiquitus receptum eundem eſſe, quo utimur ordinem ſeu vulgarem, quem & diſertè poſtea appellat παλαιοτέραν τάξιν *veteſtiorem ordinem*, eoque nomine eum laudat amplectiturque; alterum autem illum recentiorum eſſe ait commentum. Idem ipſe ordo palam etiam agnoſcitur in Harmonico cœli Pythagoræ calculo, apud Cenſorinum [z]. Nec alius eſt hujus calculus apud Nicomachum Geraſenum [a], niſi quod Mercurius inter Venerem ab hoc ponatur & Solem; quo nomine certè libris, ejus librarii errorem ineſſe ſuſpicati ſunt veterum aliqui [b]. Et expreſſim de Ordine Pythagorico quemadmodum Cenſorinus, Plinius [c]. At, ut Nicomachus, autor vitæ Pythagoræ anonymus apud Photium [d]. Sed de Veneris & Mercurii ordine plura ſtatim. Hæc cum ita fuerint, audiendi heic non ſunt, qui veterum de Sphærarum ſeu Heptazoni ordine diſſenſum ſic objiciunt, ut ante Ptolemæum, vulgarem illum receptum denegent. Et planè hallucinati ſunt, ſed &

[t] *Ibid. cap. 8*

[u] *In Timæo Platonis.*

[x] *In Somn. Scip. lib. 1. cap. 19.*

[y] *Almageſt. lib. 9. cap. 1.*

[z] *De Die Natali cap. 13.*

[a] *Harmonic. lib. 1.*

[b] *Vide edit. Meurſian. pag. 86.*

[c] *Hiſt. Nat. lib. 2. cap. 22.*

[d] *Biblioth. Cod. 259.*

Digitized by Google

cum ipſo Maimonide, ex hiſtoriæ Aſtronomicæ imperitiâ. Qualiscunque autem Sententiarum fuerit heic diverſitas, animadvertendum eſt, quemadmodum in rebus aliis hujusmodi, ita in hiſce, aliud eſſe receptiorem vulgo Aſtrologorum aliorumve Magiſtrorum, qui vetera ſecurè docent retinentque, ſententiam, aliud ſingulares, ſive Philoſophorum, ſive Mathematicorum opiniones, qui diſciplinas, ut fieri amat, ſive novatum eunt, ſive emendatum ex ſuo ingenio ac inventis, tritiori orbitæ doctrinæ, qua primo imbuuntur, non ita confidentes. Apud genus hominum poſterius, nulla ætate non habentur ſententiæ à receptis aliter atque aliter diverſæ, neque eæ quidem paucæ, cum interea prius ſit hominum genus, quorum ſcitis & ex antiquitate receptis dogmatis regulæ, mores, ac diſciplinæ, quibus vulgo utimur, innitantur. Ex antiquo igitur ordinis Heptazoni illius vulgaris uſu (qualem oſtendimus) fatis conſtat penes genus hominum, quod diximus heic prius, id eſt, qui receptiores ſententias & amplexi ſunt & profeſſi, & rationes qualescunque Aſtrologicas, è quibus naſceretur denominatio hebdomadica, invenerunt receptiſſimum fuiſſe ordinem illum; penes alterum autem genus non item. Quale, in rebus aliis evenire nemo non videt. Etiam ſuperiori & noſtro in ſeculo de Marte, Mercurio, Venere, Sole, novis etiam Planetis circum Jovem & Saturnum latis, ſententiæ ortæ ſunt Mathematicis ſummis, Copernicis, Rheticis, Tychonibus, Keplerîs, Galilæis, aliis, ab antiquorum receptorumque perquam diverſæ, quæ tamen impoſterum argumento neutiquam omnino erunt, vulgus aſtrologorum velut ab intima vetuſtate ordinem cœli quem populariter agnoſcimus, continenter propagatum non accepiſſe; non magis ſane quam Pythagoræ, atque Hippocrati, Chio, eundem non receptum aſſerere, ideo quòd Planetam octavum eſſe dicerent, cui raro apparenti [e] Cometæ nomen tribueretur. Sed ſingularia ejusmodi receptis ſententiis adverſari neutiquam ſolent. Ægyptii autem illi aliique, qui ſupra Solem Venerem, & Mercurium collocarunt, (quorum ſcilicet loca rem heic primario turbare videntur,) etiam & utrumque, ut in hoc ſchemate, Sole pariter inferiorem agnovere. *Scilicet in Solem inter Lunam & Mercurium locatum*

[e] *Apud Ariſtot. in Meteorolog. c. 6.*

tatum volebant, ut ratione deprehenderint (ſic Macrobius f, *& edixerint cur à nonnullis Sol ſupra Mercurium ſupraque Venerem eſſe crederetur.* Ita nimirùm circumambire Veneris Sphæram eam, quæ Mercurii eſt, atque hujus eam, quæ eſt Solis, voluêre, ut ſidus utrunque in perigæo ſeu ſemicirculo inferiore conſtitutum Sole inferius eſſet, ſicut in apogæo ſeu ſemicirculo ſuperiori, eo ſuperius. Cum enim conſenſus ferme nullibi non eſſet de tribus ſuperioribus, *horum trium* (appoſitiſſimè ſcribit Macrobius) *ſibi proximorum, Veneris Mercurii & Solis ordinem vicinia confudit; ſed apud alios. Nam Ægyptiorum ſollertiam ratio non fugit, quæ talis eſt. Circulus per quem Sol diſcurrit, à Mercurii circulo ut inferior ambitur; illum quoque Superior circulus Veneris includit.* (Sic etiam voluit Copernicus, & qui eum ſequuntur, viri magni.) *Atque ita fit, ut hæ duæ ſtellæ, cum per ſuperiores circulorum ſuorum vertices currunt, intelligantur ſupra Solem locatæ; cum verò per inferiora commeant circulorum, Sol eis ſuperior æſtimetur.* Unde ſententiarum diverſitatem ex ipſorum Ægyptiorum diſciplina ſic reconciliat. *Illis ergo, qui ſphæras earum ſub Sole dixerunt, hoc viſum eſt ex illo ſtellarum*



f *In ſomn. Scip. lib. 1. cap. 19. Videſis Martian. Capellam de Nuptiis Philologiæ, lib. 8. cap.* quod Tellus non ſit, *&c. Copernic. Reſolut. lib. 1. cap. 10. Anathaſ. Kircher. in Prodromo Copto, pag. 266.*

curſu, qui nonnunquam, ut diximus, videtur inferior, qui & verè notabilior eſt, quia tunc liberiùs apparet. Nam cum ſuperiora tenent, magis radiis occuluntur. Et ideo perſuaſio iſta convaluit, & ab omnibus penè hic ordo in uſum receptus eſt. At verò dixerit quis, qualisnam ad rem noſtram reconciliatio hæc? Nam ſic Venus in Semicirculo ſuo inferiori, cujus loca quæ à Sole maximè diſtant, eam terris ſplendidiorem, utpote viciniorem, reddunt, Mercurio inferior eſt. Atque ita Heptazoni vulgaris luxatio remanet. Quod verum quidem eſt. Sed antequam accuratius Veneris & Mercurii ſitum ſic explorarant Ægyptii, natus eſt ex veteri cœleſtium corporum ignorantia, tametſi docta, apud Chaldæos ordo ille vulgaris, quem in judiciis Aſtrologicis novari nolebant ne quidem ii, qui cœleſtem ſemper eſſe negarent. Semper dico. Nam ex ſchemate ſuperiori nemo non videt ſæpiùs fieri, ut Mercurius, (qui etiam velocius & ſæpius circumagitur,) inferiorem ſuum ſemicirculum peragrans, Lunæ ſit Venere proximior. Atque ita Heptazoni in ſimplici enumeratione ratio & uſus popularis idem erat apud omnes, etiam & ipſos Ægyptios, ut ex Vettio Valente & Dione ſuperiùs allatis, itidem docemur. Summa eſt, veterrimos Aſtrologos, Chaldæos nempe, etiam & Ægyptios ipſos turbamque reliquorum, qui poſtea vetuſtatis diſciplinâ acquieſcentes, eam ingenii atque inventorum accesſione minimè novatam vellent (quorum ratio in rebus moribusque hujusmodi popularibus ſolùm habenda) ordinem illum Heptazoni vulgarem ſemper in re Aſtrologicâ retinuiſſe; nec placita eorum, qui diverſimode ſive apud Ægyptios recentiores ſive apud alios ſenſerunt docueruntque, magis in denominationem illam ſive Hebdomadicam ſive Horariam ex ordine illo, ut oſtenſum eſt, pendentem, invaluiſſe, aut in ejusdem antiquitatem invaleſcere, quàm Copernici, Galilæi, Kepleri Aſtronomiam novatam in hodiernam dierum denominationem Planetariam, cui, ut ex Heptazono veteri nata eſt, horum hypotheſes æquè diſſonæ ſunt. Certè & R. Abraham Judæus Hiſpanienſis, Ben Chaia g, de Venere & Mercurio expreſſim חכמים הקדמונים סוברים כוכבי לכת על השדר שצמח"נכל שהן תחת כיחור החמה והיו מסדרין *Sapientes* ſeu *Philoſophi veteres univerſi* (ſeu Philoſophorum ac Aſtrologorum vulgus) *opinati ſunt eos collocari infra Solis orbem, atq; ordina-*

g *In Sphæra mundi, cap. 2.*

ordinarunt Planetas Ordine hujuſmodi ♄♃♂☉♀☿☽. Vera horum poſitura ad rem hanc non omninò attinet. Sed ex eo quod eſt, hujusmodi fuiſſe veterum idque ab intima antiquitate de eorum ordine ſententiam, eamque populariter paſſim receptam, planè ſatisfit objectis, quæ ex Ptolemaico Heptazoni ordine velut novo adverſus Planetariæ denominationis vetuſtatem afferuntur. Quin & in Sinenſium Paganismo, & civili temporum ratione ex ſeculis antiquiſſimis longeque Joſephum (ſi fides eis, qui rem narrant) antevertentibus petita, idem habetur ordo in diebus denominandis Planetarius; qua de re plura capite ſequenti.

Cap. XII.

Ordinis dierum *in Hebdomade, & Planetariæ eorundem* denominationis, Joſephi *ſeculo*, Uſus; *In* Oriente; *in* Occidente. *Et undenam in vulgus hominum hujus* Obſervatio *adeo fuerit olim* diſſeminata.

Iſce ita de Hebdomadis dierum Vetuſtate, Planetarum ſeptem nominum aſſignatione, Ordine, Ordinisque Ratione ac causâ oſtenſis, ſequitur ut de ejusdem Ordinis apud Gentes ſive univerſas ſive tot, quot univerſarum nomine apud ſcriptores veteres ſolent venire, Uſu, atque unde Uſus ille ſic diſſeminatus, diſpiciamus. Ex ſuperiùs adductis ſatis liquet diem in periodis dierum ſeptimum ſeu Saturni, neque apud Græos veteres, neque apud Romanos aliasve gentes, præter Judæos (quantum ex priſcis monimentis ritè intellectis eſt eliciendum) in Feſtis omninò habitum, ſeu laborum vacatione celebrari ex inſtituto ſeu moribus receptis ſolitum. Cum verò facilè, uti & ſuprà [h] monitum eſt, concipiatur, Triplicem haberi dierum Hebdomadis uſum; Primum, quâ Sacrum indicat Feſtum recurrens; Secundum, quâ in Faſtos ſeu Temporis calculum, citra Feſti rationem, ex inſtituto publico admittitur; Tertium, quâ, ex artificum tantùm diſciplina Chronologica

[h] Cap. 19.

gica ſeu Aſtrologica, citra publicum inſtitutum; Tametſi uſus Primus nullibi gentium præter Judæos, Joſephi ſeculo (niſi exceptam velis Chriſtianam tunc enaſcentem Eccleſiam) repertus eſt, nihilominùs de Tertii generis Uſu, apud Gentes tunc pleraſque, teſtimonia ſunt ſatis frequentia. Atque Secundi etiam apud nonnullos Veſtigia, ut mox dicetur, fortè non obſcura. Tertii generis uſum videre eſt in eis, quæ ſuperiùs tum ex oraculis vetuſtis, tum ex Sabbatico in rebus genethliacis decernendis calculo aliisque id genus depromuntur. Atque Aſtrologicarum ejusmodi affaniarum uſum in orbe Romano frequentiſſimum fuiſſe ſeculis Joſepho vetuſtioribus palàm liquet ex Manilio, Horatio, Lucano, aliis. Etiam anno ferme, ante Cæſares, centeſimo, edicto juſſi[i] ſunt Chaldæi *intra decimum diem abire urbe atque Italiâ*. Et poſtmodum[k] tantundem factum, non ſemel ſub Auguſti tempora; etiam ſub Tiberio[l]. *Facta* (inquit Tacitus) *& de Mathematicis Magisque Italia pellendis Senatusconſulta; quorum è numero* L. *Pituanius ſaxo dejectus eſt*, Idem[m] memorat Ulpianus. Sub Claudio item, Tacitus[n]; *De Mathematicis Italia pellendis factum Senatusconſultum atrox & irritum*. Nimirùm in leges etiam invaluerant eorum artes. Et egregium eſt illud ejusdem[o] de illis; *Mathematici novos motus & clarum Othoni annum obſervatione ſiderum affirmant; genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper & retinebitur.* Luculentiſſimum ſanè eſt teſtimonium, ipſi Joſepho etiam coævum, de frequentiſſimo ſuperſtitionum Aſtrologicarum (namAſtrologos, Chaldæos, Mathematicos, idem genus hominum pariter veteribus dici nemo neſcit) adeoque Hebdomadis ſeu calculi Sabbatici, qui in eis tam eximium, uti ſuperiùs oſtenſum eſt, obtinuit locum, uſu tunc temporis inter Romanos, quemadmodum & antè diù & apud alias gentes, recepto; qui nec legibus abigi potuit. Atque hinc ſanè facilè eſt conjectari, quàm per alias gentes ſeu orbem Romanum tunc temporis fuerit uſus ille diffuſus. Et appoſitè ſcribunt Beda[p] & Iſidorus[q] Hiſpalenſis Gentilitatem credidiſſe, in hebdomadica illa dierum juxta Planetas diſtributione, *habere ſe à Sole ſpiritum, à Luna corpus, à Marte ſanguinem, à Mercurio ingenium & Linguam, à Jove temperantiam, à Venere*

i *Valer. Max. lib. 1. cap. 3.*
k *Dio lib. 49. & 56.*
l *Annal. 2.*
m *Apud auctorem Collat. Legg. Iud. & Rom. tit. de Mathematicis & Manichæis. Et vide Lipſ. ad Tacit. Annal. 2. num. 32.*
n *Annal. 12.*
o *Hiſtor. 1.*
p *De Temporibus, cap. 4.*
q *Etymolog. lib. 5. cap. 30.*

nere voluptatem, à Saturno tarditatem, velut à diis quorum imperio fuberant. Adeò ut quidem sic tàm Theologica etiam, quàm Astrologica Hebdomadi ineſſet ratio. Sed non omninò quæ publicis niteretur moribus, ſed nugaci diſciplinæ circumcellionum, qui levibus & ineptis ingeniis, uti ait Valerius [r], fallaci ſiderum interpretatione quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem injiciebant. Hinc Saturni dies inauſpicatus, nec rebus aptus gerendis, ut oſtenſum eſt, habitus. Hinc Gentilitatis moris, tametſi non ſuperſtitionis, etiamnum reliquiæ in Planetaria apud Chriſtianos dierum denominatione. Atque ſane ſive hinc ſive fortè à ſimplici temporum calculo, nec ſine inſtituto publico, ſed non omninò ſacra ratione, Hebdomadis invaluit antiquitus Uſus apud Gentes, quæ cum nec Chriſtiani, nec Judæi ſint, nimirùm, nec Dominicum Diem ſeu Solis, nec Sabbati ſeu Saturni diem Feſtum habeant, adeoque non Feſti ratione orbe hebdomadico utantur, eundem dierum ordinem in numerando etiam & citra plerunque Planetarum nomina ſervant. De Chriſtianis gentibus palam eſt, quotquot earum locutione & ſcriptione vulgari Planetariam denominationem retinent, eam è veteri illo Gentilium uſu accepiſſe. Nam notiſſimum eſt illud, ſtilo magis proprio atque Eccleſiaſtico, Feriarum nomine, non Planetarum, ex veteri Sylveſtri primi, ut paſſim creditur, Pontificis Romani inſtituto, dies hebdomadis, adjecto numero, nuncupandos; quorum & ſextus Paraſceve non rarò dicitur, uti primus Dominicus, & ſeptimus etiam Sabbatum. Atque hac de re videſis, quæ congeſſit doctiſſimus Barnabas Briſſonius [t]. Et ſunt quidem gentes Chriſtianæ, quæ undiquaque, ni fallor, veterem illam conſuetudinem ita exuerunt, ut nullius Planetæ nomine in diebus deſignandis, ne ſermone vulgari utantur; quemadmodum, Poloni, Bohemi, alii linguâ Slavonicâ cognati, qui [u] Nedele & Niedzela aut vocabulo affini, pro *Dominico* primum vocantes, proximum poſtriduanum Dominico dicunt, tertium ſecundum, quartum tertium & deinceps uſque ad ſextum, quem quintum nominant, id eſt, quintum à poſtriduano incluſo, & demum ſeptimum Sobota quod Sabbatum eſt. Hungari item [u], ſine Planetarum adjectione dies deſignant. Græci etiam, opinor, diu eſt quod à Dominico [x] ſecundam, tertiam

[r] *Lib. 1. cap. 3.*

[t] *Ad L. Dominico C. Theodoſ. tit. de Spectaculis. A. Roman. in ſupputat. Eccleſiaſt. & Vocabular. Trilingue Pragenſe.*

[u] *Hieronym. Megiſer. in Theſ. Polyglotto Verb. Dies.*

[x] *Theodor. Gaza lib. de Menſibus, cap. 17.*

tiam, quartam diem & deinceps numeraré ſolent, Planetarum nominibus planè ſepoſitis. At verò in Eccleſiæ Occidentalis regionibus pleriſque ceteris, celebrioribus, puto, univerſis, denominatio illa in valuit Planetaria, quam, cum è Chriſtianiſmo ipſo manare ea nequiret, ex vetuſtiſſimis Gentilitatis moribus ortam propagatamque planè cenſendum eſt. Gentes quæ linguis utuntur provincialibus ſeu à Latina degenerantibus, veluti Itali, Hiſpani, Galli, veſtigia cuique manifeſta nominum Planetarum Romanorum eorumque antiquitatis in prioribus ſex diebus retinent, Septimum intereà Sabbatum vocantes Hiſpani & Itali, ut *Sammedy* Galli. Et Cambro Britannorum etiam denominatio dierum, adeo Latinam redolet originem (ſic ab amicis, qui eorum linguam callent, mihi obſervatum eſt) ut è Romanorum Paganiſmo in Britanniam eam deſumptam eſſe non ſit quod dubitemus. At verò Germanorum, Belgarum, Danorum, Anglorum, nomina dierum vulgaria ut ſunt à Latinis alieniſſima, ita & ſummam ac ſingularem ſui atque Planetariæ apud gentes has denominationis adeoque Hebdomadis Aſtrologicæ uſus vetuſtatem indicant. Ea ad hunc modum ſe habent.

	Germani,	Belgæ,	Dani,	Angli.
Dies Solis	Sontag	Sundach	Sendag	Sunday
D. Lunæ	Montag	Maendach	Maandag	Monday
D. Martis	Dienſtag	Dinghſtach	Thiſdag	Tueſday
D. Mercurii	Mitwoch	Woenſdach	Onſdag	Wedneſday
D. Jovis	Donnerſtag	Donderdach	Thaarſtag	Thurſday
D. Veneris	Freytag	Vreydach	Fredag	Fryday
D. Saturni.	Sambſtag	Saterdach	Loffuerdag	Saterday.

Saturni quidem dies heic Germanis & Danis non ab ipſo denominari videtur. Sed Sambs in Sambſtag Sabbatum, puto, eſt, unde forſan & *Samme* in *Sammedy* Gallorum. Et tralatitium eſt apud eos, qui linguarum cognationes obſervant, quam plurima vocabula Perſica in lingua Germanica aliiſque ei cognatioribus reperiri. Certè ut Judæi Sabbati nomen, tum pro hebdomade ipſa atque die ſeptimo, tum in hebdomadis diebus ſingulis recenſendis adhibere ſolent, ita &

ita & Perſæ شنبه *Sambe* y; tametſi pro eo quod eſt Sabbatum in Pentateucho Tavvaſii Perſico جزو quod *requiem* denotat, paſſim uſurpetur. De Danorum autem Løffuerdag, Løverdag item & Løffuerdag dicto, *ſicut non uno modo ſcribitur*, ait Iſaacus Pontanus z, *ita nec uniuſmodi haberi poteſt ejus interpretatio. Qui* Løverdag *ſcribunt, videntur reſpicere vel ad Lotionem publicam, cui eo die vacarent, vel ad nuptiarum contractus. Poſt nimirum acceptum à Frea nuptiarum auſpicium. Vnde & Løven, Løffte & Brunløffde nuptialia adhuc apud Danos verba ſunt.* Alii Løfferdag ſignificare volunt diem purgationis. Alii aliter a. Germanis item Mercurii diem dici vides Mitwoch, id eſt, *ſeptimana medium*, quia initium, & finem pari reſpicit intervallo. At cetera nomina Planetarum eſſe, quorum in Gentiliſmo gentium illarum uſus, non iniquum eſt ut ſentias. De Sole & Luna, res palam in omnibus videtur; licet animadvertat Pontanus, *Danos non, ut omnis fere hodiè Germania*, Son *ſed* Soel *dicere; ut ſcilicet hic primus hebdomadæ dies* Sondag *diceretur, quod eſſet quaſi dies pacationis ac judicationis dominicæ. Nam & hodiè adhuc* Sone *pacare Danis dicitur.* Ita etiam ſubdubitando alii b, qui interea Solem in Danorum Sondag contineri malint. Quod ad Martis diem attinet, qui & Zinſtag Germanis ſeu Alemannis, & Diſſendach & Diſdach Belgis nuncupatur; opinantur viri docti, à Tuiſtionis ſeu Teutatis (quorum alterum habetur apud Lucanum c pro Deo Barbarorum, qui Septentrionaliores regiones incoluêre, alterum apud Tacitum d pro gentis Germanorum conditore) nomine; diei prænomen in linguas illas cognatas pariter defluxiſſe. Atqui & aliæ ſunt de illis ſententiæ, uti & de diei hujus denominatione. Sed cum locum Martis inter præcedentes ſequenteſque occupet prænomen illud, vix dubito quin pro ipſo Marte antiquitùs ſumeretur. Mercurius autem Wodan aliiſque, quæ proximant, nominibus dictus eſt; & Danis Othin; unde Othinſdag in Onſdag contractum. Certè dum de Paganiſmi hiſce in regionibus Theologia loquuntur ſubinde Scriptores veteres e, Wodan Martem nuncupari, aut ſaltem officium ejus ab illo præſtari ſolitum ajunt.

y *Joſ. Scaliger. lib. 1. de Emendatione Temp. pag. 8.*

z *Chorograph. Daniæ deſcript. p. 798.*

a *Olaus Vvormius in Faſtis Danicis. lib. 1. cap. 15.*

b *Olaus Vvormius ibidem*

c *Pharſal. 1.*

d *De moribus Germanorũ.*

e *Adam Bremenſis hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. 233.*

Sed tum Mercurium eum fuisse disertè asserit Paulus Warnfredus[f], tum ea de re testimonia sunt quamplurima in annalibus Anglosaxonicis, id est, de Saxonum, qui in Angliam sedes transtulere, rebus gestis, moribusque conscriptis. Ubi de primo Horsi & Hengisti, qui Saxones in hanc insulam secum duxêre, atque Vortigerni Regis Britonum colloquio verba faciunt Annalium illorum autores, *quæsivit*, inquit[g], *Rex ab eis quam fidem, quam religionem, patres eorum coluissent. Cui Hengistus, Deos patrios, scilicet Saturnum, Iovem, atque ceteros, qui mundum gubernant, colimus, maximè autem Mercurium, quem linguâ nostrâ* Woden *appellamus. Huic patres nostri veteres dedicaverunt quartam feriam septimanæ, quæ in hunc hodiernum diem* Wodenesday *appellatur. Id est*, ƿodenandæȝe, si locutionis Saxonicæ veteris rationem habeamus. Scilicet dicebant[h] ƿunnandæȝe, monandæȝe &c. pro *Die Solis, Die Lunæ*. Hunc innuit & Tacitus[i]; Germanos ait ille, *Deorum maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem & Martem concessis animalibus placant. Pars Suevorum & Isidi sacrificat.* Quod ideo libentius citavimus, quia hinc discimus deos quidem hos, adeoque Planetarum nomina tunc fuisse Germanis sua, nec adeo contracta, ut vult Cæsar, qui, cum non explorata ita ei esset eorum religio, *Deorum numero*, inquit[k], *eos solos ducunt, quos vident, Solem, Vulcanum & Lunam. Reliquos ne famâ quidem acceperunt.* Sed falsò, uti & rectè notat Lipsius ad Tacitum. Et Wodenum jam dictum diu etiam à Paganis post Christianismum in regionum harum nonnullis disseminatum, cultum esse memorat Ethelvverdus[l]. Nec rarò in annalibus nostris obiter, aliàs pro Mercurio Gentilismi Saxonici sumitur. Sic & Thonner, Donner & Thor[m] pro Jove accipi solet, unde dies ejus inde denominatus. Haud alium fuisse à Tarani apud Lucanum, existimant aliqui. Frigga verò, Fricco, Frea, seu Frecca, unde Frie & Wrey in prænomine diei Veneris, pro Venere passim apud Scriptores sumitur. Et in Hengisti ad Vortigernum oratione[n]; *Post illum* (VVodenum) *colimus deam inter ceteras potentissimam, vocabulo Fream, ex cujus vocabulo* Friday (id est, ƿriccandæȝe) *appellamus.* Tam de hac dea quam Wodeno

f *De Gest. Longobard. lib. 1. cap. 9.*

g *Apud Mat. VVestmonasteriensem in Florilego, a. d. 450. alii.*

h *Leges Edgari Regis, cap. 5.*

i *De Moribus Germanorũ.*

k *De bello Gallico lib. 6.*

l *lib. 1. cap. 2.*

m *Adam Bremens. hist. Ecclesiastic. cap. 233.*

n *Apud. Mat. Vvest. in Florilego, ann. 450.*

Digitized by Google

Wodeno Gulielmus Malmesburienſis [o]; *erant* (Hengiſtus & Horſa) *abnepotes illius antiquiſſimi* Woden, *de quo omnium penè barbararum gentium regium genus lineam trahit, quemque gentes Anglorum Deum eſſe delirantes, ei quartum diem ſeptimanæ, & ſextum uxori ejus Freæ, perpetuo ad hoc tempus conſecraverunt ſacrilegio.* Saturni autem nomen pene ipſius Latinum à Belgis & Anglis retinetur in ſeptimo. Et de his & cunctis, vide plura ſi vis apud Gulielmum Camdenum [p], Olaum VVormium [q], Iſaacum Pontanum [r], Philippum Cluverium [ſ], alios qui de Septentrionalium moribus agunt. Hinc autem liquet non minus in populorum Septentrionalium, quam Auſtralium veterum Gentilitate ſeu Paganiſmo denominationem dierum Planetariam cum Hebdomade obtinuiſſe. Neque mirum eſt, tam diverſa Septentrionalibus fuiſſe à Latinis aut Græcis hæc ſive Planetarum ſive Deorum nomina. Nam ſatis quidem diverſa ſunt ipſa Latina ab eis, quæ Græcis vulgò recepta. Etiam & Græcis ipſis pariter fuêre nomina diverſiſſima, uti & Ægyptiis. Saturnus tum Græcis etiam, tum Ægyptiis, qui Græcâ linguâ uterentur, dictus eſt *Phænon* [t]; ſed ipſis Ægyptiis (ſi fides Planetarum nominum deſcriptioni Româ ad Claudium Salmaſium miſſæ, quam typis nuper edidit V. præſtantiſſimus Ludovicus de Dieu [u], nunc etiam in Athanaſii Kircheri Prodromo Copto ex Romæ evulgatam) *Rephan*, atque, ut alii, Nemeſis Stella; Jupiter item, Phaeton, & ab Ægyptiis ipſis *Pizeus*, &, ut alii, Oſiridis Stella; Mars, Pyroeis, & ab Ægyptiis ipſis *Moloch* & Stella Herculis; Sol Ægyptiis ipſis *Pire*; Venus Phoſphorus, & Ægyptiis ipſis *Surot*; Mercurius, Stilbon, Ægyptiis ipſis *Piermes* & Apollinis Stella, & Luna Aegyptiis ipſis *Piia*. Quin & nomina Planetarum alia atque alia ſunt, atque à Græcis Latiniſque diverſiſſima Arabibus, Ebræis, Polonis & qui linguæ Slavonicæ propaginibus utuntur. At & aliæ quidem atque aliæ nominum rationes. Atque ita fuêre olim à ceteris diverſa Germanis & Saxonibus ſeu Septentrionalibus ſub Cauro poſitis Planetarum vocabula, prout in dierum nominibus ſupra oſtenſis; licet nunc, Sole & Lunâ exceptis, Latinorum nominibus in idioma ſuum deflexis, ubi de Planetis ſimpliciter loquuntur, uti ſoleant. Et de reliquiis Gentiliſmi ex Heb-

o *De geſtis Reg. Angl. lib. 1. cap. 1.*

p *Britan. pag. 97.*

q *In Faſt. Danicis lib. 1. c. 15.*

r *Chorographic. Daniæ deſcript. pag. 797. &c. Orig. Franc. lib. 6. c. 1.*

ſ *Germania Antiqua, lib. 1. cap. 26. & 33.*

t *Mart. Capella lib. 8. Achilles Tatius In ſagog. in Phænomena. Eſtrm. Matthæſ. lib. 1. cap. 2. &c.*

u *Animadverſ. ad Act. Apoſt. cap. 7. verſ. 43.*

x *Cap. 5. pag. 147.*

domadis usu ac Planetaria denominatione apud gentes Christianas, hactenus. Jam verò in Oriente alibique sunt Mahumedani complures, qui etiam absque denominatione y Planetariâ (utcunque Planetarum ratio Astrologica interea ipsis habeatur, & subinde etiam in denominatione usurpetur) Hebdomadem in diebus enumerandis retinent. Nec tamen cum Judæis diem Saturni, nec cum Christianis diem Solis Festum habentes. At interea in die Solis Hebdomadis initium ponunt & ipsi: id est, Hebdomadem, quatenus Hebdomas est simplex, sine Festivitatis ratione in termino ejus ullâ servant, qua de re vide, quæ superiùs occurrunt sub calcem capitis vigesimi. Arabum, Turcarum, Persarum Hebdomadem statim damus, quatenus scilicet ex Joanne Leunclavio z, Josepho Scaligero a, Hieronymo Megisero b, aliquotque etiam Orientalium ipsorum monimentis eam didicimus. Et Mahumedes Alfraganus c, *Dies*, inquit, *Arabum, quibus numerant menses, sunt septem, primus, secundus, tertius, quartus, quintus, Dies congregationis, Dies Sabbati.* Retinent qui-

y *Videsis Ioseph. Scaliger. lib. 1. de Emend. Temp. pag. 8.*

z *Pandect. Turcic. cap. 11.*
a *De Emend. Temp. lib. 1. pag. 8.*
b *Thes. Polyglott. verb. Dies.*
c *Astronomic. Elem. cap 1. edit. Christmanni.*

Arabes.		Turcæ.	
الاحد يوم	*Dies* 1.	برر كوه	*Dies mercatus.*
الثنين يوم	*Dies* 2.	برر لرتسنت	*Dies mercatui postriduanus.*
الثالث يوم	*Dies* 3.	صلبن	*Salli.*
الرابع يوم	*Dies* 4.	رشنبه	*Dies quartus.*
الخامس يوم	*Dies* 5.	بشنبه	*Dies quintus.*
الجمعة يوم	*Dies Giuma.*	جمعه	*Giuma.*
السبت يوم	*Dies Sabbati.*	جمعه لرتسبن	*Giuma postriduana.*

Persæ.

يكشنبه *Dies* 1. seu *prima Shanbe.*

دوشنبه *Dies* 2. seu *secunda Shanbe.*

سيشنبه *Dies* 3. seu *tertia Shanbe.*

Digitized by Google

چهار شنبه *Dies 4. ſeu quarta Shanbe.*

پنجم شنبه *Dies 5. ſeu quinta Shanbe.*

ادینه *Adina.*

شنبه *Shanbe.*

dem Arabes ipſum Sabbati nomen, quod Ebræum eſt, pro die ſeptimo. Neque, opinor, in Perſica, Hebdomade τὸ شنبه aliud, quàm Sabbatum denotat, quà eo vocabulo, ex Ebræorum uſu, deſignantur & Hebdomas ipſa, & ejuſdem dies. Sed palam eſt primum orbis Hebdomadici diem eſſe diem Solis etiam gentibus hiſce, quæ nec ipſum nec præcedentem Feſtum habeant, adeoque nec è ſacrorum ratione, ſive terminum, ſive initium Hebdomadis figant. Unde igitur illis mos hic, niſi ex intima vetuſtate, quæ primò illum ſive ex Chronologica aliqua, ſive Aſtrologica diſciplina induxerit? Abſonum enim eſt exiſtimare, ex Judaiſmi ritibus, quos ſatis plerunque aſpernati ſunt, & in cultu Sabbati planè rejecère, ſeculis Joſepho recentioribus morem illum enatum. Et ritus Chriſtianiſmi, illos hac in re imitatos eſſe, niſi ſimùl Feſtum, quod die primo celebramus, etiam recepiſſent, vix queo ſuſpicari. Quin & ex ſuperiùs adductis liquet, Orientis nationes fuiſſe ê quarum ſcitis Hebdomadicus dierum calculus Aſtrologicus in Græcos & Romanos Occidentiſque populos reliquos diffuſus eſt. Atque & inde dubitari nequit, quin apud illas vetuſtiſſimus fuerit. Neque intereà magis ſequitur, feſtum illis ideò fuiſſe ſeptimum diem, ob calculi ſolùm uſum, quàm trecenteſimum ſexageſimum quintum diem anni, aut viceſimum nonum aut trigeſimum menſis feſtos fuiſſe. Qui tamen in calculo & Chronologico & Civili etiam, uti hodieque, ſemper ferè in uſu. Quod ſimiliter de aliis in calculo periodis ſine feſtivitate dicendum. Cum autem feſtus non eſſet dies ſeptimus Gentilibus illis priſcis, è quorum uſu in ſecula poſteriora enumeratio, tum ſimplex hebdomadica, tum Planetaria in Oriente, & in Occidente Planetaria manavit; anne publico olim

co olim apud illos nitebatur orbis hebdomadici obſervatio qualiſcunque ſeu civili etiam inſtituto, an diſciplinâ tantùm Aſtrologicâ, pro libitu, ut fieri ſolet, privatis receptâ? Certè ex utraque ratione in Oriente, extra Judæos, diu etiam ante Joſephum, Hebdomadis uſum fuiſſe fortè exiſtimandum. Ita proculdubiò exiſtimarunt illi, qui ſive Adæ, ſive Setho Hebdomádici calculi initium atque inſtitutionem tribuunt, de quibus ſuprà [d]. Argumento etiam videtur eſſe, quod ſimplex enumeratio dierum Hebdomadica, ſine Planetariâ, adeo eis in uſu fuerit, ut ex intima vetuſtate etiamnum retineatur. Accedat heic in Sinenſium ipſorum Paganiſmi Faſtis ac civili temporis calculo, obſervationem Vetuſtiſſimam hodieque eſſe hebdomadis recurrentis eodem modo, ac ordine, quo apud alias gentes, citra tamen Feſtivitatis alicujus rationem, quam aut à Mahumedanis in Oriente didiciſſe, aut longè ante Mahumediſmum à majoribus (quorum moribus, in hiſce, non diſſimiles fuiſſe aliarum in Oriente gentium, non iniquum eſt conjectari) ac ſeculis Joſepho vetuſtioribus accepiſſe eos opinandum. Fide dico Patrum ê Societate Jeſu, qui hac de re expreſſim [e] in literis ad Claudium Aquavivam ejuſdem Societatis Præpoſitum Generalem. Verba ſunt. *Sinæ conſtellationes numerant octo & viginti, quæ ſingulæ proprium habent characterem. Hi quoque characteres ſinguli cum ſingulis Planetis componuntur. Planetæ ergo cum ſeptem ſint, ſinguli quatuor habent ſibi adjectos characteres, quod ad amuſſim reſpondet numero noſtri Cycli Solaris. Nam quoniam ſingulis Hebdomadæ diebus unam ex his conſtellationibus cum Planetarum uno componunt hinc fit ut quatuor illi conſtellationum characteres, qui Soli ſunt addicti, perpetuò in diem Dominicum incidant, quatuor Lunæ in ſecundam feriam, Martis in tertiam atque ita deinceps. Dixi perpetuò. Nam cum apud Sinas intercalans dies nullus inferatur, ipſæque conſtellationes ſint quaternæ, & evoluto conſtellationum numero, à capite ex integro inchoetur à primo, ipſi quoque hebdomadarum dies perpetuò pro numero Planetarum Septem numerentur, hinc fit ut illi quatuor characteres conſtellationum ſingulis addicti Planetis in unum eundemque ſemper diem incidant. Hi porrò characteres eum in dies ſingulos*

[d] *Cap. 19.*

[e] *Litera è regno Sinarum ann. 1610. & 1611. Antverpiæ 1615. pag. 131.*

Digitized by Google

ſingulos in Faſtis Sinenſibus appicti reperiantur, ſit ut Neophyti (Sinenſes quotquot ſacro imbuti lavacro) *ſi quatuor norint Soli addictos characteres, quos ipſi* ſun fam hium mad *vocant, nullo negotio ex ſuis ipſorum Faſtis Dominicum Diem explorent, quo in ſedem ſacram conveniendum ſciant.* Et quantum video, à quater millibus abhinc annis aut circiter, hanc, uti alia in temporum calculo, Calendarii ſeu Faſtorum publicorum rationem petunt. Atque ita etiam apud ipſos in extremo Orientis poſitos, ex intima vetuſtate habes uſum civilem non tantùm Aſtrologici m., tum ordinis hebdomadici, tum Planetariæ denominationis, in qua & qui Soli tributus, eſt dies primus (quod forte, ut Synodi Palæſtinæ f Patres olim, ex hiſtoria creationis audita ſic eſſe ſibi probarant) & Lunæ ſecundus eſt, ceterique deinceps ſequuntur ut in hebdomade vulgari. Sic de Orientis populis ſtatuendum videtur. Non item de Occidentis. Tum Græcis tum Romanis civilem Hebdomadis uſum fuiſſe in Paganismo nullum, oſtenſum eſt ſuprà; ſed tamen Aſtrologicum. Qui, poſtquam Chriſtianismi, diei Dominici gratiâ, Hebdomas in Faſtis invaluerat, etiam Civilis factus eſt; utpote ex more vulgi, Aſtrologicis rationibus plus æquo antè dediti ſic deſumptus. Quod manifeſtum eſt ex eo quod Planetariæ hebdomadis uſus civilis ex ſeculis illis priſcis inter gentes Occidentis tot Chriſtianas, quæ orbis fuêre Romani, propagatus ſit. Nec aliter, opinor, dicendum de Septentrionalibus illis populis ſeu ſub Cauro poſitis, qui, tametſi Planetariam haberent & ipſi Hebdomadem; quæ etiam hactenus in uſu eſt Germanis, Belgis, Anglis, Danis, aliis, eam nihilominus in civilem temporum calculum ſeu Faſtos ante Chriſtianismum non videntur recepiſſe. Beda Angloſaxo g annorum ac menſium, adeoque temporum calculum majoribus ſuis, antequam Paganismum exuerant, in uſu diligentius docet; Menſes eorum aliquot item nominibus deorum ritibusque Paganismi ſignatos oſtendit, veluti illum qui Martio reſpondet ῥhedmonaþ dictum à dea illorum Rheda, Aptilem Eoſtun monaþ, qui nunc, inquit, Paſchalis menſis interpretatur (unde & Paſchatis tempus hodieque Eaſter Angli vocamus, ut & Alemanni Oſtertag; neque aliter in Beda heic depravato legendum) à dea cognomine, & Septem-

f *Apud Bedam in lib. de Æqui nocTio Vernali, & in Tom. 1. Concil. Edit. Bin. 1618. p. 79.*

g *De Temporum Ratione, cap. 15.*

ptembrem Halizmonap seu *Mensem sacrorum*, & Novembrem Blomonap *Mensem immolationum*, à Blod quod *sangvis* est. Initium item anni illis fuisse ait in VIII kl. Januarii seu ipso Decembris Juliani, Giuli dicti, die XXV, quem Modranecht id est, *matrum*, ut inquit ille [h], *noctem* appellitarunt. Persequitur etiam [i] concordiam Maris & Lunæ, & juxta quidem hujus motum, maxime autem juxta illius fluxus refluxusque, quos pro incrementi & decrementi varietate Mælinaf nuncupatos ait & Ledonef, majoribus suis mensês in dies tributos, nunc septenos, nunc octonos, alternante successu. Qua in re totius temporis rationem eis constitisse vult, unde & cyclum illorum Lunarem hausit Josephus Scaliger [k]. At de Hebdomadico recurrenti perpetuo dierum orbe aliquo apud eos non omnino loquitur Beda tametsi de Hebdomadis Planetaria denominatione à Gentilibus adhibita non semel alibi generatim loquatur, ut & ante memoravimus. Et de Antiquorum Anglorum temporum ratione sic verba facturus disertè inquit; *Neque mihi videtur congruum aliarum Gentium annalem observantiam dicere, & mea reticere*. Quasi vellet indicare, in usu civili ac Fastis Anglorum veterum, seu Saxonum, adeoque aliorum eisdem moribus in vicinia utentium, omnia quæ subdit, nec alia locum obtinuisse. Neque igitur Hebdomas eis civili seu publico in usu, sed tantum Astrologico, aut si vis, Theologico, quâ hic, subinde cum Astrologico, nondum int publica sacra aut Fastos recepto, penes Gentiles confundebatur. Id est usu non dissimili ab eo, qui inter Græcos ac Romanos, ut ostensum est, ex disciplina Astrologica, citra institutum publicum, invaluerat. Nec interea miretur quis, disciplinam, qualem diximus de Hebdomade, Astrologicam adeò per tot orbis terrarum populos olim disseminatam esse. Nam illud non magis mirum quam Medicinæ artem & sacros Orientis ritus per Occidentem diffluxisse. Scilicet Aegyptiorum (uti & par est credere ceterorum, quorum illi sive magistri sive discipuli) mos erat Sacros ritus, Medicinæ præcepta, & Astrologica simul eisdemque in libris consultò tradere. Rem quidem tangit Ptolemæus [l]. Sed expressius vetus ad eum Scholiastes; Οἱ Αἰγύπτιοι ἐγγυκότες τὴν αἰθέριον τῆς ἰδιώτης ἀγωγὴς ἐκ ἰδίᾳ

[h] *Videsis Ios. Scalig. de Emend. Temp. lib. 2. pag. 162*

[i] *Bed. de Ratione Temp. cap. 27. & lib. de Natura Rerum, cap. 39.*

[k] *Loc cit. at. & videsis. Dionys. Petav. de Doctr. Temp. lib. 2. cap. 70.*

[l] *Tetrabib. lib. 1.*

Digitized by Google

ἰδία μὲν τὰ ἰατρικὰ ζωΐζειν, ἰδία δὲ τὰ ἀστρολογικὰ καὶ τὰ τελεστικά, ἀλλὰ ἅπαντα συνεγράψαν. ἵνα τὰ συγγενῆ καὶ ἐφεξῆς πραγμάτια, ὡς καὶ ὁ αὐτὸς εἶδως μὴ παρέχῃ τὴν ἀγνοίαν τῶν κοινῶν ὄντων, ἀλυσιτελῆ τοῖς ὀπίσω μὴ δυνήσεται *Aegyptii causam cognoscentes istius ignorationis* (nimirum quâ nec per Astrologiam plurimi hominum, artem interim obtendentes, prævidere, nec aut per medicinam, aut per sacros Diis ritus peragendos præcavere poterant) *non Medicinam & Astrologiam & Ritus Sacros seorsim composuerunt, sed omnia simùl conjunxerunt. Vt scilicet res cognatas & serie quadam cohærentes unus idemque sciens, per ignorantiam eorum, quæ ita invicem communia fuere, malis imminentibus resistere minimè nequiret.* Ita Medicinam simul Astrologiam & Theologiam imbiberunt, saltem curiosiores. Neque harum aliquam sine reliquis. Unde facilius evenit multò ut hebdomadis Astrologicæ usus passim invalesceret, sicut reliquæ duo. Et de Theologia Gentilium cum Astrologia sic olim subinde conjuncta, testis est luculentus Julius Firmicus [m]. Is de Astrologi qualitate verba faciens, *Antistitem*, inquit, *Solis & Lunæ & cæterorum deorum per quos terrena omnia gubernantur, sic oportet animum suum semper instruere, ut dignus esse tantis cæremoniis, omnium testimoniis comprobetur.* Astrologus omnium deorum antistes habitus. Sed ex artis disciplina, non ex instituto publico. Unde & conqueritur Sextus Empiricus [n] suo in ævo, quod à Josephi vix dissitum, Astrologos ποικίλως ἐπη εάζειν τῷ βίῳ, μεγάλῳ δ' ἡμῶν ὀπτειχίζειν δεισιδαιμονίαν, μηδὲν ἧ ὀπτερίστειν καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐνεργεῖν, *diversimodè magnam vitæ humanæ afferre injuriam & in nobis magnam struere superstitionem, neque quidquam permittentes agere ex rectâ ratione.* Atque adeo apud Gentiles invaluisse Astrologiam, Theologiæque sic commistam esse, minus dubitabit, quisquis observaverit etiam inter Christianos fuisse, dum superioribus seculis Astrologiæ judiciariæ deditiores erant, repertos viros sanè eximios, qui ratione Astrologicâ tantùm, non omnino sacro aliquo obtentu, die Saturni seu septimo illo quoliber, laboribus vacandum etiam Christianis, voluêre. Joannes Franciscus Picus [o], *Rogerius Baccon*, inquit, *eo usque evectus est, ut scribere non dubitarit, errare Christianos, qui die Sabbati non ferientur, & ab opere vacent ritu Iudæorum, cum sit ea dies Saturni parum commoda.*

[m] *Matheseos, lib. 2. cap. 31.*

[n] *Adversus Mathematicos, lib. 5.*

[o] *De rerum Prænotione, lib. 5. cap. 5.*

moda rebus agendis. De celeberrimo loquitur illo Rogerio Bachone Anglo, qui Sectæ Franciscanæ ante CCCXL amplius annos Philosophus, Theologus, Mathematicus floruit perinsignis. Quid quod etiam sub id tempus non deessent, qui [p] ipsum Judaicum diei cultum Saturni gratiâ, quemadmodum & conjectabat olim Tacitus [q], habitum, existimarent, Christiani quidem, sed nugacibus Astrologorum scitis fanaticè dediti. Mitto qui ex ipso Schemate tum Mundi tum Jesu Christi natalitio, quem frustrà sibi fingunt, ex Magnis conjunctionibus, atque ex imperii, si diis placet, Planetarii successione mira etiam de Theologiæ ac Religionis statu mutationeque superioribus seculis scire videri ac prædicere auderent; ut Joannes ille Esquidus dictus [r], seu apud illum alii, Petrus de Alliaco [s], Hieronymus Cardanus [t], alii similes. Sed de hisce satis superque.

[p] *Apud Guielm. Parisiensem. lib. de Legibus, cap. 4. & 20.*

[q] *Histor. 5.*

[r] *Summa Anglic. Tract. 1. Dist. 1.*

[s] *Elucidario Astronomicæ cõcordiæ.*

[t] *Ad Ptolemæi Quadripartit. l. 4. dist. 5. 4. & Sidefis Sixti Senensem Biblioth. lib. 6. annot. 10.*

Cap. XXIII.

Scopus Flavii Josephi *in verbis illis, quorum gratiâ hactenus disputatum est*, eiusque vera *ibi* sententia de More Hebdomadis, quem ad gentes universas *ait* perveniſſe.

Am verò, ut ad ipsa Flavii Josephi verba, de quibus quæstio instituta est, tandem revertamur; animadvertendus est ejusdem ibi [u] Scopus, unde sane mentem ejus quæ vulgò accepta totius antiquitatis fidei palam renititur, non obscurè perquam veritati consonam esse patebit. Scilicet præter dignitatem & vetustatem Mosis, Ducis, Doctoris, Legislatoris Judæorum singularem, dum in Apiones, Molones, alios gentiles ibi scribit, summopere leges seu jura eorum collaudans, ea antè alia, universis hominibus in pretio habita esse tradit; Philosophus item veteres de Deo aliisque vitæ rationibus sententias aliquot doctrinæ Mosaicæ non dissimiles amplexos esse; etiam & cultum Judaicum seu religionis eorum aliquot ritus Gentilibus eousque placuisse, ut tametsi suos sibi peculiaris haberent, Iudaicorum tamen à longe imitatores seu amantiores interea sè palam ostenderent, dum ex eis

[u] *Lib. 2. ad Versus Apionem.*

ex eis mores aliquot, utcunque Judaicis non ſatis conſonos, ſibi adſciſcerent, adeoque etiam ipſum Hebdomadis ſeu diei ſeptimi (in quo labore vacabant Judæi, non item Gentiles) morem qualem ſupra fuiſſe demonſtravimus, item Jejuniorum, Luminum accendendorum, animalium aliquot abſtinentiam. Verba ejus ibi perpendenda ὑΦ ἡμῶν inquit, διηλέχθησαν οἱ νόμοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτῶν ζῆλον ἐμποιήσασι· πρῶτον μὲν γὰρ οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησι Φιλοσοφήσαντες τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πάτρια διεΦύλα[ξ]τον, ἐν δὲ τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ καὶ τῷ Φιλοσοφεῖν ἐκείνῳ κατεκολάθησαν. Ὅμοια μὲν περὶ Θεοῦ Φρονοῦντες, ἐντιλέαν δὲ βίου καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν διδάσκοντες. *Et noſtrum causâ accuſari ſolent leges,* (ita vertendum; non, ut interpres, *A nobis itaq; declaratæ ſunt leges,* quod ibi nihili eſt,) *etiam quæ hominibus cæteris univerſis zelum* ſeu *imitationis cupidinem,* ſeu *bonorem ſui præ aliis induxerunt. Primùm enim qui apud Græcos philoſophati ſunt, viſi quidem ſunt jura patria obſervare, ipſis autem vitæ actionibus* ſeu *reverà atque inter philoſophandum, illius* (id eſt, Moſis) *ſequaces fuêre, ſimilia de Deo ſentientes, & vitâ frugi atq; ad invicem communionem edocentes.* Hæc ſtatim, ſequitur, ἐμὲ μὲν ἀλλὰ καὶ τὴν πλήθυσιν οὐδὲ πάνυ ζῆλον γίγνεσθαι ἐκ μακρᾶς τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, quod mihi ſonat, *quin etiam hominum vulgo zelus non exiguus evenit, à longè noſtri cultûs:* iiſd eſt, cultum noſtrum tanto habent in pretio, ut imitari videantur, tametſi ab eo, qui verus eſt, nimium exorbitent. Hiſce dein proxima ſunt verba de Hebdomadis uſu ſupra allata. Neque verò eſt, inquit, civitas aut gens ulla ſive barbara ſive Græca, ad quam μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ὃν ἀγόμενον ἡμεῖς, τὸ ἑορτάζειν καὶ Λιμοῖς Φοίνικες ἐκάλεσαν, *Hebdomadis* ſeu *diei ſeptimi, quem laborum vacatione celebramus nos, conſvetudo non pervenerit,* καὶ αἱ νηστεῖαι (ſic enim pergit) καὶ λύχνων ἀνακαύσεις καὶ πολλὰ τῶν εἰς βρῶσιν ἡμῖν ἀνειμένων παρατετήρηται· μιμεῖσθαι δὲ πειρῶνται καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοιαν καὶ τὸ ἴσον αἱ διανομαὶ καὶ τὸ φιλέργον ἐν ταῖς τέχναις καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν νόμων ἀναγκαίοις & *Jejunia & Lumina accenſa & multa circa ea, quæ nobis comedere nefas eſt, obſervantur. Conantur verò imitari mutuam inter nos concordiam, æquam rerum diſtributionem, induſtriam in artibus, & conſtantiam, quoties pro legibus ad neceſſitatem aliquam adacti ſimus &c.* De Philoſophis locutus eſt, de aliis item gentilibus, qui ſive leges ſive dogmata, de Deo vitæque ratione, aliquot Moſaica aut

gica ſeu Aſtrologica, citra publicum inſtitutum; Tametſi uſus Primus nullibi gentium præter Judæos, Joſephi ſeculo (niſi exceptam velis Chriſtianam tunc enaſcentem Eccleſiam) repertus eſt, nihilominùs de Tertii generis Uſu, apud Gentes tunc plerasque, teſtimonia ſunt ſatis frequentia. Atque Secundi etiam apud nonnullos Veſtigia, ut mox dicetur, forte non obſcura. Tertii generis uſum videre eſt in eis, quæ ſuperiùs tum ex oraculis vetuſtis, tum ex Sabbatico in rebus genethliacis decernendis calculo aliisque id genus depromuntur. Atque Aſtrologicarum ejusmodi affaniarum uſum in orbe Romano frequentiſſimum fuiſſe ſeculis Joſepho vetuſtioribus palàm liquet ex Manilio, Horatio, Lucano, aliis. Etiam anno ferme, ante Cæſares, centeſimo, edicto juſſi[i] ſunt Chaldæi *intra decimum diem abire urbe atque Italiâ.* Et poſtmodum[k] tantundem factum, non ſemel ſub Auguſti tempora; etiam ſub Tiberio[l]. *Facta* (inquit Tacitus) *& de Mathematicis Magusque Italia pellendis Senatusconſulta; quorum è numero* L. *Pituanius ſaxo dejectus eſt*, Idem[m] memorat Ulpianus. Sub Claudio item, Tacitus[n]; *De Mathematicis Italia pellendis factum Senatusconſultum atrox & irritum.* Nimirùm in leges etiam invaluerant eorum artes. Et egregium eſt illud ejusdem[o] de illis; *Mathematici novos motus & clarum Othoni annum obſervatione ſiderum affirmant; genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper & retinebitur.* Luculentiſſimum ſanè eſt teſtimonium, ipſi Joſepho etiam coævum, de frequentiſſimo ſuperſtitionum Aſtrologicarum (nam Aſtrologos, Chaldæos, Mathematicos, idem genus hominum pariter veteribus dici nemo neſcit) adeoque Hebdomadis ſeu calculi Sabbatici, qui in eis tam eximium, uti ſuperiùs oſtenſum eſt, obtinuit locum, uſu tunc temporis inter Romanos, quemadmodum & antè diù & apud alias gentes, recepto; qui nec legibus abigi potuit. Atque hinc ſanè facilè eſt conjectari, quàm per alias gentes ſeu orbem Romanum tunc temporis fuerit uſus ille diffuſus. Et appoſitè ſcribunt Beda[p] & Iſidorus[q] Hiſpalenſis Gentilitatem credidiſſe, in hebdomadica illa dierum juxta Planetas diſtributione, *habere ſe à Sole ſpiritum, à Luna corpus, à Marte ſanguinem, à Mercurio ingenium & Linguam, à Jove temperantiam, à Venere*

i *Valer. Max. lib. 1. cap. 3.*
k *Dio lib. 49. & 56.*
l *Annal. 2.*
m *Apud augorii Collat. Legg. Iud. & Rom. tit. de Mathematicis & Manichæis. Et vide Lipſ. ad Tacit. Annal. 2. num. 60.*
n *Annal. 12.*
o *Hiſtor. 1.*
p *De Temporibus, cap. 6.*
q *Etymolog. lib. 5. cap. 30.*

nere voluptatem, à Saturno tarditatem, velut à diis quorum imperio ſuberant. Adeò ut quidem ſic tàm Theologica etiam, quàm Aſtrologica Hebdomadi ineſſet ratio. Sed non omninò quæ publicis niteretur moribus, ſed nugaci diſciplinæ circumcellionum, qui levibus & ineptis ingeniis, uti ait Valerius [r], fallaci ſiderum interpretatione quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem injiciebant. Hinc Saturni dies inauſpicatus, nec rebus aptus gerendis, ut oſtenſum eſt, habitus. Hinc Gentilitatis moris, tametſi non ſuperſtitionis, etiamnum reliquiæ in Planetaria apud Chriſtianos dierum denominatione. Atque ſane ſive hinc ſive fortè à ſimplici temporum calculo, nec ſine inſtituto publico, ſed non omninò ſacra ratione, Hebdomadis invaluit antiquitus Uſus apud Gentes, quæ cum nec Chriſtiani, nec Judæi ſint, nimirùm, nec Dominicum Diem ſeu Solis, nec Sabbati ſeu Saturni diem Feſtum habeant, adeoque non Feſti ratione orbe hebdomadico utantur, eundem dierum ordinem in numerando etiam & citra plerunque Planetarum nomina ſervant. De Chriſtianis gentibus palam eſt, quotquot earum locutione & ſcriptione vulgari Planetariam denominationem retinent, eam è veteri illo Gentilium uſu accepiſſe. Nam notiſſimum eſt illud, ſtilo magis proprio atque Eccleſiaſtico, Feriarum nomine, non Planetarum, ex veteri Sylveſtri primi, ut paſſim creditur, Pontificis Romani inſtituto, dies hebdomadis, adjecto numero, nuncupandos; quorum & ſextus Paraſceve non rarò dicitur, uti primus Dominicus, & ſeptimus etiam Sabbatum. Atque hac de re videſis, quæ congeſſit doctiſſimus Barnabas Briſſonius [s]. Et ſunt quidem gentes Chriſtianæ, quæ undiquaque, ni fallor, veterem illam conſuetudinem ita exuerunt, ut nullius Planetæ nomine in diebus deſignandis, ne ſermone vulgari utantur; quemadmodum, Poloni, Bohemi, alii linguâ Slavonicâ cognati, qui [t] Nedele & Niedzela aut vocabulo affini, pro *Dominico* primum vocantes, proximum poſtriduanum Dominico dicunt, tertium ſecundum, quartum tertium & deinceps uſque ad ſextum, quem quintum nominant, id eſt, quintum à poſtriduano incluſo, & demum ſeptimum Sobota quod Sabbatum eſt. Hungari item [u], ſine Planetarum adjectione dies deſignant. Græci etiam, opinor, diu eſt quod à Dominico [x] ſecundam, tertiam

[r] *Lib. 1. cap. 3.*

[s] *Ad L. Dominico C. Theodoſ. tit. de Spectaculis.*

[t] *A. Roman. in ſupputat. Eccleſiaſt. & Vocabular. Trilingue Pragenſe.*

[u] *Hieronym. Megiſer. in Theſ. Polyglotto Verb. Dies.*

[x] *Theodor. Gaza lib. de Menſibus, cap. 17.*

Digitized by Google

tiam, quartam diem & deinceps numerare ſolent, Planetarum nominibus planè ſepoſitis. At verò in Eccleſiæ Occidentalis regionibus pleriſque ceteris, celebrioribus, puto, univerſis, denominatio illa in valuit Planetaria, quam, cum è Chriſtianiſmo ipſo manare ea nequiret, ex vetuſtiſſimis Gentilitatis moribus ortam propagatamque planè cenſendum eſt. Gentes quæ linguis utuntur provincialibus ſeu à Latina degenerantibus, veluti Itali, Hiſpani, Galli, veſtigia cuique manifeſta nominum Planetarum Romanorum eorumque antiquitatis in prioribus ſex diebus retinent, Septimum intereà Sabbatum vocantes Hiſpani & Itali, ut *Sammedy* Galli. Et Cambro Britannorum etiam denominatio dierum, adeo Latinam redolet originem (ſic ab amicis, qui eorum linguam callent, mihi obſervatum eſt) ut è Romanorum Paganiſmo in Britanniam eam deſumptam eſſe non ſit quod dubitemus. At verò Germanorum, Belgarum, Danorum, Anglorum, nomina dierum vulgaria ut ſunt à Latinis alieniſſima, ita & ſummam ac ſingularem ſui atque Planetariæ apud gentes has denominationis adeoque Hebdomadis Aſtrologicæ uſus vetuſtatem indicant. Ea ad hunc modum ſe habent.

	Germani,	Belgæ,	Dani,	Angli.
Dies Solis	Sontag	Sundach	Sondag	Sunday
D. Lunæ	Montag	Maendach	Maandag	Monday
D. Martis	Dienſtag	Dinghesdach	Thisdag	Tueſday
D. Mercurii	Mittwoch	Woenſdach	Onsdag	Wedneſday
D. Jovis	Donnerſtag	Donderdach	Thaarſtag	Thurſday
D. Veneris	Freytag	Vreydach	Fredag	Fryday
D. Saturni.	Sambſtag	Saterdach	Loffuerdag	Saterday.

Saturni quidem dies heic Germanis & Danis non ab ipſo denominari videtur. Sed Sambs in Sambſtag Sabbatum, puto, eſt, unde forſan & *Samme* in *Sammedy* Galliorum. Et tralatitium eſt apud eos, qui linguarum cognationes obſervant, quam plurima vocabula Perſica in lingua Germanica aliiſque ei cognatioribus reperiri. Certè ut Judæi Sabbati nomen, tum pro hebdomade ipſa atque die ſeptimo, tum in hebdomadis diebus ſingulis recenſendis adhibere ſolent, ita &

ita & Perſæ شنبه *Sambe* y; tametſi pro eo quod eſt Sabbatum in Pentateucho Tavvaſii Perſico Jhzo quod *requiem* denotat, paſſim uſurpetur. De Danorum autem Løffuerdag, Løverdag item & Løffuerdag dictō, *ſicut non uno modo ſcribitur*, ait Iſaacus Pontanus z, *ita nec uniuſmodi haberi poteſt ejus interpretatio. Qui* Løverdag *ſcribunt, videntur reſpicere vel ad Lotionem publicam, cui eo die vacarent, vel ad nuptiarum contractus. Poſt nimirum acceptum à Frea nuptiarum auſpicium. Vnde &* Løven, Løffte *&* Brunløffde *nuptialia adhuc apud Danos verba ſunt.* Alii Løfferdag ſignificare volunt diem purgationis. Alii aliter a. Germanis item Mercurii diem dici vides Mitwoch, id eſt, *ſeptimana medium*, quia initium, & finem pari reſpicit intervallo. At cetera nomina Planetarum eſſe, quorum in Gentiliſmo gentium illarum uſus, non iniquum eſt ut ſentias. De Sole & Luna, res palam in omnibus videtur; licet animadvertat Pontanus, *Danos non, ut omnis fere hodiè Germania,* Son *ſed* Soel *dicere; ut ſcilicet hic primus hebdomadæ dies* Sondag *diceretur, quod eſſet quaſi dies pacationis ac judicationis dominica. Nam & hodiè adhuc* Sone *pacare Danis dicitur.* Ita etiam ſubdubitando alii b, qui interea Solem in Danorum Sondag contineri malint. Quod ad Martis diem attinet, qui & Zinſtag Germanis ſeu Alemannis, & Diſſendach & Diſſdach Belgis nuncupatur; opinantur viri docti, à Tuiſtionis ſeu Teutatis (quorum alterum habetur apud Lucanum c pro Deo Barbarorum, qui Septentrionaliores regiones incoluêre, alterum apud Tacitum d pro gentis Germanorum conditore) nomine; diei prænomen in linguas illas cognatas pariter defluxiſſe. Atqui & aliæ ſunt de illis ſententiæ, uti & de diei hujus denominatione. Sed cum locum Martis inter præcedentes ſequenteſque occupet prænomen illud, vix dubito quin pro ipſo Marte antiquitùs ſumeretur. Mercurius autem Wodan aliiſque, quæ proximant, nominibus dictus eſt; & Danis Othin; unde Othinſdag in Onſdag contractum. Certè dum de Paganiſmi hiſce in regionibus Theologia loquuntur ſubinde Scriptores veteres e, Wodan Martem nuncupari, aut ſaltem officium ejus ab illo præſtari ſolitum ajunt.

y *Joſ. Scaliger. lib. 1. de Emendatione Temp. pag. 8.*

z *Chorograph. Daniæ deſcript. p. 798.*

a *Olaus Vvormius in Faſtis Danicis. lib. 1. cap. 15.*

b *Olaus Vvormius ibidem*

c *Pharſal. 1.*

d *De moribus Germanorū.*

e *Adam Bremenſis hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. 233.*

Sed tum Mercurium eum fuiſſe diſertè aſſerit Paulus Warnfredus[f], tum ea de re teſtimonia ſunt quamplurima in annalibus Angloſaxonicis, id eſt, de Saxonum, qui in Angliam ſedes tranſtulere, rebus geſtis, moribuſque conſcriptis. Ubi de primo Horſi & Hengiſti, qui Saxones in hanc inſulam ſecum duxêre, atque Vortigerni Regis Britonum colloquio verba faciunt Annalium illorum autores, *quæſivit*, inquit[g], *Rex ab eis quam fidem, quam religionem, patres eorum coluiſſent. Cui Hengiſtus, Deos patrios, ſcilicet Saturnum, Iovem, atque ceteros, qui mundum gubernant, colimus, maximè autem Mercurium, quem linguâ noſtrâ* Wodem *appellamus. Huic patres noſtri veteres dedicaverunt quartam feriam ſeptimanæ, quæ in hunc hodiernum diem* Wodenesday *appellatur. Id eſt*, Þodenandæʒe, ſi locutionis Saxonicæ veteris rationem habeamus. Scilicet dicebant[h] Þunnandæʒe, monandæʒe &c. pro *Die Solis, Die Lunæ*. Hunc innuit & Tacitus[i]; Germanos ait ille, *Deorum maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hoſtiis litare fas habent. Herculem & Martem conceſſis animalibus placant. Pars Sueborum & Iſidi ſacrificat.* Quod ideo libentius citavimus, quia hinc diſcimus deos quidem hos, adeoque Planetarum nomina tunc fuiſſe Germanis ſua, nec adeo contracta, ut vult Cæſar, qui, cum non explorata ita ei eſſet eorum religio, *Deorum numero*, inquit[k], *eos ſolos ducunt, quos vident, Solem, Vulcanum & Lunam. Reliquos ne famâ quidem acceperunt.* Sed falsò, uti & rectè notat Lipſius ad Tacitum. Et Wodenum jam dictum diu etiam à Paganis poſt Chriſtianiſmum in regionum harum nonnullis diſſeminatum, cultum eſſe memorat Ethelvverdus[l]. Nec rarò in annalibus noſtris obiter, aliàs pro Mercurio Gentiliſmi Saxonici ſumitur. Sic & Þonner, Donner & Thor[m] pro Jove accipi ſolet, unde dies ejus inde denominatus. Haud alium fuiſſe à Tarani apud Lucanum, exiſtimant aliqui. Frigga verò, Fricco, Frea, ſeu Frecca, unde Frie & Frey in prænomine diei Veneris, pro Venere paſſim apud Scriptores ſumitur. Et in Hengiſti ad Vortigernum oratione[n]; *Poſt illum* (VVodenum) *colimus deam inter ceteras potentiſſimam, vocabulo Fream, ex cujus vocabulo* Friday (id eſt, Þriccandæʒe) *appellamus.* Tam de hac dea quam Wodeno

f *De Geſt. Longobard. lib. 1. cap. 9.*

g *Apud Mat. VVeſtmonaſterienſem in Florilego, a. d. 450. alii.*

h *Leges Edgari Regis, cap. 5.*

i *De Moribus Germanorũ.*

k *De bello Gallico lib. 6.*

l *lib. 1. cap. 2.*

m *Adam Bremenſ. hiſt. Eccleſiaſtic. cap. 233.*

n *Apud. Mat. Vieſt. in Florilego, ann. 450.*

Wodeno Gulielmus Malmesburienſis o; *erant* (Hengiſtus & Horſa) *abnepotes illius antiquiſſimi* Woden, *de quo omnium penè barbararum gentium regium genus lineam trahit, quemque gentes Anglorum Deum eſſe delirantes, ei quartum diem ſeptimanæ, & ſextum uxori ejus Freæ, perpetuo ad hoc tempus conſecraverunt ſacrilegio.* Saturni autem nomen pene ipſius Latinum à Belgis & Anglis retinetur in ſeptimo. Et de his & cunctis, vide plura ſi vis apud Gulielmum Camdenum p, Olaum VVormium q, Iſaacum Pontanum r, Philippum Cluverium ſ, alios qui de Septentrionalium moribus agunt. Hinc autem liquet non minus in populorum Septentrionalium, quam Auſtralium veterum Gentilitate ſeu Paganiſmo denominationem dierum Planetariam cum Hebdomade obtinuiſſe. Neque mirum eſt, tam diverſa Septentrionalibus fuiſſe à Latinis aut Græcis hæc ſive Planetarum ſive Deorum nomina. Nam ſatis quidem diverſa ſunt ipſa Latina ab eis, quæ Græcis vulgò recepta. Etiam & Græcis ipſis pariter fuêre nomina diverſiſſima, uti & Ægyptiis. Saturnus tum Græcis etiam, tum Ægyptiis, qui Græcâ linguâ uterentur, dictus eſt *Phænon* t; ſed ipſis Ægyptiis (ſi fides Planetarum nominum deſcriptioni Româ ad Claudium Salmaſium miſſæ, quam typis nuper edidit V. præſtantiſſimus Ludovicus de Dieu u, nunc etiam in Athanaſii Kircheri Prodromo Copto ✕Romæ evulgatam) *Rephan*, atque, ut alii, Nemeſis Stella; Jupiter item, Phaeton, & ab Ægyptiis ipſis *Pizeus*, &, ut alii, Oſiridis Stella; Mars, Pyroeis, & ab Ægyptiis ipſis *Moloch* & Stella Herculis; Sol Ægyptiis ipſis *Pire*; Venus Phoſphorus, & Ægyptiis ipſis *Surot*; Mercurius, Stilbon, Ægyptiis ipſis *Piermes* & Apollinis Stella, & Luna Aegyptiis ipſis *Piia*. Quin & nomina Planetarum alia atque alia ſunt, atque à Græcis Latiniſque diverſiſſima Arabibus, Ebræis, Polonis & qui linguæ Slavonicæ propaginibus utuntur. At & aliæ quidem atque aliæ nominum rationes. Atque ita fuêre olim à ceteris diverſa Germanis & Saxonibus ſeu Septentrionalibus ſub Cauro poſitis Planetarum vocabula, prout in dierum nominibus ſupra oſtenſis; licet nunc, Sole & Lunâ exceptis, Latinorum nominibus in idioma ſuum deflexis, ubi de Planetis ſimpliciter loquuntur, uti ſoleant. Et de reliquiis Gentiliſmi ex Heb-

o *De geſtis Reg. Angl. lib. 1. cap. 1.*

p *Britan. pag. 97.*

q *In Faſt. Danicis lib. 1. c. 15.*

r *Chorographic. Daniæ deſcript. pag. 797. &c. Orig. Franc. lib. 6. c. 1.*

ſ *Germania Antiqua, lib. 1. cap. 26. & 33.*

t *Mart. Capella lib. 8. Achilles Tatius Iſagog. in Phænomen. Firm. Matthæſ. lib. 1. cap. 2. &c.*

u *Animadverſ. ad Act. Apoſt. cap. 7. verſ. 43.*

x *Cap. 5. pag. 147.*

domadis uſu ac Planetaria denominatione apud gentes Chriſtianas, hactenus. Jam verò in Oriente alibique ſunt Mahumedani complures, qui etiam abſque denominatione y Planetariâ (utcunque Planetarum ratio Aſtrologica intereà ipſis habeatur, & ſubinde etiam in denominatione uſurpetur) Hebdomadem in diebus enumerandis retinent. Nec tamen cum Judæis diem Saturni, nec cum Chriſtianis diem Solis Feſtum habentes. At intereà in die Solis Hebdomadis initium ponunt & ipſi: id eſt, Hebdomadem, quatenus Hebdomas eſt ſimplex, ſine Feſtivitatis ratione in termino ejus ullâ ſervant, qua de re vide, quæ ſuperiùs occurrunt ſub calcem capitis vigeſimi. Arabum, Turcarum, Perſarum Hebdomadem ſtatim damus, quatenus ſcilicet ex Joanne Leunclavio z, Joſepho Scaligero a, Hieronymo Megiſero b, aliquotque etiam Orientalium ipſorum monimentis eam didicimus. Et Mahumedes Alfraganus c, *Dies*, inquit, *Arabum, quibus numerant menſes, ſunt ſeptem, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, Dies congregationis, Dies Sabbati.* Retinent qui-

y *Videſis Joſeph. Scaliger. lib. 1. de Emend. Temp. pag. 8.*

z *Pandect. Turcic. cap. 21.*
a *De Emend. Temp. lib. 1. pag. 8.*
b *Theſ. Polyglott. verb. Dies.*
c *Aſtronomic. Elem. cap 1. edit. Chriſtmanni.*

Arabes.		Turcæ.	
يوم الاحد	*Dies* 1.	برر كوه	*Dies mercatus.*
يوم الثنين	*Dies* 2.	برر لرتسنت	*Dies mercatui poſtriduanus.*
يوم الثالث	*Dies* 3.	صلبن	*Salli.*
يوم الرابع	*Dies* 4.	درشنبه	*Dies quartus.*
يوم الخامس	*Dies* 5.	بشنبه	*Dies quintus.*
يوم الجمعه	*Dies Giuma.*	جمعه	*Giuma.*
يوم السبت	*Dies Sabbati.*	جمعه لرتسنبه	*Giuma poſtriduana.*

Perſæ.

يكشنبه *Dies* 1. ſeu *prima Shanbe.*

دوشنبه *Dies* 2. ſeu *ſecunda Shanbe.*

سهشنبه *Dies* 3. ſeu *tertia Shanbe.*

چهار شنبه *Dies* 4. ſeu *quarta Shanbe.*

پنجی شنبه *Dies* 5. ſeu *quinta Shanbe.*

آدینه *Adina.*

شنبه *Shanbe.*

dem Arabes ipſum Sabbati nomen, quod Ebræum eſt, pro die ſeptimo. Neque, opinor, in Perſica, Hebdomade τὸ شنبه aliud, quàm Sabbatum denotat, quâ eo vocabulo, ex Ebræorum uſu, deſignantur & Hebdomas ipſa, & ejuſdem dies. Sed palam eſt primum orbis Hebdomadici diem eſſe diem Solis etiam gentibus hiiſce, quæ nec ipſum nec præcedentem Feſtum habeant, adeoque nec è ſacrorum ratione, ſive terminum, ſive initium Hebdomadis figant. Unde igitur illis mos hic, niſi ex intima vetuſtate, quæ primò illum ſive ex Chronologica aliqua, ſive Aſtrologica diſciplina induxerit? Abſonum enim eſt exiſtimare, ex Judaiſmi ritibus, quos ſatis plerunque aſpernati ſunt, & in cultu Sabbati planè rejecère, ſeculis Joſepho recentioribus morem illum enatum. Et ritus Chriſtianiſmi, illos hac in re imitatos eſſe, niſi ſimùl Feſtum, quod die primo celebramus, etiam recepiſſent, vix queo ſuſpicari. Quin & ex ſuperiùs adductis liquet, Orientis nationes fuiſſe è quarum ſcitis Hebdomadicus dierum calculus Aſtrologicus in Græcos & Romanos Occidentiſque populos reliquos diffuſus eſt. Atque & inde dubitari nequit, quin apud illas vetuſtiſſimus fuerit. Neque intereà magis ſequitur, feſtum illis ideò fuiſſe ſeptimum diem, ob calculi ſolùm uſum, quàm trecenteſimum ſexageſimum quintum diem anni, aut viceſimum nonum aut trigeſimum menſis feſtos fuiſſe. Qui tamen in calculo & Chronologico & Civili etiam, uti hodieque, ſemper ferè in uſu. Quod ſimiliter de alîs in calculo periodis ſine feſtivitate dicendum. Cum autem feſtus non eſſet dies ſeptimus Gentilibus illis priſcis, è quorum uſu in ſecula poſteriora enumeratio, tum ſimplex hebdomadica, tum Planetaria in Oriente, & in Occidente Planetaria manavit; anne publico olim

co olim apud illos nitebatur orbis hebdomadici obſervatio qualiſcunque ſeu civili etiam inſtituto, an diſciplinâ tantùm Aſtrologicâ, pro libitu, ut fieri ſolet, privatis receptâ? Certè ex utraque ratione in Oriente, extra Judæos, diu etiam ante Joſephum, Hebdomadis uſum fuiſſe forte exiſtimandum. Ita proculdubiò exiſtimarunt illi, qui ſive Adæ, ſive Setho Hebdomadici calculi initium atque inſtitutionem tribuunt, de quibus ſuprà [d]. Argumento etiam videtur eſſe, quod ſimplex enumeratio dierum Hebdomadica, ſine Planetariâ, adeo eis in uſu fuerit, ut ex intima vetuſtate etiamnum retineatur. Accedat heic in Sinenſium ipſorum Paganiſmi Faſtis ac civili temporis calculo, obſervationem Vetuſtiſſimam hodieque eſſe hebdomadis recurrentis eodem modo, ac ordine, quo apud alias gentes, citra tamen Feſtivitatis alicujus rationem, quam aut à Mahumedanis in Oriente didiciſſe, aut longè ante Mahumediſmum à majoribus (quorum moribus, in hiſce, non diſſimiles fuiſſe aliarum in Oriente gentium, non iniquum eſt conjectari) ac ſeculis Joſepho vetuſtioribus accepiſſe eos opinandum. Fide dico Patrum ê Societate Jeſu, qui hac de re expreſſim [e] in literis ad Claudium Aquavivam ejuſdem Societatis Præpoſitum Generalem. Verba ſunt. *Sinæ conſtellationes numerant octo & viginti, quæ ſingulæ proprium habent characterem. Hi quoque characteres ſinguli cum ſingulis Planetis componuntur. Planetæ ergo cum ſeptem ſint, ſinguli quatuor habent ſibi adjectos characteres, quod ad amuſſim reſpondet numero noſtri Cycli Solaris. Nam quoniam ſingulis Hebdomadæ diebus unam ex his conſtellationibus cum Planetarum uno componunt hinc fit ut quatuor illi conſtellationum characteres, qui Soli ſunt addicti, perpetuò in diem Dominicum incidant, quatuor Lunæ in ſecundam feriam, Martis in tertiam atque ita deinceps. Dixi perpetuò. Nam cum apud Sinas intercalans dies nullus inſeratur, ipſæque conſtellationes ſint quaternæ, & evoluto conſtellationum numero, à capite ex integro inchoetur à primo, ipſi quoque hebdomadarum dies perpetuò pro numero Planetarum Septem numerentur, hinc fit ut illi quatuor characteres conſtellationum ſingulis addicti Planetis in unum eundemque ſemper diem incidant. Hi porrò characteres eum in dies ſingulos*

d *Cap. 19.*

e *Litera è regno Sinarum ann. 1610. & 1611. Antverpiæ 1615. pag. 131.*

ſingulos in Faſtis Sinenſibus appicti reperiantur, ſit ut Neophyti (Sinenſes quotquot ſacro imbuti lavacro) *ſi quatuor norint Soli additos characteres, quos ipſi ſun fam hium mad vocant, nullo negotio ex ſuis ipſorum Faſtis Dominicum Diem explorent, quo in ſedem ſacram conveniendum ſciant.* Et quantum video, à quater millibus abhinc annis aut circiter, hanc, uti alia in temporum calculo, Calendarii ſeu Faſtorum publicorum rationem petunt. Atque ita etiam apud ipſos in extremo Orientis poſitos, ex intima vetuſtate habes uſum civilem non tantum Aſtrologici m., tum ordinis hebdomadici, tum Planetariæ denominationis, in qua & qui Soli tributus, eſt dies primus (quod forte, ut Synodi Palæſtinæ f Patres olim, ex hiſtoria creationis audita ſic eſſe ſibi probarant) & Lunæ ſecundus eſt, ceterique deinceps ſequuntur ut in hebdomade vulgari. Sic de Orientis populis ſtatuendum videtur. Non item de Occidentis. Tum Græcis tum Romanis civilem Hebdomadis uſum fuiſſe in Paganismo nullum, oſtenſum eſt ſuprà; ſed tamen Aſtrologicum. Qui, poſtquam Chriſtianismi, diei Dominici gratiâ, Hebdomas in Faſtis invaluerat, etiam Civilis factus eſt; utpote ex more vulgi, Aſtrologicis rationibus plus æquo antè dediti ſic deſumptus. Quod manifeſtum eſt ex eo quod Planetariæ hebdomadis uſus civilis ex ſeculis illis priſcis inter gentes Occidentis tot Chriſtianas, quæ orbis fuêre Romani, propagatus ſit. Nec aliter, opinor, dicendum de Septentrionalibus illis populis ſeu ſub Cauro poſitis, qui, tametſi Planetariam haberent & ipſi Hebdomadem; quæ etiam hactenus in uſu eſt Germanis, Belgis, Anglis, Danis, aliis, eam nihilominus in civilem temporum calculum ſeu Faſtos ante Chriſtianismum non videntur recepiſſe. Beda Angloſaxo g annorum ac menſium, adeoque temporum calculum majoribus ſuis, antequam Paganismum exuerant, in uſu diligentius docet; Menſes eorum aliquot item nominibus deorum ritibusque Paganismi ſignatos oſtendit, veluti illum qui Martio reſpondet ꝓhedmonaþ dictum à dea illorum Rheda, Aptilem Eoſtuꝩ monaþ, qui nunc, inquit, Paſchalis menſis interpretatur (unde & Paſchatis tempus hodieque Eaſter Angli vocamus, ut & Alemanni Oſtertag; neque aliter in Beda heic depravato legendum) à dea cognomine, & Septem-

f *Apud Bedam in lib. de Æqui noctio Vernali, & in Tom. 1. Concil. Edit. Bin. 1618. p. 79.*

g *De Temporum Ratione, cap. 15.*

ptembrem Hali3monaþ seu *Mensem sacrorum*, & Novembrem Blo͡monaþ *Mensem immolationum*, à Blod quod *sangvis* est. Initium item anni illis fuisse ait in VIII kl. Januarii seu ipso Decembris Juliani, Giuli dicti, die XXV, quem Modranech͡ id est, *matrum*, ut inquit ille h, *noctem* appellitarunt. Persequitur etiam i concordiam Maris & Lunæ, & juxta quidem hujus motum, maxime autem juxta illius fluxus refluxusque, quos pro incrementi & decrementi varietate Mælinaſ nuncupatos ait & Ledonc͡, majoribus suis mensês in dies tributos, nunc septenos, nunc octonos, alternante successu. Qua in re totius temporis rationem eis constitisse vult, unde & cyclum illorum Lunarem hausit Josephus Scaliger k. At de Hebdomadico recurrenti perpetuo dierum orbe aliquo apud eos non omnino loquitur Beda tametsi de Hebdomadis Planetaria denominatione à Gentilibus adhibita non semel alibi generatim loquatur, ut & ante memoravimus. Et de Antiquorum Anglorum temporum ratione sic verba facturus diserte inquit; *Neque mihi videtur congruum aliarum Gentium annalem observantiam dicere, & meæ reticere.* Quasi vellet indicare, in usu civili ac Fastis Anglorum veterum, seu Saxonum, adeoque aliorum eisdem moribus in vicinia utentium, omnia quæ subdit, nec alia locum obtinuisse. Neque igitur Hebdomas eis civili seu publico in usu, sed tantum Astrologico, aut si vis, Theologico, quâ hic, subinde cum Astrologico, nondum in publica sacra aut Fastos recepto, penes Gentiles confundebatur. Id est usu non dissimili ab eo, qui inter Græcos ac Romanos, ut ostensum est, ex disciplina Astrologica, citra institutum publicum, invaluerat. Nec interea miretur quis, disciplinam, qualem diximus de Hebdomade, Astrologicam adeò per tot orbis terrarum populos olim disseminatam esse. Nam illud non magis mirum quam Medicinæ artem & sacros Orientis ritus per Occidentem diffluxisse. Scilicet Aegyptiorum (uti & par est credere cererorum, quorum illi sive magistri sive discipuli) mos erat Sacros ritus, Medicinæ præcepta, & Astrologica simul eisdemque in libris consultò tradere. Rem quidem tangit Ptolemæus l. Sed expressius vetus ad eum Scholiastes; Οἱ Αἰγύπτιοι ἐγνωκότες τὴν αἰδίαν τῆς ζωϊτης ἀγωγίας ἐκ ἰδίᾳ

h *Videsis Ios. Scalig. de Emend. Temp. lib. 2. pag. 162*

i *Bed. de Ratione Temp. cap. 27. & lib. de Natura Rerum, cap. 39.*

k *Loc citat. & videsis Dionys. Petav. de Doctr. Temp. libr. 1. cap. 70.*

l *Tetrabib. lib. 1.*

Digitized by

ἰδία μὲν τὰ ἰατρικὰ ζωπύρησεν, ἰδία δὲ τὰ ἀστρολογικὰ καὶ τὰ τελεστικά, ἀλλὰ ἅμα πάντα συνέγραψαν. ἵνα τὰ συγγενῆ καὶ ὁμοζυγῆ τετυχωμένα, εἰς καὶ ὁ αὐτὸς εἶδως μὴ παρὰ τὴν ἀγνοίαν τῶν κοινῶν ἅπτων, ἀνύσῃ τοῖς θεοῖς ἀνδωρήσεται. *Aegyptii cauſam cognoſcentes iſtius ignorationis* (nimirum quâ nec per Aſtrologiam plurimi hominum, artem interim obtendentes, prævidere, nec aut per medicinam, aut per ſacros Diis ritus peragendos præcavere poterant) *non Medicinam & Aſtrologiam & Ritus Sacros ſeorſim compoſuerunt, ſed omnia ſimùl conjunxerunt. Vt ſcilicet res cognatas & ſerie quadam cohærentes unus idemque ſciens, per ignorantiam eorum, quæ ita invicem communia fuere, malis imminentibus reſiſtere minimè nequiret.* Ita Medicinam ſimul Aſtrologiam & Theologiam imbiberunt, ſaltem curioſiores. Neque harum aliquam ſine reliquis. Unde facilius evenit multò ut hebdomadis Aſtrologicæ uſus paſſim invaleſceret, ſicut reliquæ duo. Et de Theologia Gentilium cum Aſtrologia ſic olim ſubinde conjuncta, teſtis eſt luculentus Julius Firmicus [m]. Is de Aſtrologi qualitate verba faciens, *Antiſtitem*, inquit, *Solis & Lunæ & cæterorum deorum per quos terrena omnia gubernantur, ſic oportet animum ſuum ſemper inſtruere, ut dignus eſſe tantis cæremoniis, omnium teſtimoniis comprobetur.* Aſtrologus omnium deorum antiſtes habitus. Sed ex artis diſciplina, non ex inſtituto publico. Unde & conqueritur Sextus Empiricus [n] ſuo in ævo, quod à Joſephi vix diſſitum, Aſtrologos ποικίλως ἐπὶ πάζειν τῷ βίῳ, μεγάλῳ δ' ἡμῖν ἀντεισάγειν δεισιδαιμονίαν, μηδὲν ᾧ ἀντιτείνειν καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐνεργεῖν, *diverſimodè magnam vitæ humanæ afferre injuriam & in nobis magnam ſtruere ſuperſtitionem, neque quidquam permittentes agere ex rectâ ratione.* Atque adeo apud Gentiles invaluiſſe Aſtrologiam, Theologiæque ſic commiſtam eſſe, minus dubitabit, quisquis obſervaverit etiam inter Chriſtianos fuiſſe, dum ſuperioribus ſeculis Aſtrologiæ judiciariæ deditiores erant, repertos viros ſanè eximios, qui ratione Aſtrologicâ tantùm, non omnino ſacro aliquo obtentu, die Saturni ſeu ſeptimo illo quoliber, laboribus vacandum etiam Chriſtianis, voluêre. Joannes Franciſcus Picus [o], *Rogerius Baccon*, inquit, *eo usque evectus eſt, ut ſcribere non dubitarit, errare Chriſtianos, qui die Sabbati non ferientur, & ab opere vacent ritu Iudæorum, cum ſit ea dies Saturni parum commoda*

[m] *Matheſeos, lib. 2. cap. 31.*

[n] *Adverſus Mathematicos, lib. 5.*

[o] *De rerum Prænotione, lib. 5. cap. 1.*

meda rebus agendis. De celeberrimo loquitur illo Rogerio Bachone Anglo, qui Sectæ Franciſcanæ ante CCCXL amplius annos Philoſophus, Theologus, Mathematicus floruit perinſignis. Quid quod etiam ſub id tempus non deeſſent, qui [p] ipſum Judaicum diei cultum Saturni gratiâ, quemadmodum & conjectabat olim Tacitus [q], habitum, exiſtimarent, Chriſtiani quidem, ſed nugacibus Aſtrologorum ſcitis fanaticè dediti. Mitto qui ex ipſo Schemate tum Mundi tum Jeſu Chriſti natalitio, quem fruſtrà ſibi fingunt, ex Magnis conjunctionibus, atque ex imperii, ſi diis placet, Planetarii ſucceſſione mira etiam de Theologiæ ac Religionis ſtatu mutationeque ſuperioribus ſeculis ſcire videri ac prædicere auderent; ut Joannes ille Esquidus dictus [r], ſeu apud illum alii, Petrus de Alliaco [s], Hieronymus Cardanus [t], alii ſimiles. Sed de hiſce ſatis ſuperque.

[p] *Apud Guielm. Pariſienſem lib. de Legibus, cap. 4. & 20.*

[q] *Hiſtor. 5.*

[r] *Summa Anglic. Tract. 1. Diſt. 1.*

[s] *Elucidario Aſtronomica cõcordia.*

[t] *Ad Ptolemæi Quadripartit. l. 4. diſt. 5. 4. & Videſis Sixtũ Senenſem Biblioth. lib. 6. annot. 10.*

CAP. XXIII.

Scopus Flavii Joſephi *in verbis illis, quorum gratiâ hactenus diſputatum eſt*, eiusque vera *ibi* ſententia de More Hebdomadis, quem ad gentes universas *ait* perveniſſe.

IAm verò, ut ad ipſa Flavii Joſephi verba, de quibus quæſtio inſtituta eſt, tandem revertamur; animadvertendus eſt ejusdem ibi [u] Scopus, unde ſane mentem ejus quæ vulgò accepta totius antiquitatis fidei palam renititur, non obſcurè perquam veritati conſonam eſſe patebit. Scilicet præter dignitatem & vetuſtatem Moſis, Ducis, Doctoris, Legislatoris Judæorum ſingularem, dum in Apiones, Molones, alios gentiles ibi ſcribit, ſummopere leges ſeu jura eorum collaudans, ea antè alia, univerſis hominibus in pretio habita eſſe tradit; Philoſophus item veteres de Deo aliisque vitæ rationibus ſententias aliquot doctrinæ Moſaicæ non diſſimiles amplexos eſſe; etiam & cultum Judaicum ſeu religionis eorum aliquot ritus Gentilibus eousque placuiſſe, ut tametſi ſuos ſibi peculiaris haberent, Iudaicorum tamen à longe imitatores ſeu amantiores interea ſe palam oſtenderent, dum ex eis

[u] *Lib. 2. Adverſus Apionem.*

ex eis mores aliquot, utcunque Judaicis non ſatis conſonos, ſibi adſciſcerent, adeoque etiam ipſum Hebdomadis ſeu diei ſeptimi (in quo labore vacabant Judæi, non item Gentiles) morem qualem ſupra fuiſſe demonſtravimus, item Jejuniorum, Luminum accendendorum, animalium aliquot abſtinentiam. Verba ejus ibi perpendenda ὑφ' ἡμῶν inquit, διηλέχθησαν οἱ νόμοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτῶν ζῆλον ἐμποιήσασι· πρῶτον μὲν γὰρ οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησι Φιλοσοφήσαντες τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πάτρια διεφύλαξαν, ἐν δὲ τῇ πράγμασι καὶ τῷ Φιλοσοφεῖν ἐκείνῳ κατικολύθησαν. Ὅμοια μὲν περὶ θεῶν φρονοῦντες, ἐντιλείαν δὲ βίου καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν διδάσκοντες. *Et noſtrum causâ accuſari ſolent leges,* (ita vertendum; non, ut interpres, *A nobis itaq; declaratæ ſunt leges,* quod ibi nihili eſt,) *etiam quæ hominibus cæteris univerſis zelum* ſeu *imitationis cupidinem,* ſeu *honorem ſui præ aliis induxerunt. Primùm enim qui apud Græcos philoſophati ſunt, viſi quidem ſunt jura patria obſervare, ipſis autem vitæ actionibus* ſeu *reverà atque inter philoſophandum, illius* (id eſt, Moſis) *ſequaces fuêre, ſimilia de Deo ſentientes, & vitâ frugi atq; ad invicem communionem edocentes.* Hæc ſtatim, ſequitur, ὃ μὲν ἄλλα καὶ τὴ πλήθει οὐδὲ πόλυς ζῆλος γίγονεν ἐκ μακρῦ τῆς ἡμετέρας εὐτεβείας, quod mihi ſonat, *quin etiam hominum vulgo zelus non exiguus evenit, à longè noſtri cultûs:* iiſd eſt, cultum noſtrum tanto habent in pretio, ut imitari videantur, tametſi ab eo, qui verus eſt, nimium exorbitent. Hiſce dein proxima ſunt verba de Hebdomadis uſu ſupra allata. Neque verò eſt, inquit, civitas aut gens ulla ſive barbara ſive Græca, ad quam μήτο τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀγομὲν ἡμεῖς, τὸ ἐθος ἀφῖκται ἑορτήν *Hebdomadis* ſeu *diei ſeptimi, quem laborum vacatione celebramus nos, conſvetudo non pervenerit,* καὶ αἱ νηστείαι (ſic enim pergit) καὶ λύχνων ἀνακαύσεις καὶ πολλὰ τῶν εἰς βρῶσιν ἡμῖν ἀ νενομισμένων παρατετήρηται· μιμεῖσθαι δὲ πειρῶνται καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοιαν καὶ τ τ ὄντων αἱ ἀδοσιν καὶ τὸ φίλεργον ἐν ταῖς τέχναις καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν νόμων ἀνάγκαις & *Iejunia & Lumina accenſa & multa circa ea, quæ nobis comedere nefas eſt, obſervantur. Conantur verò imitari mutuam inter nos concordiam, æquam rerum diſtributionem, induſtriam in artibus, & conſtantiam, quoties pro legibus ad neceſſitatem aliquam adactiſimus &c.* De Philoſophis locutus eſt, de aliis item gentilibus, qui ſive leges ſive dogmata, de Deo vitæque ratione, aliquot Moſaica aut

amplexi ſunt, aut, zelo eorum qualicunque ducti, ſunt imitati. Similia de Deo, inquit, ſentiebant Philoſophi Moſis ſequaces. Idque de Legibus expreſſim dixerat, zelum eas ſui hominibus univerſis ceteris induxiſſe, tametſi ob odium gentis, ipſæ interea ab adverſariis accuſarentur. Et ſatis ſcimus, Leges eorum tum Morales tum Judiciales, velut exempla, à quibus gentes aliæ fuerint edoctæ, non rarò ſumi. Quemadmodum autem ſimpliciter primò dixerat, Leges Judæorum zelum ſui hominibus univerſis aliis induxiſſe, ita ſtatim id ipſum de Εὐσεβείᾳ, Cultu, Ceremoniis ſeu ritibus ſacris, ſed cum temperamento, ſubdit. *Quin & vulgo hominum*, inquit, ſeu *quamplurimis zelus inſignis evenit* ἐν μακρῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας *à longè cultûs noſtri*. Non ita quidem Ceremonias noſtras ſacras ſeu Cultum amplexi ſunt ut Leges & Philoſophiam. Attamen etiam Cultum ſeu Ceremonias noſtras à longè imitati ſunt aliquas, ut videre eſt in Hebdomadis (qua laboribus vacamus nos) uſu ſeu more, in Luminibus accendendis[x], Jejuniis, animalium aliquot abſtinentia. Licet eodem modo, quo nos animalibus, non abſtineant, nec Lumina eodem modo ſeu ritu accendant, nec Jejunia celebrent, nihilominus in hiſce omnibus ſuo modo obſervandis ἐν μακρῷ μὲν τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ζῆλος, πολὺς δ' αὐτοῖς γέγονε *cultûs noſtri* ſeu *rituum noſtrorum zelus inſignis evenit*, ſed *à longè*; ſeu qui non ita rei ipſi proximat, ita tamen ut, dum in horum obſervatione longè à nobis diſſiti ſunt, noſtrorum rituum, utpote omnium vetuſtiſſimorum, quadamtenus ſe imitatores non obſcurè nec illibenter præbeant amantesque. Quod & de Hebdomadis uſu dicendum. Scilicet Septimo quidem die ſeu Saturni laboribus vacamus Nos. Vacatio illa cultûs noſtri pars eſt. Cultum ejusmodi licet in aliarum gentium inſtituta receptum eſſe non reperiamus, uti nec in Calendaria ſeu publica temporis apud Græcos aut Romanos monimenta periodum dierum ſeptem tranſiſſe, ipſius tamen Hebdomadis ſeu diei ſeptimi recurrentis obſervationem ſeu morem (id eſt τὸ τῆς ἑβδομάδος ἔθος) ad gentes populosque univerſos utcunque perveniſſe ſcimus, atque tam in diſciplinis, quibus ſummopere incumbunt Gentiles, quàm in hominum vitæ functionibus, tametſi non in publicis ubique temporum monimentis, locum primarium obtinere, & demum Gen-

[x] *Vide Senec. lib. de Vita Beata, cap. 27. Lipſium Elect. 1. cap. 3. Fortunat. Scacchi de Sacrorum Elæochrismat. l. 1. cap. 6.*

Gentiles ipſam periodum noſtram ſeptem dierum ſacram ſedq; idem à longè, dum diei Septimi cultus cujus, gratia nobis eſt in uſu, ab illis prætermittitur, imitari. Horum quidem zelo ducti à longe ſunt imitatores. Alia etiamnum noſtra imitari contendunt, ut concordiam, induſtriam, conſtantiam. Hic, ni fallor, eſt Joſephi eo in loco ſenſus. Interpreti ejus τὸ ἐκ μακρὸ tempus ibi deſignat. Nam *olim* vertit; Alii itidem *à longo tempore* ſubſtitui volunt. Ego potius *à longe*, notione jam oſtensa. Quod vero interea ad rem ipſam attinet, ex jam diſputatis, opinor, eſt manifeſtiſſimum, locum, illum, utcunque vertendum, non omnino de Gentium aliarum cultu Sabbatico intelligendum eſſe. Mores hac de re gentium aliarum ſupra exploravimus. Ad eas ipſe Joſephus, velut ad rei totius & Judices & teſtes provocat. Αὐτὸς γά τις ἕκαστος inquit, τὴν πατρίδα καὶ τὸν οἶκον ἐπισκοπῶν τὸ αὐτὸ τοῖς ἔμπροσθεν ἐμοῦ λεγομένοις οὐκ ἀπιστήσει. *Quilibet ſuam patriam domumque inſpiciat. Certè ita non recuſabit jam dictis fidem adhibere.* Si ſenſu noſtro locus intelligatur, certum opinor eſſe ipſos, ad quos ipſe ſic provocat, Græcos ſcilicet & Romanos, Orientales Occidentalesque, gentes demùm ei cognitas univerſas, Hebdomadis uſum ſibi receptum fuiſſe aſſerere, adeoque dictis ejus præbere aſſenſum tunc voluiſſe. At vero ſi de Cultu capiatur Sabbatico in Gentium inſtituta recepto, non ſolùm non univerſæ gentes aſſenſum ſic appellatæ præbuiſſent, ſed nec etiam ulla fuiſſet comperta, quæ mendacii eum manifeſti non meritiſſimo coarguiſſet. Et de Jure tum Naturali, tum Gentium, ex diſciplina Ebræorum, quantum ad Sacrum Cultum ejusque ritus attinet, hactenus.

Libri Tertii

FINIS.

DE

DE JURE NATURALI ET GENTIUM

Juxta Disciplinam
EBRÆORUM,

Liber Quartus.

Homicidii Interdictum Naturale (quod *Noachidarum* seu omnium hominum communis *Juris* Illustrioris *Caput* est *Tertium*) cum *Temperamentis* suis, *Limitationibus* atque *Exceptionibus* apud Ebræos; *Jus* item *Gentium*, *quo*, apud illos, *Caput hoc commissum*, explicat: adeoque *Jus* apud eos *Tutelæ* sive *sui* sive *aliorum*, etiam *ex vim inferentis cæde*, *Jus* item *singulare Zelotarum*. *Excommunicationis* insuper ac *Hominis devovendi*, seu *Anathematis* Jus, quà *cædes humana* sive inde *reverà permissa*, sive *permitti à nonnullis credita*; *Jura* item *Asyli*, tum in *Urbibus* Levitarum, tum in *Altari*; *Jus vindicis Sanguinis*; alia ejusmodi.

Cap. I.

De Scelere Homicidii voluntarii. *Ejusdem* Genera, & Pœna *tum* Cœlestis *tum* Forensis; Ordinaria, Extra ordinem. *Nefas* abortum inferre, fœtū in utero extinguere, liberos exponere. *Juris discrimen hoc, quoad* Pœnā *inter*.

Digitized by Google

inter Originarios, Proſelytos Juſtitiæ, reliquosque rite Circumciſos, *&* Proſelytos Domicilii *ſeu* Gentiles in ditione Ebraica degentes. *De* Vindicis Sangvinis, ex jure cognationis, poteſtate.

Stenſo, libris proxime ſuperioribus binis, quid ſenſerint docuerintque Ebræi veteres de duobus Juris Noachidarum capitibus Prioribus, quæ ſunt בין אדם למקום ſeu *inter hominem & Numen ſanctiſſimum*, id eſt, cultum divinum ejusque ritus ſpectant, idque tum quà ſimpliciter Naturalia ſunt ſeu Univerſalia, tum qua ſive Imperativum ſive Interveniens Ebræis aliisque Gentibus Jus eis acceſſit ſeu commiſtum fuit, ſequitur, ut tranſeamus ad capita ea, quæ ſunt בין אדם לחבירו *inter hominem & proximum ſuum*, id eſt, quæ mutua hominum inter ſe officia complectuntur. Ita ſcilicet dicta, quia in ejusmodi officiis maximè cernuntur; tametſi etiam obedientiam Numini præſtandam habeant conjunctam, & nonnulla inſuper in eis contineantur, quæ ſimpliciter duntaxat Numini obedientiam exigunt, veluti ſimplex cædis ſui interdictum, ut mox oſtenditur. Horum Primum eſt, (ſed in enumeratione omnium ſimul Tertium) ערי שפיכות דמים *de Effuſione Sangvinis*, quo nomine Generi humano Homicidium interdicitur. Qualisnam autem eis fuerit ſenſus ejusdem interdicti, tam qua Naturale eſt, quam quatenus Jure apud eos Gentium ſubinde commiſcebatur, juxta quod ſupplent eorum commentarii, imus nunc explicatum. Ex nonnullis obiter in ſuperioribus dictis, ſatis liquet, eos ita tantum habuiſſe interdictum hoc obligativum, ut interea vim ſuam pariter ſortirentur leges aliæ moresque de Pœnis etiam Mortis, quæ ſcilicet, ut reliquæ in ſimplici Noachidarum jure, ex capite illo altero de Judiciis, quod in enumeratione noſtra Sextum eſt, oriuntur. Nam de ultimo ſupplicio ipſis in uſu tam ex jure eorum Civili, uti & ſacræ paſſim docent literæ, quam Gentium, aliquoties ſupra, dum de Idololatria atque Blasphemia agitur, dictum eſt. Et de ejusmodi aliis ſimiliter dicendum ſubinde in ſequentibus. Sed vero Interdictum hoc non ſolum ſic tem-

perant Pœnis Mortis ex ſententia forenſi, ſeu ſolenni judiciorum more, irrogandis, verum etiam pariter aliis, quarum pleræque revera Pœnæ Scelerum & Delictorum ſunt nuncupandæ, uti & nonnullæ Quaſi Pœnæ potius appellandæ, ut infra oſtendetur. Summa erit, velle eos, Homicidium non committendum pro cujusque arbitrio, aut extra Pœnæ legitimæ, aut Quaſi, rationem; qui quidem ipſe eſt ſenſus Scholæ, dum ait homicidium nefas eſſe ſub ratione Indebiti. Interdictum hoc, etiam qua Univerſale eſt, Noachidis ad hunc modum inſtauratur. *At ſanguinem* a *veſtrum de animabus veſtris* (de vobis ipſis) *requiram, de manu cuncti animalis requiram eum, & de manu hominis, de manu viri fratris ſui requiram animam hominis. Qui effuderit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis ejus effundetur, quoniam in imagine Dei* (Deus) *fecit hominem.* Poſtmodum autem, præter id quod eſt *Non occides*, in decalogo, habentur leges de Homicidio in corpore Moſaico Ebræis non ſemel datæ. Ut, *Percutiens* b *hominem unde moritur, morte interficiatur.* ------ *Et: ſi homo machinetur in proximum ſuum, ut dolo occidat eum, ab altari meo tolles illum, ut moriatur.* ------ *Et: ſi percuſſerit vir ſervum ſuum aut ancillam ſuam virgâ, & mortuus fuerit ſub manu ejus, ulciſcendo ultio ſumetur. Et ſi* יום או יומים quod verbo tenus ſonat *per diem, vel per duas dies* (ſed magiſtrorum ſenſum infra damus) *manſerit ſeu ſteterit, non ultio exigetur, eo quod pecunia illius ſit. Si contenderint viri & offenderint mulierem prægnantem, ut egrediantur fœtus ejus ſeu nati ejus* [Scilicet ויצאו ילדיה; quod ſingulariter legitur in Pentateucho Samaritano ויצא ולדה *& egrediatur fœtus ejus*) *& non fuerit exitium, puniendo punietur, ſecundum quod illi impoſuerit maritus mulieris, dabitque juxta judicum ſententiam. Et ſi exitium fuerit, dabis animam pro anima.* Alia occurrunt in ſacra lege c ejusmodi. Inter quæ & hoc inprimis heic animadvertendum de poteſtate legitima ejus, qui גואל הדם *vindex Sangvinis* erat, id eſt, uti & Helleniſtis & vulgatæ vertitur, *Cognatus*, ſeu *propingvus occiſi.* Verba legis ſacræ d ſunt גואל הדם הוא ימית את הרוצח בפגעו בו הוא ימיתנו *Vindex ſangvinis interficiet homicidam, cum occurrerit ei*, ſeu ut vulgata, *ſtatim ut apprehenderit eum, interficiet eum:* quod & paulo poſt iteratur. Jam vero

a *Gen. ſ. 5.*

b *Exod. 21. 12.*

c *Lebit. 24. 23. Num. 35. 16. &c. Deut. 19. 11.*

d *Num. 35. 19.*

Digitized by Google

vero Priora verba eorum, quæ è Geneſi citantur ſeu *è ſanguinem veſtrum de animabus veſtris requiram*, interpretantur Magiſtri de cæde ſui. Gloſſa ibi; אף החונק עצמו אף ע"פ שלא יצא ממנו דם *etiam qui laqueo finit ſibi vitam*, (in legem hanc committit) *licet ſanguis ejus non effundatur.* Quale in ceteris cædis generibus incruentis ſemper recolendum, tametſi effuſionis ſanguinis nomine homicidium plerunque eis denotetur. Et Nachmanides illic; רבותינו דרשו בו הורג את עצמו וגו' *Rabbini noſtri locum explicant de Cæde ſui.* Ita alii c. De cæde autem ſui, præter ea quæ obiter à Theologis f homicidium tractantibus dicuntur, conſulas Balthaſaris Gomeſii, I. C. Toletani librum g *de Poteſtate in ſeipſum*, uti & quæ nuper ex Olympiodori commentariis M. S. in Platonis Phædonem, atque aliunde eâ de re edidit Carolus Annibal Fabrotus h Jurisconſultus. Quæ ſequuntur, *de manu cuncti animalis requiram eum*, nunc explicant de cæde per animalia rapacia ac voracia illata, homine inſtigante; nunc etiam de pœna cœlitus homicidis infligenda, immiſſis ſcilicet ab ipſo numine beſtiis, quæ vindictam ſumant, ſi homines ſcelus non puniant. Quâ de re obiter ſatis ſuperius i diximus. Illud *De Manu hominis, de manu viri fratris ſui*, alii interpretantur de ſicario, qui interficiat, miſſo, id eſt, altero; quod *per fratrem* deſignari ſolet; alii de cæde ex errore facta ab amico ſeu ſocio. Codex Samaritanus ibi habet מיד איש ואחיו *de manu viri & fratris ejus*, quemadmodum & vulgata. Paraphraſis autem Chaldæa Onkeli; *Et de manu hominis, de manu viri, qui fuderit ſanguinem fratris ſui, requiram animam hominis.* Etiam receptior eſt Magiſtris ſententia, verbum דרש, quod *requirere* ſignificans heic iteratur, denotare שדינם מיסר לשמים *judicium de eis* (ſi ſacra verba ibi tantum ſpectes) *referri ad ipſum Numen*, ſeu cœlitus expectandum. Poſteriora item in Geneſi verba, *qui effuderit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis ejus effundetur*, de Judicio forenſi ſeu pœna in foro civili homicidæ, qui *per ſe* בעצמו non per alium, nec ex errore, ſed datâ opera ſeu ex animo, cædem patraverit, ſumi volunt. Certe & Onkelos ea vertit; דישור דמא דאנשא בסהדין על מימר דיניה דמיה יתשד *Qui effuderit ſanguinem hominis, per teſtes juxta ſententiam judicum ſanguis ejus effundetur.* Et Judæi itidem ibi Mauritanien-

c *Maimonid. halach.* Rotzach *Cap. 2.*
f *Thom. 2. ſecunda q. 64. art. 5. alii ibidem. &c.*
g *Panormi. 1610.*
h *Exercitat. 5.*
i *Lib. 1. Cap. 5. pag. 64. & 65.*

nienſes , من يسفك دم الانسان فمه يسفك دمه قول الانسان ـــ

qui effuderit ſanguinem hominis, ex decreto ſeu *ſententia hominis effundetur ſangvis ejus.* Jam vero dum legem hanc de Homicidio, Noachidis diſerte inſtauratam, cum ſibi civilibus illis de homicidio item in corpore Moſaico latis committunt, omnimodam quidem cædem humanam (extra rationem Pœnæ legitimæ aut Quaſi, quod mox explicabitur) interdici tum ipſis volunt, tum generi humano; at interea perquam diverſimode apud ipſos puniri homicidium utcunque ex animo & datâ operâ patratum (nam de cæde errore commiſſa dicemus inferius) idque ſive Genera Cædis, ſive Perſonas, quæ interemerint, ſive interemtos ſpectes. Quod ad Genera attinet; cædes [k] ex animo patrata, ſive gladio, ſive fuſte, ſive ſaxo, aliterve per ipſum reum, cæſim, punctim, jactu, ultimo ſupplicio, id eſt hoic gladio, ex ſententia forenſi puniendæ. Neque Perſonarum, quæ cædem patrarent, hac in re diſcrimen. Tam ſcilicet Ebræus & quilibet rite circumciſus, quam Proſelytus domicilii ſeu Gentilis Ebræorum in ditione ſic puniendus. Nempe gladio vita privandus. Nec ſane quod habet Philo [l], etiamſi Judæus, de ſuſpenſione homicidæ in patibulo, (quod & male nonnulli viri doctiſſimi de cruce ſic vulgo dicta ſumunt,) velut ex lege Moſaica atque Ebraico uſu, omnino verum eſt; ſi Talmudicis fides. De Philonis loco videſis ante alios Iſaacum Caſaubonum [m] in Baronianis. Sic de pœna homicidii ſpontanei ab homicida ipſo patrati. At vero de Ebræis reliquisque rite circumciſis, cædis non per ſeipſos, ſed per alium, eorum juſſu ſeu opera, factæ reis aiunt, השוכר הורג להרוג את חברו או ששלח עבדיו ותרגוהו או שכפתו והטיחו לפני הארי וכיוצא בו והרגתו חיה וכן ההורג את עצמו כל אחד מאלו שופך דמים הוא ועון הריגה בידו וחייב מיתה לשמים ואין בהן מיתת בית דין *Si quis mercede conduxerit alium in cædem humanam, ſeu ſervos ſuos miſerat ut alterum interficeret, ac cædes ſecuta eſſet, aut quempiam ligatum expoſuerat leoni aut beſtiis ſimilibus, à quibus fuerit occiſus, aut ſibi ipſi mortem conſciverat, pro homicida habendus erat, & homicidii plane reus; quo nomine mortem* (etiam ex lege) *cælitus infligendam merebatur. Sed ex ſententia forenſi morte horum plectendus erat nullus.* Quod tamen dici volunt de Jure ordinario. Nam extra ordinem & pacis tranquillitatisque publicæ

[k] *Mish. & Gemar. tit.* Sanhedrin. *cap. 9. Moſ. Maimonid.; hal* Rotzach *cap. 2. Moſes Mikotzi Prac. Neg. 163.*

[l] *Lib. de leg. ſpec ad 6. & 7. prac.*

[m] *Exercit. 16 num. 76.*

Digitized by Google

publicæ causâ, ex hiſce ſpeciebus homicidia, quæ jure ordinario morte non punienda, etiam in Ebræo ceterisque ritè circumciſis, etiam morte puniebantur. Addunt enim, כל אלו חרצחנים

וכיוצא בהן שאינן מחויבין מיתת ב"ד אם רצה מלך ישראל להרגם בדין המלכות ותקנת העולם הרשות בידו וכן אם ראו בית דין להתם בהוראת שעה אם היתה השעה צריכה לכך יש להם רשות כפי מה שיראו *Homicidas jam dictos, qui, ex ſententia forenſi, morte* (jure ordinario) *neuiquam erant plectendi, ſi morte nihilominus afficere vellet Rex Iſrael, ex jure Region, & in ſalutem publicam, id ita facere ei licuit; quemadmodum etiam, ſi extra ordinem & ob ſingularem temporis neceſſitatem morte plectendi Synedrio* ſeu *foro civili atque ordinario* (ſive ſcilicet LXXI virorum, ſive XXIII) *viderentur, fas etiam & ſic eos morte plecti.* Quin & ſubjungunt, ſi nec cauſa eſſet, cur aut Synedrium, aut Rex ita homicidas ejusmodi morte plecteret, בית דין חייבין מכל מקום להכותם מכה רבה הקרוב למיתה ולאסרם במצוד ובמצוק שנים רבות ולצערן בכל מיני צער כדי להפרד ולאיים את שאר רשעים שלא יהיה הדבר להם לפוקה ולמכשול ויאמר הריני מסבב להרוג איבי כדרך שעשה פלוני ואפטר *Ex officio, Synedrio incubuiſſe, plurimis verberibus eos plectere etiam uſq; fermè ad mortem; & in carcerem traditos ibi annis multis tenere, arumnisq; omnimodis premere, ut ſic deterrerentur homines alii peſſimi, nec inde titubarent atq; in offendiculam inciderent, adeo ut eorum quis ſibi diceret, ad occidendum inimicos meos circumcurſito, modo quo N. fecit, nec pœnâ omninò afficiar.* De Perſonis dein interemptis tradunt, אחר ההורג את הגדול ואת הקטן בן יומו בין זכר בין נקבה הרי זה נהרג עליו אם הרג בזדון והוא שבלו לו חדשיו אבל אם נולד לפחות מט' חדשים הרי הוא כנפל עד שישהה ל' יום והרודנו בתוך שלשים יום איני נהרג עליו *Parile jus eſt, ſi quis annis Majorem, aut Minorem recens natum occidat,*

n *Videſis Moſe Nebochim lib. 3. cap. 40.*

ſive maſculum ſive fœminam. Cadis nempè hujuſmodi nomine, morte plectendus eſt, ſi ex animo ſeu *ſponte occidat. Quod ita intelligendum, ut recens natus compleverit menſes ſuos. At vero ſi novem menſibus in utero matris non manſerit, pro abortivo habendus eſt, usque dùm diem tranſegerit trigeſimum. Et qui eum intra dies triginta occiderit, eo nomine minimè morte plectendus.* Neq; diverſum jus faciunt, ſive quis occiderat origine Ebræum, ſive liberum, ſive ſervũ, ſive Proſelytum Juſtitiæ, ſive ſervum è Gentilibus alienum; qui ſcilicet nomine ſervitutis juxta antè o oſtenſa lavacro ſuſceptus eſſet, ſeu ritè circumciſus, nec manumiſſus. Servum nempè alterius, qui קבל עליו מצות ונוסף על נחלת ה׳ *in ſe receperat præceptorum* (ſervis baptizatis obſervandorum) *obſervationem, & ita adjectus eſt hereditati* ſeu *poſſeſſioni Domini Dei O. M.* Diverſum jus, inquam, non faciunt, ſive liberum, ſive ejuſmodi ſervum alterius quis occiderat. Neq; ſanè ſi quis ſuum è Gentilibus ſervum (nam par omninò ſervi origine Ebræi ac liberi heic conditio; uti & rectè monet Lyranus) ita percuſſerat, ut intra viginti quatuor horas ſeu noctem diemque proximè inſequentem ſtare nequiret, ſed ex plaga ſeu vulnere ſtatim decumberet atque inde moreretur. At ſi per tantum tempus ſteterit, ſeu non, ut æger, ex plaga ſeu vulnere decumberet, poſteà tamen inde mortuus eſſet, morte dominus non plectendus. Ita ſcilicet interpretantur p Magiſtri legem illam ſibi civilem de ſervo ſuo à quopiam percuſſo antè ex Exodo citatam. *Si per diem vel duos dies ſteterit*, id eſt, ajunt, quantum ſaltem tempus nox & dies, ſeu dies unicus civilis complectitur. Et Pentateuchus Samaritanus ibi expreſſim pro eo quod eſt נקם ינקם *ulciſcendo ultio ſumetur*, & לא נקם *ultio non exigetur*, habet מות יומת *morte morietur* & לא יומת *non morietur*. Et quæ ibi ſequuntur de muliere gravidà percuſsà ſic intelligunt, (juxta verſionem etiam vulgatã, Chaldæam, aliasq; Judæorum ipſorum) ut, ſi ex abortione mortua non eſſet fœmina, nec ſequeretur pœna ibi præſtituta. Quod autem vertitur ibi, *ſi non fuerit exitium & ſi fuerit exitiũ* (id eſt אסון) per *mortem* interpretantur באשה ſeu *mulieris*. Compenſationem autem damni marito hinc illati æſtimabant ex detrimento, quod uxoris corpori inde eveniret q, ſeu juxta id quod uxoris pretio, ſi ancilla eſſet, inde decederet. Huic etiam acceſſere mulctæ forenſes aliæ, ipſi fœminæ præſtandæ. At verò de eo quod eſt ſi interime-

o *Lib. 2. cap. 3. & 5.*

p *Moſes Bar. Nachmã in* Pirush Tora *fol. 130. alii in Exod. 21. & Maimonid. halach.* Retzache *c. 2. Sidefis Philonem. lib. de leg. ſpec. ad præc. 6, & 7.*

q *Maimonides halach* Chobal We-mazik *c. 4.*

Digitized by

terimeretur inde mulier, adeo ut *anima pro anima danda esset*, Magistri dissident. Glossa Jarchii; רבותינו חולקים ברבר י"א נפש ממש וי"א ממון אבל לא נפש ממש שהמכוון להרוג את זו והורג את זה פטור ממית' ומשלם ליורשיו דמיו כמו שהיה נמכר בשוק *Magistri nostri dissentiunt hoc. Alii enim animam sumunt pro anima*, seu *vita ipsa* seu *persona ipsa*. Adeo ut ultimum sequeretur supplicium. *Alii verò de pecunia locum capiant, nec de vita ipsa* r. *Scilicet cum quis alium occiderat, præter eum quem ex animo occidere voluit, capitali pœna forensi liber erat, & occisi hæredibus pendebat quanti occisus auctione vendi potuit.* Ceterùm haud parum discrepant, hæc ab eo, quod habetur in versione Hellenisticâ. Sic enim ea ibi. *Si viri bini pugnantes percusserint mulierem gravidam* καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξεικονισμένον *& egressus fuerit fœtus ejus non formatus, multâ multabitur &c.* Ἐὰν δὲ ἐξεικονισμένον ᾖ, δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, *si verò formatus fuerit, animam dabit pro anima.* Videsis quæ hæc habent Patres Christiani s. Atque juxta hanc versionem pœna utraque & tota lex illa ad abortionem spectat, & pro abortivi qualitate, non matris sive incolumitate sive cæde, aliter atq; aliter se habet. Quin & ita expressim legem illam capit Philo t, de ea copiosiùs disserens. Sed & de utraq; posteriorem legis hujus partem intelligit Lyranus. Ad illud *si mors ejus fuerit subsecuta*, *scilicet*, inquit, *mors mulieris vel pueri jam animati, & possit hoc probari, cum jam sit specie humanâ.* Certè quicquid de Pœna forensi sibi Proselytisque Justitiæ ceterisque ritè circumcisis ob cædem fœtus in utero matris irroganda, variatim statuerint; Homicidii scelus decernebant ab eis commissum esse, non minùs quàm ab eis, qui occiderent, in lucem emissos, quorum tamen ob cædem, intra triginta dies, ut dictum est, quoties novimestres non essent, ultimum supplicium à foro non irrogabatur. Etiam apud Josephum legimus u, imminere mortis pœnam, siquis πείσῃ γεγαμημένην ἢ τεκνοτροφῆσαι· ἃ πάντα προσέταξεν ὁ νόμος, καὶ γυναῖκι μὲν ἀπεῖπεν μεῖ' ἀμφιβάλλῃ ποτὲ ἐντινι τῶν αὐτῆς, μήτε ἀμαφθείραι ἀλλὰ μηχανῇ τινι προσείπασθαι αὐτό· τεκνοκτόνῳ δὲ αἰνηψηχλὼ ἀφωτίζουσα καὶ τὸ γῆνος ἐλαττοῦσα, quod vertitur, *suaserit nuptæ aut filius nutrienti; quæ omnia lex præcepit. Universis autem mulieribus interdixit, vel celare quod natum est, vel aliâ machinatione corrumpere filios. Infanticida enim esset animas demoliens & genus imminuens.*

r *Vide Nic. de Lyra ad Exod. 21.*

s *Theodoret. quæst. 48. Augustinus &c.*

t *De legib. spec. ad 6. & 7. præcept decalogi.*

u *Adver. Apion. lib. 2.*

nuens. Sed depravatus proculdubiò est locus. Lego potiùs πείσει γεγαμηκώς· Τέκνα τρέφειν ἁπασῶν πρόσταξε νόμος καὶ γυναιξὶν ἀπείπειν μὴ ἀμβλῶσι ποτέ &c. Et tunc verto, *si quis nuptam pellexerit* (in concubitum scilicet.) *Liberos nutrire universos præcepit lex* (Mosaica,) *& mulieribus abortivum facere interdixit fœtum sibi aliquem aut eum extingvere sed voluit ut eum arte potiùs aliquâ foveret. Infanticida enim esset &c.* Sanè & ubi non pauca simùl alia Josephi ex eodem libro, apud Eusebium x, citantur pro his subsituuntur εἰ πείσας γεγαμηκώς· Τέκνα τρέφειν ἁπασῶν πρόσταξε καὶ γυναιξὶν ἀπείπειν μὴ ἀμβλῶσι τὸ σπαρὲν μήτε διαφθείρειν· ἀλλ' ὧν φανείη, τεκνοκτόνον αἰεὶ, ψυχὴν ἀφανίζουσα καὶ τὸ ἀνθρώπου γένος ἐλαττοῦσα *si nuptam illexerit. Liberorum quicquid susceptum erit educari jussit. Vetuit autem, ne qua mulier abortivum sibi faceret fœtum aliquem, aut susceptum semen ejiceret, aut extingueret. Quæ secus faxit, infanticida seu liberorum interfectrix est utpote quæ vitam abigat, & generis propagationem minuat.* Ita peculiare Ebræis habitum, nec fœtus humanos teneros ne in utero matris (sed temperamentum habes sub calcem capitis insequentis) sine scelere extinguere, adeoque neque natos abjicere aut exponere, quod apud Gentes olim alias frequentissimum, qua de re vide si placet, quæ toto demensa horreo congessit Alphonsus à Caranza y, Jurisconsultus Hispanus. Apud Philonem z item, Judæum etiam ipsum, lege Mosaica vetita est βριφῶν ἔκθεσις, ὁ παρὰ πολλοῖς τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐπιτηδευόμενον ἀπανθρωπίας χειρίστης ἀσέβημα γέγονε· *Expositio infantium, quæ apud multas gentes propter nativam inhumanitatem vulgaris est impietas.* Et in expositionem hujusmodi plurimum invehitur ille velut Gentibus aliis in usu licito, non omnino Judæis. Et quod de fœtu, qui novimestris non esset, superius dictum est, ita intelligendum, ut, tametsi ultimum cædi ejus in Ebræo non infligeretur supplicium, impunè tamen non omninò fieret ejusmodi scelus, ut ex jam ostensis etiam satis liquet. Nec malè igitur ad illud de Ebræis, Taciti a, *Augendæ multitudini consulitur. Nam & necare quemquam ex agnatis nefas;* Justus Lipsius, *qui otiosè* inquit, *legerit, nihil offendet: fortasse is qui intentè. Si enim de cæde capis tantùm, quid in eo novi? Sanè & Romanis & Barbaris plerisque necare consanguineos nefas.* (modò

x *Præparat. Evangelic. lib. 8. cap. 8.*

y *Lib. de Partu Naturali & legitimo cap. 4.*

z *Lib. de Legib. special. ad præcept. 6. & 7.*

a *Histor. 5.*

(modo ſcilicet exponendi morem excipias) *ſed alium hic ego ſenſum odoror, & ſcribo*, necare quenquam ex gnatis. *Scimus Græcis Latinisque in promiſcuo uſu fuiſſe abjectiones infantum & expoſitiones, imo neces. Id aliter in Iudæorum moribus, & gentem inprimis ſuboli ſtuduiſſe, adeo ut nulliusmodi partum necare fas, notat novum noſter.* Et diu ſane etiam poſt Chriſtianismum in uſu aliquo [b] liberorum alibi expoſitio adeoque occiſio. Atque ita ſe habuit res de Perſonis interemptis, ſive ab Iſraelita, ſeu Proſelyto Juſtitiæ aliove aliquo ritè circumciſo, ubi etiam interemti ex horum aliquo genere. At verò ob Proſelyti domicilii cædem aliusve Gentilis ab illorum aliquo patratam, mortis Pœnam forenſem non irrogabant Ebræi. Maimonides [c], uti & Talmudici vetuſtiores; ישראל שהרג גר תושב אינו נהרג עליו בבית דין שנאמר וכי יזיד איש על רעהו ואין צריך לומר שאינו נהרג על הגוי *ſi Iſraelita interemerat Proſelytum domicilii, neutiquam ob illam cauſam morte erat plectendus ex ſententia forenſi. Nam & in ſacra dicitur lege* [d], *& ſi homo machinetur in proximum ſuum &c.* (qualem nolunt eſſe Proſelytum domicilii) *multò minùs morte plectitur ob eadem Gentilis*, qui nondum ſcilicet Proſelytus domicilii factus. Ita manifeſtum ex hiſce interim eſt, illud in Geneſi [e], *qui effuderit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis ejus effundetur*, (quod de judicio ob homicidium capitali ac forenſi ſumi ſolet, ut jam dictum eſt,) à Magiſtris accipi, non pro lege ita latâ, ut ultimum ſupplicium ſit neceſſariò ſemper homicidii ſceleri irrogandum, ſed pro indicatione divinâ atque expreſsâ, in ſceleris odium, ex deſignatione Pœnæ graviſſimæ, quam pro re nata adminiſtrationisque publicæ varietate fas eſſet humano generi præſtituere irrogareque. Etiam ſi plures Ebræi aliive ritè circumciſi, congenerum quempiam plagis ſeu jactibus ſic peremiſſent, ut eorum nullus ſeorſim id feciſſet, quod Mortem inferre potuiſſet כולן פטורין ממיתת ב"ד *cuncti liberi erant ultimo ſupplicio ex ſententia forenſi infligendo*, quoniam nullus per ſe homicida. Atque hoc eſt quod legitur in Misna [f] רוצח שנתערב באחרים כולן פטורין *Homicida ſi admiſceatur aliis, omnes liberi ſunt.* Id eſt, Pœnâ capitis forenſi. Quin & ubi unicus tantum erat teſtis, aut non bini qui ſimul cædem patratam alias Morte plectendam viderant,

[b] *Vide Pagan. in Gandentium de Iuſtinianei ſeculi moribus cap. 40, & Decretal. 1. de Infant. & Lang.*

[c] *Halach Rotzach cap. 1. & Sidefis Lyran. ad Exod. 21. Leviti. 24. & Numer. 35. Adde eũ ad Zachar. cap. 5.*

[d] *Exod. 21. 14*

[e] *Cap. 9. 6.*

[f] *Tit. Sanhedrin cap. 9.*

g *Num.* 35. 31 rant, ad: ut ex lege ſacra g ultimum ſupplicium non ſequeretur, aut ſi בלא התראה *ſine præmonitione*, perinde ac ſi diceres ex ignorantia interdicti (de circumciſis tantum intelli-

h *Maimon. halach.* Rotzach *cap.* 4. & *Mina tit.* Sanhedrin *cap.* 9. ge] quis alium occiderat homicidas h ejusmodi בונסין לכיפה ומאכילין אותן לחם צר ומים לחץ עד שיצרו מיעיהן ואחר כך מאכילין אותן שעורין עד שתבקע כריסם מכובר הרחלי ואין עושין דבר זה לשאר מחייבי מיתות ב"ד אבל אם נתחייב מיתה סמיתין אותו ואם אינו חייב מיתה מוטרין אותו *conjiciebant in carcerem perangustum, & cibabant eos pane arumna & aquâ angustiæ, donec coarctarentur viſcera eorum, & dein cibabant eos hordeo, usque dum disrumperetur venter eorum ex cruciatûm gravitate* (quod, puto, hyberbole eſt.) *Nec vero ſic faciebant reliquis homicidii generibus, alias ultimo ſupplicio ex ſententia forenſi puniendis. Sed ſi morte quis plectendus eſſet, morte plectebatur, ſin vero, liberabatur.* Atque demum

Exod. 21. 12. quod in Exodo i habetur, inter leges Ebræorum civiles, *Percutiens hominem, unde moritur, morte interficiatur*, & quæ ſunt ejusmodi in corpore Moſaico reliqua ita interpretantur, ut non omne homicidii ſcelus ſic in foro puniendum eſſet; ſed juxta diſtinctiones, ſive Perſonas, ſive cædis Genera ſpectas, jam oſtenſas, à majoribus ſcilicet acceptas, & generalia legis verba etiam ex doctrina Moſaica (ſic volunt) temperantes. Diſtinctiones, inquam, ad Originarios atque Proſelytos Juſtitiæ, Libertinos & Servos è Gentilibus rite circumciſos, id eſt, rite circumciſos omnes, tantum attinentes. Nam Proſelytus Domicilii ſeu Noachides, id eſt, Gentilis in eorum ditione qualiscunque ſeu incircumciſus heic reus, ſine cauſa diſcrimine, Mortis Pœnâ erat, ex jure ipſis aliisque Gentibus interveniente, ex ſen-

i *Halacha Melakim cap.* 9. *Gemar. Babylon ad tit.* Sanhedrin *cap.* 7. *fol.* 57 *a.* tentia forenſi afficiendus. Maimonides k; בן נח שהרג נפש אפילו אמעי אמו נהרג עליה וכן אם הרג טריפה או שכפתו ונתנו לפני ארי או שהניחו ברעב עד שמת הואיל וה"מ נהרג וכן אם הרג רובו שיכול לחצילו כאחד מאבריו נהרג עליו שאין כן בישראל *Noachides ſi quempiam occiderit, etiamſi fœtum in utero matris, ultimo ſupplicio plectendus erat. Quod itidem dicendum, ubi jam vulneribus confoſſum interfecerit, aut vinctum Leoni expoſuerit, aut fami reliquerit, usque dum vitâ privatus fuerit. Quoniam ſcilicet mortis in causâ fuit, morte plectendus erat.*

dus erat. Idem jus obtinuit, ſi vim inferentem occiderit, ubi mutilato aliquo ejus membro tutelam ſatis præſtare potuiſſet. Sed diverſum eſt Ius, ſi Iſraelita horum quid fecerit. De tutela adverſus vim inferentem, plura dicentur inferius. Etiam teſtis unicus ſufficiebat, in Proſelyto Domicilii morte tum heic damnando, tum alias; qua de re plura, ubi infra Caput de Judiciis tractamus. Etiam בלא התראה *ſine præmonitione* & tametſi ignarus eſſet Gentilis ditionis Iſraeliticæ, illicitun omnino eſſe homicidium, morte nihilominus plectendus erat. Maimonides [l] de eo; אם הרג והוא לא ידע שאסור להרוג הרי זה קרוב למיד ונהרג לא תיחשב זו להם שגגה מפני שחוץ לו ללמוד ולא למד *Si homicidium commiſerat, ignarus interea nefas id omnino eſſe, adeo ſponte ſcelus committenti is proximabat, ut morte eſſet puniendus. Nec errore aut ignorantia hujusmodi excuſabatur; quoniam non deerat, unde diſcere potuit, nec dedicit.* Atqui obvia forſan eſt in diſcrimen, quod aperuimus, Juris objectio ex lege ſacra [m]. מכה אדם יומת משפט אחד יהיה לכם כגר כאזרח יהיה כי אני יהוה אלהיכם *qui percuſſerit hominem, morte plectatur. Ius* ſeu *judicium unum ſit vobis, ſicut Proſelyto ſic indigena erit, quia ego Dominus Deus veſter.* Et pro eo quod eſt *percuſſerit* heic (ut in vulgata & Helleniſtica alibique) in Chaldæa & Arabicis יקטול & ﻗﺘﻞ id eſt, *occiderit* ſubſtituitur; quemadmodum & alias pro verbo נכה quod heic uſurpatur. Tantundem paulò ante, eodem in capite Levitici [n], legitur. Adeo ut legi de homicidio ſic iteratæ ſubjungatur clauſula, parile fore ſeu idem Jus Proſelytis ſeu Peregrinis & Originariis, etiam in homicidii pœnis. Undenam igitur jus hiſce tam diverſum in ſcelere hoc puniendo? Manifeſtum eſt, Proſelytum ibi ſumi Magiſtris (ut non raro alibi) pro Proſelyto Juſtitiæ non Domicilii. Atque inde Lyranus diſertè; *Accipitur hic peregrinus, Gentilis converſus ad Iudaismum.* Et de ſceleris Homicidii voluntarii ſeu ſponte patrati pœnæ ex ſententia forenſi diſcrimine, hactenus. Subjungitur in legibus ſupra allatis illa de גואל הדם *vindice ſanguinis*, cui fas etiam homicidam ejusmodi ſine fori ſententia, obvium præoccupando morte plectere. Quin &

l *Halach. Melakim ſc. 10. & Halach Rozzache 5.*

m *Lebit. 24. 21. 22.*

n *Verſ. 24.*

eos ſic plectere, qui ex ſententia forenſi morte non afficiendi; vel uti, ubi unicus tantum eſſet teſtis, aut minime præceſſiſſet præmonitio, ut dictum eſt. Vindex ille erat ſangvine occiſo ita conjunctus ut proximus eſſet hæres. Maimonides o; מצוה בגואל הדם להרג הרוצח שנאמר גואל הדם הוא ימית את הרוצח וכל הראוי לירושה הוא גואל הדם *Præceptum eſt de vindice ſangvinis, ut is homicidam interficiat, juxta illud quod dicitur* p, *Vindex ſangvinis morte plectat homicidam. Et quisquis jure hereditario ei ſuccedere debuiſſet, is Vindex erat ſangvinis.* Adeo ut nomen hoc in ſacra lege & commentariis Ebræorum uſurpetur, velut id quod non tam ex ſingulari conſtitutione inter Moſaicas, inductum ſit, quam ex more anteriore in Oriente receptum. Et quis cuique hæres eſſet legitimus ex jure Ebraico, diſce, ſi neſcis, ex libello de Succeſſionibus in Bona defuncti olim non ſemel edito. Male igitur Gelenius Joſephi interpres q, *Licere cuivis è cognatis interempti homicidam impune occidere, duntaxat extra urbem refugii deprehenſum*, quæ verba poſtrema ad homicidium involuntarium tantum attinent, de quo capite proximo. Græca ſunt. ἐχόντων ἐξουσίαν τῶν ἐκ προσθήκης συγγενῶν κτείνειν, εἰ λάβοιεν ἔξω τῶν ὅρων τῆς πόλεως εἰς ἣν ἔφυγε, τὸ προσηκόντως, quod recte ante verterat Ruffinus *habentibus ſcilicet poteſtatem cognatis perempti* (id eſt, quisquis perempto ſangvine eſſet proxime juxta ſtemmatis hæreditarii rationem conjunctus; non è cognatis quivis, ut Gelenius) *occidere homicidam, ſi eum extra terminos civitatis, ad quam fugerat, inveniret.* Neque aliter igitur intelligendus Philo r, ubi pariter interemti ἀγχίστας ſeu *cognatos* in hanc rem non ſemel memorat. Quod ſingulariter, ut & in ſacris literis, ſemper accipiendum, ſi Talmudicis fides. Pergit Maimonides; לא רצה גואל הדם או שלא היה יכול להמיתו או שאין לו גואל הדם בית דין ממיתין את הרוצח בסייף האב שהרג את בנו אם היה בן לכהרגו הרי זה הורג אבי אבות מפני שהוא גואל הדם ואם אין לו בן אין אחר מן האחין נעשה גואל הדם להכות את אביו אלא בית דין ממיתין אותו ואחר חזר ואחר הנקבה בגאולת הדם *Si nollet vindex ſangvinis, aut ſi nequiret interficere homicidam, aut ſi illi non eſſet vindex ſangvinis* [id eſt, hæres, ut Proſelyto Juſtitiæ ſine prole poſt Judaismum ſuſceptum mortuo; aut ſi homicida

o *Halach.* Rotzach *cap. 1. & 6. Moſes Mikotzi Præcept. Negat. 160. & 161.*

p *Num. 35. 19.*

q *Archæol. lib. 4. cap. 7.*

r *Lib. de leg. Spec ad 6. & 7. præcept.*

cida ipſe hæres eſſet) *ex ſententia forenſi ultimo ſupplicio puniendus erat, idque gladio.* (Quoties ſcilicet circumſtantiæ atque apices juris, ſine quibus forenſis ſententia locum non omninò habuit, minimè deerant) *Unde evenit, ut, ſi pater filium interficeret, cui proles eſſet* (ſcilicet hæres) *ab ea avus eſſet interficiendus, quoniam proles hæc vindex erat ſanguinis; ſin verò prole careret, fratrum nullus factus eſt vindex ſanguinis* (nam pater ipſe, ſeu homicida hæres erat.) *Atque eadem erat hæredum utriusque ſexus ratio in vindicta ex jure ſanguinis ſumendæ jure.* Neque fas erat in juris ſui compenſationem pretium ſeu lytrum vindici heic ab homicida recipere, aut eum pœnâ imminente pretio omninò liberare. Scilicet adjiciunt, ומחהרין בית דין שלא ליקח כופר מן הרוצח יאפילו נתן כל ממון שבעולם ואפילו רצה גואל לפוטרו שאין נפשו של זה הנהרג קנין גואל הדם אלא קנין הקב"ה שנאמר ולא תקחו כופר לנפש רוצח *Et monere ſolebant ſynedria, ne impunitatis pretium acciperetur ab homicida, etiamſi daret quicquid opum eſſent in mundo, atque etiamſi vindex ſanguinis eum libenter liberare vellet; quoniam vita occiſi hujus non erat habenda in rebus vindictæ ſanguinis, ſed in rebus Dei Opt. Max. juxta & illud quod ſcriptum eſt*, *& non accipietis pretium ſeu lytrum pro vita homicidæ.* [Num. 35. 31.] Quale autem jus in ditione Iſraeliticâ eſſet proximo cognato Proſelyti Domicilii, alteriusve Gentilis, in hac ſanguinis vindicta, ex eis eliciendum, quæ ſub capitis proximi calcem de Homicidio Involuntario & Aſyli jure (quà ad Proſelytos Domicilii & Gentiles alios in ditione Iſraelitica hæc ſpectarent) ſequuntur.

Cap. II.

De Homicidio Involuntario, *ſeu quod* Caſu *factum ac* Errore. Urbes ſex Refugii, *ſeu* Aſyla. *Ceteris Levitarum* Urbibus XLII Aſyli *item* jus, ſed diſpar. *Iterum de* Vindice ſanguinis. Jus Aſyli *quale* in Altari *eſſet*. *Horum* omnium Jura, *quatenus eorum ſive* Proſelytis Domicilii *ſive* Gentilibus aliis *in ditione Iſraelitica, aut* legitimus *eſſet* uſus *aut* nullus.

QVæ ſuperiùs tradita ſunt, ad Homicidii ſcelus ſpectant planè Voluntariam, quod בזדון & בכונה nuncupant. Generis autem Homicidii Involuntarii, quod בלא כונה vocitant, tres faciunt Magiſtri t ſpecies. Prima eſt, quando בשגגה *ex errore* & *ignorantia* ſimplici atque infortunio, nec tamen ſine culpa levi ex negligentia aliqua (qualē prudentiores ſeu cordatiores fugerent) contracta, omnino interea nolens quis hominem occidat, juxta illud in lege ſacra u: *Qui non eſt inſidiatus ſed Deus tradidit* (illum) *in manum ejus, ponam tibi locum, quo confugiat.* Cui ſpeciei accedit etiam homicidium quidem per ſe aliàs voluntarium, ſed ex ignorantia ſeu errore hujusmodi facti velut ex jure commiſſum. Quemadmodum ubi vindex ſanguinis homicidam ex hujusmodi errore, non ſponte, è civitate Refugii egreſſum occiderat; qua de re mox plura. Secunda, quando etiam ex Errore quis hominem occiderat ſeu Caſu, ſed qui קרוב לאונס *ad injuriam* ſeu *violentiam prope accedens* ſeu eam quadamtenus imitans interea, caſus eſſet שאינו ממצוי ברוב מאורעות בני אדם *qui nequaquam in rebus humanis evenire ut plurimum ſoleret*; unde nec culpa ne levis quidem homicidæ tribuenda. Exemplum Secundæ habent in eo, qui, dum ſcalam aſcendit fortè delabens in quempiam, caſu hoc mortem ei infert. Primæ verò in eo, qui deſcendens idem facit. Quoniam enim caſus in deſcenſu frequentior eſt, non item in aſcenſu (ſic illi;) ideo diſcrimen hoc ineſſe volunt, imputatâ in exemplo primæ negligentiâ ſeu culpâ levi, in ſecundæ non item; unde & regulam habent de deſcenſu & aſcenſu, caſum ex hoc ſecundæ eſſe ſemper ſpeciei, at ex illo, primæ. Tertia autem homicidii involuntarii ſpecies eſt, ubi יש הורג בשגגה ויש הורג בשגגה קרוב לזדון *qui alium occidit ex errore quidem* aut *ignorantiâ, qua tamen propè accedit ad id, quod ſponteneum eſt* ſeu *voluntarium*; veluti ubi quis alterum occidere volens, alterum jactu aliterve perimit, aut ubi jactu ſive ſaxi ſive teli in hominum cœtum, cujo nec ignarus qui jecerit, qui occiſus, adeoq; intervenerit culpa latiſſima. Ex Tribus hiſce homicidii involuntarii Speciebus nulla eſt, quæ morte ex ſententia forenſi ordinariâ ſive in Ebræo aliove circumciſo, ſive in Proſelyto Domicilii, aut Gentili alio puniretur. Nam in univerſum

t *Mina & Gem. tit.* Maccoth *cap. 2. Maimonides halach.* Rotzach *cap. 6. Mikotzi Precept. Affirm 75.*

u *Exod. 21. 13. adde Num. 35. 22. Deut. 19.*

verſum pronuntiant, homicidam nullum בלא כונה ſeu *qui non ſponte ſcelus patraret*, ſic foro puniendum. Nec ad Speciem Secundam aut Tertiam attinere volunt Urbium Refugii ſeu Φυγαδευτηρίων jura in corpore Moſaico [x] præſcripta, ſed tantùm ad Primam, & ad primam fermè duntaxat [y], quoties percuſſus ſtatim moreretur, nec ex vulnere ſeu ictu langueret. Sic enim non ſatis conſtare, utrũ ipſe ſibi ex negligentia aliuerve, an qui percuſſerit, in mortis eſſet cauſa. Unde nec ad Aſylum homicidæ ejusmodi, ubi mors repentina non ſequeretur, confugiendũ, nec confugiendi cauſa. Neq; enim Vindici ſanguinis in eum poteſtas. Excipiunt heic item Patrem filium, ac Magiſtrum diſcipulum, verberibus corrigentem atq; inde forte occidentem, quoties ſcilicet ſive filio ſive diſcipulus inter Legem, Philoſophiam, aliaſve artes neceſſarias à Patre aut Magiſtro ediſcendum verbera inde mereretur ſeu caſtigandus eſſet. Pari modo excipiunt heic lictorem, qui in Jus vocatum, nec ſequentem aut comitantem, verberibus fortè interimeret. Quoniam ſcilicet infortunium evenit ex eo, quod fiebat non ſine præcepto ſeu juris præſcripto, nec ſolùm ex arbitrio. Maimonides [z]: הבן שהרג את אביו בשגגה גולה וכן האב שהרג את בנו גולה על ידו בסה דברים אמורים בשהרגו שלא בשעת למוד או שהיה מלמדו אומנות אחרת שאינו צריך לה אבל אם יסר בנו כדי ללמוד תורה או חכמה או אומנות ומת פטור וכן הרב המכה את תלמידו או שליח בית דין שהכה את בעל דין והמציע מרבוא לדין וחמיתו בשגגה פטור מגלות שנ' לחשוב עצים לדברי הרשות יצא האב המכה את בנו והרב חתרה את תלמידו ושליח ב"ד שהרי שגגו והרגו בשעת עשית מצוה *Filium, qui patrem errore aut caſu occiderat, in urbem refugii eo nomine migrabat. Uti & pater qui filium. Nimirum ubi pater filium occiderat non diſciplina cauſa caſtigando, ſeu inter artes alias, quam qua ediſcere oportuit, ediſcendum. At vero ſi caſtigaverat filium, dum docebat eum legem aut philoſophiam artesve (neceſſarias) atq; ita occiderat, non migrabat ad urbem Refugii. Quod ſimiliter dicendum de Magiſtro percutiente diſcipulum ſuum, ac lictore forenſi, qui reum renitentem fortè occideret. Exemplum enim in ſcriptura eſt de ligna ſuccidente, ſeu de rebus factiſve liberi arbitrii. Excipitur ex illis Pater filium ſic percutiens, & Magiſter imperium in diſcipulum ſic exercens & lictor forenſis. Nam errore occidebant, dum id faciebant, quod ex jure faciendum,* nec pro arbitrio rite omittendum. Et de eis ajunt,

[x] *Exod. 21. 13. Numer. 35. Deut. 4. Ioſeph. Archaeolog. 4. ca. 7. & Philo lib. de ſpecial. legib. ad præc. 6. & 7. Et prater commentarios Chriſtianorũ ad dicta loca. Sidoſis Iſidor. Peluſiotam l. 3 Epiſt. 108.*

[y] *Maimonides balach. Rotzach c. 5 Halach. Rotzach c. 5. Moſ. Mikhotzi prat. affirm. 75. & Side Iarchi, ad Exod. 21. 14.*

[z] *Deut. 19. 5.*

ajunt, אע"פ שהם מזידין אין מעיימין *tametsi ſponte percutiebant, tamen dolo malo* aut *cum injuria id non faciebant.* Ideoque immunes erant non ſolùm pœnâ forenſi, ſed etiam migratione ad Aſylum, adeoque Vindicis poteſtate. In Specie verò Secunda, ubi nulla imputata negligentia, ſed caſus, qui rariùs eveniret, in cauſa homicidii eſſet, nec Aſyli itidem juris uſus, nec Vindici ſanguinis poteſtas in homicidam. Ajunt enim, פטור מן הגלות ואם הרגו גואל הדם נהרג עליו *liber erat* (homicida ille) *ab exilio ſeu migratione* (in urbem refugii,) *& ſi eum interemerat Vindex ſanguinis, ipſe, eo nomine, ultimo puniendus ſupplicio.* Tertiæ demum ſpeciei homicidæ ex errore, qui adeò facinori ſpontaneo proximat, ſalus nulla in urbibus refugii, neque ad eum jus ad eas confugiendi attinuit. Rationem adjiciunt, מפני שעבו חמור אין גלות מכפרה לו ואין ערי מקלט קולטות אות שאינן קורטות אלא המחוייב גלות בלבר לפיכך אם שצאו גואל הדם בכל מקום והרגו פטור ומה יעשה זה וישב וישמור עצמו מגואל הדם *Quoniam gravius deliquit, migratio ejus in Urbem Refugii ei non profuit, nec Urbes ejuſmodi eum tuebantur. Nimirum tuebantur illæ eos tantùm, ad quos jura illa refugii attinebant, ſeu quibus ex jure confugiendum erat. Unde, ſi eum quocunque loci repertum Vindex ſanguinis interimeret, impunè id faciebat. Quid igitur homicidæ ejuſmodi faciendum? Certè cautiùs ſibi proſpiciendum, ne in poteſtatem Vindicis ſanguinis incideret.* Atque ſub hac tertia ſpecie continebatur ex errore qualicunque homicida, qui odio haberet percuſſum ſeu ei inimicus eſſet. De eo ſcilicet Magiſtri b חזקתו שהוא קרוב למזיד ואיהו שונא זה שלא דבר עמו שלשה ימים מפני האיבה *Præſumebatur homicidium ejus fuiſſe ſpontaneo proximum. Is autem odio habuiſſe eum dicebatur, qui inimicitiæ cauſâ per triduum integrum cum eo colloquium non haberet.* Urbes illas Refugii, homicidii, ex errore ſpeciei primæ, cauſâ tantùm præſtitutas, duplicis faciunt generis. Alterum eſt illud notiſſimum, quod ſex Urbes Levitis aſſignatas complectitur, de quibus ſacræ literæ c fuſiùs. Alterum reliquas quadraginta duas Levitis aſſignatas (nam quadraginta octo habuêre) continet. Maimonides d ex veteribus, כל ערי הלוים קולטות וכל אחת מהן עיר מקלט היא שנ' ועליהן תתנו מ"ב עיר כל הערים אשר

b *Deut. 19. 11.*

c *Numer 35. Deuter. 19. Joſu. 21.*

d *Halach. Rozach 6. 8.*

Digitized by Google

אשר תתנו ללוים ס"ח ערי הקדשין הכתוב כולן ו' לזו לקלוט
Univerſæ Vrbes Levitarum fuêre Vrbes Refugii ſeu Aſyla. Scilicet earum erat nulla, quæ hoc non gaviſa eſt privilegio. Nam & in lege dicitur (ubi e ſex præſtituuntur) *& ultra has, dabitis quoque quadraginta duas civitates; ut ſcilicet omnes civitates ſint quadraginta octo civitates. Ita pares fere facit ſcriptura univerſas ſimul ſibi invicem, quantum ad Refugii ſeu Aſyli jus.* Fere nempe. Nam inter genera hæc bina diſcrimen ejusmodi fuiſſe volunt, ut ſex illarum quælibet in causâ homicidii ex errore, qualis in ſpecie prima deſcribitur, commiſſi, nunquam non eſſet ex ſe Aſylum ſeu refugium adeo tutum, ut nefas eſſet Vindici ſanguinis ibi homicidam occidere. At vero reliquæ habebantur tantùm Aſyla, pro incolarum arbitrio, ſeu ſi ita vellent homicidam illuc confugientem recipere, ut Aſyli jus ibi tutò ſortiretur. Idem Maimonides, ומה הפרש יש בין ערי מקלט שהוברלו למקלט ובין שאר ערי הלוים שערי מקלט קולטות בין לדעת בין שלא לדעת הואיל ונבנס בהן נקלט ושאר ערי הלוים אינן קולטות אלא לדעת *Diſcrimen inter Vrbes refugii eo nomine ſignantius aſſignatas & reliquas Levitarum urbes erat hujusmodi; ut ſcilicet illæ Iure Aſyli gauderent, ſive vellent ſive nolent incolæ, adeo ut ſimulac ingrederetur in earum aliquam homicida, tutus eſſet; hæ vero non niſi vellent incolæ* ſeu *pro eorum arbitrio.* Adjiciunt etiam; הרוצח הדר בערי מקלט אינו נותן שכר בותו והדר בשאר ערי הלוים נותן שכר לבעל הבית *Homicida in urbium aliqua ſignantius Refugii causâ aſſignatarum domicilium absque mercede habet, in ceteris vero domino adium merces ab eo ſolvenda.* Extra autem Urbis Refugii limites ſeu agrum ſuburbanum (ut diſertè ſatis etiam ſacræ literæ [f]) deprehenſum homicidam, ante Mortem ſummi Pontificis [g] (nec enim poſt omnino) fas erat Vindici ſanguinis perimere. De Limitibus illis ſeu ſuburbiis videſis Paulum Burgenſem in additionibus ad Gloſſam [h] Numerorum, alios ibi obvios. Quin & aiunt Ebræi, etiam ſi quis alius præter Vindicem ſanguinis eum limites illos ſponte egreſſum occiderat, impunè id factum. Quod ex illo eliciunt. *Si* [i] *egrediens egreſſus fuerit homicida, veneritque ultra terminum civitatis Refugii ſui, ad quam confugit, & invenerit eum vindex ſanguinis, interfeceritque vindex ſanguinis homicidam illum,*

[c] *Num. 35. 6.*

[f] *Num. 35. 26.*

[g] *Videſis Maim.* More Nebochim *lib. 3. cap. 39.*

[h] *Ad caput citatum.*

[i] *Ibidem.*

by Google

אין לו דם *non eſt ei ſanguis*, quod verti ſolet, *non eſt is reus*. Hinc docent [k]; תנא חוץ לתחומים בזרון הרי זה החוזר עצמו למיתה ורשות לגואלי הדם להורגו ואם הרגו כל אדם אין חייבין עליו שנאמר אין לו דם *Sponte ſi eſſet egreſſus limites urbis Refugii, ipſum ſe morti obnoxium reddebat; & Vindici dein ſanguinis fas erat eum interficere. Quin ſi quis alius mortalium eum occiderat, neutiquam illius nomine fuerat puniendus. Nam & dicitur in lege ſacra; Non eſt ei ſanguis*, ſeu *reatus inde nullus*. Ita ſcilicet de ſponte egreſſo. Quod ſi errore aut ignorantiâ egreſſum בר החורגו בין גואלי הדם בין שאר אדם גולה עד ירד *occideret, ſive vindex ſanguinis, ſive quis alius, in Aſylum ejus nomine migrandum erat*. Nimirum error ibi, nec ſine culpa ſaltem levi, eum occidenti imputabatur, quoniam ejus, in egreſſu, erroris (qui alias eum tueri debuiſſet) neſcius, cum interea ex inquirendi diligentia errorem illum ſcire potuiſſet, velut ex Jure, ſed ex Facti ignorantia, eum occiderat. Ob occiſum autem homicidam ejusmodi, quocunque loci, intra limites Urbis, etiam vindex ſangvinis Morte ex ſententia forenſi plectendus. Alios habent de Aſylis hujusmodi, viis quæ illuc ducerent publicis, earum curâ, id genus aliis, Juris apices, quos videſis in capite ſecundo Tituli Talmudici *Maccoth* (qui & Latine proſtat) & in Maimonide, Moſe Kotzenſe [l] & commentariis tam Magiſtrorum ad leges ſacras ſatis obviis, quam aliorum; maximè Pauli Fagii [m]. Nec ſolùm Urbes illæ Levitarum Aſyli gaudebant privilegio, verum & Altare Templi, licet perquam diſpari. Maimonides ut & alii [n], המזבח קולט שנאמר בחורג בזדון מעם מזבחי תקחנו למות מכלל שהחורג בשגגה אינו נהרג במזבח לפיכך הורג בשגגה וקלטו מזבח והרגו שם גואלי הדם הרי זה נהרג עליו כמו שורגו בתוך עיר המקלט *Altare locus erat confugii legitimi; Nam & ſcriptum eſt [o] de homicida, qui ſponte ſcelus patraverat, ab Altari meo tolles illum, ut moriatur. Vnde eliciendum plane, homicidam ex errore (qualis in ſuperioribus deſcribitur) ad Altare interficiendum neutiquam eſſe. Quare ſi homicidam ejusmodi, quæ ad altare confugerat, ibi occiderat Vindex ſangvinis, is ejus nomine Morte plectendus erat, pariter atque ſi in Urbe refugii eum occidiſſet.*

[k] *Maimonid halach. Rotzeah cap. 5.*

Præcept. affirm. 75, & 76. in Ad Num. 35.

[l] *Halach. Rotzach c. 3. & Rabbini ad Exodi 21. 14. & ad 1 Regum cap. 2. alii jam citati.*

[m] Exod. 21. 14

[n] 1 Reg. 2. 28.

Sic

Digitized by Google

Sic item Gemaræ ad caput ſecundum tituli *Maccoth*, alii. Ceterum exceptiones heic adjiciunt; quæ inſigniter Aſyli jus in Altari imminuunt. Alias de partibus Altaris; De perſonarum & de facinorum qualitate, etiam de Mora ibi, alias. Plerunque inquiunt; אין קולט אלא גג של מזבח *Confugii tutelam non præſtitit alia pars altaris præter ipſum tectum* ſeu *corporis altaris partem ſuperiorem.* Non ſcilicet cornua, nedum vicinia aliqua, aut Laterum tactus. Perſonis autem aliis Altare tutelam heic præſtitiſſe negant præter Sacerdotes, neque eis omnibus, ſed tantummodo Sacerdoti in ipſo altaris tecto ſeu parte ſuperiori ſacra operanti. Nimirum אין קולט אלא כהן ועבודה בידו אבל ר' או כהן שאינו עובר בשעה שנחזג או שהיה עובר ולא היה על גבי של מזבח אלא סמוך לו או אוחז בקרנותיו אינו נקלט *Tutela ab altari non præſtabatur niſi Sacerdoti, eique Sacra ibidem operanti. Ceterum nec ei, qui Sacerdotalis generis non erat, nec Sacerdoti, qui ibi ſacra non operabatur, ipſo quo occiſus eſt momento*; nec ei *qui operabatur* ſeu ſacra aliqua peragebat, *non ſuper ipſum operimentum altaris, ſed in vicinio ejus* ſeu *ei innitebatur*, ſeu *tangebat*; *nec ei qui cornua ejus amplexus eſſet, tutela inde debita.* Nec morandum ibi erat ei, qui confugerat. Magiſtri, מי שקלטו המזבח אין מניחין אותו שם אלא מוסרין לו שומרים ומגרין אותו לעיר מקלטו *qui confugerat ad Altare, tutelam inde nactus, non permiſſus eſt ibi morari, ſed traditis eis cuſtodibus, deduci eum faciebant in Urbem refugii ei idoneam.* De facinorum demum qualitate ſic diſtingvunt, ut quæ jam de Altari dicta ſint, ad homicidas tantum ſpectent, quibus aliàs Urbes in Aſyla aſſignatæ tutelam præſtarent, ſeu quibus ritè, juxta ſuperius oſtenſa in eas eſſet migrandum, quas מחוייבי גלות vocitant, At vero ſi ordinariâ mortis ſententia liberi, ut Capite primo diximus, judicium tantum Regium aut forenſe illud, quod extraordinarium erat, etiam ob Homicidium Voluntarium, merito timentes, ad Altare ſe tutelæ cauſâ contuliſſent, ſive Sacerdotes ſive alii ex Ebræis circumciſisve, cæteris, atque illud amplexi eſſent, (utcunque ex Iure ordinario aditus illuc aliis præter Sacerdotibus non patebat.) tuti ibi, hac in cauſa, erant, nec לוקחין אותן ממש המזבח למות לעולם *diſtrahendi unguam ab Altari, ut mortis judicio traderentur.* Nec

Joabo, qui Abneri & Amasæ cædis reus cornua altaris amplexus est, tutela præstari non debuisset, אעפ"י שהיה מחויב מיתה בב"ד *nisi etiam ob patratum facinus ultimo, ex jure ordinario & sententia forensi, supplicio ritè plecti potuisset.* Sic Magistri [p]. Jus igitur Asyli nullum in Altari quidem, nec Sacerdotibus ipsis, extra jam memorata [q]. Unde locum illum Exodi de cæde voluntaria sic explicat paraphrasis Uzielidi tributa, אפילו כהנא הוא ומשמש ערי גבי מדבחי תכבוניה ותקטלוניה בסיפא *etiamsi Sacerdos ipse fuerit, & ministraverit ad Altare seu super Altare meum, inde rapient eum, & gladio occident.* Et Paraphrasis Hierosolymitana tantundem etiam de Pontifice summo. Verba sunt, אפילו הוא כהנא רבא דקאי ומשמש קדמי מן חמן תסובן יתיה ותקטלון יתיה *etiamsi fuerit Pontifex summus, qui steterit, & ministraverit coram me, inde rapient eum, & gladio occident.* At vero Nicolaus Layranus ibi, *etiamsi fuerit Sacerdos, ut dicit R. Salomon, nisi inceperit officium ministrandi in Altari, in quo casu erat expectandum complementum ministerii, quo peracto, trahebatur ad mortem.* Sic ille velut ex R. Salomone; aliique [r] ex eo, R. Salomonis nomine interea solum utentes. At Rabbi ille ibi tantum ad hunc modum, quemadmodum & R. Abenezra, אעפ"י הי' כהן ורוצה לעבוד עבודה תקחנו למות *si fuerit Sacerdos, & voluerit Sacrum sum præstare officium, rapietis eum ad Mortem.* Et plane id R. Salomoni heic tribuit Lyranus, atque in jam dictis (uti & alias subinde) velut ex eo aliisque Magistris id asserit, quod Talmudicæ doctrinæ nimis adversum [s]. Nec more quidem, usque dum perageretur inceptum sacrificium in R. Salomone aliisve Magistris vola aut vestigium; quod & rectè olim advertit I. Drusius [t]. I nunc & vide, quæ obiter habent Theologi Christiani [u] de Ebraico Asylorum Jure, uti & Jurisconsulti [w], dum interpretationes ac scita Ebræorum ipsorum negligunt [x]. Ideo autem hæc, tametsi pleraque ipsis civilia fuerint, ita fusius heic enarravimus, tum ut Temperamenta, quæ in his habent de interdicto Homicidii, (unde & quantum ipsis in eo censeretur, Naturale edisceitur,) observarentur, tum ut inde atque ex eis, quæ statim sequentur, apertius liqueret, quale fuerit in hisce Jus Proselytorum Domicilii aliorumve apud Ebræos Genti-

[p] *Levi. Ben Gersom. ad 1 Regum, c. 2.*
[q] *Cap. 21. 14.*
[r] *Abulensis ad Exod. 21. quæst. 16.*
[s] *Ad difficil. loc. Exodi c. 33. & videsis lib. nostrum 2. de succes. in Pontificatum cap. 6.*
[t] *Abulensis ad Iosue 20. quæst. 8. alii ad Exod. 21. & Num. 35.*
[u] *Petrus de Gambacurta de Immunitate Ecclesiarum lib. 1. cap. 9.*
[w] *Ad tit. de Homicidio & ad C. tit. de his qui ad Eccles. confugiunt. Didac. Conbarrubias Var. Resolut. lib. 3. c. 20.*

Digitized by Google

Gentilium, & quomodo illud Ebræorum civili heic Juri ſive diſſonum ſive conſonum eſſet; ſive ubi Ebræus, aut circumciſus occideretur à Proſelyto Domicilii aliove Gentili, ſive ubi hic ab Ebræo. Si Proſelytum Domicilii ſive liberum ſive ſervum caſu occiderat Ebræus, migrandum ei erat in Urbem refugii. Ad Gentilem autem, qui nondum Proſelytus Domicilii factus, ſive Ebræum ſive Gentilem ex errore ſeu caſu qualicunque occiderat, Urbium Refugii privilegia non attinuêre. Nec tamen ex ſententia forenſi Morte plectendus is erat, ſed vindicis ſanguinis arbitrio ita ſuberat, ut ab eo impunè poſſet occidi. Maimonides[x], בן נח ששגג באחרת ממצותיו פטור מכלום חוץ מרוצח בשגגה שאם הרגו גואל הדם אינו נחרג עליו ואין לו עיר מקלט אבל בתי דינים אין ממיתין אותו *ſi Noachides caput aliquod Septem Præceptorum* (quæ ſub Juris Naturalis nomine tractamus) *violaverat ex errore* ſeu *caſu* (nec ſponte) *liber erat* (Pœnâ civili,) *excepto homicidii errore* ſeu *caſu reo. Nam ſi eum occiderat vindex ſanguinis, impunè id factum. Neque ei profuit Urbs aliqua Refugii. Sed verò ex ſententia fori, quo res ejus cognoſcende, Morte non erat homicida ejusmodi afficiendus.* Alibi etiam idem[y], ישראל שהרג בשגגה את העבר או את גר תושב גולין *Iſraelita, qui occiderat Servum, aut Proſelytum Domicilii, in Urbem Refugii migrandum erat.* At verò הגוי שהרג הגוי בשגגה אין ערי מקלט קולטות אותו שנ' לבני ישראל *Gentilis, qui Gentilem caſu occiderat, tutelam non præſtitit Urbium Refugii aliqua. Nam & ſcriptum eſt, Filiis Iſrael*[z]; nempè Urbes Refugii eis præſtitutæ. Quod ſcilicet, ut conſimile paulò ante allatum, ad Gentilem, qui nondum Proſelytus Domicilii factus, ſpectare volunt. Nam Proſelyti ejusmodi jus erat heic ſingulare. Si caſu occiderat is Ebræum ſeu circumciſum, Urbs Refugii ei non proderat. Si verò Proſelytum ſui generis ſive liberum ſive ſervum, Aſyli ejusmodi privilegio gaudebat. Uti etiam tam ſervus quàm liber ejusdem generis. Ajunt enim; גר תושב שהרג את ישראל בשגגה א"ע שהוא שוגג הרי זה נהרג *Proſelytus Domicilii, qui ex errore* ſeu *caſu Iſraelitam occiderat, tametſi involuntarium eſſet homicidium, nihilominus morte ſeu gladio* (à vindice ſcilicet ſanguinis, non ex ſententia forenſi) *plecti potuit.* Atque adjiciunt; גר תושב שהרג את גר תושב או את העבר בשגגה גולין שנ' לבני ישראל ולגר ולתושב שבתוכם

[x] *Halach.* Melakim *cap.* 10.

[y] *Halach.* Rotzach *c.* 5. *Ita etiam Moſes Mikotzi Prac. Affirm.* 78. & *ſide Talm. Babylon. tit.* Maccoth *c.* 2. *fol.* 9. *b.*

[z] *Numer.* 35. 16.

Proſelyto Domicilii, qui caſu interemerat, ſive Proſelytum Domicilii, ſive ſervum (ejusdem generis,) *migrandum erat in urbem Refugii. Nam*
Ibidem. *& ſcriptum eſt* a, *Filiis Iſrael & Proſelyto, & qui domicilium habet inter vos.* Quod tamen juxta jam memoratas diſtinctiones intelligebant. Nec parile jus Gentilibus nondum Proſelytis Domicilii, atque Domicilii Proſelytis; nec horum alterutris, cum circumciſis. Nam ex his manifeſtum eſt, Jura vindicis ſanguinis tàm ad Gentiles, nondum Proſelytos Domicilii factos, quàm ad eos, qui in hanc tranſierant conditionem, non minùs atque ad Originarios reliquosque circumciſos in ditione Ebraica ſpectaſſe. Non item Jura Urbium Refugii; ſed ad Proſelytum Domicilii, quando alium ſui generis occiderat; Ad Gentilem autem, nondum factum ejusmodi Proſelytum, nequaquam omninò. Jus item Gentium apud Ebræos, de Errore ſeu Caſu, fuiſſe, in homicidii cauſâ, ſingulare, nec quale in alicujus aliûs ſeptem Noachidarum juris capitum violatione involuntaria. Quod verò habet velut ex Ebræis Lyranus b; *Altare propter reverentiam Loci fuiſſe refugium in aliquibus caſibus, inter quos erat homicidium Gentilis, ſed non Judæi,* de Gentili, ſi Proſelytum Domicilii intelligas, ac de vindice ſanginis, planè falſum eſt. Neque enim, ut Aſylum, ſic profuit Altare Judæo homicidæ Gentilis ejusmodi aliter atque ſi Judæum occiderat. Non aliter ſcilicet tutus erat à vindice ſanguinis. Sed & alii c fidenter heic Lyrani ſequaces ſunt. De vindice autem ſanguinis toties antè memorato obſervatu dignum eſt, quod monet vir præſtantiſſimus Hugo Grotius; *Cum jam ante diluvium,* inquit d, *gigantum ætate promiſcua invaluiſſet cædium licentia, inſtaurato poſt diluvium humano genere, ne mox idem invaleſceret, ſeverius occurrendum Deus cenſuit; & repreſſa prioris ſeculi lenitate, quod natura non iniquum eſſe dictabat, & ipſe permiſit, ut inſons eſſet, qui homicidam occidiſſet. Quod poſteà inſtitutis Judiciis ſummas ob cauſas ad judices ſolos reſtrictum eſt; ita tamen ut moris priſtini veſtigium manſerit in jure ejus, qui occiſum ſanguine proximè attingeret etiam poſt Moſis Legem.* Quod autem ad interdictum homicidii, quà naturale eſt, attinet, manifeſtum eſt ex jam dictis, non alium eſſe, juxta Ebræos, ejusdem ſenſum, quam ut cædes etiam permitteretur humana ſub ratione Pœnæ legitimæ ſeu ſub ratione reatûs, quod in idem recidit. Et mox oſtendetur,

b *Ad Exod.* 21. 14.

c *Dionyſ. Carthuſian. ad Exod.* 21. *&c.*

d *De Iure Belli & Pacis lib.* 2. *cap.* 1. §. 5.

detur, tantundem etiam permitti apud eos ſub ratione Quaſi Pœnæ, ſeu Quaſi reatûs. Ad rationem autem Pœnæ heic ſeu reatûs ſeu Quaſi (id eſt, vindictæ atque coercitionis) ſpectat item cædes bellica (de qua, ut à Jure Naturali, ex Ebraica diſciplina, non diſſonat, copiosè & doctiſſimè etiam Hugo Grotius e; ut alios prætermittam; & nos plura libro ſexto.) & quæ ſunt alia in ſacris literis de capitali ſupplicio non rarò irrogando. Advertendum autem eſt, irrogari ex eorum diſciplina, idque in Pace ſupplicium illud dupliciter; aut ex ſententia forenſi ſeu ſolenni magiſtratus civilis decreto, aut ex ſingularum etiam perſonarum, quarum ſive privatim ſive publicè intererat, interdum Arbitrio aut Jure. Genus Prius paſſim in ſacris literis obvium eſt, & in antè dictis non ſemel occurrit. Etiam poſterioris ſpecimen habetur eximium in illo, quod jam tractavimus de Vindice ſanguinis; de quo item appoſitè Grotius f; *Lex Hebræa propinquo occiſi permittit, ut extra Aſyli loca homicidam interficiat: reliqueque notant interpretes Hebræi talionem pro mortuo exigi poſſe, proſe, ut puta in vulnere, non niſi per Judicem, quia ſcilicet difficilior eſt moderatio, ubi proprius dolor accedit.* Nec ejusmodi talionis Jus propinquis, tantùm apud Ebræos olim. Verba Theoclymeni ad Telemachum apud Homerum g ſimilem inter Græcos vetuſtiſſimos morem teſtari videntur. Fugiſſe ſe, ait Theoclymenus, ob cædem contribulis patratam, cui plurimi *κασιγνητοισι ἑταιροι conſanguinei amicique*, quorum

——ἰ ωαλλάμφ Θ᾽ ἅμα ωαντι καὶ ἀγχόθι μέλαιναι
Φῆγω ——

mece ac nigro fato ut me eximam, fugio. Niſi de ultionis qualiscunque, non legitimæ, timore locum capi velis. Sed & apud Ebræos h impunè occidebatur fur nocturnus ædes invaſurus, ab ædium domino aut cuſtode, quemadmodum & ex lege XII tabularum & Platonicis i. Exemplum k occurrit item inſigne de trucidatis, velut abſque cognitione forenſi, ob vitulum aureum conflatum adoratumque, tribus millibus. Viginti tria millia habet vulgata. Sed contrà veritatem Ebraicam verſionesque tum Helleniſticam, tum quæ linguarum ſunt Orientalium omnes, modo Arabicam nuper Romæ excuſam excipias, quæ vulgatæ omninò

e *Ibid. &c.*

f *De Jure Belli & Pacis. lib. 2. cap. 20. §. 8.*

g *Odyſſ. o.*

h *Exod. 22. 2. & 3.*

i *De Legibus lib. 9.*

k *Ibid. 32. 28.*

omninò verſio eſt. De numeri autem diſcrimine ibi, vide Lyranum, aliosque commentarios Chriſtianos. Sed verò & juſſu Numinis; cui lex qualiscunque pro placito ejus cedit [l], id factum; idque enunciat Moſes. Et pro judicio forenſi ſeu Principis extraordinario ac ſingulari, ante rempublicam ordinatam rem capiunt Magiſtri [m].

[l] *Vide S. Auguſtin. de Civit. Dei l. 1. cap. 21.*

[m] *Apud Moſ. Nachmanidem in* Pirush Tora *Jol. 155 b. & Fideſis S. Thom. 2. ſecunda quæſt. 64 art. 3. & ad eum alios Dominic. Soto De Iuſtitia & Iure lib. 5. quæſt. 1. art. 3.*

Cap. III.

De Pœna capitali à Privatis *irrogata, adeoque* Cæde, *apud Ebræos,* Privatis, *ſed ad morum publicorum amuſſim,* citra cognitionem forenſem, *variatim, extra cauſam* vindicis ſanguinis, permiſſa. Moderamen inculpatæ tutelæ. Ebræi *qui* Ebræum in Gentilium poteſtatem traderet; *qui in* contemptum Numinis præceptum aliquod violaret; Apoſtatæ, Idololatræ *cades.* Dolo, *ut vita horum nonnullis eriperetur, uti licuit,* qualis in Gentilem non adhibendus. *De* officiis *erga Gentiles* humanioribus, *ſeu* charitate *quid ſenſerint Ebræi. De* Fœtus nece, *puerpera ſalutis causâ.*

Uêre autem in moribus Ebræorum etiam aliæ, extra cauſam Vindicis ſanguinis, Homicidii genera Privatis, ſub ratione Pœnæ, aut Quaſi citra judicium forenſe, permiſſa; ſed ita ut & ipſi morte aliterve plectendi eſſent, niſi id in cæde ſollicitiùs ſervarent, quod præſcripti reipublicæ mores exigerent. Adeoque tametſi, quâ Judicibus tribunal tenentibus miniſtrisque publicè ac nominatim conſtitutis opponebantur hi, quibus ſic permiſſum eſt, Privati etiam rectè dicendi erant, attamen, cum quicquid fas eis eſſet heic præſtare, id publicis moribus, quibus Pœnæ irrogandæ, ac autoritate publicâ, quâ hoc indultum eſt, omninò niteretur, etiam pro Publicis velut Judicibus ſimùl & Miniſtris, ſaltem Miniſtris, quoties mortem cuiquam licitè inferebant, planè habendi. Quale certè dicendum de more illo Venetorum, qui cum complures à patria exules habeant condemnatos, ſingulis facultatem faciunt (ſic Dominicus Soto,) ut qui alium eorum interfecerit, vitâ ac libertate donetur. Quod exules heic licitè facere queunt, homines utpote privati,

Digitized by Google

vati, id reipublicæ Venetæ decreto ac autoritati tribuendum eſſe palam eſt, adeoque publicorum ſaltem miniſtrorum perſonam eos induere. Mos fere ejusmodi apud Græcos veteres obſervatur [n] à viris doctis. Et vide ſis, quæ tradunt Jurisconſulti • aliqui, aliique [p] de Hæreticorum manifeſtorum cæde. Adde, ſi placet, quæ de privatorum vindicta diſputant Scholaſtici [q] Jurisconſultique [r]. Ex Jure autem ordinario Ebræorum & uſu quotidiano, extra ſingulares, quales diximus permiſſiones, intelligendum illud Judæorum de Herode ob nefariam Ezekiæ, aliorumque necem Hyrcano conquerentium. Transgreſſus eſt, inquiunt, legem noſtram, quæ hominem quantumvis ſceleſtum veruit affici ſupplicio capitali, *εἰ μὴ πρότερον κατακριθείη τῷ συνεδρίῳ* *niſi prius eo damnatus fuerit à Synedrio*, quod memorat Joſephus [s]. Species autem inſigniores cædis humanæ Privatis, apud Ebræos, ſicut jam dictum eſt, citra ſententiam forenſem, ſub ratione Pœnæ legitimæ permiſſæ (præter illam, quæ permiſſa Vindici ſanguinis, ut oſtenſum eſt) Binæ fuere. Altera violentiæ injuſtæ quædam genera Repellenti impedientique ſeu ſive ſe ſive alium Tuenti permiſſa, Altera Zelotis. Nam ex Jure ordinario dictum illud apud Joſephum jam memoratum verum eſſe, aſſerunt item Talmudici [t], בשעבר ועשרין העון שחויב עליו מורין בורין דין *quoties id, quod jam perpetrabatur, ex ſententia forenſi poſſet morte puniri.* Quod ad ſpecierum jam dictarum priorem attinet; lex habetur [h] ſacra לא תעמוד על דם רעך *non ſtabis adverſus ſanguinem proximi tui.* Hujus ſenſum, ex doctrina avita, docent eſſe, proximum, id eſt, congenerem, à periculo imminente ita ipſis tuendum, ut non ſolùm è flumine, puteo, igne aliove vitæ periculi genere, qua fieri poſſet, eſſet omni diligentia eripiendus, verum etiam ab occiſuro, ſeu qui necandi animo perſequeretur, liberandus. Non ſtabis ocioſus ſeu iners adverſus ſanguinem proximi tui. Maimonides [x]; הרודף אחר חבירו להרגו אפי' הוא הרודף קטן חרי כל ישראל מצוין להצילו תורקו סיר הרודף *ſi quis alium perſequeretur, ut occideret eum, quantumlibet minor, tenebantur univerſi Iſmelitæ* (quilibet pro loci ac temporis opportunitate) *eripere ſeu liberare eum, cui vis ita illam, è manu ſeu poteſtate perſequentis,* ſeu aggreſſoris. Tutelæ ejus-

modi

[n] *Fo. Mureſ. in comment. ad Lycophr. pag. 298.*
[o] *Prosper. Farinach. de Hæreſi q. 18 §. 3.*
[p] *Iac. Simancha de Cathol. Inſtit. t. 46. num. 30.*
[q] *S. Thom. 2. ſecundæ qu. 64. art. 3. Petrus de Aragon. alii ibidem.*
[r] *Petr. Faber. Semeſtr. lib. 2. c. 2. Hugo Grot. de Iure Belli. lib. 2. cap. 20. Vide Caſpar. Beatum de creditore inopi debitori addicendo. c. 2. §. 68. & 69. l. 1. D. ad legi Cornel. de ſicariis.*
[s] *Archæol. l. 14. cap. 17.*
[t] *Maimonid. halach. Rotzach. cap. 1. Moſes Mikotzi Præc. Negatiſ 163 uLeb. 19. 16.*
[x] *Halach. Rotzach cap. 1. Moſ. Mikotzi præc. Negat. 182.*

modi moderamen legitimum erat, ut ſi fieri poſſet, incruenta præſtaretur. Sin vero, etiam cum aggreſſoris membri alicujus mutilatione ſeu abſciſſione. Quæ ſi nec ſic præſtari poſſet, cædes aggreſſoris legitima habita, nec aliter. Et tam tutela ſui, quam alterius heic pariter intelligitur. Neque ſolùm vim necis causâ illatam, ſic aggreſſoris cæde, cuique propulſare licuit; ſed etiam adulterii ac inceſtus omnimodi causâ, uti & pæderaſtiæ ſeu concubitus maſculi. Verba ſunt Misnæ y, אלו הן שמצילין אותן בנפשן הרודף אחר רבירו להרגו ואחר הנכר ואחר הנערה המאורסה *Hi ſunt, qui etiam vitæ ſuæ jacturâ præripienti ſunt, ſeu impediendi, ne peccent. Qui alterum perſequitur, ut eum occidat; qui perſequitur Maſculum; & qui puellam deſponſatam.* Recenſetur heic ſpecies trina. Prima ad moderamen inculpatæ tutelæ attinet; adeo ut vim animo occidendi illatam, etiam inferentis morte, ſi citra eam fieri nequibat juxta jam dicta, repellere liceret non ſolùm ipſi, cui vis inferebatur, ſed & alteri cuicunque qui ſuppetias adferret. Secunda eſt de eo, qui maſculum, ut nefando cum eo coitu miſceretur, fuerit aggreſſus. Tertia de eo, qui alterius ſponſam vi fuerit compreſſurus. Sceleſtos hujusmodi affectus vi privatâ, etiam occiſione (ſi verbere, vulnere, aut mutilato membro cohiberi nequirent) puniri volebant. Sed neque aliud obtinuiſſe jus, aiunt ad Misnam jam citatam Gemariſtæ Babylonii, ubi illicitum alium quemcunque concubitum nomine ערוה ſeu *Turpitudinis* in Levitici decimo octavo denotatum (excepto concubitu beſtiæ) vi quis attentaret. Neque ut præpediretur ad hunc modum, occiſione nempe vim inferentis, alia præter hæc jam dicta, volebant ii[z] qui hiſce rebus præerant; unde mendum, puto, eſſe manifeſtum, ſive librarii ſive Typographi, in Gemara Hieroſolymitana[a], ubi legitur אחר הרודף אחר חבירו להורגו ואחר הרודף אחר כל שאר עבירות שבתורה מצילין אותו בנפשו *Eadem eſt ratio ejus, qui alium animo occidendi perſequitur, & ejus, qui vi attentat qualecunque cæterorum peccatorum, quæ in Lege. Utrunque etiam vitæ ſuæ jacturâ præpedire fas eſt.* Pro עבירות quod *peccata* ſonat, lego ערוות; quod *Turpitudines* illas ſeu concubitus paſſim denotat, adeo ut verſio ita ſit mutanda, *& ejus, qui vi attentat qualemcunque cæterorum concubitum* (humanorum)

y Tit. Sanhedrin cap. 9. Gemar. Babylon. ibid. fol. 73a.

z Gemar. Babylon. ad t. Sanhedrin fol. 73 a. Obadias Bartenorius ad Mun. ejusd. tit. cap. 8. Maimonides hal. sb. Rotzeach c. 1. ad tit. Sanhedrin cap. 15. fol. 26. col. 3. §. 3.

norum,) *qui nomine Turpitudinum in Lege occurrunt.* Nam ſcribitur hoc ad Misnam quam attulimus hac de re. Et ר' שאר, quod heic *cæterorum* reſpondet, unicam illam ערוה *ſeu* Turpitudinem, ſive cum ſponſa aliena concubitum, in Misna memoratum reſpicit. Neque eum, qui Gemaram & Gloſſam ad eundem locum Babyloniam conſuluerit, diſſenſurum omninò heic arbitror. Huc ſpectat cædis ejus, qui Iſraelitam, ipſe ſcilicet Iſraelita, (extra cauſas ſtatim indicatas) ſeu bona ejus in poteſtatem Gentilium tradiderit. Talmudici b, אסור למסור ישראל ביד גוים בין בגופו בין בממונו *Nefas eſt Iſraelitam tradere in poteſtatem Gentilium, quod tam de bonis ejus ſumendum quàm de Perſona.* Idque tàm de ſceleſtiſſimo, quàm de probo ac pio. Neque traditori ſortem fore admittunt in ſeculo futuro. Et demum adjiciunt, מותר להרוג המוסר בכל מקום ואפילו בזמן הזה שאין דנין דיני נפשות ומותר להרגו קודם שימסור *fas eſt occidere traditorem ejuſmodi quocunque in loco; idque etiam hoc ſeculo; licet genti noſtræ jam diu permiſſa non ſint judicia Capitalia. Quin & fas eſt eum occidere antequàm tradiderit*, ubi ſcilicet animum tradendi ei perſeverare liquerit. וכל הקודם להרגו וכדי *Et quisquis eum occiderat, quantocyùs poterat, inſons erat.* Addit vero Maimonides; הרי זה ירדף שמא ימסור אחרים ועשים בכל יום בערי המערב להרוג המוסרים שהוחזקו למסור ממון ישראל ולמסור המוסרים ביד הגוים להורגם ולהכותם ולאסרם כפי תשעם וכן כל המצוי לציר ומצערן מותר למוסרו ביד הגוים להכותו ולאסרו ולקנסו אבל מפני צער יחיד אסור למוסרו ואסור לאבד ממונו של מוסר ואע"פ שמותר לאבד גופו שהרי ממונו ראוי ליורשיו *Cædes autem ejuſmodi permiſſa eſt, ne is tradat ſeu prodat alios. Sed & frequenter in civitatibus Occidentis* (id eſt, Occidentalium Judæorum, qui Terram ſanctam incoluêre; ſic dicti ut ab Orientalibus, qui Babylonem & loca vicina occupant, diſcriminarentur) *evenit, ut, qui ſic tradendi Iſraelita alicujus bona animo perſeverarent, occiderentur, aut in poteſtatem Gentilium traderentur ipſi, ut ab eis occiderentur, vapularent, & coercerentur ſecundum quod malitia eorum mereretur. Ita etiam ſi quis populi univerſitatem* (Eccleſiam ſeu cœtum Iſraeliticum) *acriùs oppugnaret, eamque contumeliis afficeret, fas erat eum tradere in Poteſtatem Gentilium*,

b *Maimon. halach Chobal Wemazik cap. 8. Mikotzè præcept. 46 ſirm. 70.*

ut ab eis vapularet, coerceretur, multaretur. Non item, si privatum quempiam sic contumeliis afficeret. Nec fas erat bona traditoris diripere, tametsi esset fas personam ejus sic ladere. Nam Bona ejus ad haredes attinebant. Accedat & heic id, quod tradunt de cæde cuique permissâ Judæi, qui palam atque ad irritandum Numen seu, ejusce contemptu, præceptum aliquod divinum violaret. Maimonides [c] ex veterum scitis [d]; המינים והם עובדי עבודה זרה מישראל אי העשרה עבירות להכעיס אפילו אכל נבילה או לבש שעטנז להכעיס הרי זה מין והאפיקורוסין והן שכופרין בתורה ובנבואה מישראל מצוה להרגן אם יש בידו כח להרגן בסייף בפרהסיא הורג ואם לאו יביא עליהן בעלילות עד שיכבד הריגתן כיצד ראה אחד מהן שנפל לבאר והסולם בבאר קודם ומסלקו ואומר הריני שרוי לתוך בני מן הגג ואחזרנו לך ובוצא ברבים אלו *Seu Prævaricatores* seu *Minim* (*sic vocamus Israelitas idola colentes, uti & eos, qui alias transgrediuntur ad irritandum numen*, seu *in ejus contemptum, etiamsi morticinum comederint, aut vestibus heterogeneis fuerint induti in ejus contemptum*) *uti & Epicurei* (*quo nomine continentur nobis Israelitæ, qui abnegant legem & prophetias*) *occidendi sunt ab eo, cui facultas est eos occidendi, modò id gladio & palam* seu *in publico faciat. Id vero si facere nequeat, dolis eum adgrediatur, usque dum mors ei eveniat* (non vi,) *sed ad hunc*, verbi gratiâ, *modum: Si quis viderit ex hoc genere hominum aliquem in puteum decidisse, & scalam in puteo; hanc præoccupans relinquat eum dicatque, diligentius conabor, ut filius meus descendat è tecto, & tunc utrique ad te redibimus.* Ut scilicet sic spe deceptus facilius periret. *Ejusmodi aliis fraudibus, quibus mors ei inferatur, uti fas est.* Nec quid sic commissum censebant adversus legem illam suam [f] de non mentiendo, nec decipiendo proximum, quod nomen ex prævaricatione & apostasia ejusdem desiisse voluere. Quod de Israelita aliter, veluti in sui sive utilitatem sive voluptatem tantum, non contumaciter, aut constanter peccante, non omnino intelligunt. Quanquam autem sic sive vi palam sive dolo Israelitam ejusmodi ob prævaricationem seu apostasiam, alteri (Israelitæ item) cuiquam fas habebatur trucidare aut morti dolo tradere; nefas ni-

[c] *Halach Rotzeach cap. 4. pag. 484.*
[d] *Gem. Babylon. ad t. Abod. Zara c. 2. fol. 27. b.*
[e] *Vide lib. 8. cap. 2.*
[f] *Leviticus 19. 11.*

fas nihilominùs exiſtimabant, Gentilem in ſui exitium ſic dolo circumvenire, tametſi nec legi nec Prophetiis nomen daret is, ſed eas planè abnegaret; uti nec tametſi Idololatriæ hactenus non renuntiaſſet. Apud Maimonidem ibi ſtatim ſequitur; אבל הגוים שאין בינינו ובינם מלחמה ורואי בהמתן רקה מישראל וכיוצא בהן אין מסבבין להן המיתה ואסור להצילן אבל נאו למות כגון שראה אחד מהן שנפל לים איני מעלהו שנאמר לא תעמד על דם רעך ואין זה רעך *At verò Gentiles, quibuscum nobis bellum non erat, & qui pecora minuta Iſraelitarum nutriebant* (moribus enim introductum eſt, ut haud ipſi, ne frequentiora inde vicinis damna evenirent, locis, quibus aut vineæ aut ſegetes adjacerent [g], ea nutrirent, ſed tantummodò in ſylvis & deſertis; unde factum eſt, ut gentilibus vicinis nutrienda ſæpiùs locarent) *atque id genus reliquos dolo circumveniendi, ut morti traderentur, non erant. Sed nec fas erat, eos imminente morte liberare. Veluti ſi quis eorum in mare caderet, eum inde ſublevare. Nam ſcriptum eſt* [h], *non ſtabis adverſus ſanguinem proximi tui, & hic proximus tuus non eſt.* Nimirùm legem illam ſacram capiunt, perinde ac ſi dictum fuiſſet, non piger ſtabis ſeu otioſus, quando periculum mortis proximo tuo imminet, ſed eripere eum conaberis; ut & ante dictum eſt. Atqui quanquam conceſſeris proximi heic nomine Gentilem non contineri, (quod & de aliis legis ſacræ locis non rarò ſcriptitant magiſtri,) undenam interea vetitum eſſe volunt Iſraelitis, Gentilem periculo ejusmodi liberare? Nam heic quidem præcipitur Iſraelitæ, ut Iſraelitam liberet. An inde elicitur, ut Gentilem liberare non liceret? Forte huc illud trahunt [i], את הנכרי תגוש quod vertitur *à peregrino exiges*, & locum habet in lege ſingulari de debitorum in ſeptimo anno remiſſione inter Originarios. Sed quidem id intelligunt Magiſtri, perinde ac ſi pauculis illis verbis, utcunque ibi interpoſitis, vetaretur ipſis quidquam Gentilibus præſtare, quod Charitatis Simplicis in ſe ſpeciem, extra Juris Stricti amuſſim, haberet; modò paucula aliquot ſui interea in commodum, ac pauperum è Gentilibus, ſed tantùm inter Pauperes ex Iſraelitis, alendorum cauſam excipias, de qua inferiùs [k]. Et tametſi Gentiles, ut puto, nolunt, ex alia lege [l] (ſaltem poſtquam Proſelyti Domicilii fierent) contra juſtitiam meram ſeu jus ſtrictum à ſe *vexandos* ſeu op-

[g] *Mina tit.* Baba Kama *cap.* 7. §. *ult.* & *ibi Conſtantin. & Empereur. Maimonid. halach* Nazeki Mammon *cap.* 5.

[h] *Leviticus* 19, 16.

[i] *Deut.* 15, 3. & *vide Nachmanid. in* Pirush Tora *fol.* 333. 4.

[k] *Lib.* 6. *c.* 6. *Exod.* 22, 20. & *vide ſupra lib.* 2. *cap.* 4.

primendos, fallendos, attamen ſeipſos ab officiis humanioribus illis [m], maximè qui nondum Idololatriæ renuntiarint, etiam in contractibus aliàs præſtandis, ex jure ſuo ſacro cohibitos docent; qua de re plura libro ſexto [n], ubi de Uſuris agitur. Quanquam interà ſciam, Joſephum [o], ubi gentis ſuæ mores evehere non parùm ſtudet, tradere, etiam ex receptis legibus ac moribus, advenis qualibuscunque ſeu Proſelytis ſaltem Domicilii neceſſaria omnia præbenda ab Ebræis fuiſſe, ignem, aquam, cibum; viam item illis indicandam. Sed verò ex jam oſtenſis juxta Talmudicos manifeſtum eſt, Cædem ſic Privato permiſſam, tam in Pœnam permitti Aggreſſoris & Traditoris, quam in Tutelam aliorum, & planè in Pœnam Prævaricatoris & Apoſtatæ, quos diximus. Jam verò ex illo Tutelæ jure ortum eſt illud, quod Quaſi Pœnam ante diximus. Quaſi item Pœna, & Quaſi vis illata, cum reverà non eſſet, locum apud eos habuit, ubi, ſine puerperæ exitio [p], fœtus vivus eximi nequiret. Utriusque vitâ in juſtitiæ ſtatera poſitâ, illius, ut dignioris, ita anteponebatur, ut hujus cædes juſta, quia neceſſaria, ob illius ſalutem, haberetur; quaſi ob imminens matri, veluti ex vi illata, periculum ipſe Pœnas meruiſſet. Ita *in ipſo adhuc utero*, (quod ait Tertullianus [q],) *infans trucidatur neceſſariâ crudelitate, quum in exitum obliquatus denegat partum, matricida, ni moriturus.* Maimonides juxta Gemaræ paulò ante citatæ mentem; חכמים שהעוברה שהיא מקשה לילד מותר לחתוך העובר במיעיה בין בסם בין בדד מפני שהוא כרודף אחריה להורגה *Decrevere ſapientes, ſi fœmina gravida puerperio laboraret*, (ita ut ejusdem inde vitæ periculum planè immineret,) *fas eſſe fœtum in utero ejus ſive pharmaco ſive manu extinguere, quoniam habitus eſt quaſi aggreſſor* ſeu *quaſi is, qui vim inferret necandi causâ.* Quod tamen ſic temperant, ut ſi vel caput in lucem emiſerat fœtus, ei non omninò matris gratiâ nocendum; quoniam inquiunt, אין דוחין נפש מפני נפש *non pellenda anima pro anima*, id eſt, innocentis alterius vita, gratiâ alterius non tollenda. Allata jam verba ſequitur, ואם משהוציא ראשו אין נוגעין בו שאין דוחין נפש מפני נפש *Verùm ſi exeruerat caput, ei nocendum non erat, quia anima* ſeu *vita pro anima* ſeu *vita pellenda* ſeu *tollenda non erat.* Neque tunc aggreſſoris inſtar ſeu quaſi vim inferens habitus. Hac de re videſis, quæ diſputant Theologi, maximè

m *Vide Maimonid. halach.* Rotzach *cap. 12. ſub fin.*

n *Cap. 10.*

o *Adverſ. Apion. lib. 2.*

p *Maimon. halach.* Rotzach *cap. 1.*

q *Lib. de Anima cap. 25.*

maximè Sanchez[r] & Rainaudus [s], quibus aliorum turba laudata. Medici item ea de re obiter.

[r] *Lib. 9. de Matrimonio diſp. 20.*

[s] *De ortu infantium ex Natura per Sectionem Cæſaream c. 9.*

Cap. IV.

De ſingulari Zelotarum *apud Ebræos Jure, quo* criminibus *in* aliquot atrocioribus *deprehenſi, à Privatis illico ſive impunè verberabantur, ſive occidebantur.*

Supplicium item Capitale בשעת מעשה, id eſt, *in ipſo dum committebatur facinus duntáxat momento*, ſeu homini ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſo, à zelotis, id eſt, Privatis zelo ductis, infligi permittebant, quoties Sanctitatem ſive Numinis, ſive Templi, ſive Gentis, Ebræus aut circumciſus alius ſeu in Judaiſmum cooptatus ita violaret, ut palam ac in publico eam ſive denegare ſive ſpernere, ſpeciebus aliquot facti atrocioribus [t], videretur. Miſna; הגונב את הקסוה והמקלל בקוסם והבועל ארמית קנאין פוגעין בו כהן ששימש בטומאת אין אחין הכהנים מב ראין אותו לבי"ד אלא פרחי כהונה מוציאין אותו חוץ לעזרה ומפציעין את מוחו בגזין *Qui ſacrilegium commiſerat* (ex ſacra nempè ſupellectili quid furatus erat;) *qui per Idolum maledixerat* (Numini,) *qui coitu ſe miſcuerat cum fœmina Aramæa*, id eſt, extera ſeu plane Gentili, *Zelotis fas fuit incurrere* [u] *in eum. Sacerdotem in immunditie ſua ſacra obeuntem, non erat neceſſe, ut Sacerdotes ceteri in forum deducerent. Sed Sacerdotes, qui per ætatem nondum miniſterio ſacro pares erant, eum extra atrium protrahebant, & cerebrum ejus fuſtibus elidebant.* Heic Templi ac Numinis ſanctitatis violatio manifeſta. Gentis autem ſanctitatem coitu jam dicto violari volebant, etiam & coitum ejusmodi veluti cultum extraneum, (ſed non ita in foro puniendum) habebant. Gentilem autem fœminam heic intelligunt non qualemcunque, ſed eam tantum [x], quæ nondum Proſelyta Domicilii ipſa facta, aut Proſelyti ejusmodi filia non eſſet. Nam ſtuprum Iſraelitæ in hujusmodi Proſelyta, ſive libera, ſive ancilla, (tametſi manſerit planè Gentilis,) verberibus tantum in foro ex veterum traditione puniebant. Zelotarum verò, quorum

[t] *Tit. Sanhedrin. c. 9. §. ult. Gemar. Babylon. fol. 81b. & c. Hieroſolym. eod. tit. fol. 27. col. 2. §. ult.*

[u] בהן in codice Hieroſolymitano.

[x] *Gemar. citat. & Maimonid. hal. Iſurbia cap. 12.*

rum heic mentio, & qui Ebræis [y] dicuntur בני אדם כשרין המתקנאין קנאתו של מקום *Homines pii, qui Zelo Numinis accenderentur*, jus ejusmodi habebatur, ut, ſi viderent בפרהסיא *palam* ſeu *in Publico*, id eſt, ut recepta fertur ſententia, præſentibus coram decem minimùm Iſraelitis, quempiam facinorum aliquod jam dictorum commiſſurum, ipſo eodem momento fas eis eſſet [x] incurrendo ſeu aggrediendo eum, aut verbere aut vulnere præpedire ac cohibere, aut etiam cæde perſeverantem è medio tollere. Nam ſi intermitteret, occidendus non erat, ſine Judicio forenſi. Idem Juris obtinuit de Iſraelita Apoſtata ſeu הכופר בעיקר *eo, qui renuntiaſſet Fundamento*, id eſt, ipſius Numinis ſanctitatem veritatemque palam ac aperte negâſſet, Legemque ſive ſcriptam ſive oralem planè deſeruiſſet [a]. Origo, unde manavit pendebatque jus hoc Zelotarum, dicitur, ut non pauca recepti Juris alia, הלכה למשה מסיני *Traditio Moſis è Sinai*. Et exemplum ejus habent primum ex ſacra [b] hiſtoria Phinees, qui haſta trajecit, zelo accenſus, Zimiri Principem tribûs Simeonis & Cozbi Paganam, filiam Zur Principis Midianitarum, in ſtupro palàm deprehenſos; ubi laudatur à Numine בקנאו את קנאתו בתוכם *quia zelaretur Zelum meum inter eos*. Et de hoc Philo [c]: ἐπαινέσας οὖν ὁ θεὸς τὴν ἀρετὴν αὐτουκλέοις καὶ ἰθιλυργῷ σπουδῇ ζηλωθεῖσι δίχα ἀνδρὸς αὐτὸν ἀναστῆσαι δυοῖν, εἰρήνην καὶ ἱερωσύνην *Deus idcirco laudavit navatam ſponte & aliorum injuſſu operam, eamque honoravit præmio duplici, Pace atque Sacerdotio*. De Sacerdotio Phinees nemo neſcit. De pace verò heic adjicit ille, τῷ μὲν, ἄξιον λογισάμενος ὑπὸ πολέμου μεταποιεῖσθαι βίου τὸν ἀφιλαίτατον τοῖς ὑπὲρ τιμῆς θείων ἀγῶνας· *Pace honoravit, quia judicavit bello implicari non debere, qui cultui divini propugnatorem ſe exhibuiſſet*. Adeo ut Philo etiam Zelotarum jus velut à Numine tunc præſtitutum aſſeruerit. Quod itidem licet parciùs, innuit ipſe, ubi de eo [d], qui lignatum exivit in Sabbato, loquitur. Conſpectum ſcilicet, ait, eum à quibusdam, qui ſtatim occiſuri erant præ ira, ſeu Δυσαναχωρήσαντας, cohibitos tamen fuiſſe ἵνα μήτε ἰδιῶται, πρὸς ἀρχόντων, κολάζειν τινα δοκῶσι καὶ ταῦθ' ἁπλοτονὰν ἄλλως τὸ παράπτωμα λῷον ἐμφανές, *ne ſcilicet viderentur, cum privati homines eſſent in aliquem animadvertere, idque indictâ causâ priusquam magiſtratum* (id

[y] *Gloſſ. ad Gem. Bab. ad tit.* Sanhedrin *f. 81. b.*

[x] *Prater locos citatos, ſide Maimonid. halach.* Rotzeah *c. 4. & halach.* Sanhedrin *c. 18. & halach.* Aboda Zara *cap. 10.*

[a] *Vide ſis etiam Maimonid. halach.* Memarim *c. 3. Moſ. Mikoszi præc. Negatiu. 63.* Shulcan Aruch *tit.* Ioze dea *c. 158.*

[b] *Numeror. 25. & ſide ſis hiſtoriam illam fuſius narratam à Joſepho. lib. 4. cap. 6.*

[c] *Lib. 1. de Monarchia & lib. 3. de Vita Moſis.*

[d] *Lib. 3. de Vita Moſis.*

tus (id decernerent,) *tametſi crimen eſſet manifeſtum*. Agnoſcitur heic Zelotarum jus, ejusque non obſcurum veſtigium. Jam verò קנאתי *Kinea* Zelus eſt, & קנא *Kanna* & קנאי *Kannai* Zelotes, unde pluraliter קנאין *Kinnain* Zelotæ. E quorum numero fuiſſe videtur Apoſtolus ille Simon cognomento Zelotes e apud D. Lucam. Appellatur idem DD. Matthæo f & Marco g Καναναίος (ut in plerisque, & quos vulgo ſequimur, codicibus) quod per Cananæum reddit vulgatæ autor. Exemplaria alia habent Καναναῖον, alia Κανναῖον, id quod proxime accedit, ut ex *Kanna* ſeu *Kannai*, adjecta Græcorum terminatione, fiat. Neque aſſentire queo viris doctis etiam S. Hieronymi h ſequacibus, qui à Cana, (quod קנה Hebraice ſcribitur i) Urbe Galilææ eum ita dictum volunt. Etiam Urbs illa קטנה Katana paſſim k Syro exaratur. Et quid Zelotæ cognomento cum Urbe illa? Cananæum autem ſeu Cananitem apud DD. Matthæum & Marcum reddit Syrus per קנניא *Canania*; Zelotem verò apud Divum Lucam per קנאנא *Tanana*, quod id eſt ipſum, uti & Arabs per الغيور *Zelotem* etiam ſignificans, ut appellativum eſt. Sed perperam nimis Ebraicum Matthæi Evangelium habet שמעון הכנעני *Simeonem Cananæum*, ac ſi à terra Canaan nomen deduxiſſet. Nec ſoni nec ipſius rei ratio id omnino fert. Non magis videntur Thomas & Didymus iidem eſſe, quàm heic *Cananæus* & *Zelotes*, de Simone dicti. Ad receptum hoc Zelotarum jus attinet illud in hiſtoria Maccabæorum, ubi in Judæum Modinæ, juxta edictum Antiochi Regis, ſacrificaturum involat Mattathias. *Id videns* l *Mattathias zelatus eſt, & contremuerunt renes ejus, & accenſus eſt furor ejus ſecundum Judicium Legis* (κατὰ τὸ κρίμα,) *& inſiliens trucidavit eum ſuper aram. Sed & virum, quem Rex Antiochus miſerat*, (Apelles ei nomen) *qui cogebat immolare, occidit in ipſo tempore & aram deſtruxit & zelatus eſt Legem* (id eſt, ἐζήλωσε τὸν νόμον) *ſicut fecit Phinees Zamri filio Salom. Et exclamavit Mattathias voce magna in civitate dicens, omnis qui Zelum habet legis, ſtatuens teſtamentum* (id eſt, ratum habens fœdus inter nos & Deum noſtrum) *exeat poſt me*. Joſephus verba illa

e *Luc.* 6. 15. *Act. Apoſt.* 1. 13.
f *Cap.* 10. 4.
g *Cap.* 3. 18.
h *Ad D. Matth.* 10. *Ioſua* 19. 28.
i *D. Ioann.* 2. 1. 4. 46. 21. 2.
k
l *Maccab.* 2. 24. *Joſeph. Origin. Judaic. lib.* 12. *cap.* 8.

illa Mattathiæ ita profert, *εἴ τις ζηλωτὴς ἐστι τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ θρησκείας ἑπέσθω ἐμοί, si quis Zelotes sit patriorum morum & Dei Cultus, sequatur me*. Alia illic de hac re habes. Scimus etiam, obtenso hoc nomine, nec ab alia planissimè petito origine; immanem scelerum segetem Hierosolymis pullulâsse, quam pluribus explicat Josephus, libris de bello Judaico. Ejusce autores ita se nominasse ait ille [m], *ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς δόγμασιν ἀλλ' ἢ ζηλώσαντες τὰ κάκιστα τῶν ἔργων καὶ ὑπερβαλλόμενοι ac si optimis rebus studuissent, & non pessima facinora, usque ad nequitiæ summum, Zelo affectassent.* Atque alibi [n] *καὶ τοι τὴν ἀρχηγορίαν αὐτοῖς, ἀπὸ τοῦ ἐπ' ἀγαθῷ ζηλωτὰς ἐπίθεσαν Nomen sibi ab iis, qui id, quod Bonum est, Zelo affectabant, imposuere*. Zelotas planè, de quibus diximus, innuit seu חמתקנאים קנאתו של מקום *eos qui zelati sunt zelum Dei O. M.* quemadmodum Ebræis nuncupantur. Neque novum est nefarios homines patrii juris obtentu, qualecunque id fuerit, flagitia sua obtegere, ut scelesti illi, hujus juris Zelotarum obtentu, fecêre. Quo tamen, dum pii atque sancti utebantur, privati quidem ipsi, sed publica nixi autoritate atque moribus è majorum disciplina receptis, bene consultum est & Numinis, & Templi, & Gentis sanctitati, quam tueri volebant atque inviolatam servare. Nec injuriâ vis inferebatur, quia patriis legibus etiam à Mosis ævo deductis ut ita inferri liceret, sic stabilitum. Et appositè Hugo Grotius [o]; *Hebræorum moribus, Hebræus à Deo & Dei lege deficiens, aut ducem se ad falsos cultus [p] præbens, illicò à quovis homine potest interfici. Iudicium zeli id vocant Hebræi, quod à Phinea [q] primò exercitum aiunt, & inde abiisse in morem. Sic Iudæum quendam Græcis se ritibus polluentem occidit Mattathias [r]. Sic trecenti alii Iudæi à popularibus suis occisi referuntur libro, qui vulgo dicitur Maccabæorum tertius. Nec alio obtentu instituta lapidatio in Stephanum [s], & conjuratio in Paulum [t]; multaque alia exempla ejusmodi extant, & apud Philonem, & apud Josephum.* Sic ille. Certè & legitur in Essenorum disciplina [u], *σέβας μέγιστον παρ' αὐτοῖς μετὰ τὸ θεὸν τὸ ὄνομα τοῦ νομοθέτου κεῖται βλασφημήσῃ τις εἰς τοῦτον κολάζεται θανάτῳ summa in veneratione apud eos habetur post Deum, ipsius legis latoris (Mosis) adeo ut, si quis in eum convicium effutiret seu blasphemaret, morte puniretur.* Interpres ibi, *morte damna-*

m *De Bello Iudaic. lib. 4. cap. 12.*

n *De Bello Iudaic lib. 7. cap. 30.*

o *De Iure Belli ac pacis lib. 2. cap. 20 §. 8.*

p *Deut. 13. 9.*

q *Num. 25.*

r *1 Maccab. 2. 24.*

s *Act. 7. 57.*

t *Act. 23. 13.*

u *Joseph. lib. 2. de Bello Iudaico cap. 12. pr. fin.*

Digitized by Google

mnaretur. Si de Iudicio forenſi rem capias, undenam apud ſectam hanc imperium ejusmodi aut jurisdictio? Niſi de Zelotarum Iure fuerit intelligendum, quomodo impunè convitiantem quempiam Moſem adeoque Legis ſanctitatem polluentem ſic ii (ſive alios ſive ipſorum ſectarios tantum ita puniri velit Joſephus) punire poſſent, ne ariolari quidem queo; maximè cum vicatim etiam inermes x degerent. Nec verò ad aliud prætер Zelotarum jus referri videtur, quod tradit Philo y de Paderaſte & Androgyno *τὸ θῆλυ τοῦτο παραχόμενον sexum adulterante.* Legem ſcilicet jubere eum *ὑπὸ τινὸς τυχόντος μηδενὸς ἀνδρὸς ἀλλ' μηδὲ ὅλως ἀνθρώπου ζῆν, ὅτι δὲ αὐτὸς καὶ εἰκῆ καὶ πατρίδος ὄντα, καὶ σύμπαντος ἀνθρώπων γένους impunè occidi, nec diem aliquam aut horam vivere permittendum* (ſeu *die ipſa & horum quæ prehenditur* ſic puniendum) *utpote & ſui & familiæ & patriæ dedecus, adeoque totius humani generis.* Sed nec ſatis capio, quid velit, aut quamnam legem intelligat. Nec in Zelotarum apud Magiſtros Jureejusmodi quid occurrere, memini.

x *Joſephus ibi & Philo lib.* Quod omnis probus liber. y *De legibus ſpecialibus ſive 6 & 7. decr. præcept.*

Cap. V.

Vtrum Zelotarum Jus *in* Negotiatoribus, *&* Nummulariis *flagello à D. N.* Jeſu Chriſto è Templo ejiciendis, *locum habuerit.*

Viderint heic perſpicaciores, utrum D.N. Jeſus Chriſtus, cum privatam omnino perſonam, (qua nempe civibus ſuis eſt cenſitus,) ſuſtinens, *ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & menſas numulariorum & cathedras vendentium columbas evertebat,* ut S. Matthæus z, & Marcus a (qui adiicit, eum nec permiſiſſe *ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ ut quis vas transferret per templum*) ſeu, ut S. Joannes b, *vendentes oves & boves & columbas, & numularios ſedentes flagello, quod de funiculis ipſe fecit, omnes ejecit de Templo, oves quoque & boves & numulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit, & eis, qui columbas vendebant, dixit, auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis,* adeoque, dum pro privata tantùm perſona atque omnimodo imperio

z Cap. 21. 12. a Cap. 11. 15. b Cap. 2. 14.

perio ac jurisdictione publicâ Hierosolymis carente habebatur, vim hujusmodi sic palàm Templi sanctitatem violantibus inferebat, idque impune & citra reprehensionem eorum, qui, ut sanctissimæ illius innocentiæ pœnas irrogarent, omnem indies summopere movebant lapidem; utrum, inquam, à pœnis forensibus, quæ aliâs vim citra juris autoritatem inferentibus ibi debitæ, & infligi solitæ, tutus esset ac immunis, ideò quod ex Zelotarum jam dicto jure, quicquid sic à capite sanctissimo, sed interea invisissimo, præstitum est, planè licitum haberetur. Locus, in quo Nummulariorum hujusmodi ac vendentium & ementium sedes, à scriptoribus poni, nec immerito, solet ad Montis templi (qui & Templum interdum dictus, quâ de re ante [c] monitum est) partem Orientalem seu Atrium [d] Gentium, scilicet ad Intermuralis partem exteriorem, cujus quidem sanctitas, tametsi dispar haberetur sanctitati interiorum Montis Templi partium, singularis tamen fuit, & urbis reliquæ sanctitate multò præstantior, ipsiusque Templi structuræ gratiâ diligentius tuenda. Ut autem res heic ritè capiatur, dispiciendum est, undenam, & quinam Nummularii hi, & qui oves, boves, columbas ibi venderent. Docent Talmudici, ubi de annua dimidii Sicli [e] in sacros usus pensitatione agunt, solenne fuisse quotannis per urbes & oppida primo die mensis Adar moneri populum de pensitatione illâ. Die autem ejusdem mensis decimoquinto, aiunt [f], ישבו השולחנין בכל מדינה ומדינה ותיבעין בנתת כל מי שיתן לתוכ יקבלו ממנו ומי שלא נתן אין כופין אותו לתן *sedebant Mensarii* seu *Nummularii in quælibet urbe, & cum vasculo flagitantes ab omnibus, qui solvebant, accepere; quorum tamen neminem tunc cogebant solvere*. Id scilicet in diem Adar XXV distulêre. Etenim tunc Nummularii in Templo, seu Monte Templi, (ut dictum est,) considentes, ab eis, qui non solverant, etiam vi per ministros exigebãt. Talmudici; נחמשה ועשרים באדר ישבו במקדש לגבות ומכאן ואילך כופין את מי שלא יתן ער שיתן וכל מי שלא יתן ממשכנין אותו ומוקחין עבוטו בעה כרחו ואבולו כסותו *Die* XXV *Adar sedebant* (Nummularii) *in Templo ad exigendam* Sicli dimidii pensitationem. *At ij, tunc & deinceps quemlibet non solventem solvere cogebant. Et quisquis non solvebat, eum in pignus adigebant, quod & ab eo sive volente*

[c] *Lib. 3. cap. 6.*
[d] *Videsis I. Baptist. Villalpand. ad Ezech. tom. 2 part. 2. lib. 3. cap. 9.*
[e] *Exod. 30. 12. & hinc supra lib. 2. ca. 8. pag. 208. & Iosephum Archæolog. lib. 3. cap. 8.*
[f] *Misna tit. Sikkim c. 1. Maimonid. tit. eod. cap. 1. Mos. Mikotzi Præcept. Affirm. 45.*

Digitized by

volente ſive nolente auferebant, etiam veſtimenta ejus. Conſidentes autem ſic in Templo nummularii perpetuo coram habebant tredecim arcas totidemque menſas. Arcæ fuêre tubarum inſtar, ſeu parte ſuperiori anguſtæ, inferiori latæ, ut commodius retinerent, quod per foramina anguſta reciperent. Talmudici g; ובמקדש היה לפניהם תמיד י"ג תיבות כל תיבה כמין שופר *Et in Templo ſemper habebant* (Nummularii) *coram ſe tredecim arcas, quarum qualibet tubæ inſtar erat.* Unde & Tubæ ſunt dictæ. Nam de hiſce intelligendum illud Misnæ; שלשה עשר שופרות שלשה עשר שולחנות *Tredecim fuêre Tubæ, totidemque Menſæ,* id eſt, nummariæ. Arcarum autem uſus ſingularum ad hunc modum explicant.

g *Mun. Gemar. & comment. ad tit.* Siklim *c. 6. Maimonid. halach. ead. cap 2. Moſes Mikotzi prac. affirm. 45.*

א לשקלי שנה זו.	I *Ad recipiendos Siclos anni inſtantis.*
ב לשקלי שנה שעברה.	II *Ad Siclos anni præteriti.*
ג לכל מי שיש עליו קרבן שתי תורים או שני בני יונה אחד עולה ואחד חטאת משלים דמיהן לתיבה זו.	III *Vnicuique* h, *à quo oblatio duorum turturum ſeu pullorum columbæ, alterius in holocauſtum, alterius in ſacrificium pro peccato, præſtanda erat. Nempe pretium eorum in hanc conjiciendum arcam.* h *Leſitic. 5. 7. 12. 8. & 15. 14.*
ד לכל מי שיש עליו עולת העוף בלבד משלים דמיה לתיבה זו.	IV *Vnicuique, à quo in holocauſtum tantum avis* i *offerenda. Pretium ejus in hanc conjiciendum.* i *Leſitic. 1. 14.*
ה רמי שהתנדב מעות לקנות עצים למערכה.	V *Ei qui ſponte obtulit pecuniam, quâ ligna in ſacros uſus comparaverentur.*
ו למי שהתנדב מעות ללבונה.	VI *Ei qui ſponte obtulit pecuniam thuri coemendo.*
ז למי שהתנדב זהב לבפורת.	VII *Sponte offerenti aurum in Templi ornatum.*
ח למותר חטאת כגון שהפריש מעות לחטאתו ולקח חטאת והיתר מן המעות ישליך לתוכה.	VIII *Reſiduo ſacrificii pro peccato ex errore* k. *Veluti, ſi quis pecuniæ, quam ſacrificio ſuo pro peccato deſtinaverat, parte aliquâ ſacrificium emerat, reſiduũ pecuniæ in arcã hãc cõjiciebatur.* k *Leſitic. 4.*
ט למותר אשם.	IX *Reſiduo ſacrificii* l *pro delicto ſponaneo.* l *Leſitic. 6.*

י למותר קיני זבים ויולדות.	X *Reſiduo nidorum* (id eſt, pullulorum in ſacrificium [m]) *profluvio laborantium & puerperarum.*
יא למותר קרבנות נזיר.	XI *Reſiduo oblationum* [n] *Naziræorum.*
יב למותר אשם מצורע.	XII *Reſiduo ſacrificii pro delicto ſponta-neo Leproſi.*
יג למי שהתנדב מעות לעולת בהמה.	XIII *Sponte offerenti pecuniam, ut inde comparaverentur pecora in holocauſta.*

[m] *Leviticus* 12. 8. & 15. 14.
[n] *Num.* 6. 14.

Cuilibet arcæ titulus uſus inſcriptus erat. Quicquid enim nomine Reſidui, juxta jam dicta, veniebat, ex Synedrii magni decreto in holocauſta ex pecoribus impendebatur; atque adeo, quæ in arcas poſteriores ſex conjecta, ſic impenſa. De Sicli autem dimidii penſitatione annuâ aiunt [o], חצאי השקלים הכרח צריכין להן כדי שיתן כל אחד ואחד חצי שקל שהוא חייב לפיכך כשהלך ארם הולך אצל השולחני ומצרף שקל בשני חצאין יתן לו תוספת על השקל ואותה תוספת נקראת קלבון לפיכך שנים שנתנו שקל שניהם חייבין בקלבון *Nemini non opus erat, ut Siclos dimidios ſibi haberet, adeo ut ſinguli, qui hac tenebantur penſitatione, dimidium Siclum* (ipſam dimidii Sicli ſpeciem) *ſolverent. Hinc evenit, ut, cum quis ad Nummularium veniebat, ut* (ob hanc cauſam) *Siclum integrum binis Siclis dimidiis commutaret, ei inſuper in augmentum daret,* (id eſt, Siclo, quod commutaret, adjiceret,) *quod Kolbon vocitabant, adeo etiam ut, ſi bini Siclum integrum ſic afferrent, ab utroque Kolbon eſſet præſtandum.* Et ſubtiles habent aliquot diſtinctiones de augmenti hujus præſtatione ex ratione ſociorum ac cohæredum juris, & ex commodati, donationis, Eleemoſynæ diſcrimine, aliisque ejusmodi ortas, quæ huc non attinent. Kolbi autem ſeu Kollybi valor erat חצי מעה *obolus dimidius* [p], ſeu pars Sicli quadrageſima octava. Et Kollybi hujusmodi uſus tàm in urbibus Terræ ſanctæ aliis, aliisque, ubi menſarii poſtulabant dimidios Siclos, regionibus, quàm Hieroſolymis ſolennis erat. Adeo ut, qui ſolveret ex lege, haud alia ſpecie, præter ipſam dimidii Sicli, ſolvere deberet; cum interea eis, qui alibi reciperent, fas eſſet לצרף אותם בריבוי זהב מפני משאוי דרך *commutare ſpeciem*

[o] *Tit.* Siklim *cap.* 1. & *Maimonid. tit. eod. cap.* 3.

[p] *Mina tit.* Siklim *c.* 1. & *ibi Obadias Bartenorius.*

Digitized by Google

ſpectem illam in nummos aureos q *ob itineris ac oneris commoditatem.* Nam ad Templum ſic univerſi undiquaque advehendi. Jam vero ex his nemo non videt, qualesnam fuerint Nummularii in Templo ſedentes, eorumque menſæ in Evangeliis memoratæ. Vocantur autem ii in Matthæo & Marco, κολλυβισταὶ, & à Joanne κερματισταὶ, quorum prius etiam קלבן seu *Kollybi* veſtigia retinet manifeſta. Utrumque ſane rem ipſam ſeu Nummulariorum officium maximè in Siclis dimidiis, qui quotannis & frequentius ibi ſolvebantur, recipiendis palam indicat. Qualesnam item boves, oves, & columbas ibi venderent, non difficile eſt conjectari. Vetus eſt ſententia, animalia illa illuc adducta, ut in ſacrificia tum publica tum privata, quæ adeo crebra fuêre, in dominorum commodum diſtraherentur. Nec diſſimile eſt veri, etiam in hiſce fuiſſe, qui infamiâ notati à Talmudicis מפריחי יונים *columbas volare docentes* appellitantur. Scilicet quatuor hominum genera r à teſtimoniis & judiciis ob infamiam arcent; Aleatores, Fœneratores, quæſtum facientes ex anni ſeptimi ſeu Remiſſionis anni frugibus, & demùm eos, qui Columbas volare docebant. Quoniam ſcilicet s horum nemo מתעסק בישובו של עולם *incumbit rebus, quæ ad firmitudinem ſeculi*, id eſt, ad bonum publicum ſeu vitæ humanæ commodum *ſpectant.* Adjiciunt enim; אסור לאדם שיתעסק בעולמו אלא או בתורה וגמילות חסדים או בסחורה ואומנות ומראכה שיש בהן ישובו של עולם *Nefas eſſe homini in vitæ ſuæ ratione rebus aliis incumbere præter Legem & Beneficiorum retributionem ſeu charitatem, aut Mercaturam, aut Artificia atque Opera bono publico utilia.* Phraſi autem illi, שיש בהן ישובו של עולם *quibus ineſt firmitudo ſeculi* aut *mundi*, quod vertimus, *quæ bono publico utilia*, ſimilis habetur apud Syracidem, ubi meminit agricolarum, fabrorum, figulorum, aliorum ejusmodi artificum, ſine quibus civitas manca eſt, tametſi primas non teneant partes. Attamen, inquit, t, κτίσμα αἰῶνος πεφύκασι ſeu ut alia eſt lectio στηρίσουσι *ſtructuram ſeculi ſervabunt* ſeu *firmabunt*: id eſt, reipublicæ utiles ſunt. Vulgata ibi, *Creaturam ævi confirmabunt.* Sed ſenſus ex idiotismo Ebraico petendus. De eis autem, qui columbas volare docebant, Gemara Babylonia u; מפריחי יונים אלו שממרין את

q *Videſis ſupra lib. 2. cap. 8. pag. 228. & 229.*

r *Mina. tit. Sanhedrin cap. 3.*

s *Gemar. Babylon. ibid. fol. 24. & 25. & Obadias Bartenoriſis ibidem.*

t *Cap. 38. 45.*

u *Adit. Sanhedrin cap. 3. fol. 25.*

אין הוזקין ולא יונקין ובלבר אלא בהמה חיה ועוף *Qui columbas volare docebant, fuere qui eas ad certamen irritabant. Nec vero duntaxat de columbis, sed etiam de pecoribus, feris, volucribus aliis simile intelligendum.* A testimoniis nempè & Judiciis arcendos esse tàm qui alia animalia sic docerent, quàm qui columbas. Id ipsum habet & Gemara Hierosolymitana [x]. Glossa ad Babyloniam [x] שמטרין quod *qui ad certamen irritant* vertimus, interpretatur, per מרגיזין אותן זה על זה להלחם *excitant eas ad certamen mutuum.* Columbarum autem nomine significantiùs usurpato, (quia forsan aut illæ frequentiùs sic edoctæ, aut cariùs præ ceteris habitæ,) qui cætera animalia pariter docerent, innuuntur à Talmudicis, perinde ac si nos, nomine eorum, qui gallos in certamina nutriunt, etiam eos qui ursos, tauros, canes, simili curant instituto, complecti vellemus. Id genus fortè fuêre illi, qui ex cœlestis oloris in themate suo genethliaco virtute, ut ait Manilius [y], clausas

[x] *Ad tit. eundem fol. 21. col. 1. & ad tit.* Shebuoth *cap. 7. fol. 37. col. 4. hal. 4.*

[y] *Astronom. lib. 5. ubi videde Ios. Scaligerum.*

------ culmine summo
Pascere aves gaudent Veneris & reddere cæcas,
Aut certis revocare notis, totamque per urbem
Qui gestant cæveis volucres ad jussa paratas.

Ad jussa paratæ volucres etiam sunt, tum qui in certamina nutriuntur volatûs reditûsve celerioris, tum qui in pugnam. Hodieque item Memphi, Damasco, Tripoli, alibi in Oriente columbæ quasi [z] hominum nunciatrices, novarum rerum eventus, pacis bellique successus mirâ velocitate denuntiare solent. Atque inter Africæ Mahumedanos, consimiles, velut non infrequentes, memorat Leo Afer. Nec vero apud Talmudicos sententia est hac de re unica. R. Obadias Bartenorius [a]; אות דמפרשי מין ממיני השחוק אבל תקדים יונתך ליונתי אהן לך כך וכך ואות דמפרשי שמגדל יונה מלמדת להביא יונים לבית בעלה בעל כרחן ויש בהן גדולי משום דרכי שלום ולא גדל נמור *sunt qui ludum intelligunt, quo de columbarum celeritate* (velut hodie equorum, canum) *pignore certabatur. Sunt etiam alii, qui dictum capiunt de columbis ideò nutritis adeoque ad jussa paratis, ut ad domini tecta alias etiam vi secum adducerent, unde quidem, si humana invicem officia spectes, velut rapina quædam commissa est,*

[z] *Gabriel & Ioannes Maronita in l. de nonnullis Orient. urbibus cap. 9.*

[a] *Ad Misn. tit.* Sanhedrin *cap. 3. §. 3. & fide Gemar. Babylon. ad tit. eundem fol. 23. 2.*

tametsi

Digitized by Google

tametſi neutiquam ſimpliciter rupina. Sic Bartenorius. Sed hac de re plura libro ſexto [c]. Ideo autem libentius admiſerim etiam in vendentibus columbas, oves, & boves in Templo, fuiſſe quales infamiâ ſic notant Talmudici, quoniam ut illi nomine טפריוני יונים *columbas volare docentium* ſignantius, ut oſtenſum eſt, uſurpato, pariter eos qui animalia alia in certamina ludicra nutriebant, contineri ſeu innui volunt, ita & Evangeliſtæ bini (ſcilicet Matthæus & Marcus, veluti phraſin receptam ſecuti) tantummodo columbas vendentes, non vendentes oves & boves, hos intereà pariter cum D. Joanne innuentes, memorant. Hiſce hactenus ſic explicatis, redimus ad quæſtionem de Zelotarum Jure in Nummulariis, ac vendentibus animalia illa ejiciendis nec ſine flagelli vi. Certe quanquam Servator Humani Generis & Deus & Rex erat, adeoque ita Univerſi, nedum Judæorum, Dominus, ut quidquid ei placeret, illud non licitum fuiſſe nefas ſit putare; attamen cum cæteras res omnes etiam & ſeipſum receptis atque ſtabilitis reipublicæ formulis judiciariis, qua Ebraicæ ea eſſent, qua Romanæ, permiſerit, atque abſolutiſſimum Juſtitiæ exemplar ab omni vi illicita, veluti privatus, abſtinere voluerit; quin & tanta ei imminuerit invidia, ut nihil magis invidentium in votis eſſet, quàm ut cujuscunque delicti reum eum peragere potuiſſent; haut rationi ſane ita conſonum videtur, exiſtimare ejectionem illam factam ſeu vim illatam ab eo fuiſſe ſine agnita, etiam ab ipſis, qui tam maligne ei invidebant, Lege ſeu more, quod in id genus homines Templi Sanctitatem ita polluentes, incurrere licuerit, atque vi ejicere. Quid obiter facilius quàm adverſus eum, pro privato habitum, Scribas & Sacerdotes (qui *eum* & tunc *quærebant* [d] *perdere*) ſtatim egiſſe de vi publica ſive ex Jure patrio, ſive ex Romano, niſi id, quod feciſſet, ex Jure patrio, quod tunc temporis haud hac in re Romano ceſſerat, fieri fas fuiſſet. Ideo non iniquum videtur ut exiſtimemus, fas etiam idem tunc eſſe habitum Ebræo cuicunque privato, idque ex recepto, quod diximus, Zelotarum Jure; quod huic adhibitum item eſſe, elicere licet ex verbis D. Ioannis, hac de re. Poſtquam eis, quos ejecerat, dixerat Chriſtus, *auferte iſta hinc, & nolite facere Domum Patris mei Domum Negotiationis, recordati ſunt*

[c] Cap. 12

[d] D. Matth. 21. 18.

e Pſal. 69. 9. *diſcipuli ejus* (ut Evangeliſta) *quod ſcriptum eſt* e, *zelus domus tuæ comedit me*; perinde ac ſi קנאין יהוה ſeu *zelotarum* Juris moribus patriis ſubnixi, expreſsè illic meminiſſent, & ad Domini factum traxiſſent. Qualisnam autem ſanctitatis Templi pollutio ac violatio in negotiatorum, quos diximus, commerciis fuerit, ſatis oſtendit ipſe Dominus, dum in verbis è S. Ioanne jam citatis Templum negotiationis domum neutiquam fieri debere ait, & apud Matthæum, *ſcriptum eſt* f, *Domus mea Domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum*, ſeu ut apud Marcum, *Nonne ſcriptum eſt quod Domus mea Domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem feciſtis &c.* Domus Orationis ſcilicet עמים לכל־ *omnibus gentibus* ſeu *populis*. Nam in monte Templi g locus Orationis etiam Gentibus. Atque ibi Nummularii hi & negotiatores, qui ejecti. At vero ex more erat patrio eoque ſolenni ac licito, ut Nummularii ſeu Menſarii ibi perpetuò fermè ſederent juxta jam è Talmudicis oſtenſa. Quanquam igitur ita polluebant loci ſanctitatem vendentes oves, boves, & columbas, tum forte in certamina aliasve artes h non licitas quam ſacrificia, idque per fraudes crebras, quas in quæſtum etiam exercerent; curnam Nummularii etiam ſeu Menſarii, quorum ibi conſeſſus ſolennis licitus, ac ſacris neceſſarius, ſimul ex hoc Iure ejecti? Certe ſimplex Nummulariorum, ſeu Menſariorum, in ſiclis dimidiis reliquisque nummis, ſecundum quod dictum eſt, in ſacros uſus, recipiendis arcisque condendis, officium, neutiquam loci ſanctitatem polluiſſe eſt exiſtimandum. Sed quoniam Negotiationis illicitæ ſocietatem cum vendentibus ibi inierant, atque animalia, quæ extra loca ſancta emenda erant, in ſacrificia, contra fas, ibi compendii causâ emere ſolebant, nec fraudibus eo in hominum genere non rarò reperiri ſolitis, illic miniſterio illo fungentes carebant; ideo & ipſi, ut qui tum criminis aliorum participes, tum ſuo infames pariter ſic Templum ſeu Montis Templi locum illum alias ipſis permiſſum profanabant, ejiciendi. Alia ſunt recepti hujus moris exempla, tam ubi falsò ac impiè obtendebatur zelus, quam ubi, ut heic, expreſsiſſimo univerſæ pietatis, ac Iuſtitiæ exemplari revera & tempeſtive accenſus eſt. Nec reverentiam ipſam ſive ſummi Pontificis ſive Conſeſsûs Magni obſtitiſſe

f Iſaiæ cap. 56.

g Vide ſupra lib. 3. cap. 6.

h Vide lib. 6. cap. 11.

Digitized by Google

ſtitiſſe puto, quin mos hic licitus haberetur. Etenim cum in Conſeſſu ſiſtebatur Chriſtus, ac filium Dei ſe profitebatur, ob quod reus blasphemiæ habitus eſt, in adſtantibus erant, qui zelum proculdubio obtendentes, in eum irruerent, in faciem exſpuerent, colaphis cæderent, uti videre eſt apud DD. Matthæum ac Marcum. Etiam cum ex miniſtris cuidam Chriſtus haud ſatis reverenter habuiſſe Caipham ſummum Pontificem viſus eſt, ab eo i percutitur. Ubi obſervandum eſt Servatoris reſponſum miniſtro illi, *ſi malè*, inquit, *locutus ſum, perhibe teſtimonium de malo; ſi bene, cur cædis me?* ac ſi ex more licitum fuiſſe adſtanti eum, qui publicè Pontificis ſummi ſanctitatem, quæ velut & Templi eſt, irreverenter habuiſſet ſeu violaſſet, irruendo ſtatim percutere. Rogat igitur tantum, ut teſtimonium perhiberetur de Malo, quod alapam ibi merereretur. Nam ubi nihil ejusmodi eſſet, nefas fuiſſe reum in judicio percutere, ſcimus ex D. Pauli verbis. Siſtebatur Paulus k nec dum quid omnino dixerat, quod ipſis Judæis ſanctitatem ſive Numinis, ſive Templi, ſive Gentis violare viſum eſt. At percuti eum, furore in Chriſtianismum percitus, jubet Ananias Pontifex. Paulus autem Juris gentis ſuæ ſcientiſſimus, *ſedes*, inquit, *ut judicer me ſecundum Legem, & contra Legem jubes me percuti?* Sed de his hactenus.

i D. Ioan. 18. 22.

k Act. Apoſt. 23. 3.

Cap. VI.

De Cæde Humana, *extra* Belli Pœnæ *ſeu* Quaſi *nationem, juxta nonnullos* (*ex lege ſacra, de* Anathemate *ſeu* חרם) *parentibus ſalrem & heris permiſſa; velut* Hoſtiæ humanæ *nomine.*

Ta temperatum in antè dictis vides apud Ebræos generale homicidii interdictum, ut nihilominus Pœnæ nomine, & Quaſi Pœnæ, mortem irrogari fas haberetur. Quemadmodum etiam, pro facti ſpecierum varietate, habebatur tum in ipſa lege ſacra, tum in univerſarum, quas novimus, gentium moribus. Et quanquam temperamenta ejusmodi, qua

di, quâ in Noachidarum Jure diſpiciendo locum habere poſſunt, potius ad ſextum eorum Juris caput, quod de Judiciis eſt, attinet; dum ſcilicet Pœnarum nomine ſimpliciter conſiderantur; attamen dum ea, ut interdicti laxamenta, intuemur, locum habent heic ſibi debitum. Uti etiam in primis illud, utrum in ſacra illa Republica ejusmodi haberetur aliquod interdicti Naturalis de Homicidio laxamentum, idque ex ipſa lege ſacra, ut ſponte Quaſi Pœnæ ratione habita) Jure potuiſſet committi? Ex lege dico perpetuâ, expreſsâ, & cujus Ebræis, pro libitu eorum, uſus permiſſus. Nam ex præcepto Numinis ſingulari atque extraordinario, ſive quale de immolando filio accepit Abraham, ſive ejusmodi alio, cædem humanam licitam fuiſſe, utpote ab eo, cui tota rerum natura ſimpliciter ac omnimodo ſubeſt, imperatam, dubitandum non eſt. Sed vero lex expreſſim ſacra hujusmodi habetur de rebus, quæ devovebantur; כל חרם אשר יחרים איש ליהוה מכל אשר לו מאדם ובהמה ומשדה אחוזתו לא ימכר ולא יגאל כל חרם קדש קדשים הוא ליהוה כל חרם אשר יחרם מן האדם לא יפדה מות יומת *Omne anathema quod devoverit* ſeu *anathematizaverit homo Domino* (vulgata, *Omne quod Domino conſecratur*; Judæi Hiſpanienſes *todo apartamiento que aparare varona* A. *Paraphraſis Hieroſolymitana* כל אפרשן די יפרוש גבר לשמא דיהוה *omne ſeparatum* ſeu *ſacris uſibus deſtinatum quod ſeparaverit homo Nomini Domini*) *ex omnibus quæ habet, ex homine & è pecore & ex agro poſſeſſionis ſuæ, non venundatur, nec redimatur*; *Omne anathema ſanctum ſanctorum eſt Domino*, ſeu *ſanctiſſimum eſt Domino*. *Omne anathema quod devovetur ex homine* (vulgata, *omnis conſecratio quæ offertur ab homine*; Helleniſtæ, πᾶν ἀνάθημα ὃ ἐὰν ἀναθῇ δόξῃ τῶν ἀνθρώπων *omne anathema quod conſecratum fuerit ab hominibus* ſeu *de* aut *ex hominibus*: Judæi Hiſpanienſes, *todo apartamiento que ſe apartare del hombre*; & Paraphraſes Chaldææ & Hieroſolymitana, præter verſiones Arabicas, retinent particulam מן quod *ab*, *de* & *ex* pariter Orientalibus ſignificat) *non redimatur*. *Morte moriatur* ſeu *interficiatur*. Ad hanc legem, *diſceptatio eſt*, inquit Munſter, *inter Judæos, num homo etiam interfici debeat per votum anathematis domino conſecratus*. Alii tantundem. Jam vero ſi ita capiantur verba illa ſacra, ut ſignificent omne Anathema, Devotum, Conſe-

Leviticy. 27.

Conſecratum ex homine ſeu è cœtu hominum, eſſe morte afficiendum, ſequitur, ut ultroneâ conſecratione, devotione, ſeu anathematizatione, liceret cuicunque, ad quem lex hæc attineret, alium, ſaltem quem ei fas eſſet, ut ſui Juris, devovere, morti addicere. Quod ſanè mirè derogaret univerſali Homicidii interdicto, & cædem humanam pro affectu eorum, cui devovendi poteſtas, permitteret. Eodem ferè modo, quo apud Africanos olim, maximè Carthaginienſes, etiam & aliquot in Europæ Aſiæque locis, cædes humana in hoſtiis humanis diis immolandis permittebatur. Non tamen quibusvis, ſed eis, quæ in immolantium poteſtate, veluti filiis[m], ſervis. Nam ita proculdubiò ſe res habuit ut plurimùm; tametſi etiam eſſent, apud quos honeſtum haberetur patrem immolare, ut Triballi[n]. Neque deſunt in ſcriptoribus Chriſtianis, qui ex citatâ jam de Anathemate lege, licitum fuiſſe apud Ebræos exiſtiment filios aliosque, quos in poteſtate ſua quis haberet, neci devovere atque immolare. Horum inſtar omnium heic erit V. CL. Ludovicus Capellus, cujus proſtat diatriba ſingularis & certè doctiſſima de voto Jephthæ. In ea ille; *ad diritatem & immanitatem quod attinet hujus legis (ita ſcilicet intellectæ; & obvium erit tunc diritatem objicere) dicimus eandem propè hujus legis eſſe rationem, quæ fuit legis de Repudio. Non probabat Deus repudium; ſed ſi quis erat tàm duro & præfracto animo, ut nollet diutius uxori convivere, Deus quatenus populi Iudaici Rex erat veluti politicus & civilis legislator, non prohibebat, quo minùs illam à ſe amandaret, dato repudii libello. Sic etiam Deus non probabat, ut quis perſonam humanam ſibi per* חרם Cherem *deveveret, ſed ſi quis adeo temerarius erat, ut votum ejusmodi nuncuparet, non de beſtia aut agro tantùm, ſed de perſona etiam, quæ ipſius eſſet juris, voleòat eam morte affici; non quod illi probarentur & grata eſſent humana hoſtiæ, ſed aliis de cauſis legitimis, quas lex quidem non aperit, (neque enim Deus legum & præceptorum ſuorum rationem reddere tenetur;) ſed aliquatenus nobis ſuſpicari & eas ſubolfacere licet. Ac primò quidem, videtur Deus ſic tacite voluiſſe innuere, ſe poteſtatem vitæ & necis concedere parentibus in liberos & heris in ſervos, non quidem ipſismet pro arbitrio exercendam quum liberet, quomodo eam Ethnici Græci & Romani exercuerunt, ſine magiſtratûs conſcientia (ſed quam hac duntaxat ratione exercerent, ſacrâ nempe capitis eorum devotione, ad cujus executionem interveniret*

m *Videſis Syntagm. 1. de Diis Syriis c. 6. pag. 181. Hugonem Grotium de ſatisfact. Chriſti c. 10.*

n *Ariſtot. Topic. 2. c. ult.*

venire oportebat ſacerdotum operam & miniſterium; ad quos nimirum pertinebat votorum cognitio rerumque Deo per חרם Cherem *ſacratarum jus & proprietas ſive dominium; Numer.* 18. 14. כל חרם בישראל לך יהיה Omne anathema in Iſrael tuum erit. *Quâ ſanctione ſacerdotes Judices erant à Deo conſtituti, qui diſpicerent & judicarent, an vota illa eſſent legitimè necne concepta & nuncupata, atque ita mors liberorum & ſervorum à parentibus & heris devotorum non ſimpliciter & nudè à parentum & herorum arbitrio & libidine pendebat, quandoquidem ſacerdotum judicium & ſententiam intervenire oportebat. Ita abuſus cavebatur, & ſimul parentes à liberis, & heri à ſervis tanto majore in honore habebantur, utpote quos tantùm viderent in ſe habere vitæ & necis poteſtatem, ut ſi libuiſſet, ab uno oris ipſorum verbulo vita & mors ſua penderet. Hac ratione magis in officio & debitâ erga parentes & heros obedientiâ continebantur.* Adjicit etiam, hac ratione parentes magis ab imprecationibus ſeu diris in liberos fuiſſe deterritos, ne ſcilicet ita morti ex lege eſſent tradendi. Typicum inſuper legis ſenſum adjungit; patrem cœleſtem filium ſuum in humani generis redemptionem, immolationi devoviſſe, ejusmodi alia. Nec omninò prætermittit adverſas Ebræorum aliorumque ſententias, quas tamen potiùs tangit, quàm explicat; & demum ex hac lege Jephthan filiam ſuam devoviſſe atque immolaſſe aſſerit. Certè negandum non eſt, quin omnimoda ejusmodi cædes ex lege Numinis, cujus imperio univerſa rerum natura ſubeſt, (ſi ita is voluiſſet,) Jure certiſſimo committi potuiſſet. Neque ideo de legis juſtitia, ſi ejusmodi ſenſu intelligenda ſit, ullatenus diſputandum. Sed verò quoniam ex hujusmodi devovendi immolandique libertate neceſſe fuiſſet, ut mirum in modum minueretur interdicti de homicidio amplitudo, nec ulla ita prolis ac ſervorum (à quibus neque in hac lege alii quicquam diſtinguuntur) vitam innocentia tueri potuiſſet, adeò ut planè ultroneum homicidium tum extra belli, Pœnæ aut Quaſi rationem, tum citra fori ſententiam eorumve, qui rebus præerant decretum, hac in ſpecie intra ſacram illam rempublicam permitti inde eſſet concludendum (nam quod addidit Capellus de ſacerdotum interveniente heic ſententia veluti forenſi, nihil habet id omninò, quo nitatur ſive in lege ſacra, ſive in Magiſtrorum

gistrorum commentariis; & certe si haberet, nil aliud sequeretur, præterquam quod pro devoventis & sacerdotum arbitrio extra causas omnimodas jam dictas homicidium potuisset patrari) idcirco quid ipsi Talmudici tum de legis hujus sensu, tum de Jephthæ voto filiæque ejus, quæ nonnullis creditur, immolatione statuerint, fusiùs heic ostendere duximus operæ pretium.

Cap. VII.

De verbis Legis illius sacræ, quâ ultronea cædes humana *parentibus & heris liberos & servos* anathemate devoventibus permitti *visa est. Et de* vario *apud Ebræos* Anathematis genere.

VTritè, ad mentem Ebræorum, capiatur lex illa sacra, quâ nonnullis videtur cædem humanam quandam ultroneam, hostiasque humanas in republica illa à Numine institutâ ita permitti, Tria inprimis sunt dispicienda. Primum est, ipse legis sacræ verborum contextus ejusque in versione significatio; Secundum Naturæ & חרם *Cherem* seu Anathematis apud Magistros diversitas atque circumstantiæ; Tertium, quomodo in ea diversitate, atque inter illas circumstantias legem jam dictam ipsi interpretentur; quibus satis apertis nec intempestivè subjungemus, quod de Jephthæ voto filiæque immolatione ita creditâ tradunt. Quod ad primum attinet, observandum est in Levitici capitis o quod legem illam habet priore parte, præstitutas esse formulas æstimandi taxandique vota seu res & personas, ubi non tam ipsæ res seu personæ, quam eorum æstimatio pretium seu valor domino consecratus est. Hujusmodi vota nuncupantur נדרי ערכין *vota æstimationum*. Atque res voto æstimationis illigita, pretio seu æstimatione solutâ, etiam & ipsa solvebatur dominoque ita redimebatur in usus quoscunque retinenda. Postea in eodem capite sequitur ritus devo-

o *Cap. 27.*

devovendi, quo ipsa sive res sive persona devovetur, atque consecratur sine spe redimendi. Et tam personas quam res in lege illa contineri, manifestum est ex verbis illis; מאדם ובהמה ומשדת *ex homine & pecore & agro*, seu, *sive homo fuerit sive pecus sive ager*, quod fuerit devotum. Quin ut מאדם eo in loco *ex homine* seu *ex hominibus* denotat, ita sane in verbis sequentibus מן האדם æquum satis videtur, ut interpretaremur *ex hominibus* seu *ex homine*, nimirum *si quod caput fiat ex hominibus ut anathema sacrum, non redimatur; morte moriatur*; cum scilicet similis sit utrobique & in locis adeo invicem proximantibus præpositionis illius usus. Atque ita sanè intelligunt verba illa Ebræi, ut mox liquebit. Utcunque sint inter Christianos viri sanè doctissimi, qui non *ex* sed *ab* ibi malint vertere, adeo ut significatio fiat, *aut quicquid ab homine fuerit abdicatum ut anathema, interficiatur*, quo sensu homo ipse eo in loco anathema non erit, sed animalia quæcunque alia ab homine devota. Res seu persona ad hunc modum devota חרם *Cherem* nuncupabatur, quod *anathema* rectè vertitur; cujus vocabuli, quâ etiam devotionis in ea vis habetur, diversitatem (quod secundum est eorum, quæ heic dispicienda proposuimus) diligentius oportet animadvertere. Quemadmodum autem Devoti, Anathematis, Sacri, aliorumque ejusmodi vocabulorum significatio interdum rem pietatis ergo Numini sacratam, interdum diris onustam, denotat, (cum scilicet utraque devovebatur; hæc ut malorum vindici, illa ut bonorum autori, conservatorique,) ita etiam usus חרם & *Cherem* seu Anathematis aut Devotamenti (ut Tertulliano p dicitur) apud Ebræos obtinuit. Usus autem seu Notio vocabuli quadruplex ad rem, quam tractamus, habetur. Aut enim sacrum significat donarium ipsum, quod Numini seu in sacros usus devovebatur, ut in commate 28 Capitis vigesimi septimi Leviticî, seu prioribus periochæ inde superiori in capite citatæ verbis; aut id quod expressim Jure belli ac militari seu ob inimicitias capitales devovebatur perditioni, internecioni, aut odio intestino; aut quod in commissum cadit; aut demum quod diris, Jure tantum pacis, onustum. De Primo genere non est, ut heic plura dicantur, Secûdi generis exemplum illustre habetur in Sacris illis de

p *Adverf. Gnoſticos cap. 2.*

Hieri-

Digitized by Google

Hierichunte verbis q, והיתה העיר חרם היא וכל אשר בה ליהוה q *Ioſua cap. 6. 17.* *Et ſit urbs hæc anathema,* ſeu *Cherem; ipſa & omnia, quæ in ea, Domino. Et* ſtatim; *Et vos cavete ab anathemate, ne fiatis anathema, & tollatis de anathemate ponatiſque caſtra Iſrael in anathema & turbetis ea. Sed omne argentum atque aurum, vaſa ænea atque ferrea Domino conſecrabuntur, venientque in theſaurum Domini.* Urbs ita tota anathema erat in Pœnam ſeu vindictam hoſtium; ita tamen ut metalla in victoris poteſtatem redacta anathemata fierent primi generis, ſacra utpote Domino & in ſacros ſervanda uſus; Ceteræ tam perſonæ, (excepta Rahab; quod ex hiſtoria nemo neſcit,) quàm res ſive nece ſive incendio aliove modo diſperderentur. Quod adeo neceſſum erat fieri, ut flagitium haberetur horrendum quempiam rerum ſeu perſonarum ita devotarum quid ſibi ſumere, quemadmodum ſcimus ex Achanis pœnà capite proximo ibi narratâ. Alia ſunt quæ huc faciunt in ſacris literis, ubi verbum חרם hac notione, nec infrequenter occurrit. Atque ad hoc genus attinent publica ſive populi ſive Regis ſive Synedrii Magni anathemata, quibus bellum geſturi ſeu prælium inituri milites ſuos alioſve, ſi quidquam imperatum non præſtarent, devovebant morti; quemadmodum illud populi, de eis qui non aſcenderent r in Mizpa, & illud Saulis Regis de eis qui ſante noctem quid comederent. Huc etiam attinet excommunicatio illa ſimul & anathema, quo Cuthæi veteres, qui Templi inſtaurationem impedirent, devovebantur, veluti quorum in amicitiam nunquam redituros ſe profiterentur Judæi. Legitur in *Pirke* Rabbi Eliæzar s de Ezra, Zerubabele & Joſua Ben Jozedec Pontifice tum maximo, קבצו את כל הקהל אל היכל יי והביאו שלש מאות כהנים ושלש מאות תיבוקות ושלש מאות שופרות ושלש מאות ספרי תורה בידם וחיו תוקעין והלוים משוררים ומזמרין ומנרין את הכותיים בסוד שם המפורש ובכתב הנכתב על הלוחות ובחרם בורח דין העליון ובחרם בירח דין התחתון שלא יאכל אדם מישראל פרח כותי עד עולם מכאן אמרו כל האוכל בשר כותי כאלו אוכל בשר חזיר ואל יתגייר אדם כותי ואין להם חלק בתחיית המתים שנאמר לא לכם ולנו לבנות בית אלהינו לא בעולם הזה ולא בעולם הבא ועוד שלא יהיה להם חלק ונחלה בירושלם שנאמר ולכם אין חלק וצדקה וזכרון בירושלם ושלחן

r *Iudic. cap. 21. 5. 1. Sam. 14. 25.*

s *Cap. 38. & Bidefis Sepher* Tanchuma *fol. 16. col. 1. & 2. & Io. Buxtorf. Lexic. Chald. Talmud. & Rabb. col. 2464.*

ושלחו החרם אצל ישראל שכבכל ועוד [illegible] חרם
על חרם וחוסיף המלך כורש וקבע על [illegible] חרם עוים
congregaverunt totum Ecclesiam sexcentum populi in templum Domini, & introduxerunt CCC *sacerdotes, &* CCC *pueros* (seu discipulos minores) *quibus erant in manibus* CCC *buccinæ & trecenti libri Legis. Hi clangebant, cantantibus interea & psallentibus Levitis. Et excommunicabant Cuthæos per mysterium nominis Tetragrammati & per scripturam descriptam in Tabulis* (Decalogi) *& per anathema Fori superioris seu Cœlestis, & per anathema fori inferioris, ita ut nemo Israelitarum unquam in posterum comederet buccellam aliquam Cuthæorum. Hinc etiam inolevit, eum qui comederit carnem Cuthæorum, habendum veluti qui comederit carnem porcinam. Neque Cuthæos Proselytos fieri, neque eis esse partem in Resurrectione mortuorum juxta*
x *Ezra. 4. 3.* *illud quod scriptum est* x. Non ad vos simul nobiscum attinet instauratio Domûs Dei nostri; *nec scilicet in hoc seculo nec in futuro. Et præterea non esse ei partem, seu hereditatem, aut possessionem Hie-*
x *Nehem. 2. 20.* *rosolymis, juxta id quod itidem scriptum est* x. *& vobis nec portio est, nec jus, nec memoria Hierosolymis. Miserunt autem anathema ad Israelitas qui in Babylonia. Quin & sæpiùs iterarunt in eos anathema. Etiam & adjecit Cyrus Rex anathema, quod stabilivit in eos in perpetuum.* Formulam anathematis hoc adhibitam usurpasse
y *Pirke R. Eliezar cap. 47.* alibi y dicitur Phinees, scilicet *per mysterium nominis Tetragrammati & per &c.* Et de capitalibus inimicitiis inter Israelitas &
z *In. Cochius in excerpt. ex Gemar. tit. Sanhedrin cap. 1. pag. 146. & Gemar Babylon. ad tit. Sanhedri. cap. 11. fol. 107 b.* Cuthæos testimonia sunt passim obvia. Et quod ad buccinarum usum in anathemate denuntiando attinet; alia sunt ejusce rei exempla, quod à viris doctis z etiam pridem observatum est. Nec de trecentorum in tam publica anathematis denuntiatione numero mirabitur, qui quadringentas adhibitas fuisse legerit, etiam in simplici ab uno Magistro, idque extra forum, excommunicatione denuntiata, de qua sub calcem capitis octavi. Tertium Anathematis genus visitur in illo Ezræ edicto
a *Cap. 10. 8. & Side lib. 3. Esdra cap 9. 4. & Nehemiæ c. 10. 29.* a, *quicunque non adfuerit intra triduum, juxta decretum Principum & seniorum* יחרם כל רכושו והוא יבדל מקהל הגולה *ἀνάθεμα παθήσεται πᾶσα ἡ ὑπαρξις αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἀφορισθήσεται ἀπὸ ἐκκλησίας τῆς ἀποικίας anathematizabitur* (vulgata *auferetur*) *universa substantia ejus, & ipse disterminabitur abecclesia transmigrationis.* Quarti denique generis, quod, Jure Pacis,

diris

diris fiebat, ſpecies ſunt binæ; altera ubi diris quis devovebatur, ſi quid impoſterum ſive committeret ſive omitteret; altera ubi quis ob jam commiſſum quid ita devovebatur. Prioris exemplum eſt egregium in illo Joſuæ [b]; *Iuravitque Ioſua in tempore illo dicens: Maledictus ſit coram Domino qui ſurgens ædificaverit urbem iſtam Hierichuntem. In primogenito ſuo fundabit eam, & in minore (filio) collocabit portas ejus.* Scilicet proles ejus poſteritaſque univerſa deſtruatur. Certè & hujus eſt generis, quod ex inſtituto Rabbenu Gerſom (natione is Gallus floruit ſub annum Chriſti 1070) literis obſignatis Judæi hodierni apponere ſolent. Diris nempe devovent eum, qui præter ſententiam mittentis eas reſignaverit; Perſonæ & Loco ad quem mittuntur, nunc ad hunc modum, nunc ad alium, devotionis formulâ ſubjunctâ; וחרם לור בנורו חרם שמתא ורטו גרשים מאור הגולה ופתו פרח כותיים ייטו יין נסך *In anathema devoveatur alienus per Excommunicationem, Anatiema, & Separationem Rabbi Gerſom Luminis Captivitatis; & panis ejus ſit cibus gentilium, vinum ejus, vinum idololatricum.* Hujuſmodi ſcilicet diris alienum, qui reſignaverit, devovent [c]; breviter atque more ſuo, unoquoque vocabulo, primo tantùm ſui elemento deſignato. Atque ad hanc ſpeciem attinet illud [d]; *coëgerunt ſe quidam ex Judæis & ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς anathematizaverunt ſeipſos dicentes neque manducaturos neque bibituros, donec occiderent Paulum*; ubi Syrus habet ܐܡܡܠܘ ܕܢܩܛܠ ܠܦܘܠܘܣ *ſe anathemate devoverunt*, ab ipſo חרם *Cherem* quod Ebræum eſt; & paulo itidem poſt ܡܡܠܘ ܐܡܡܠܝ ܠܢ pro eo quod eſt *anathemate devovimus nos*; alibique ex Ebraico חרם, facit id quod Græco anathemati reſpondeat in Novo federe, quemadmodum etiam Arabs. Nempè devoverant ſe diris Judæi, ſi vel ederent vel biberent, atque interea omitterent necem Pauli. Ejuſdem eſt ſpeciei anathema, quo devovebantur adjurati, ſi pejerarent. Nam præter alias diras (de quibus nos [e] alibi) ipſum τὸ חרם non rarò adjectum eſt; ut è Moſe [f] Cotzenſi diſcimus. Accedat etiam illud, quo admiſſi in Eſſenorum ſectam ſe obligabant, ut videre eſt apud Joſephum [g]. Quin & Apocryphis de Orbis terrarum diſtributione [h] inter Noachidas ilios tres memoratur ju-

[b] *Cap. 6. 26. & vide Nehemiam cap. 13. 25.*

[c] *Io. Buxtorfius in Epiſtolar. Hebraic. Inſtit. pag. 59.*

[d] *Act. Apoſt. 23. 12. & 14. ſe 21.*

[e] *In prolegom. ad lib. de ſucceſſ. in Bona.*

[f] *Præcept. neter. cat. 219.*

[g] *De bello Iudaico lib. 2. cap. 12. gr. 7. lat.*

[h] *Epiphanius in Ancorato.*

rejurando invicem ſe patre præcipiente, obſtrinxiſſe, alterum alterius fines non transgreſſurum. Qui verò transgrederetur, eum ἐξολοθρεύεσθαι ἐν τῷ ὅρκῳ καὶ πᾶν τὸ σπέρμα αὐτοῦ *funditus exterminandum uti & poſteros ejus.* Atque huc ſpectat anathema illud generale, quod ſtatis temporibus Ebræi veteres in univerſos Iſraelitas, qui capita aliquot Juris ſive ſacri ſive aliter introducti, cautiùs pro re nata obſervanda, ſponte & ſcienter violarent, tactis bibliis ſacris promulgare ſoliti. Formula ejusmodi anathematis habetur in Rituali illo libro, quem *Colbo*, id eſt, Pandecten nuncupant, ſub titulo דין העבר על החרם *Ius quod ad eum attinet, qui anathema* ſeu *Cherem violaverit.* Sunt quidem in eo tum Aſtrologica nonnulla, tum neſcio quæ de Angelis atque ejusmodi alia, quæ ſeculorum recentiorum commenta eſſe meritò cenſeas. Sed integrum, ut habetur i, exhibemus.

i Sepher Colbo *fol.* 144. *a.*

נוסח חרם

כגזרת עירין ובמימר קדישין אנו מחרימין ומשביעין ומנדין
ומשמתין ומקללין ומארדין על דעת המקום ועל דעת הקהל
בספר התורה הזה בשש מאות ושלש עשרה מצות הכתובות
בו בחרם שהחרים יהושע את יריחו ובקללה שקלל אלישע
את הנערים ובקללה שקלל נחזי נערו ובשמתא דשמתיה
ברק למרח ובשמתא דשמתינהן אנשי כנסת הגדולה ובשמתא
דשמתיה רב יהודא בר יחזקאל להחוא עברא ובכל החרמות
והאלות והקללות והנידויין והשמתות שנעשו מימות משה
רבינו ועד עכשיו בשם אכתריאל יה ה' צבאות בשם
מיכאל השר הגדול בשם מטטרון ששמו כשם רבו בשם
סנדלפון הקושר קשרים לרבו בשם שם בן ארבעים ושתים
אותיות בשם שנראה למשה בסנה בשם שקרע משרת
את חיה k בחם אהיה אשר אהיה בכור שם המפורש בשם
בכתב שנכתב על הלוחות בשם ה' צבאות אלהי ישראל יושב
הכרובים בשם חגלגלים ואופנים וחיות הקדש ומלאכי השרת
בשם כל חמלאכים חקדושים משרתי עליון כל בר ישראל
או בת ישראל שיעבור על שום דבר מהסכמות או מן אחרת
מהן המבוארות בתערמה ארור חוא לה' אלהי ישראל ושב
הכרובים ארור הוא מפי חשם הנכבד וחנורא חוצא מפי הכהן
גדול ביום חכפורים ארור הוא בשמים ובארץ ארור הוא מפי
חגבורה ארור חוא מפי מיכאל השר הגדול ארור הוא מפי מטטרון
ששמו כשם רבו ארור הוא מפי אכתריאל יה ה' צבאות ארור
חוא

k *Lege*

הוא מפי שרפים ואופנים וחיות הקדש ומלאכי השרת המשרתים
סבי עליון בקרושה ובטהרה
אם נולד בחדש ניסן ששם מלאך ראש משמרתו שמזלו
אוריאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו ואם נולד בחדש
אייר ששם מלאך ראש משמרתו שמזלו צפניאל ארור הוא
מפיו ומפי כל משמרתו ואם נולד בחדש סיון ששם מלאך
ראש משמרתו שמזלו אמריאל ארור הוא מפיו ומפי כל
משמרתו ואם נולד בחדש תמוז ששם מלאך ראש משמרתו
שמזלו פניאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו ואם נולד
בחדש אב ששם מלאך ראש משמרתו שמזלו ברקיאל ארור
הוא מפיו ומפי כל משמרתו ואם נולד בחדש אלול ששם
מלאך ראש משמרתו שמזלו ..... ארור הוא מפיו ומפי כל
משמרתו ואם נולד בחדש תשרי ששם מלאך ראש משמרתו
שמזלו צוריאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו ואם נולד
בחדש מרחשון ששם מלאך ראש משמרתו שמזלו בזכריאל
ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו ואם נולד בחדש כסלו
ששם מלאך ראש משמרתו ארוניאל ארור הוא מפיו ומפי
כל משמרתו ואם נולד בחדש טבת ששם מלאך ראש
משמרתו שמזלו ענאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו
ואם נולד בחדש שבט ששם מלאך ראש משמרתו שמזלו
גבריאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו ואם נולד בחדש
אדר ששם מלאך ראש משמרתו שמזלו רומיאל ארור הוא
מפיו ומפי כל משמרתו ארור היא מפי שבעת מלאכים הממונים
על שבעה ימי השבוע ומפי כל משמרתם וסיעתם ארור היא מפי
ארבעה המלאכים הממונים על ארבע תקופות השנה ומפי כל
משמרתם וכיעתם ארור הוא מפי שבעה היכלות ארור הוא מפי
שרי התורה שם כתר ושם חותם ארור הוא מפי חאל הגדול הגבור
מבעילהו l והנורא l מבע ליהו תבריה בעגלא m תחא מפלתיה אל אלהי
m l. תהא הרוחות לכל בשר השמידהו והאבידהו אל אלהי הרוחות לכל
בשר השפילהו אל אלהי הרוחות לכל בשר הכניעהו אל אל
אלהי הרוחות לכל בשר השחיתהו אל אלהי הרוחות לכל
בשר הכריתהו חמת הי וסער מתחולל על ראש רשעים יחול
מלאכי חבלה יפגעו בו ארור הוא בכל אשר יפנה בבהלה תצא
n Lege נפשו נשמתו באסכרה תהא מיתתו לא יצא ולא יעבור n חרפו וכנו
בשחפת ובקדחת ובדלקת ובחרחור ובחרב ובשרפון ובירקון
ודרפו הו עד אברו חרבו תבא בלבו וקשתותיו תשברנה
יהי כמוץ לפני רוח ומלאך הי רוחה יהי דרכו

חשך וחלקלקות ומלאך ד׳ רודפו תבואהו שואה לא
ידע רשתו ס אשר ד׳ טמן תלכדו יהדפוהו מאור אל חשך אשר
ומתבל ונדותו יבעתוהו צר ומצוקה יראו עיניו בירו ומחמתם
שדי ישתה ולבש קללה ק במרו יאכל בדי עורו גם אל
יתצהו לנצח ויסחתו מאהל לא יאבד ד׳ סלוח לו כי
אז יעשן אף ה׳ וקנאתו באיש ההוא ורבצה בו כל האלות
הכתובות בספר התורה הזה ומחה את שמו מתחת
חשמים והבדילו ד׳ לרעה מכל שבטי ישראל ככל
אלות הברית הכתובות בספר התורה הזה ואתם
הדבקים בד׳ אלהיכם חיים כלכם היום מי
שברן אברהם יצחק ויעקב ומשה ואהרן דוד ושלמה
ונביאי ישראל וחסידי עולם הוא יברך כל הקהל הקדוש
הזה עם כל קהלות הקדש לבד מי שעובר על
התם הזה המקום ברחמיו ישמרם וישיעם ויצילם
מכל צרה ויקה ויאריך ימיהם ושנותיהם וישלח
ברכה והצלחה בכל מעשה ידיהם ויגאלם
בקרוב עם כל ישראל חברים ואן יהי רצון ונאמר
אמן.

a *Lege* אשר טמן כמו β.

Formula Anathematis.

Ex q *Decreto Civitatum & ſanctorum juſſu, nos anathematizamus, adjuramus, exterminamus, excommunicamus, maledicimus & execramur, volente Deo & Eccleſiâ, per librum hujus legis, per* DCXIII *præcepta in eo conſcripta, per anathema, quo anathematizavit Ioſua* r*, Hierichuntem, per maledictionem, quâ maledixit Eliſha* ſ *juvenibus, & per maledictionem, qua maledixit Gihezi puero ſuo, & per excommunicationem, qua excommunicavit Barak* t *Meroz, & per excommunicationem, qua viri Synagogæ magnæ ſunt uſi, & per excommunicationem, qua uſus eſt Rab. Iehuda filius Rabbi Iehezkiel hujuſmodi in re, & per omnia anathemata, imprecationes, diras, excommunicationes, atque exterminationes, quæ facta ſunt à tempore Moſis Magiſtri noſtri & draconis, per nomen Acetheriel* u*, Iah, Dom, Exercituum, per nomen Micael principem illum Magnum, per Nomen Mittatron, cujus nomen eſt ut nomen magiſtri ſui, per nomen Sandalipon, qui ligat ligamenta domino ſuo, per nomen nominis quadraginta duarum literarum, per nomen ejus, qui apparuit Moſi in rubo, per nomen quo diviſit Moſes mare, per nomen Sum Qui*

q *Daniel. IV. 14.*

r *Ioſ. 6. 17.*

ſ *2. Reg. 5. 22. 27.*

t *Iudic. 5, 23*

u *Videſis Sepher Cotzri pag. 190. a.*

Digitized by Google

Qui ſum, per myſterium nominis tetragrammati, per ſcripturam quæ ſcripta eſt ſuper tabulas, per nomen Domini exercituum, Deum Iſrael ſedentem ſuper Cherubin, per nomen ſphærarum & circulorum & animalium Sanctorum & Angelorum miniſtrantium, per nomen univerſorum Angelorum, qui Deo ſupremo miniſtrant; Quilibet ſcilicet Iſraelita & qualibet Iſraelitis ſcienter & ſponte violans quidquam eorum, quæ obſervanda eſſe jam denuntiantur, maledictus ſit Domino Deo Iſraelis ſedenti ſuper Cherubin.

Maledictus ſit per nomen glorioſum & lucidum, quod exprimit ore ſuo Pontifex maximus in die Expiationum. Maledictus ſit per Cœlum & Terram. Maledictus ſit à Deo Omnipotente. Maledictus ſit à Micaele Principe illo magno. Maledictus ſit à Mittatron cujus nomen eſt ut nomen magiſtri ſui. Maledictus ſit ab Acetheriel, jah, Dom. Exercituum. Maledictus ſit à Seraphim & orbibus & animalibus ſanctis, & angelis, qui miniſtrant coram Deo ſupremo in ſanctitate ac munditie.

Si natus fuerit in menſe Niſam, quem Angelus dictus Vriel, ut princeps claſſis cui ſubeſt, gubernat, maledictus ſit ab eo, & ab univerſa claſſe ejus. Et ſi natus fuerit in menſe Iiar, quem Angelus dictus Tzephaniel, ut princeps claſſis cui ſubeſt, gubernat, maledictus ſit ab eo & ab univerſa claſſe ejus. Et ſi natus fuerit in menſe Sivan &c. Scilicet ſimilis ſit atque eiſdem verbis pro quolibet menſe imprecatio. Angelus qui præeſt menſi Sivan, Amiariel ibi nuncupatur; qui Thamuz, Peniel; qui Ab, Barachiel; menſis Elul prætermittitur præfecti nomen; Tiſri menſis Angelus dicitur Tzuriel; Marchvveſcan habet Zacaliel; Casleu, Adoniel; Tebet Anael; Sebat Gabriel; Adar Rumiel; Sed alia nomina etiam angelorum ſignis ſeu menſibus interdum ab eis [x] aſſignantur. Dein ſequitur; *Maledictus ſit à ſeptem Angelis conſtitutis ſuper ſeptem diebus hebdomadis, & à tota eorum claſſe & poteſtate adjutrice. Maledictus ſit à quatuor angelis, qui præſciuntur quatuor cardinibus anni, & ab univerſa eorum claſſe atque poteſtate adjutrice. Maledictus ſit à ſeptem palatiis. Maledictus ſit à principibus legis; Nomine Corona & Nomine ſigilli. Maledictus ſit à Deo Magno, forti, & Lucido. Ex coitu ejus ſit ei confuſio. Veloci cadat ruinâ. Deus, Deus ſpirituum, univerſæ carni eum deſtruat & perdat. Deus, Deus ſpirituum univerſæ carni eum ſubdat. Deus, Deus ſpirituum eum univerſæ carni proſternat. Deus,*

[x] *Vide Ioſeph. Voiſin ad R. I. i. dem cap. 5. p. 305.*

Deus

y Ierem. 23. 19. *Deus ſpirituum univer,... ... eum deprimat. Deus, Deus ſpiritum univerſæ carni eum exſcindat. Ira Domini* y *& turbo violentus cadat ſuper caput impiorum. Angeli perditionis in eum incurrant. Maledictus ſit in omnibus, ad quæ ſe divertat. In terrore exeat anima ejus. Ex angina moriatur. Non exeat, non redeat ei ſpiritus, Phthiſi, febre, uredine, ficcitate, gladio, marcore, ictero feriatur, ne-*

z Pſal. 37. 15. *que ante exitium eis liberetur. Gladius* z *ſuus in cor ſuum ingrediatur, & arcus ejus diffringantur. Sit velut* a *pulvis coram vento, &*

a Ibid. 35. 5. &c. *angelus Domini eum diſpellat. Sit via ejus tenebræ & lubricitates; & angelus Domini eum perſequatur. Veniat ei deſolatio inopina &*

b Iob. 18. 18. *rete ſuum, quod abſcondidit ipſe, eum deprehendat. Expelleni* b *eum ex luce in tenebras, & ex orbe habitabili eum exterminabunt. Ter-*

c Ibid. 15. 24. *rebunt* c *eum tribulatio & angustia, videbunt* d *oculi ejus perditionem*

d Ibid. 21. 20. *ſuam, & bibet furorem Omnipotentis. Induet* e *maledictionem ut*

e Pſalm. 109. 18. *amictum ſuum. Comedat* f *robur cutis ſuæ. Etiam Deus* g *diſſipabit*

f Iob. 18. 13. *eum in æternum & evellet eum de tabernaculo. Non acquieſcet do-*

g Pſalm. 52. 7. *minus* h*, ut propitietur ei, ſed fumabit tunc furor domini & zelus*

h Deuteron. cap. 29. 20. *ejus in virum iſtum, & cubabunt ſuper iſtum omnes maledictiones ſcripta in libro hujus Legis, delebitque dominus nomen ejus ſub Cælo. Separabit quoque eum dominus ad malum ex omnibus tribubus Iſrael juxta omnes maledictiones fœderis, quæ ſcriptæ ſunt in libro hujus*

i Deut. 4. 4. *legis. Vos* i *autem qui adhæretis Domino Deo veſtro, vos omnes ſalvete hodie. Is qui benedixit Abrahæ, Iſaaco, Iacobo & Moſi & Aaroni, Davidi & Salomoni, & prophetis Iſrael, & iis qui inter Gentes pii ſunt, totam hanc congregationem ſanctam benedicat cum omnibus congregationibus ſanctis, excepto tantum eo, qui anathema hoc violaverit. Deus ex miſericordia ſua cuſtodiat eos, ſalvos vos faciat atque eripiat eos ex omni ærumna ac miſeria, atque prolonget dies eorum, atque annos eorum, & mittat benedictionem & eventum proſperum omni operi manuum eorum, atque eos vindicet feſtinanter cum omnibus Iſraelitis aliis. Atque ita ſit voluntas ejus & decretum, Amen.*

Ejusdem generis anathematiſmi ſunt in Jure Cæſareo, velut ex Ebræorum more memorati. Permiſit Juſtinianus Ebræis Legem

k Nov. 146. cap. 1. ſuam ſive Græcè ſive Latinè legere. *Neque*, inquit k, *Licentiam habebunt hi, qui ab his majores omnibus Archiperecita aut Presbyteri appel-*

appellantur perinæis aliquibus aut anathematismis hoc prohibere niſi velint propter hoc caſtigari corporis Pœnis &c. Et de quarti generis anathematis ſpecie priori hactenus. Ejuſce ſpecies altera eſt, quâ ex ſententia forenſi devovebatur is qui excommunicatus ſeu à cœtu Iſraelitico ejusque conſuetudine ritè juxta mores receptos, ſemotus, intra tempus ſibi iterato præſtitutum non reſipiſceret, ſed ex contumacia ſua aut neglectu, ſibi in cauſâ eſſet, ut excommunicatione interim non ſolveretur. Hæc ſpecies ut rectè intelligatur, Cauſas, Effectus, Formulas, Ritusque Excommunicationis, quam ſequi ſolebat hæc anathematis ſpecies, proxime ut ſubjiciamus, res ipſa poſcit.

Cap. VIII.

Cauſæ, Ritus, ac Effectus Excommunicationis *apud Ebræos atque τὸ* Cherem *ſeu* Anathema, *quod inde interdum ſequebatur.* Hujus *item* Formula *ac* Effectus. Utriusque Solutio.

Viginti quatuor apud Talmudicos aſſignantur Cauſæ, ob quas excommunicandus erat quis, ſeu liberâ cœtus Iſraelitici conſvetudine interdicendus. Excommunicationem hujusmodi נידוי *Niddui* vocant, plerunque excommunicatm מנודה, & qui excommunicant מנדין à verbo נדה, quod in prophetarum lingva *ſeparare* ac *ſemovere* denotat. Eandem etiam excommunicationem appellant שמתא *ſhammatha*, & verbum שמת pro eo quod eſt *excommunicare* non raro uſurpatur in commentariis Talmudicis; qua de re plura mox. Cauſæ in perſonis excommunicandis ad hunc modum ſe habent.

I המבזה את החכם ואפילו אחר מיתו *Qui* [l] *ſapientem* ſeu *Magiſtrum contumeliâ affecerat, tametſi mortuum.*

II המבזה שליח בית דין *qui* [m] *miniſtrum fori publicum contumelia affecerat.*

III הקורא לחבירו עבד *qui* [n] *alterum* (liberæ ſcilicet conditionis) *ſervum appellarat.*

IV מי ששלחו לו בית דין וקבעו לו זמן ולא בא *is* [o] *qui in forum evocatus ad diem ſibi præfixum non venerat.*

[l] *Gemara Babylonia ad tit.* Moed katon *cap.* 3. *fol.* 17 a.

[m] *Eadem Gemara ad tit.* Iabimoth *c.* 5. *f.* 52. a.

[n] *Ead. ad tit.* Kidduſchim *cap.* 1 *fol.* 58 a.

[o] *Ead. Gem. ad tit.* Moed katon *c.* 3. *fol.* 16 a. & *Hieroſolym. ibid. fol.* 81. *col.* 4 &c. *Maimonid. halach.* Sanhedrin *cap.* 25.

V הסולד מדבר אחר מדברי סופרים ואין צריך לומר בר"ת *qui*[p] *vilipenderet præceptum unicum, seu unicum doctrinæ caput, quod habetur in præscriptis scribarum, nedum in præscriptis legis.*

VI מי שלא קיבל עליו את הדין מנדין אותו עד שיתן *qui*[q] *non in se susceperat judicatum præstare; excommunicandus erat usque dum præstaret.*

VII מי שיש ברשותו דבר המזיק כגון כלב רע או סולם רעוע מנדין אותו עד שיסיר היזקו *Is*[r] *qui in suo haberet, quod aliis pauperiem seu damnum inferret, veluti canem mordacem aut scalas confractas, excommunicandus erat usque dum id, quod damnum ita inferret, corrigeret.*

VIII המוכר קרקע שלו לגוי מנדין אותו עד שיקבל על יורשיו כל אונס שיבא מן הגוי לישראל רבורו בעל המיצר *Qui fundum suum venderat Gentili, Excommunicabant eum nisi in se suscepisset resarcire damnum quodcunque inde eveniens Israelitæ proximo suo.*

IX המעיד על ישראל בערכאות של גוים והוציא ממנו בעדותו ממון שלא כדין ישראל מנדין אותו עד שישלם *qui*[t] *testem se exhiberet contra Israelitam in tribunalibus Gentilium, adeo ut inde pecuniam solvere cogeretur ex moribus Israelitarum indebitam, Excommunicandus erat, usque dum ipse refunderet.*

X טבח בהן שאינו מפריש המתנות ונותנן לכהן אחר מנדין אותו עד שיתן *Sacerdos*[t] *mactans, qui non sepposuerat donanda sacerdotibus ceteris, Excommunicandus erat, usque dum ea daret.*

XI המחלל יום טוב שני של גליות אף על פי שהוא מנהג *qui*[u] *diem feriatum secundarium in Captivitate profanaret; tametsi id esset ex consuetudine.*

XII העושה מלאכה בערב הפסח אחר חצות *qui*[x] *opus aliquod fecerat pridie paschatis tempore pomeridiano.*

XIII המזכיר שם שמים לבטלה או בשבועה בדברי הבאי *qui*[y] *nomen Dei pronunciarat sive ofcitanter, sive cum juramento, verbis elatioribus aut hyperbolicis.*

XIV המביא את הרבים לידי חילול השם *Qui*[z] *vulgò in causa esset,*

p *Eadem Gemara ad tit.* Beracoth *c.* 3. *fol.* 19*a.* & *Hieroſolym. ad tit.* Moed Katon *cap.* 3. *f.* 81. *col.* 4.

q *Ib. & Gem. Bab. ad tit.* Baba kama *cap.* 10. *fol.* 112 *b. Maimonid. halach.* Sanhedrin *cap.* 5.

r *Gemar. Babylon ad tit.* Baba Kama *cap.* 1. *f.* 15*b.* & *cap.* 4. *fol.* 46*a.*

s *Vide Gemar Babylon. ad tit.* Baba Kama *cap.* 10 *fol.* 113*a. Maimonid. halach.* Chobal We-mazik *cap.* 8

t *Gem. ead. ad tit.* Cholin *cap.* 10. *f.* 133*b.*

u *Gem. ead. ad tit.* Peſachim *cap.* 4. *fol.* 52 *a.*

x *Ibid. fol.* 50*b.* & *vide Maimonid. halach.* Sebbithathlom tob *cap* 8. §. 27.

y *Gemara Babyloniâ*

ad t. Nedarim *c.* 1. *fol.* 7. *b.* z *Gemara Hieroſolymit. ad t.* Moed katon *cap.* 3. *fol.* 81. *col.* 4.

eſſet, ut nomen Dei profanarent. Quale illud facinus, libro ſecundo [a] explicatum eſt.

XV המביא את הרבים לידי אכילת קדשים בחוץ *Qui* [b] *vulgo in cauſa eſſet, ut ſacra extra locum ſacrum comederent.*

XVI המחשב שנים וקובע חדשים בחוצה לארץ *Qui* [c] *annos ſupputaret & menſes præfigeret extra terram ſanctam.* Id eſt, aliter eos obſervaret, atque olim in terra ſancta à majoribus temporum ratio præſtituta eſt.

XVII המכשיל את העור *Qui* [d] *caco poſuerat offendiculum, ſeu eum labi fecerat.*

XVIII המעכב את הרבים מלעשות מצוה *Qui vulgo eſſet impedimento, ne præceptum quodpiam præſtarent.*

XIX טבח שיצאת טרפה מתחת ידו *mactans* [e] *qui permiſerat pecudem laceratam exhiberi.* Vide Levitic. 22. 8.

XX טבח שרא ברק מכיני לפני חכם *mactans* [f] *qui coram ſapiente non explorâverat cultrum ſuum.*

XXI המקשה עצמו לרשת *Qui moroſius* [g] *ſeu difficilius ſe præbuerat ad diſcendum.*

XXII מי שגירש את אשתו ועשה בינו ובינה שותפות או משא ומתן המביאין להן רהקק זה לזה כשיבאו לבית דין מגרשין אותן *Vbi repudiaverat quis uxorem, quacum nihilominus commercii ſocietatem retinuerat, quæ in cauſa eſſet adeo redintegrandi eorum congreſſus ut in forum eo nomine vocarentur, erant excommunicanda.*

XXIII חכם ששמועתו רעה [i] *ſapiens cui mala fama.*

XXIV המנדה מי שאינו חייב נדוי *Excommunicans* [k] *alium immerentem.*

Neque verò cauſæ hæ tam ſolæ quam primariæ; tameſi etiam ſeculis vetuſtiſſimis, eodem continerentur excommunicationis cauſæ numero. Expreſſim Gemara Hieroſolymitana [l]; על עשרים וארבעה דברים מנדין *ob* XXIV *cauſas excommunicare ſolent.* Sed ſparſim hæ in Gemaris leguntur; à Moſe Maimonide [m] aliisque ſimul enu-

a *Cap. 10.*
b *Ibid. & Babylon. ad tit.* Peſachim *c. 4. fol. 53 a.*
c *Ad finem Gem. Bab. ad tit.* Beracoth.
d *Gem. ead. ad t.* Moed katon *cap. 3. fol. 17. Side. 2. Leſitic. 19. 14. & comm. ad Maimon. halach.* Talmud Tora *cap. 6.*
e *Rab. Alphefi in tit.* Sanhedrin *cap. 3. part. 3 f. 274 & in nonnullis Talmudis Babylon. exemplaribus eod. cap. fol. 25 a.*
f *Gem. Bab. ad tit.* Cholin *cap. 1. fol. 18 a.*
g *Ead. Gem. ad tit.* Nidda *cap. 2. fol. 13 b.*
h *Ead. Gem. tit.* Cethuboth *cap. 2. fol. 28 a.*
i *Gem. ead. ad t.* Moed katon *cap. 3. fol. 17 a.*
k *Ibidem.*

X x x 2

l *Ad t.* Moed katon *ca. fol 81. col. 4.* m *Hal.* Talm. Tora *c. 8. Elias de* Wide *h in* Reshith Cochma *l. 1, c. 7. Sid. Ioſ. Caro in* Shulcan Aruch *lib.* Iore dea *fol. 334. §. 43. & Sid. Ioan. Coc in T. Talm.* Sanhed. *pag. 147. &* Migdol *ad Maimon. par. 1 f. 23 a. & vide jam Lexicon Chaldaic. Io. Buxt. col. 1303.*

mùl enumeratæ. Et vides in nonnullis capitibus ſingularia, quamplurima reperiri. Et memini Judæorum Londinenſium univerſitatem ab Henrico Angliæ Rege tertio, impetraſſe licentiam, ut à Magiſtris ſuis excommunicarentur, quotquot, Judæi promiſſum cœmiterio ſuo Londini ſuſtinendo ſubſidium ſolvere detrectarent. Diplomatis regii verba ſunt. *Rex Iuſticiariis ſuis* n *ad cuſtodiam Iudæorum aſſignatis ſalutem. Sciatis quod conceſſimus Judæis noſtris London, quod Magiſtri Legis eorundem Iudæi in Civitate London promulgare poſſint ſententiam excommunicationis in omnes illos Judæos, qui ſubſidium aliquod promiſerint ad cœmiterium ſuum London ſuſtinendum, & illud non ſolverint, in quod nos, & non alius, de Iudæis excommunicatis ſufficientes emendas recipiamus. In cujus &c. T. R. apud* Clarendon xxviii *die Iunii.* Neque juxta veterem eorum diſciplinam, tantummodo ex ſententia fori quis erat excommunicandus; nempe ſive ex conſeſſus magni ſive ex viginti trium virorum ſive ex trium virorum (nam triplex ita forum eis erat) autoritate. Nam non ſolum alteri alterum extra forum ob cauſas jam dictas excommunicare licuit, verum etiam in gravioribus aliquot cauſis, veluti ubi quis in caput decimum tertium commiſerat, is qui præſens audierat חייב לנהתו ואם לא נזדמן הוא עצמו חייב נידוי וצריך להתיר לו סיר כדי שלא יהא מכשול לאחרים *obligabatur ad eum excommunicandum. Et ſi eum non excommunicaret, ipſe etiam excommunicandus erat. Sed vero & Hatim abſolvendi ea, ne aliis eſſet offendiculo,* quæ verba ſunt Joſephi Caro o. Sed immerito excommunicantis temeritatem puniebat forum tum excommunicatione, tum aliter ut res ipſa poſtulaaat. Excipiunt vero heic perſonas aliquot illuſtriores p, quos docent aut nullatenus, aut cautiſſimè nec publicè excommunicandos fuiſſe, extra cauſam Idololatriæ; veluti Sapientes ſeu Juris ſui prudentes, qui nominis celebritate præcellebant, ac Principem fori ſeu ejusdem Patrem, qui Principi erat Secundarius. Quin nec legis ſtudioſos ſine ſumma deliberatione forum excommunicabat; licet tum hos, tum illos ob cauſas jam dictas graviter alias puniret. Etiam qui tantum ob illatam Magiſtro, Sapienti, ſeu Legis Studioso contumeliam excommunicabatur, eorum tantùm conſvetudine (jux-

n *Rot. Pat. 34 Hen. 3. membr. 3 ſeu anno Chriſti 1251.*

o *Shulcan Aruch lib. Iore Dea ſect. 334. §. 37.*

p *Gem. Babylon. ad tit.* Moed Katon *cap. 3. f. 17 a. Maimonid. halach.* Talmud Tora *cap. 7. & ibi Abraham Ben. Dabid. Gemara Hieroſolymit. ad t.* Moed Katon *c. 3. fol. 81. col. 4. Gl. Iarchii ad tit. Talm. Peſachim f. 51 a. & Ideſiſlo. Buxtorf in Lexico Chaldaic. col. 2465. & 2466.*

Digitized

(juxta ea, quæ infra dicentur) privabatur, qui Magiſtro, Sapienti ſeu Legis Studioſo dignitate inferiores erant. Si verò ob cauſam aliquam jam dictarum aliam, etiam & univerſorum; temperamentis, quæ infra dicuntur, adhibitis. Occurrit etiam interdum q, הלמיד הכם מנדה לעצמו ומיפר לעצמו *Sapiens* ſeu *Sapientis diſcipulus* (Juris peritus Scientiâ celebris) *potuit ſeipſum excommunicare & abſolvere ſeipſum.* Formula autem hujus excommunicationis tum forenſis, tum extrajudicialis illius, cuilibet, ſecundum jam oſtenſa permiſſæ, causâ primùm indicatâ, verbis in conceptis hujusmodi erat. פלוני והיה בשמהתא *N. ſit in excommunicatione*, ſeu *ſhammatha*, id eſt, *excommunicatione ſit obſtrictus.* Etiam ſi adeſſet ipſe excommunicandus, non ſecundâ ſed tertiâ perſonâ rite excommunicabatur hac formulâ פלוני זה בשמתא *N. hic ſit in excommunicatione.* Et, ubi ignorabatur excommunicandi nomen r, ההוא גברא בשמתא *homo ille ſit in ſhammatha* ſeu *excommunicatione.* Quanquam enim נידוי מנודה מנדין *Niddui, Menuda, Menadin* non raro in corpore Talmudico & commentariis Ebræorum occurrit pro eo quod eſt *excommunicatio, excommunicatus, excommunicantes*, à verbo נדה quod eſt *Separare*, nihilominus in ipſo, tum forenſi, tum extra forum ſolenni excommunicandi actu, non *Niddui*, ſed *ſhammatha* ut magis proprium ac receptum uſurpabatur; unde ſit etiam quod in Gemara Babylonia ſ בשמתא pro *in excommunicatione* & משמתינן ליה & שמתיה pro eo quod excommunicationem hanc in alium pronuntiatam indicat, frequenter occurrat. Adeo ut manifeſtiſſimum ſit vocabulum שמתא *ſhammatha* (quod pro eodem ipſo expreſſiſſimè in deciſione illa de excommunicatione t Rish Lakish in Gemara Babylonia memorata ſumitur) à verbo שמד quod *ſeparare, abdicare* aut ejusmodi quid primario & denique *excommunicare* ſignificat, ſimpliciter deducendum eſſe; nec omninò à שם אתא *ſomatha*, quod ſonat *Dominus venit*, ut viri quidem docti ariolati ſunt. Nec igitur meliùs faciunt qui *Niddui* & *ſhammata* binas tradunt eſſe excommunicationis ſpecies contra locorum in commentariis Talmudicis innumerorum fidem, Et tametſi, quà vocabulorum horum, ſeu verborum, quibus conjugata ſunt, uſus aliis in rebus, veluti in Votis, locum habuit, diſcrimen Ebræorum nonnullis inter ea u fuiſſe viſum

q *Raſ. in Gem. Bab. t.* Moed Katō *ca. f. 17 a. & Sidelo. Buxtorf. Lexic. Chald. col.* 2465. & *Maimonid. halach.* Nedarim *cap. 1.* r *Gem. Babyl. ad t.* Moed Katon *cap. 3. fol. 17 a.* ſ *Ad tit.* baba kama *c. 1. fol. 15 b. c. 10. fol. 122 b. ad tit.* Cholin *c. 10. fol. 132 b. ad tit.* Peſachim *c. 4. fol. 52 a. & ad t.* Moed Katon *cap. 3 fol. 16, 17. &* t *Ad tit.* Moed Katon *c. 3. f. 17 a.* Aliin Iacob *part. 2 fol. 159. col. 1.* Halacoth gedaloth *f. 104. & 105.* u *Videſis Gem. Bab. ad t.* Nedarim *cap. 1. fol. 7 a. & Gloſ. ib. & Moſ. Maimon. halach.* Nedarim *c. 1.*

eſt, (quod alii admittere nolunt,) quatenus tamen ad ſolennem excommunicationem attinent, nullo modo ea eſſe invicem, aliter ac ſupra oſtenſum eſt, diverſa apud Talmudicos comperi. Qua de re plura mox. Effectus ac Finis excommunicationis hujusmodi, Jure communi, erat, ut ſolitæ popularium conſuetudinis libertate reus privaretur, usque dum pœnitentiâ ad bonam mentem rediens ſolveretur ſententiâ. Scilicet nec luctûs ritibus ei uti fas erat x, ולא כוללין אותו בעשרה לכל דבר שצריך עשרה *neque cenſebant eum in numero hominum denario, ubicunque ſcilicet* (pro more gentis; cujus exempla ſunt nonnulla libro ſecundo, ubi de profanatione Numinis agitur) *numerus ejusmodi neceſſarius.* Nimirùm ita cœtus eſſe pars deſiit, ut cum novem aliis decem non conficeret. Quin adjicitur in *Sepher ſhulcan Aruch*, אם ראו בירת דין לנחות שלא יומן בני ולא יתכלל בעשרה ולא יקברו לו מת ולא ימולו לו בן רשאים הם *ſi ita viſum eſſet foro, licuit interdici ei, ne convivio trium intereſſet, nec cum decem oraret, nec ſi mortuum haberet, quis eum ſepeliret, nec, ſi filium, eum quis circumcideret.* Sed verò ex Jure communi ſeu receptiſſimis moribus haudquaquam fas ei erat alteri (præter uxorem & liberos) intra ſpatium quatuor cubitorum aſſidere. Nec mortuus plangendus erat. Et Hieroſolymitani y; נידוהו ומרת בנידוין וסקלו בירת דין ארונו ללמוד שכל המטרה ומת סוקלים ארונו *Ubi quis excommunicatus moritur in excommunicatione ſua, forum lapidat ejus tumulum, unde diſcas oportet cujuslibet excommunicati, qui mortuus fuerit, tumulum eſſe lapidandum.* At verò Babylonii z; ר' יהודה אומר לא שיעמדו על גל אבנים כגלן של עכן אלא בירת דין שולחין אבן גדולה על ארונו ללמדך שכל המתנדת ומת בנידוין ב"ד סוקלין ארת ארונו *Id quod de lapidatione dicitur, ex ſententia R. Iehuda non ita intelligendum eſt, ſaxorum cumulum ſuper eum congeri, inſtar cumuli Achan* a. *Sed ex juſſu forenſi relinquitur ſuper tumulum ejus ſaxum grande, ut inde diſcas, oportere cujuslibet excommunicati tumulum eſſe lapidandum.* Nam & lapidationis Pœnæ, quæ graviſſima erat, ritus traditur fuiſſe b, ut in proſtrati pectus primò lapis unicus à teſtium altero immitteretur; undè etiam hæc Pœnæ illius in excommunicati tumulo ſimulatio; quæ ideò inſligebatur, quia הוא מובדל מן הציבור c *mortuus eſt, dum ſeparabatur à cœtu* ſeu *Eccleſia ſua*; quemadmodum erat ſeparatus etiam

x *Gem. Bab. ad tit.* Moed Katon *cap. 3. fol. 16. & 17. Maim. hal.* Talm. Tora *c. 7.* Shulcan Aruch *lib. Iore dea ca 334. §. 2. & 7.*

y *Gemar. ad t.* Moed katon *cap. 3. fol. 81. col. 4. Zib. fol. 15 a. & ad tit.* Beracoth *c. 3. fol. 19 a. Alphesius part. 1. fol. 388. & Mordecai ad tit.* Moed Katon *fol. 407.* Halacoth Gedaloth *fol. 104 a Iosuæ cap. 7. 26.*

b *Mina tit.* Sanhedrin *cap. 6.*

etiam excommunicatus edicto illo Ezræ ſuperiori in capite citato. Si verò excommunicatus pœnitentiâ ductus ſolvi ſe deſideraret, à privato, ſi privatus ſuperſtes eum excommunicâſſet; à foro aliquo ſeu cui fori poteſtas mandata eſt, ſi excommunicâſſet eum forum; & à Principe fori alicujus, ſi aut mortuus eſſet qui excommunicaſſet, aut plane ignotus eſſet, ſolvi ſolebat. Formula Solvendi excommunicatos erat, ſi ipſe adeſſet, שרוי לך ומחול לך *Abſolutio tibi eſt: res eſt tibi remiſſa*: ſi abſens, פלוני שרוי לו ומחול לו *Abſolutio eſt N. & res eſt ei remiſſa.* Ita tamen ut qui præſens excommunicatus eſt, præſens etiam, quà fieri puotit, abſolvendus. Pro diverſitate peccati & peccantis morib9 nunc citiùs nunc ſeriò ſequebatur Abſolutio. Sed ut plurimùm excommunicatio fiebat in diem triceſimum; unde ſæpiùs occurrit[d] אין נידוי פחות משלשים *Excommunicatio non fit in tempus minus, quàm dies triginta.* Intra hoc tempus expectabat forum, ut ad bonam rediret mentem. reſipiſceret, &, quæ juberent ipſi, præſtaret. Ita tamen ut interim verberibus etiam, pro fori arbitratu[e] eſſet puniendus. Poſt triginta dierum contumaciam, idem tempus ſemel iterabatur, adeò ut, ex jure, quod plerunque obtinebat, ſexaginta dierum ſpatium excommunicati[f] contumaciæ ita permitteretur. At verò ſi neque intra id ſpatii pœnitens Abſolutionem peteret, τῷ חרם *Cherem* ſeu Anathemate feriebatur, id eſt, diris multò[g] gravioribus. Nam in ipſa excommunicatione non aliæ fuêre diræ, quàm quæ ſolitâ popularium conſvetudine eum privarent. In anathemate autem ſeu *Cherem* accedebant diræ qualeſcunque in vindictam execrationibus ſeu juramentis, ſive adjici ſolent, ſive tacitè ineſſe exiſtimatur. Carmen illud ſolenne ac horrendum hujusmodi erat[h] פלוני מוחרם וארור בו אלה בו שבועה בו נידוי *N. anathema ſit, ſeu devotus, atq; execrandus habeatur. Diræ imprecationes in eum, Iuramentum in eum excommunicatio in eum.* Quicquid ſcilicet horrendum eſt, ſive Numinis vindictam ſive hominũ odium atq; averſam conſvetudinem ſpectes in hunc incidat. Hoc, ſi reſipiſceret ita devotus, reſcindebatur ſimili planè formula, qua excommunicatio. At verò Devoti ſeu anathematis hujus ſtatus pejor multo fuit eo, qui erat excommunicati.

c *Maimon. balach.* Talmud Tora cap. 7.

d *Gem. utraque ad tit.* Moed katon c. 3. & c. videſis *Moſem Cotzenſem præcept. negatiũ. 208.*

e *Gem. Bab. ad dict. tit. fol. 16 a. & gloſſ. ibid.*

f *Gem. Babylon. ad dict. tit. fol. 16 a. Maimon. balach.* Talmud. Tora cap. 7. *Moſes Cotzenſis loco citato*; Shulcan Aruch, *lib.* Iore Dea cap. 334. &c.

g *Videſis præter luris conſultos obvios & Theologos de excõmunicatione & anathemate Chriſtianorum, Albaſpinæum Obſervat. 2. cap. 4. Dionyſ. Petavii Miſcel. exercitat. 9. 15.*

h *Ib. & Gem. Babylon. ad tit.* Shebuoth *cap. 4 fol. 36 a. & Maimonid. loco citato.*

nicati. Non dico ex ipſis ſolùm diris, verùm ex eo quod omnimodâ ferè conſuetudine hominum privaretur. Conſvetudinis temperamenta vides non pauca excommunicato præſtitui. Hujusmodi autem devoto fermè nulla ſunt relicta. אין נושאין ונותנין עמו ואין מתעסקין עמו אלא מעט עסק כדי פרנסתו *Nullum cum eo habere licuit commercium, i. e. illi omninò adeſſe, niſi in quantum neceſſe eſſet ut aleretur*; ſeu ne inedia moreretur. Nam ne illud fieret, nec tamen aliorum conſvetudine frueretur, faciebant ei חנות קטנה בשביל פרנסתו *tabernaculum ſeu tugurium exiguum quo ali poſſet*. Sed pro arbitrio fori, manebat excommunicatus ſine חרם ſeu anathemate, interdum ultra ſexageſimum contumaciæ diem. Quin pro ejusdem etiam libitu non ſolùm ipſe ita contumax anathemate feriebatur, verùm etiam quisquis cum eo comederet ſeu biberet, aut intra quatuor cubitos ei adſideret; quæ omnia facta ſunt כדי ליסרו וכדי לעשות סייג לתורה ער שלא יפרצו החוטאים *in ejus caſtigationem, atq; ut fieret ſepes legi talis, qualem peccatores non perrumperent*. Originem autem ſeu potius exempla, tum ex communicationis, tum anathematis petunt fermè è Joſuæ, Nchemiæ & Ezræ locis ſuperiùs obiter indicatis, præter hiſtoriam ſacram de Dathane & Abiramo, & quæ ſunt ejusmodi alia in Veteri federe.

i *Gemar. Babylon. ad tit.* Moed Katō *cap. 3. f. 15a. Maimonid. halach.* Talmud Tora *cap. 7. Alphesi part. 1. fol. 288a.* Shulcan Aruch *l.* Iore Dea *c.* 334. §. 2. 7. *&c.*

k *Gemar. Babylon. ad tit.* Moed Katō *c. 3. fol. 16a,* Halacoth Gedaloth *fol. 104. col. 4. Alphesi part. 1. fol. 388b. &c.*

l *Numer. 16. 26.*

Cap. IX.

Neque Conſecratum *quempiam nomine* Anathematis *ut* donarii ſacri, *neq;* eum qui *inter bona* in commiſſum caderet, *nec* ſolenniori anathemate, *ſive ante ſive poſt excommunicationem*, devotum, mortis reum, aut *eo nomine* occidendum fuiſſe. *Atque* obiter *de* Apoſynagogis, *ſeu qui extra ſynagogam fierent, in* Evangelio. Excommunicato Templum ingredi *fas.*

QUadruplici ad hunc modum Anathematis ſeu ☞ Cherem uſuſcu notione apud Ebræos oſtensâ, ſequitur ut videamus, quomodo ex moribus ſeu interpretamentis Magiſtrorum capiendus ſit locus ille m Levitici de

m *Cap. 5.*

Cherem

Digitized by Google

Cherem ſeu Anathemate & de cæde ſeu morte ibi memorata. Certè ſi nulla diſtinctio & Cherem ibi adhibeatur, neceſſe eſt, ut, quicunque ullo anathematis genere jam indicato devoveretur, is etiam ſimul eſſet occidendus. Quod verò ad primum Anathematis genus, ſeu donaria ultronea attinet, id in univerſum verum eſſe dictitant, neminem potuiſſe nomine ſacri donarii conſecrare quidquam שאינו שלו *quod ſuum non erat*, atque ita in ſua poteſtate, ut illud alienandi, diſponendi, eſſet ſibi jus integrum. Verba autem illa *ex homine, ex pecore &c.* in priori ſacræ periochæ parte ſic interpretantur, ut intelligant Servos & Ancillas in ſacros uſus devotos. Non quoslibet, ſed tantum Cananæos n, ſeu ſervos & ancillas è Gentilibus in ſervitutem ſic ab Ebræis redactos, ut non minus eſſent in dominorum poteſtate, quà operas præſtarent, quàm ipſa pecora ſeu iumenta. Vitæ tamen ac necis poteſtatem in ſervos & ancillas quaſcunque, n edum in liberos, ex reipublicæ illius ſacræ inſtitutis, quenquam habuiſſe non omninò agnoſcunt. Neque ex anathemate e juſmodi ſeu conſecratione ſervorum aut ancillarum aliud evenisſe, quàm ut totum jus, quod in eis antea domini conſecrantis erat, jam ſacerdotibus & uſibus ſacris cederet o; veluti poteſtas jubendi & utendi eorum operis aſſiduis, quæ nec redimi quibant. Et de anathematis ejuſmodi, atque de rerum conſecratarum poſſeſſione ac redemtione ſolennis erat quotannis cognitio in foro XV die Adar p, qui ferè Februario noſtro reſpondet. Miſna verò de aliis ſervis liberiſque q; המחרים בנו ובתו ועבדו ושפחתו העבריים ושדה סקנתו אין מוחרמין שאין אדם מחרים רבר שאינו שלו *ſi quis anathemate devoveret ſive filium ſuum ſive filiam ſive ſervum ſive ancillam ex Ebræis* (nam ejuſmodi ſervi ex lege ſacra libertatem priſtinam poſt certum tempus elapſum expectabant, adeo ut ipſi in perpetuum alienari nequirent, neque in eis domino eſſet jus plenum) *ſive agrum ad tempus conductum, anathemata non ſunt, quoniam nemo poteſt anathemate devovere id, quod planè ſuum non eſt*, ſeu, ut aliter dicunt, שאין גופי שלו *cujus ipſum corpus omninò ſuum non eſt.* Hoc nempè genere anathematis; quod monemus heic, quoniam genus ſecundum anathematis (de quo capite proximo) ad ea tantum, quæ in bonis devo-

n *Miſna tit.* Eracin *cap. 7. & Gem. Bab. ibid. fol. 28. a.* Sepher ſiphra *col. 236.* Peſiktha Zotertha *fol. 36. col. 1.* *Moſes Mikotzi præcept. affirmat. 2. fol. 195. col. 2.*

o *Gemar. Babylon. ad tit.* Eracin *cap. 9. fol. 28. & 29.* *Abarbinel in* Pirush Tora *fol. 275. col. 2. alii paſſim.*

p *Gemar. Hieroſolymit. ad tit. de Siclis cap. 1. fol. 46. col. 1. in Babylon. fol. 2. & Maimon. halach.* Eracin *cap. 8.*

q *Tit.* Eracin *cap. 7. Maimonid. tit.* Eracin Vechemim *cap. 6.* *Moſes Mikotzi præcept. affirmat. 132. fol. 158. col. 2.*

ventis non erant; attinebat, veluti ad hoſtes, in quos bellum inferendum. Neque verò cuiquam Ebræo erat tanta poteſtas ſui, ut in alterius ſervitutem non redimendam tranſire poſſet. Adeoque in hoc primo anathematis genere tantum abeſt, ut ultroneam cædem admittant aliquam humanam, ut ex ipſo anathemate nil aliud præter ipſum devoventis jus ſeu dominium, quod ex contractu aliquo mutare potuit, alienari velint. Cui nemo eſt hominum, qui vitæ & necis, extra anathema, poteſtatem hactenus aſſignavit. Atque hæc, ex eorum mente, apertiora erunt, ſi, quid etiam de ceteris anathematis generibus, quà cædis cuicunque permiſſæ in eis ratio aliqua habeatur, heic ſtatuant, diſpiciamus. Genus tertium ſeu ubi ex anathemate quid in commiſſum cadit (nam ſecundum, ſeu quod certæ perditioni atque internecioni devovetur, inferiùs & poſtremò tractabitur) nihil in ſe habet quod ſervi, verbi gratiâ, qui ſolus ex ejuſmodi anathemate, dum perſonas tantùm ſpectamus, in commiſſum cadere potuit, cædem introducat. Neque ejuſmodi rei veſtigium aliquod in commentariis eorum reperio. Quod ſi ita aliquando fuiſſet ut ſervus ejuſmodi anathemate; cum ceteris domini devoti bonis, devotus interfici potuiſſet, id ſanè Pœnæ nomine, non cædis extra rationem Pœnæ ultroneæ, veniſſet. Nam ita fieri potuit, ut ſervus domini criminis particeps ſimul cum domino ipſo morte damnaretur; ſi lex ita anathematis obtinuiſſet. Id quod etiam rectè dicendũ eſt de generis anathematis quarti ſpeciebus illis binis, quæ in unicam ſatis recidunt, ſi conditiones in priori præſtitutæ tollantur, aut non perimpleantur. Scilicet, ſi liberum fuiſſet ſive carnifici ſive alteri cuiquam devotum iſtiuſmodi diris occidere, cædes ea in Pœnæ augmentum fuiſſet; non, citra Pœnæ rationem, ultronea aut quæ è libitu cujuſquam penderet. Sed verò neque ejuſmodi devotum horrendiſque, ut vides, diris onuſtum cuiquam occidere fas fuiſſe comperio; eo nimirùm nomine, quòd ita devotus eſſet, aut anathema adeo execrabile omnibus haberetur, tametſi occurrat apud virum clariſſimum rebusque in Ebraicis verſatiſſimum, etiam ejus qui excommunicatione illa *ſhammatha* dictâ damnatus eſt, *cujuſvis manibus vitam expoſitam eſſe & cuilibet eum interficiendi fuiſſe libe-*

[a] *Io. Buxtorf. in Inſtit. Epiſt. Hebraic. Pag. 58.*

ſe liberam poteſtatem. Sed verò quod pace tanti viri dictum ſit, non ſolùm in commentariis Talmudicis nihil ejusmodi haberi puto, ſed contrarium inde manifeſtò probari. Mitto illum ibi excommunicationem illam *ſhammatha* poſtremam ſive facere ſive admittere (nam obiter tantùm rem tractat) & חרם *Cherem* ſecundam, quin & à *Niddui* diverſam omniumque graviſſimam; quæres ſe aliter multò habet, ut ex jam dictis liquet. Etiam & alibi [s] vir doctiſſimus ſatis agnovit. Neque tanta eſt autoritas Eliæ Levitæ [t] aut Davidis de Pomis, qui non tam Jurisconſulti, quàm Grammatici oſcitanter tres ſpecies חרמות ſeu Anathematum faciunt *Niddui*, *Cherem* & *ſhammatha*, atque hoc ordine alteram alteri & tempore & dignitate præponunt, ut ab eis, quæ tum è graviſsimis gentis Jurisconſultis ac Magiſtris recentioribus, tum ex ipſo corpore Talmudico ſupra allata ſunt, omnino dimoveamur. Nec ubi in lingua [u] Targumica alibive occurrit interdum, ſed puto rariſsimè; שמתא pro חרמא, quaſi diverſa hæc non eſſent; aliud eſt præter cætachreſin, è quâ, ut fieri amat, verba ſenſûs cognatioris, licet interim diverſi, ſe invicem quandoque permutant. Etiam perperam heic Paulus Fagius ipſa Eliæ verba vertit; אם לא שב הוו משמתין אותו ופי׳ שמתא שם מיתה *ſi adhuc non agit pœnitentiam* (ita loquitur Elias, ſed contra Talmudicorum diſciplinam, de eo, qui חרם *Cherem* devotus eſt) *reum mortis judicant, ut ſit ſenſus* שמתא *ibi mors.* Sic Fagius; ubi mortis reus ei habetur is, qui ita anathemate feriebatur. At verò verba illa tantum ſonant, *ſi adhuc pœnitentiam non agit, eo genere anathematis* ſeu *excommunicationis, quod* ſhammatha *nuncupatur, eum devovent. Et exponitur ſhammatha per ſham mitha*, id eſt, *ibi mors.* Nimirùm de morte, quâ eâ damnandus foret ſive excommunicatus ſive devotus, ibi nihil habet Elias. Sed ipſum vocabulum Talmudicum שמתא, quod excommunicare denotat, uſurpat, & dein ſubjungit quorundam non tam etymon quàm alluſionem חן *ſhammatha*, cujus quidem autor eſt Rab in Gemara Babylonia [x], quemadmodum alterius illius שמת תהא *ſhamma thcha*, id eſt, *deſolatio erit* autor eſt Rabbi Samuel eodem in loco. Sed hæc nihil omninò faciunt ad probandum, mortis omnino reum fuiſſe ſive excommunicatum

[s] *Lexic. Chal. col. 2469.*

[t] *In Thisbi verb.* נדוי *& Verb.* שמתא *ſide etiam I. Drusium q. & Reſp. lib. 1. quæſt. 9. & Ludov. Capellum in ſpicileg. ad D. Joan. cap. 9. comm. 22. & in Distrib. de Soto Iephthæ pag. 174. Dabid de Pomis in Lexico pag. 226. col. 2. Corvel. Bertram. de Politia Iudaic. cap. 7.*

[u] *Paraphraſ. Ionathani tribut. Deuteron. 7. 26.*

[x] *Ad tit. Moed katon c. 3. fol. 17 a. Side* Halacoth gedaloth *fol. 104. col. 4. &* Baal Aruch *in* שמת

catum sive hujusmodi devotum. Lusus sunt grammatici; integrâ & planè alienâ interea significatione & שמת verbi unde שמתא *shammatha*, pro eo, quod est simpliciter *excommunicare* & *excommunicatio*. Sed demum nil manifestius est, quàm neque excommunicatum, neque devotum mortis reum habitum esse, aut cujusquam manibus more gentis expositum; cum etiam devoto, ex majorum instituto tabernaculum sibi singulare, quo seorsim & à popularium cœtu remotus aleretur, ut supra ostensum est, esset assignandum. Popularium consuetudine ita τῷ *shammatha* seu excommunicatione atque anathemathe seu τῷ *Cherem*, ut jam dictum est, ex sententia seu denuntiatione forensi privatos, ipsos fuisse credo ἀποσυναγώγους seu *à Synagoga* ejectos, quales fieri impensè timebant Judæi multi, iique ex principibus, ut in Evangelio D. Joannis memoratur. *Conspiraverant*, inquit ille [y], *Iudæi, ut, si quis eum confiteretur esse Christum*, ἀποσυνάγωγον γένηται, *extra Synagogam fieret* seu *Synagogâ moveretur*. Et *ex principibus* [z] *multi crediderunt in eum; sed propter Pharisæos non confitebantur ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται, ut de Synagoga non ejicerentur*. Atque ipse Servator [a], ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς *Absque Synagoga* seu *sine Synagoga facient vos*. Syrus primo & tertio loco substituit id, quod significat ejici, in hoc è Synagogis suis, in illo simpliciter è Synagoga. Secundo verò loco habet ܕܠܐ ܢܬܪܕܘܢ ܡܢ ܒܝܬ ܟܢܫܬܐ *ne essent foras à Synagoga*. Atque hunc sequitur Arabs, cui Synagoga vocatur, notissimo illo in Oriente pro conventu seu Synagoga vocabulo, الجماعة *Algamaiah*. In oratione item Athanasii [b] de Imagine Christi Berytiensi, Judæum, cujus in ædibus illa reperta est, generis sui primores ἀποσυνάγωγον ποιήσαντες ἔλασεν. *Extra Synagogam facientes expulerunt*. Video viros doctos Synagogam in hujusmodi versionibus, atque in composito illo è Synagoga facto sive pro eo sumere, quod erat solennis in Synagogis, locis ita dictis, conventus, sive pro ipso loco, ædibus Synagogæ, seu בית כנסת *domo congregationis* eadem notione, quâ Christiani ædes sacras seu Templum, etiam Ecclesiam, quo nomine congregatio itidem denotatur, nuncupare solemus.

[y] Cap. 9. 22.

[z] Cap. 12. 42.

[a] Cap. 16. 2.

[b] Synod. 7. Nicen. act. 4.

Quâ

Quâ notione ſæpiſſimè in Evangeliis Synagoga ſumitur, velut in eo: *Synagogam* c *nobis ipſe ædificavit.* Sed verò & Synagogis Deus invocabatur, tum Sabbatis, tum ſecundâ & quintâ feriâ, idque ritu ſolenni. Cæterum notiſſima eſt τῆς συναγωγῆς notio illa duplex. Altera eo in ſenſu, quem jam diximus, quo item verbum Synagogæ in aliis linguis hodieque utimur. Altera, qua omnimodus populi plebisve ſive totius ſive partis conventus denotatur, quemadmodum in Pentateucho & Prophetis, ubi ſæpiſſimè apud Helleniſtas συναγωγὴ pro קָהָל ſubſtituitur d, quod *populi conventum* ſeu *totum populum* ſeu Eccleſiam univerſalem illis ſignificat, uti etiam ſexcenties pro עֵדָה e, quod idem ferme ſonat. Unde etiam habetur *Synagoga peccantium* f, *Synagoga ſuperborum, Ludentium* g, id genus alia; quibus res luce clarior fit, frequentiſſimum fuiſſe in lingua Helleniſtica τῆς συναγωγῆς ſeu *Synagogæ* uſum pro eo, quod generatim *conventum, congreſſum, cœtum hominum* qualemcunque innuit. Atque ex hac notione Vir præclarus ad D. Matthæum, *Synagoga*, inquit h, *ſignificat conventicula, quæ fieri ſolent in plateis ac foro ſeu triviis.* Quod cum ita ſit, poſterior ſanè Synagogæ notio multò accommodatior videtur locis illis de eo, quod eſt extra Synagogam fieri ſeu ἀποσυνάγωγον, quàm prior illa, quâ loci Synagogarum, ſenſu anguſtiori, ſeu conventicula Judæorum in locis illis indicantur. Nimirum Synagogis priori ſenſu motos eſſe quoſpiam, ita ut interea aliis hominum cœtibus liberè intereſſent, nullibi in Ebræorum diſciplinâ reperitur. Poſteriori verò, tàm Excommunicatus, quàm Devotus anathemate (juxta ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt,) aut motus erat, aut pro fori libitu moveri poterat, & privari ſolitâ congreſſus hominum libertate. De anathemate devoto, res palam eſt. Nam omnimodà præter eam, quæ victui in tuguriolo ſibi ſingulari neceſſaria erat; hominum conſuetudine privabatur, ut eſt oſtenſum. Atque is plane *à communicatione orationis & conventus & omnis ſancti commercii relegabatur*, quemadmodum de hujuſmodi anathemate ſub initiis Eccleſiæ Chriſtianæ loquitur Tertullianus i. Excommunicatum autem non malè dixerit quis, itidem ſolita hominum conſuetudine ſemotum ſeu extra Synagogam fieri (ſecunda Synagogæ notione,) cum ex jure com-

c *D. Luc. 7. 5.*

d *Exod. 16. 3. Levit. 4. 13. Num. 10. 7. Deuter. 5. 2. &c.*

e *Exod. 12. 3. Levit. 4. 13. Numer. 1. 18 &c.*

f *Syracides 3. 30. 16. 7.*

g *Ierem. 31. 4.*

h *Eraſmus in notis ad D. Matth. cap. 6.*

i *Adverſ. gentes cap. 30.*

muni ei intra quatuor cubitos nemini, ſecundum id, quod monſtravimus, aſſidere licuerit, nec ſolitis conventiculis intereſſe. Adeo, ut extra Synagogam fieri ſeu ἀποσυνάγωγον denotaret *ſolita hominum* ſcilicet popularium *conſuetudine privari, exterminari, diſpellive.* Et ſanè peculiare erat etiam Helleniſtis [k] verbum ἀποσυνάγειν pro eo, quod eſt quomodocunque *abigere* ſeu *expellere.* Suadet etiam poſteriori notione Synagogam apud D. Joannem locis indicatis ſumendam ſingularis ille apud eum alibi τῆς συναγωγῆς uſus. Nam cum apud Evangeliſtas ceteros frequentius priori notione ſumatur, quorum nullus id quod eſt extra Synagogam fieri meminit, & D. Joannes ſemel tantummodò vocabulum illud Synagogæ nudum ipſe uſurpaverit, vix eſt, ut non ſentiamus ipſum etiam poſteriore, quæ multò frequentior eſt in lingua Helleniſtica, notione uſum fuiſſe. Sic enim ille de Servatore Pontifici, de doctrina ejus, atque diſcipulis interroganti reſpondente; *Reſpondit* [l] *ei Ieſus, Ego palam locutus ſum Mundo. Ego ſemper docui* ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ὅπου πάντοτε οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται *in Synagoga & in templo, ubi ſemper Iudæi conveniunt.* Sic codices nonnulli. Alii ὅπου πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, &c. *Ubi Iudæi univerſi conveniunt.* Atque ita ſanè non vulgata ſolùm, ſed & Syrus & Arabs. Certè haut ita commodè capitur heic Synagoga pro particulari aliquo loco eo nomine ſignato, aut pro plurimis ejusmodi Synagogis; ſed potius pro ipſo populi Hieroſolymitani qualicunque conventu publico; quod proculdubio intellexit Arabs, dum ibi ſubſtituit في الهيكل وفي المجامع حيث يجتمع كل اليهود *in Templo & Synagoga, ſeu cœtu, ubi conveniunt Iudæi univerſi.* Et demum in vetuſtiſſima illa excommunicationis atque anathematis formulâ apud Ezram [m] habetur יבדל מקהל הגולה *diſterminabitur ab Eccleſia* ſeu *populo tranſmigrationis* ſeu eorum, qui è captivitate redierant, quod planè ipſum eſt ἀποσυνάγωγον fieri, ut apoſitiſſime monuit V. doctiſſimus Ludovicus Capellus in Spicilegio ad D. Joannem. Nec ſanè Locis ſacris ejectos fuiſſe apoſynagogos ſeu excommunicatos, ſed hominum tantùm cœtu, inde ſatis evincitur, quòd

[k] 4 Regnm 5. 3. 6. & 7.

[l] D. Ioann. 18. 20.

[m] Esr. 10. 8.

Digitized by Google

quòd etiam Templum ipſum ingredi excommunicatis ejuſmodi nefas non eſſet; quod palàm elicitur è titulo Talmudico *Middoth*, ubi legitur, ſi quis rogatus cur ſiniſtrorſùm, & non, ut ritus alias obtinuit, dextrorſùm ſe vertens Templum ingrederetur, reſponderet שאני מנודה *quoniam ego excommunicatus ſum*, ex more ſolenni ei reponendum fuiſſe יתן חשוכן בבית הזה בלבך ותשמע לדברי חבריך ויקרבוך *qui hanc edem inhabitat, indet cordi tuo, ut auſcultes verbis ſociorum tuorum, quo fiat, ut recipiant te.* Sed verò undenam eveniſſe putandum eſt, ita Phariſæos, ſeu qui rebus tunc ante alios præerant, minis ſive Excommunicationis ſive Anathematis ſive utriuſque (nam qui non reſipiſcerent, tàm hoc quàm illà damnabantur) eos qui Chriſtum confiterentur deterruiſſe, etiam & excommunicandos ſeu devovendos fore denunciaſſe, nec tamen ipſum Servatorem, quem ita odio habebant, excommunicatum iviſſe? Si conjecturam ex Ebræorum Diſciplina adjicere fas ſit, ſanè in promptu ſatis videtur. Nam ut neutiquam omninò excommunicabant ſive Principem ſive Patrem Fori alicujus ſive juriſprudentiâ celebriorem, ita neque Juris ſui ſtudioſum (quem תלמיד חכם nuncupant, id eſt, diſcipulum ſapientis ſeu philoſophum) ſine ſumma deliberatione; quod & ante[o] memoravimus. Maimonides[p]; כל תלמיד חכם שנתחייב נידוי אסור לבית דין לקפץ לנדותו במהרה *Neque inter Iuris ſtudioſos reperitur aliquis, quem temerè* ſeu *ſine ſumma deliberatione excommunicare fas erat, ne quidem foro.* Ita etiam Gemara Babylonia[q]. Et temerè excommunicans minimè ex jure excommunicandum, etiam & ipſe excommunicandus erat, ut videre eſt in Cauſarum viginti quatuor ſuprà memoratarum poſtremâ. Hinc ſanè ſuſpicandum eſt, ob Servatoris, quà juriſprudentiſſimus erat & nominis inde celeberrimi, dignitatem, excommunicatione ejus abſtinuiſſe etiam ipſos, qui interea Chriſtianos ſeu ſequaces ejus è turba, excommunicatione terrebant. Neque obſtat quod legitur apud D. Joannem[r], etiam Principes fuiſſe qui licet crederent, metu tamen excommunicationis, fidem ſuam profiteri non auderent. Nam Principum nomine quamplurimi fuêre (veluti tribuum, vicium, ſtationum, familiarum) qui, ut fori Principes aut legis ſtudioſi, minimè excommu-

n *Cap. 4. §. 2.*

o *Cap. 7.*

p *Halac.* Talmud Tora. *cap. 7.*

q *Ad tit.* Moed Katon *3. fol. 7.*

r *Cap. 12. 42.*

communicatione adeò liberi. Sed verò habetur in corpore Talmudico narratiuncula de ipso D. Jesu Christo excommunicato, Alexandriæ Ægypti, ab Josua Ben Perachia Synedrii magni Principe, qui illuc ut comes, cum eo (sic illi) fugerat, ab Jannæi tyrannide. Quasi verò Jannæus (sive Alexandrum cognominem, sive Joannem Hyrcanum, ut nonnulli, intelligas) Christo esset coævus, qui centum seu plurimis ante annis Rex & Pontifex Judæorum ad plures abierat. Sed rarum non esse, tempora illius seculi Ebræis confundi, aliterque multò atque à Christianis putari, sciunt, qui Chronica eorum salutarunt. Verba sunt Gemaræ Babyloniæ [f]; אזל רבי יהושע בן פרחיה וישו לאלכסנדריא של מצריים *descendit Rabbi Iosua Ben Perachia & Iesu Alexandriam, quæ est Ægypti.* Dein ajunt, Rabbi Simeonem, Ben Shatach, sive Patrem sive Principem Synedrii, cujus Soror, quæ Jannæo uxor fuit, (sic volunt [t]) illuc etiam descenderat, à Perachiade, qui Præceptor ei fuerat, petiisse, ut ipsam hospitio exciperet. Advenientem autem salutasse Jesum, ac de ea dixisse כמה יפה אכסניא זו *quam pulchra hospes hæc?* adjecisse verò Perachiadem, עיניה טרוטות *oculos ei fuisse teretes* seu *rotundos.* Jesum repositisse, רשע בכך אתה עוסק *improbe, rebus ejusmodi tu occuparis*! oculis ejus caperis [u]! Ob quod dicterium veluti probrosum nec impunè in legis magistrum celebrem emittendum, אפיק ארבע מאות שיפורי ושמתיה *produxit quadringentas buccinas* (nempe R. Josua Ben Perachia) *& excommunicavit eum.* Quò spectat, quod paulò ante in eadem Gemara legitur de Jesu utraque manu à Perachiade depulso. Dominum autem nostrum Jesum Christum ibi Talmudicis intelligi palàm est. Nam simplici illo nomine ישו eum eis denotari est solenne. Et de eo capiunt, qui locum integrum, non aliam ob causam, è Talmude Babylonico editionis Basilienfis, cum aliis non paucis, expurgando deturbarunt. Sed in his nimii fumus. Hoc liceat obiter adnotare, ubi legitur apud Virum doctissimum [x], reperiri *in libro præceptorum majore 67. 4. Soliti sunt excommunicare per Maledictionem, per Separationem, per Maranatha, & per alia ejus generis*, perinde ac si ipsum anathema, adjecto vocabulo *Maranatha*, cujus in initiis Ecclesiæ Christianæ [y] mentio, eo ipso nomine in Talmudica

[f] *Ad tit.* Sanhedrin *cap. 11. fol. 107 b.*

[t] *Ibid.* & Sepher Iuchasin *fol. 67. a.* & *vide gloss. ad* Kidduschin *f. 66a.*

[u] *Vide supra cap. 7. Canf. 1.*

[x] *L. Druf. Præterit. lib. 4. ad D. Ioan. cap. 9. 22.*

[y] *1 ad Corin. 16. 22.*

Digitized by Google

dica Judæorum diſciplina compertum fuiſſet; plane lapſus memoriæ eſt. Verba loci citati ſunt [z], הורו הגאונים שמי שנתחייב שבועת לבנו אינו משביע בשבועת האלת כמן שרגילים להחרים באלת בנידוי בישמתא וכיוצא בזת שהרי זה בא לקללת אבין אלא משביע שנועה שאין בה אלת

Decreverunt Gaonim ſeu *Prudentes, ubi pater quis adjurandus eſt in rem filii, non adjurandum eſſe juramento execrationis; quemadmodum fieri ſolet, ubi devoventur adjurati per Anathema, Diris, Excommunicatione* (ſeu *Niddui*) *Shammatha* (quod idem ut ſuperius fusè oſtenditur, ſignificat) *atque ejusmodi aliis. Scilicet hæc ſonant in execrationem patris ejus. Adjurant igitur eum juramento in quo execratio nulla exprimitur.* Quæ ſuperius adductis nullibi obſtant. Uti nec quod habet ibi Druſius è libro Muſar, de porta Templi, quæ Excommunicatorum & lugentium erat. Nam ſimplici Templi ingreſſu, jure communi, (quod & ante monitum eſt) excommunicatus ſeu מנודת interdictus non erat. *Maranatha* forte ibi ſubſtituit; ideo quod cum aliis viris doctis [a] tam veteribus, quam recentioris ævi vocabulum illud idem ipſum eſſe exiſtimavit [b] cum *Shammatha*. Certe שם אתא *Sham* ſeu *Shem atha*, ſic ſcriptum & diviſum, ſignificare poteſt *Dominus venit*, quemadmodum & ſignificat מרן אתא *Maranatha*. Et video viris doctiſſimis placere, tempore D. Pauli hoc Syriace uſurpatum pro eo quod poſtea Talmudicis dictum *Shematha*; perinde ac ſi tam in hoc, quam in altero *Dominus venit* ſemper pariter compertum fuiſſet; ſaltem ex alluſione ſeu ſoni ſimilitudine recepta, licet non ex Etymologia. Sed nec apud Talmudicos video hactenus ejusmodi omnino è תם *Shammatha* alluſionem natam, licet aliæ aliquæ, ut præmiſſum eſt, occurrant. Nec tam videtur apud D. Paulum מרנאתא *Maranatha* nomen Anathematis eſſe ibi memorati, quam exclamationem ſolennem [c], ſeu epiphonema, aut aſſeverationem ſanctiorem adjectam. Græca ſunt ἤτω ἀνάθεμα· μαραὰ ἀθά, *ſit anathema; maran atha*. Syrus ܢܗܘܐ ܡܪܢܐ ܬܐ ſit *Cherē*, id eſt, *anathema; Dominus venit*. Arabs, فليكن محروما من رجاء الرب *ſit devotus à ſpe Domini*.

z *Moſes Kotzenſis præcept. Negat.* 119.

a *Prater cæment. Th. Bezæ atq; aliorum ad* 1 *Corinth.* 16. 22. *ſide I. Buxtorf. in Lexico Chaldaico col.* 1249. *&* 2486.

b *Ipſe ad* 1 *Corinth.* 16. 22.

c *Videſis Daniel. Heinſium Exercit. Sacr. ad cap.* 21. *D. Ioannis pag.* 240. *præter Theophylactum, Ambroſium, Hieronymum* (*quos & memorat Erasmus*); *Bedam & Iſidorum Clarium ad* 1 *Corinth.* 16. 22.

Ipſum Maranatha retinent verſiones pleræque recentiores. At vero in Germanica Lutheri legitur, **Der ſey Anathema Maharam Motha**, uti & in Danica illius ſequaci **haud vere Anathema Maharam Motha**. Scilicet *Maranatha* voluere ſub Lutheri ævum cum ipſo alii aliqui, depravatum eſſe vocabulum, ex eo quod potius in origine *Maharam motha* fuiſſet, ſeu מוחרם מוחרם quod ſignificaret *devotus* ſeu *anathematizatus usque ad mortem*, quemadmodum & in nota Germanicè Epiſtolæ ad Corinthios primæ ſubjecta viſitur. Unde & verſio, qua Eccleſia Anglicana ſuperiori in ſeculo uſa eſt, habet ibi **Let him be had in execration** *yea excommunicated* **to death**. Et in Latina, quam Galterus Delœnus Henrico Angliæ Regi octavo Biblioſcopus ei dedicatam publicavit [d], *Maranatha* per *Dominus* ſeu *Dominus noſter* (nam variatio illa ex eo evenit, quod volunt aliqui [e] ibi eſſe pronomen affixum) *venit* vertitur quidem in adjecta notula; ſed *niſi forte*, inquit ille, *vitiosè ſcriptum ſit pro Maharamatha, quod internecionem ſignificat, deductum à* חרם, *quo Malachias ſuam prophetiam abſolvit.* Neque novum eſt hunc D. Pauli locum ad illud Malachiæ [f] referre. Ibi ſcilicet legitur בן אבוא והכיתי את הארץ בחרם *ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.* Sed & inde ſenſus D. Pauli nonnullis fit, *veniat Dominus, & cum æterno exitio feriat.* Sed Jacobus Simanca [g], *quidam*, inquit, *hanc ſive fabulam ſive hiſtoriam retulit. Maranatha anathematis ſignificationem induit ex illo eventu, quia Judæi gloriantes de venturo Meſſia dicere ſolebant vulgo*, Maran, *hoc eſt, Dominus noſter*: *contra quos Chriſtiani dicebant* Maran atha, *Dominus noſter venit. Hinc inimicitia orta inter Chriſtianos & Judæos, quorum in ore erat Maran, quos per contemptum Chriſtiani Maranitas vocabant & illis obtrudebant*, maranatha, *id eſt, Dominus noſter venit vel invitis vobis, irridentes eos & illa male precantes. Unde apud noſtrates vulgo* Maranos *appellant eos, qui ex Judæis deſcendentes apoſtatæ facti ſunt, Meſſiam ſuum expectantes.* Commentum pulchrum! De Ebræorum autem Excommunicationibus, videſis nunc etiam Aloyſium Novarinum [h].

[d] *Londini 1549.*
[e] *Vide Eliam in Thesb. & Buxtorf. Lexic. Talmudic. col. 1248.*
[f] *Cap. 4. comma poſtremo.*
[g] *De Catholica Inſtitut. tit. 27. §. 8.*
[h] *Schediasm. ſacro-philol. lib. 1. cap. 10.*

CAP.

Digitized by Google

Cap. X.

De illo Anathematis *genere, quo expreſſim* Homines ex Jure Belli, *ſeu* Militari *neci* Devoverentur.

EX Jam oſtenſis manifeſtum eſt hominem Anathemate ſive Primi ſive Tertii ſive Quarti generis (juxta ea quæ de anathemate capitibus tribus proximè ſuperioribus explicantur) devotum, eo nomine, ex Ebræorum ſententia, non Jure occidendum fuiſſe. Cædes vero plane ultronea, de qua diſputamus, locum tantummodo habere potuerat (ſi modo daretur, occidendum fuiſſe ejusmodi devotum) in genere Primo. Nam in reliquis binis plane Pœna fuiſſet cædes, quod & concedunt in genere Quarto illi, qui de ejusmodi devoto velut mortis reo perperam loquuntur. Et ad Pœnæ plane, ſed cœleſtis, rationem ſpectat, ſi credibile ſit, quod habet Joſephus i de eis qui in Eſſenorum ſectam admiſſi, (non ſine anathemate in ſeipſos horrendo Quarti generis denuntiato, ſi diſciplinam, quam amplecterentur, violarent) & poſtmodum ob delicta graviora conſortio ejecti, ne cibum quidem oblatum capere potuere, ſed more pecudum herbas decerpentes fame miſerrime, niſi reciperentur, periere. Quod autem genus Anathematis Secundum ſpectat ſeu ad anathema illud internecioni & deperditioni expreſſim devotum, cujus ſcilicet uſus Bellis ſuſcipiendis prævius eſſe ſolebat, adeoque ſive ad Hoſtes ac Captivos, ſive ad Cives Jura militaria violantes duntaxat, quâ ad homines, attinuit; idipſum eſt Anathema ſeu *Cherem*, ſecundum Magiſtrorum aliquot eorumque nominis præclari ſententiam, quod in poſtrema parte legis illius in Levitico k ſacræ occurrit. *Omne anathema, quod devovetur* מן האדם *ex homine, non redimatur; morte moriatur.* Quod non de conſecratis, devotis ſeu anathematizatis ejusdem generis, quod comma præcedens occupat, volunt intelligendum; ſcilicet de ultronea, ſive ſervi, ſive jumenti, ſive cujuscunque beſtiæ conſecratione in uſus ſacros, ad quos tantum comma illud ſpectare conſentiunt Ebræi omnes; ſed de hoſtibus tantum aut civibus Jura militaria

i *De bello Judaico lib. 2. cap. 12 gr. 7. lat.*

k *Cap. 27. 29.*

violantibus morti devotis, (quâ ſcilicet homines ea in lege comprehenduntur,) qui non redimendi, ſed ad unum omnes morti tradendi erant. Priori nimirum in commate donaria ſeu anathemata ſacros in uſus conſecrata & ſacerdotibus Jure communi poſſidenda contineri aiunt, qualia neceſſe erat ut eſſent e devoventis bonis ſecundum ipſa verba ſacra, מכל אשר לו *ex omnibus, quæ ſua ſunt*, veluti ſignanter dicta ad excludendum anathema quodcunque ex eis, quæ necdum devoventis erant in bonis, nec, poſt devotationem, humanis uſibus ſeu commodo omnino applicanda, ſed plane delenda. Hujus autem generis cum Unicum duntaxat eſſet Anathema, idque aut in hoſtibus ſeu civitatibus, in quas bellum inferendum erat devovendis, (quale ad uſus ſacros ſeu ſacerdotum poſſeſſionem nemo devovens attinere vo-

l *Numer. 18. 14. vide Gemar. Bab. ad tit.* Erakin *cap 9. fol. 28. & 29.*

lebat) quemadmodum illud Ebræorum de Araditis m, *& vovit Iſrael votum Domino dicens, ſi tradendo tradideris populum iſtum in manum meam* והחרמתי את עריהם *etiam* morti & internecioni *devovebo urbes eorum*, unde populo ex hoc anathemate deleto, locus ipſe חרמה *Chorma* ſeu *Anathema* dicebatur; Aut in Jure militaria violantibus neci ſimiliter devovendis, ut prætermittamus exempla ſuperius ea de re memorata; commate in hoc breviuſculo proximè ſubſequente, hoc genus Anathematis tunc ſatis generali illo nomine cognitum exiſtimant deſignari. Perinde ac ſi in commatis illis ſcriptum fuiſſet; ubi quid de ſuo quis in ſacros ſacerdotum uſus, ſive hominem, ſive beſtiam, ſive agrum conſecraverit ſeu devoverit, non vendatur, non redimatur, quia ſanctum eſt, nec in uſus profanos omnino revocandum; Et tantum de hoc ita fiat. Nam in principio commatis prioris אך *tantum* etiam ad hanc rem præfigi notant. At vero ubi quis devoverit quid בן האדם *ex homine*, ſeu ex hominibus, juxta nempe notiſſimum illud devovendi morem bello prævium, adeo ut nil præter necem, deſtructionem atque excidium devoti ſit poſtmodum, ex ipſo voto ſeu anathemate, expectandum, ibi tantum abeſt, ſive vendatur ſive redimatur, ſive ſanctum maneat Domino, ut Jure fieri nequeat; quin plane ſit delendum; & ſive homo fuerit ſive animal quodcunque aliud interficiendum. Ita devovens priori in commate fit המחרים משלו *devovens id, quod ſuum eſſet in bonis*; in poſteriori המחרים מן האדם שאינו

m *Numer. 21. 2. vide ſis ibi D. Auguſt. quæſt. 40. & adde D. Hieronym. ad Algaſiã q. 9.*

מיאיני חלן *devovens ex hominibus* ſeu *homines, qui ſui quidem non eſſent*; tametſi ita in devoventis poteſtate haberentur, ut ex Jure belli ſeu militiæ ſingulari ſuum ſortiretur affectum ipſa devotatio, quemadmodum ibi diſtinguit Iſaac Abarbinel n. Qui de ſpecie utraque ſubjungit כנגד המין הראשון אמר אך כל חרם אשר יחרים איש וגו' לא ימכר ולא יגאל לפי שהחרם ההוא הוא קדש קדשים ליי וסוף שהוא קדש ליי' לא ימכר כי הוא אסור בהנאה ולכך החרם הזה הוא לה' בלבד ועל המין השני אמר כל חרם אשר יחרם ליי' מן האדם לא יפדה מות יומת ומזה המין הוא חרם ידיחו שאם יגיע ליד איש ישראל נפש אדם מהנלכדים שמה לא יוכל לפדות אותו אבל על כל פנים מות יומת אך בחרם שיחרים איש עברו ליי' לא יומת לך ינתן לחטוב עציך ולשאוב מימיך ולשרת לכהנים וזהו פשוטו של ענין *De prima ſpecie ait ſacra ſcriptura, Tantum omne anathema quod quis devoverit &c. Non vendatur nec redimatur; quoniam ſcilicet hujuſmodi anathema eſt ſanctiſſimum Domino. Et quod ita ſacratum eſt Domino, non vendatur, quia profanis uſibus interdictum eſt. Idcircò anathema hoc tantùm eſt Domini. De ſecundâ verò ſpecie ait, omne anathema, quod devoverit quis ex homine, non redimatur, morte moriatur. Et hujus ſpeciei erat anathema Hierichuntis, ſi nempe inciderit in poteſtatem cujuspiam Iſraelitæ, vita hominis ex eis, qui ibi caperentur, non poterit redimi, ſed omninò morti tradendus erit. Nihilominus, quod ad anathema illud, quo ſervum ſuum quis Domino devoverit, attinet, is morti tradendus non eſt. Tantùm is donarium eſt, ut Ligna diſcindat, aquam hauriat, & ſacerdotibus miniſterium præſtet. Atq; hic eſt literalis loci illius ſenſus.* Ita Abarbinel. Cui aſtipulatur Rabbi Moſes Bar-Nachman o, alii. Hinc eſt quod univerſi incolæ Jabesh Gilead cæſi ſint, ideo quòd violaſſent anathema illud publicum, atque militare p de eis, qui non aſcenderent ad Mizpa, ubi ipſi anathemati expreſſim adjectum eſt מות יומת *morte moriatur.* Quod & partem fuiſſe anathematis, quo Sauſ prælium cum Palæſtinis initurus devovebat omnes, qui ante noctem quid comederent, exiſtimant, quia ob anathematis illius violationem Jonathan, etiam Regis filius, morte plectendus q erat. Sed ideo liberatum eſſe ajunt, quia non ſpontè, ſed ex errore, atque ipſius anathema-

n *In* Pirush Tora *f.* 275. *col.* 2.

o *Ad Leſitic.* 27. *& apud R. Bechai in Pentateuch. fol.* 161 *col.* 1.

p *Iudic.* 21. *ſ.* & 10.

q 1 *Sam.* 14. 24. *& 4. ubi ſide R. David Kimchi & conſulas R. Bechai in Pentateuch. fol.* 161. *col.* 1.

tis ignarus illud violâſſet. Alii verò aliter legem illam de anathemate ſacram interpretantur, perinde ſcilicet ac ſi de homine morti ex ſententia forenſi damnato lata fuiſſet. Si quis, inquiunt, devoverat æſtimationem capitis damnati eo modo, quo conſecrationis fiebant, juxta ea, quæ priore dicti Levitici capitis parte conſtituuntur, Votum ejus irrirum fuiſſet. Et verba illa *non redimatur*; *morte morietur*, ſignificare volunt, eum non redimendum, ſeu pretium ſeu æſtimationem aliquam ejus nomine non ſolvendam, quoniam ultimo ſupplicio damnatum ſtatim mori oportuit, adeoque ipſe jam veluti mortuus erat, unde nec pretium, nec æſtimationem habebat. Atque tum in libris vetuſtiſſimis [r] hæc occurrit etiam ſententia velut à majoribus accepta, tum apud maximi nominis Magiſtros [ſ] ſeculorum recentiorum. Sed verò, ut tandem hæc de Anathematis concludamus, manifeſtum eſt ex Ebræorum interpretatione qualicunque dictæ legis ſacræ, nullum omninò homicidium ultroneum, ſeu extra Pœnæ, ſeu Quaſi rationem permiſſum eâ fuiſſe; quod erat inprimis atque ad rem, quam tractamus, aperiendum.

[r] *Gemar. Babylon. ad tit.* Eracin *c. 1. fol. 6b. & ad tit.* Cethuboth *cap. 3. fol. 37b.* Sepher Siphra *col. 336.*

[ſ] *Moſ. Maimon halach.* Eracin Wechermim *c. 1. Moſ. Mikotzi præc. affirmat. 132. Lyrchim ad Lebit. 27. R. Bechai.* Peſictha Zoterta *f. 56. 65 c.*

Cap. XI.

De Jephthæ Voto, *diſcrepantes Ebræorum ſententiæ.* Nullo Jure immolandam *fuiſſe ejus* filiam conſentiunt; Summa *Sententiæ Ebræorum, decade humanâ.* Luſtratio *poſt* cædem *etiam* licitam.

Reſtat, ut, quid Ebræi de Jephthæ Voto, atque filiæ ſuæ immolatione ſtatuant, videamus. Verum quidem eſt non unicam apud eos reperiri de Voto ejus ſive concipiendo ſive ſolvendo ſententiam. Etenim ſunt, qui eum illud tàm de perſonis hominum, quàm de aliis animalibus concepiſſe, atque filiam immolando ſolviſſe volunt; aliis neque eam immolâſſe nec immolationi perſonam aliquam deſtinaſſe aſſerentibus. Prior quidem vetus eſt. Utraq; autem pendet ex varia interpretatione hiſtoriæ ſacræ; verba ſunt, *& vovit* [t] *votum domino Jephtha dicens, ſi tradendo tradideris filios Ammon in manum meam* וְהָיָה֙ הַיּוֹצֵ֣א אֲשֶׁר֩ יֵצֵ֨א מִדַּלְתֵ֜י בֵּיתִ֗י לִקְרָאתִי֙ בְּשׁוּבִ֣י בְשָׁל֔וֹם מִבְּנֵ֥י עַמּ֖וֹן וְהָיָ֣ה לַיהוָ֑ה וְהַעֲלִיתִ֖יהוּ עֹלָֽה quod in vulgata vertitur, *quicunq; primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ mihi, occurrit re-*

[t] *Judic. 11, 30, & 39.*

ſit reverteṅti cum pace à filiis Ammon, eum holocauſtum offeram Domino. Græci etiam interpretes ibi, καὶ ἔσται ὁ ἐκπορευόμενος ὃς ἂν ἐξέλθῃ &c. καὶ ἔσται τῷ κυρίῳ καὶ (ut in exemplaribus nonnullis; quæ conjunctio aliis deeſt) *ἀνοίσω αὐτὸν ὁλοκαύτωμα & erit, exiens quicunque exierit &c. & erit Domino, & offeram eum holocauſtoma.* Adeo ut ipſum votum de perſona hominis immmolationi deſtinata conceptum ſumatur neceſſe ſit, ſi rectæ verſiones hæ. At verò, manifeſtum eſt ex Ebraiſmo verti poſſe, & ſanè debere ad hunc modum, quantum ad perſonæ alicujus deſignationem attinet; *Erit, ut egrediens quod egreſſum fuerit de foribus domus mea in occurſum meum, cum reverſus fuero in pace de filiis Ammon, erit Domino, & offeram ipſum in Holocauſtum.* Ita non perſonæ tantùm (ſi verba ſpectes,) ſed animalia qualiacunque alia in voto continentur. Dein de voti ſolutione ſubjungitur וַיַּעַשׂ לָהּ אֶת נִדְרוֹ אֲשֶׁר נָדָר *& fecit ei ſicut voverat* (ut vulgata) καὶ ἐπέλεσεν ἐν αὐτῇ τὴν ἐυχὴν αὐτοῦ ἣν ηὔξατο *& perimplevit in ea* (filiâ, quæ ei redeunti cum victoria occurrerat) *votum ſuum, quod voverat.* Non autem hominis perſonam tantùm, verùm etiam alia animalia votum fuiſſe complexum palam docent Ebræi, ubi ad priora Voti vocabula adnotant [u] כול אפילו דבר טמא נזדמנו׳ לו בהן, *fieri potuit, ut etiam immundum quid* (veluti porcus aut canis) *occurreret, ut voto eſſet ſatisfactum;* ſed *occurrit ei filia ſua.* Prior autem heic ſententia, qua filiam ſuam ex hoc voto immolaſſe Jephtham affirmatur, habetur non ſolùm apud Flavium Joſephum [x], ſed etiam in Chaldaica Judicum paraphraſi [y] & apud Rabbinos celebres, quorum aliqui [z] Jephtham exiſtimant deceptum fuiſſe more illo anathematis bello ſeu prælio, ut ſupra oſtenditur, prævii, atque inde tam perſonam hominis, quàm aliud quodcunque animal devoviſſe. Nimirum, cum in more poſitum eſſet, Principem ſeu populum internecioni devovere ſive hoſtes ſive cives, qui Jura militaria anathemate præſtituta violarent; Jephtham hunc morem perperam intelligentem temerè devoviſſe tàm perſonam, quam animal quodcunq; ei poſt victoriam occurreret. Filiam verò præter ſpem occurrentem, poſt menſes binos, quibus virginitatem deflevit juxta Votum immolaſſe, nec ad Phineeſum Pontificem accedere voluiſſe, ut is Voto eum ſolveret (nam & ſic etiam ajunt) & Pontificem ad eum adire detrectaſſe

u *Gem. Bab. ad tit.* Thainith *cap. 1. fol. 4a.* Vaiera Rabba *parash. 37.*

z *Orig. Iudaic. lib. 5. c. 9.*

y *Cap. 11. proxime poſt com. 9.*

z *R. Moſ. Bar Nachmã, R. Bechai in Pentat. fol. 161. col. 4.*

a Panth. 37. & Bereſith Rabba par. 60. Adde Midrash Coheleth ad cap. 19. 15.

trectâſſe; utroque invicem dignitatis prærogativam obtendente. In Vaicra Rabba a; יכול להפר את נדרו ולילך אצל פנחס אמר אני סלד ואלך אצל פנחס ופנחס אמר אני כהן גדול ואלך אצל עם הארץ זה בין דין לדין ספת תהיא *Potuit quidem voto ſuo ſolvi, ſi ad Phineeſum ac ceſſiſſet. At verò dixit, ego cum rex ſim adibo Phineeſum? Phineeſus etiam; ego cum ſim Pontifex, Pontificis etiam filius, adibo plebeium* b? *Atq; ita hiſce invicem altercantibus, periit ipſa*; ſeu אברה הנערה ההיא *perdita eſt virgo illa.* Adjiciunt tàm Phineeſum, quàm Jephtham hoc nomine punitum c à Numine. Hunc membrorum paralyſi. illum Spiritus Sancti ab eo diſceſſu. Et demum interpretantur illud ותהי חק בישראל *atque erat ſtatutum in Iſrael* (quod in vulgata, ita commati proximo conjungitur, ut denotet inde ſtatutum fuiſſe annuum quatridui ob puellam luctum) de ſanctione apud Ebræos inde orta, ne quis humanas hoſtias ex ſimili errore poſteà immolaret, nec ſive Jephthæ ſive Phineeſi moroſum dignitatis prærogativæ obtentum in ſimilibus imitaretur. Unde jbi paraphraſi ſuæ inſerit Chaldæus; תוספת בריל דלא לאסקא גבר ית בריה ויתי ברתיה לעלתא כמא דעבד יפתח גלעראה ולא שאל לפינחס כהנא ואלו שאיל לפינחס כהנא הוה פריק יתה ברמין *Addicta eſt ſanctio illa ſeu ſtatutum ideo ne quis immolaret filium ſuum, ſeu filiam ſuam, quemadmodum fecerat Jephtha Gileadites; nec conſuluit Phineeſum Pontificem, qui conſulenti eam, ob pretium datum, liberaverat.*

b Videſis Iudicum 9. 2.

c Præter jam citata e Rabboth, ſide Sal Larchiũ ad Iudic. 11. & ad t. Panlip. 9. 20.

d Iudic. 11. 39.

e De ſucceſſionibus in Pontific. lib. 1. cap. 2.

Vide etiam quæ de Phineeſo, atque immolatione hac ex Saido Batricide Patriarcha Alexandrino alibi e notavimus. Et de ipſâ immolatione rara non eſt apud Chriſtianos ſcriptores f mentio, unde & feſtum idololatricum, in ejuſce memoriam alicubi natum etiam ſcribunt nonnulli g. Sed verò, ut præteream difficultates Chronologicas de Phineeſo h hoc tempore ſuperſtite; nondum mihi è commentariis Ebræorum compertum eſt, quodnam jus illud fuerit adeo Pontifici ſingulare ſolvendi heic Votum, ut absque eo id ſolvi nequiret. Nec qui Synedrium neſcio quod heic memorant i ad Voti relaxationem à filia conſultum, quaſi aliter relaxari nequiret, mores patrios ſatis videntur meminiſſe. Receptiſſimũ fuiſſe Ebræis, velut ab ipſo Moſe, per majorum traditiones acceptum ſcimus, à Sapiente ſeu legis Doctore unico ſeu triumviris illis (ſi ipſis ita viſum eſſet) Jure potuiſſe, tum Vota, tum Juramenta relaxari, ubi quid nimirum cauſæ poſt-

f Ambroſ. de Virginib. lib. 3. &c.

g Epiphan. hæreſ. 78.

h Videſis R. Gedaliah Ben Iechai in Shalsheleth fol 144.

i In Gloſſ. Iarchii & Daſidiskimchii ad Iudic. 11.

Digitized by Google

sæ postmodum forsan eveniret præter id, quod voventis seu Jurantis animum occuparet ipso Voti seu Juramenti momento, Atque ea de re fusiùs Magistri [k]. Neque ad hunc locum attinet plura de ea adjicere. Undenam igitur ortum illud, Jephthæ Votum solvi aut redimi nequiviſſe absque indultu & præsentia Pontificis? Cætera mittimus, quæ congeri possent, adversùs commentum hoc de Phineeso, quod nec in Talmudico corpore locum habere memini, sed in ejusdem Glosis, Tis Rabboth, Paraphrasi Chaldaica & in Magistris aliquot recentioribus. Quin si ita adversùs jus patrium conceptum esset (quà ad filiam immolandam attinere potuit) Votum hoc, ut illud ejus immolatione perimplere nefas esset, (quod universos Ebræos sentire existimo,) quorsum de eo relaxando heic negotium facessunt? Quod ad alteram heic Ebræorum de Jephthæ Voto sententiam attinet; primo, ipsa Voti sacra verba aliter, qui hanc amplectuntur, intelligunt, atque prioris sententiæ auctores. Nempe illa, והיה ליהוה והעליתיהו עולה quod sonat quidem *& erit Domino, & offeram illud in holocaustum* ita capiunt, ut copulativum secundo loco vim disjunctivi induat. Adeò ut Votum conceptum esset, & erit Domino, seu consecrabo Domino, si res ejusmodi fuerit, ut in sacros usus, aut Domino sancta remaneat. Quin & si ejusmodi fuerit, ut in holocaustum offerri ritè queat, etiam in holocaustum offeram. Breviter; & erit seu manebit Domino, aut offeram illud in holocaustum. Sic Rabbini Kimchii pater & filius. Rabbi David Kimchi ad Judicum locum memoratum; דע"ת ר"ל בזה ירוע יא"ל ז"ל פיר' והעליתיהו הו"יו במקום או ופיר' והיה ליי' הקדש אם אינו ראוי לעולה או העלה יתיהו עולה אם ראוי לעולה וכמו זה הו"יו מבה אביו ואמו או אמו ויפה פירי *Quid hæc Rabbini nostri piæ memoriæ plerunque sentiant satis notum est. Ceterum pater meus memoriæ piæ,* (is est Josephus Kimchius) *in eo quod est*, & offeram illud *interpretatur* & *pro* aut, *perinde ac si scriptum fuisset; & consecratum erit seu sanctum manebit Domino, si non sit holocausto idoneum, aut offeram in holocaustum, si fuerit idoneum holocausto. Et sic in lege sacra de eo qui percusserit patrem & matrem*, & *pro* aut *sumitur. Atque hæc interpretio pulchra est.* Similiter R. Levi Ben Gersom ואם יהיה בהכרח בעל חחיים

[k] *Munster.* Chagiga c. 1. *& Glossa ib. in Talmud. Bab. fol. 10 a. & Hierosolymit. fol. 76. col. 3. Gem. Bab. ad tit.* Nazir *cap. 9. f. 62 a. Mai. mon. halach* Shebuoth *c. 6 & halach* Nedarim *c. 4. Moses Micotzi præc. Negatiu. 238. &c.*

היה ממין האדם יהיה ליי' ויהיה מיוחד לעבודת הש"י *Necesse est ut animal aliquod intelligeretur, quod si accideret esse è specie humana, Domini fiebat, utpote separatum in ejus cultum.* Alii tandem[l]. Voto ipso ita intellecto, verba illa *& fecit sicut voverat* pro filiæ consecratione ejusmodi sumunt, non omnino pro immolatione. R. David Kimchius עשה לה בית והכניסה שם זהיתה שם פרושה מבני אדם ומדרכי העולם והיה דק בישראל כי משנה לשנה היו הולכות אליה בנות ישראל *fecit ei domum, & introduxit in eam, atque ibi remansit seclusa à filiis hominum & à rebus secularibus. Atque statutum seu mos invaluit in Israel, ut quotannis eam inviserent Israelitides.* Atque notat Gersomides, si filius aut mas Jephthæ ita occurrisset, ipsum à mulierum consortio non ita secludendum fuisse, sed tantum Domino consecrandum, ut sacris inserviret, [quemadmodum Levitæ] nec intereà conjugio arceretur. Cum vero eveniret, ut filia occurreret, יהוייב שתהיה פרושה מאיש שאם היה לה בעל לה תהיה מיוחדת לעבודת הש"י אבל תעבוד על זה בעלה כמשפט הנשים הנשואות *Oportebat eam à viri consortio segregari. Nam si conjugem haberet, non potuit Domino solùm inservire; sed conjugi etiam inservierat, more uxorum.* Atque hinc ait Gersomides fuisse causam, cur vestimenta laceraret Jephtha, atque ita doleret, quamprimùm filia ei visa est. Nempe eam, quæ ei unica erat proles, jam sciebat è viri consortio in perpetuum secludendam, adeò ut de posteris ex ea suscipiendis spes non esset reliqua. Sed mirum interea est magistros, qui hujus sententiæ sunt autores, admittere etiam, Votum hujusmodi ita præcisè obligasse eum, ut necessum esset ex lege seu moribus patriis filiam ita devotam à virorum consortio secludisse. Quin & ipse Jephtha, *aperui os meum Domino, neque potero revocare.* Certè neque patriæ ejusmodi potestatis alicubi in corpore Talmudico, aut apud Jureconsultos eorum celebriores, vestigium reperio. Neque omnino potestatem ejusmodi consecratio Samuelis [m] asserit. Nam, & ipse Levita erat, atq; eo nomine & à natalib9 Domino sacer. Atque ipse libenter matris Votum sacra ministeria præstando solvit. Quin in corpore Talmudico receptissimum est, filium aut filiam ita sacrari nequivisse, ut ipsi sacerdotibus aut sacris usibus ex parentum voti vi cederent, ut superiùs [n] ostensum est, cujus-

[l] *Videsis R. Bechai in Pentateuch. fol. 16. col. 1.*

[m] *1. Samuel. 2. ult.*

[n] *Cap. 7.*

Æſtimationem autem ſeu pretium ſive filii ſive filiæ ſive alterius cujuscunque (modo excipias ſervos & ancillas è Gentilibus) conſecrati, ſacerdotibus ſolvendum præſcribit lex ſacra o, non ipſos addicendos. Quin & qui ipſos ſe devoverant etiam & ſe redimere quibant. Et de æſtimatione filiæ Jephthæ vetus erat controverſia inter Magiſtros binos Talmudicos, Rabbi Simeon Ben Lakish, & Rabbi Jochanan. Ben Lakish exiſtimavit p Jephtham ex hoc Voto pretium ſeu æſtimationem filiæ juxta legem ſacram ſacerdotibus ſolvere debuiſſe. At verò R. Jochanan, nec pretium aut æſtimationem; quia res ipſa, quæ devovebatur, erat immolanda, qualis filia ejus ſeu homo quispiam non erat, neque ex lege eſſe potuit, ita ut ille nec filiam ſeu perſonam aliquam in ipſo Voto contineri velit, ſed tantùm animalia cetera, quæ immolatitia. De ſecunda autem ſententia heic, ſeu ea, qua negatur filiam Jephthæ eſſe immolatam, Genebrardus q ſcribit ſe ab Ebræo aliquo accepiſſe interpretationem illam ſeu ſententiam eſſe ab autoribus ſuis excogitatam, *ne inde typus filii Dei à patre ſacrificati duceretur.* Utcunque autem ſe res ea habuerit, id certum, puto, eſſe, non reperiri apud Magiſtros, qui ex Jure aliquo immolandam eam eſſe affirmaverit. Quin in Gemara Babylonia r expreſſim dicitur ſacrificium שלא כהוגן *quod offerri non decuit.* Et Joſephus ſ, τὴν παῖδα ἀλεκαίτωσεν, ἀτὲ νόμιμον ἀτὲ τοῦ Θεοῦ κεχαρισμένην θυσίαν θυγατέρα *filiam immolavit, neque legitimum, neque Deo gratum ſacrificium ſolvens.* Idcirco ex hactenus enarratis, de Interdicto Naturali Homicidii, ſic demùm heic ſtatuendum eſt; apud Talmudicos atque Ebræos ceteros nullibi (ſi errorem illum Jephthæ, ut aliqui volunt, excipias) eſſe admiſſum, ut ultronea cædes ſeu homicidium extra Pœnæ legitimè conſtitutæ, ſeu Quaſi rationem [nam & cædes bellica in Pœnæ ratione ſatis continetur,] adeoque hoſtiæ humanæ oblatio Jure aliquo ſubniteretur. Quoniam vero ſocietatis humanæ compages ſine facinorum caſtigatione conſiſtere nequit, ac Pœnæ, ſive pro criminum qualitate ſive pro Reipublicæ commodo nunc leviores nunc graviores, ex Jure Naturali de Judiciis [quod ſextum eſt heic Jurisnoachidarum caput] ſunt introducendæ, & in juſto bello Pœna itidem hoſtibus infligenda, ideo, quemadmodum factum tectum interdictum, quod hactenus tractavimus, Naturale de Homicidio ſervandum docebant

o *Levitic. 27. 2. & c. Siat. & Joſephum lib. 4. cap. 4.*

p Bereſith Rabba *parſh 60. &* Vaicra Rabba *parash. 37. unde habet D. Kimchi in Iudicat.*

q *Ad annum mundi 3581.*

r *Adin. Thamith cap. 1. fol. 4.*

ſ *Orig. Iudaic. lib. 5. cap. 9. & vide I. Cloppenburgii in Schola ſacrificiorum. 5.*

bant ab omni ultroneæ, extra rationem jam dictam seu indebiti, cædis permissu, ita mortis Pœnam, id est, cædem humanam tum in bello fuisse licitam, tum sceleribus ac delictis eam præstituere nefas non fuisse eis, qui rebus præessent, seu quibus Pœnarum constituendarum jurisque Positivi condendi potestas cederet, neutiquam omnino dubitabant. Quod fusiùs è libris sequentibus, ubi de re Bellica atque de Judiciis agitur, explicabitur. Adeo verò ipsum actum cædis humanæ utcunque licitum, invisum habebant, saltem nonnulli, & impurum, ut lustratio aliqua ei, qui commiserat, esset necessaria. Ad illud Mosis in Numeris, post cædem in prælio Midianitarum *Manebitis* [t] *extra castra septem diebus, quicunq; scilicet quempiam occidit, & qui tetigit cadaver, purificetur seu lustretur in die tertio & septimo, tam vos, quam captivi vestri*, Philo [u] *jussit*, inquit, victores extra castra dies aliquot manere, τῷ γ μεγάλῳ ἱερεῖ καθῆραι & φόνε τὲς ἀπὸ τῆς παρατάξεως ἥκοντας τῶν συμμάχων *& Pontifici summo mandavit, ut lustraret reversos à recenti cæde commilitones.* Rationem reddit; καὶ γὰ εἰ νόμοι αἱ κτ' ἐχθρῶν σφαγαὶ, ἀλλ' ὅμως κλέπται ἄνθρωπον εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος· καὶ διαφθείς ἐστιν ἀναίτιος· εἰκὸς δοκεῖ λέγ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν. διὸ χρέων καθαρσίων ἐδεήθη τοῖς κτείνασι πρὸς ἀπαλλαγὴν & μιασθέντος ἀγνὸς γενέσθαι *Quamvis enim per leges liceat hostes occidere, tamen qui necavit hominem, etiamsi coactus & propulsans injuriam, obnoxius seu reus esse videtur propter antiquam generis & communem cognationem. Idcoque lustratione opus erat, ut etiam species qualiscunque sceleris ab eis dilueretur.* Et pueri sciunt similem ob causam apud Gentiles [maximè Græcos] lustrationes etiam in usu. Locum autem illum Numerorum capiunt Magistri de pollutione seu immunditie non tàm à cæde, quam à mortuis contractâ adeoque lustrandâ, quâ de re etiam consulas Josephum [y].

[t] *Num. 31. 19.*

[u] *De vita Mosis lib. 3.*

Levitic. 21. 1. Numer. 5. 2

[y] *Archaeolog. lib. 4. c. 4.*

Libri Quarti FINIS.

DE

Digitized by Google

DE JURE NATURALI ET GENTIUM

Juxta Diſciplinam EBRÆORUM,

LIBER QUINTUS.

De *Concubitu* agit, ex *Jure* ab origine rerum *Naturali*, *illicito*; De *Matrimonio* item, *Concubinatu*, & *Divortio*, juxta eos, ex eodem jure; De acceſſione *Interdictorum Revelationis Turpitudinum*, quæ in *Levitico* habentur, quatenùs ad *Gentes alias* illa ſpectare velint Ebræi. Et demùm de *Jure Gentium* huc attinente, id eſt, *Jure*, quo ſive *Proſelytos Juſtitiæ* alioſve non ex originariis circumciſos, ſive *Proſelytos domicilii alioſve* alterutrius ſexûs *Gentiles*, tum in *re Matrimoniali*, tum in eo qui etiam *extra Matrimonium* fit *Concubitu*, *Nationi* ſuæ ſeu *Originariis* ſive *vetitos* ſive *permiſſos* tradunt.

CAP. I.

De Concubitu illicito. *Tum qualinam concubitus* ex Jure Naturali ante Legem Moſaicam illicitus *habebatur*, *tum* Qualis poſtea *ex ipſis ejuſce legis verbis*, *juxta Ebræorum ſententiam*, *generatim indicatur.*

IUris Naturalis, in recenſione ſuperiùs allatâ, caput, quod ex Illuſtrioribus eſt, Quartum ad Revelationem Turpitudinum [quam גילוי עריות appellitant] id eſt, ad Inceſtos ſeu illicitos

tos Concubitus attinet. Horum ratio heic duplex primò habenda. Altera, quâ ante Leges in decimo octavo Levitici capite latas illiciti aliqui habiti : Altera, quâ ex illis legibus accessêre de incestu Interdicta insuper alia. Ante leges illas, sive sub ipsis rerum initiis, adeoque, juxta quæ dicentur, ex Jure Naturali, interdictum, hoc nomine, fuisse scribunt[a] Homini coitum cum sex hisce ;

I באמו id est *Cum Matre sua.*

II באשת אבין *Cum uxore Patris* seu *Noverca.*

III באשת איש *Cum uxore aliena.*

IV באחותו מאבו *Cum sorore ex matre sua*, seu *uterina.*

V בזכור *Cum Masculo.*

VI בבהמה *Cum Bestia.*

Sic verò sub ipsis rerum initiis vim suam obtinuisse quartum, ex hisce, de sorore scilicet interdictum, intelligendum est, ut non ante proximam fere ab ipsis initiis ætatem cœperit observari, adeoque ut inter primos qui fuêre fratres ac sorores uterinas, seu Adami ex Eva liberos, conjugia licita, nec illicitus coitus haberetur. Quod nemo non videt. Et ea de re mox plura. Ex lege in dicto Levitici capite lata viginti sex personas recensent[b], quibus, concubitus illiciti nomine, Pœna *Excisionis*, quam כרת nuncupant, irroganda ; unde quales ex ipsa lege concubitus ad mentem eorum interdicti sint, dignoscas. Ad hunc modum[b] hosce quindecim exhibent.

I הבא על האמו *qui cum Matre concubuerit*[c].

II הבא על אשת האב *qui concubuerit cum uxore Patris*[d].

III הבא על הכלה *qui concubuerit cum Nuru*[e].

IV הבא על הזכור *concumbens cum Masculo*[f].

V הבא על הבהמה *qui concumbit cum bestia*[g].

VI האשה המביאה את הבהמה עליה *Fœmina quæ in coitum pellexerit sibi bestiam*[h].

VII הבא על אשה ובתה *qui concubuerit cum fœmina & filia ejus.*

Lex[i] ; *Turpitudinem fœminæ* (אשת ; ubi *uxoris* plerunque substituitur, nam idem vocabulum, tàm uxorem, quam fœminam denotat,

a *Gem. Bab. ad tit.* Sanhedrin *c. 7. f. 58. a. Maimonid. halach.* Melakim *c. 9. & halach.* Isuri Bia *cap. 14. Moses Kotzensis præcept. affirmat. 122.*

b *Mina tit.* Cerithoth *c. 1. Maim. hal.* Shagegoth *cap. 1. Moses Mikotzi præcept. affirm. 213.*

c *Leviticc. 18. 7.*

d *Levit c. 18. 8. adde Lev. 20. 11. & 27. & Deut. 27. 20. & 22. 30. seu 23. 1.*

e *Levit. 18. 15. & 20. 12.*

f *Levit. 11 22.*

g *Lev. 18. 23.*

h *Ibidem*

i *Ibid. comm. 17.*

Digitized by Google

notat, ut Græcis γυνή) *& filiæ ejus non revelabis, filiam filii ejus, aut filiam filiæ ejus non accipies, ut reveles turpitudinem ejus; propinquæ ſunt. Et nefas eſt.* Ubi vulgata; *& talis coitus inceſtus eſt.* Huc ſpectat etiam illud; *Vir* k *qui acceperit uxorem & matrem ejus, id nefas eſt.* Uti & illud l, *Maledictus qui concumbit* עם חותנתו *cum ſocru ſua.* Ceterùm, unico hoc nomine *concumbentis cum fœmina & filiæ ejus* ſimul comprehendi volunt etiam qui m concubuerit cum nepte ejusdem fœminæ, ſive ex filia ſive ex filio, cum ſocru, ſocrus matre, aut matre ſoceri. Et ſi filiam heic tàm Neptem quàm Filiam denotare ſinas (quod frequens ſatis eſt) obſcurum non erit, cur tot nomina ſive conſanguinitatis ſive affinitatis hoc unico includant. Quin nec filiæ aut neptis ex filio filiave concubitûs prohibitionem, in hac recenſione, aliter deſignant. Nimirùm ſi cum uxoris filia aut nepte fuerit illicitus, multò magis cum ſui ipſius ſive filia n ſive nepte. Sed de nepte Lex diſertè lata o eſt; *Turpitudinem filiæ filii tui, vel neptis ex filia, non revelabis; quia turpitudo tua eſt.* Unde nec de filia, quæ tacitè includitur, dubitandum. Hinc igitur pergit recenſio potius ad hunc modum,

VII הבא על אשתו *concumbens cum ſocru ſua.*

VIII הבא על אם אמה *concumbens cum ſocrûs matre.*

Typographi incuriâ legitur in Maimonide אמו id eſt, avia quæ in ſecundariis Talmudicis habetur, non in lege ſacra interdictis. Uti & ex ipſo Maimonide alibi p liquet.

IX הבא על אם אביה *cum ſoceri matre concumbens.*

X הבא על בתו *qui cum filia concubuerit.*

XI הבא על בת בתו *concumbens cum nepte ex filia.*

XII הבא על בת בנו *concumbens cum nepte ex filio.*

XIII הבא על בת אשתו *cum privigna concumbens* ſeu *uxoris filia.*

XIV הבא על בת בתה *concumbens cum nepte uxoris ex filia.*

XV הבא על בת בנה *concumbens cum nepte uxoris ex filio.*

XVI הבא על אשת איש *qui concumbit cum uxore alienâ* q.

XVII הבא על אחותו *qui concumbit cum ſorore ſua* r uterina.

XVIII הבא על אחותו שהיא בת אשת אביו *concumbens cum ſorore ſua, quæ fuerit filia uxoris patris,* id eſt, germana s, ſed non uterina

k *Leſitic. 20. 14.*
l *Deuteron. 27. 23.*
m *Obadiæ Bartenoræ ad tit.* Certhoth *cap. 1. §. 1. & cap. 3. §. 6. & Munæ ejusdem tit. cap. 3. R. Bechai ad* Vaicra *fol. 148. col. 4.* PeſikthaZotertha *fol. 24. col. 3.*
n *Maimon. halach.* Iſuriâ *cap. 2.*
o *Leſitic. 18. 10.*
p *Halach. I.* ſhoth *cap. 1.*
q *Leſit 18.*
r *Ibid. comm. 9. & 11. Adde cap. 20. 17. & Deut. 27. 22.*
s *Ibidem.*

rina. Hoc autem in Moſis Kotzenſis enumeratione prætermittitur, velut id quod verbis prioribus de ſorore generatim dictis ſatis contineretur. Unde & tametſi de viginti ſex primò loquitur, viginti quinque tantùm perſonas enumerat.

XIX הבא על אחות אביו *qui concumbit cum ſorore patris ſui,*
ſeu amita t.

t *Levit.* 18. 12.

XX הבא על אחות אמו *qui concumbit cum ſorore matris ſuæ:*
ſeu *Matertera* u.

u *Ib. comm.* 13.

XXI הבא על אחות אשתו *qui concumbit cum ſorore uxoris ſuæ* x.

x *Ib. comm.* 18.

XXII הבא על אשת חיו *qui concumbit cum uxore fratris ſui*
ſeu *fratria* y.

y *Ib. comm.* 16. *adde Lev.* 20. 20.

XXIII הבא על אשת אחי אביו *qui concumbit cum uxore patrui* z.

z *Levitic.* 18. 14. *Vid. Deut.* 22. 30. *ſeu* 23. 1. 27. 20. *& Magiſtros ibid.*

XXIV הבא על הנדה *qui concumbit cum ea quæ menſibus laborat* a.

a *Levit.* 18. 19.

XXV הבא על אביו

XXVI הבא על אחי אביו

Quos duos poſtremos adjiciunt, ex eo, quod legitur in lege ſacra, *Turpitudinem patris tui non revelabis* b. Et, *Turpitudinem patrui tui non revelabis* c, quaſi verbis illis de utroque contineretur d יתירה על אזהרה של משכב זכור *additamentum interdicto de concubitu maſculi.* Ad hoſce omnes concubitus attinet illud in lege ſubjunctum; *Quicunque* e *fecerit aliquid ex iſtis abominationibus,* נכרתו *excidentur anima ille de medio populi ſui*; id eſt, Pœnâ *exciſionis* ſeu כרת punientur. Quilibet item ejuſmodi concubitus, nomine ערוה ſeu *Turpitudinis* Talmudicis paſſim denotari ſolet, uti etiam ipſæ quarum concubitus interdicitur. Unde Maimonides f; כל שאסר ביאתו בתורה וחייב עליו כרת והם האמורות בפרשה אחרי מות הן הנקראין ערות וכל אחת מהן נקראת ערוה כגון אם ואחות ובת וביוצא בהן *Quarumcunque concubitus interdictus eſt in lege, adjecta exciſionis Pœnâ, quæ ſcilicet memorantur in dicto Levitici capite, nuncupantur ea* ערות ſeu *Turpitudines. Quin earum unaquæque nuncupatur* ערוה ſeu *Turpitudo, veluti Mater, Soror, Filia, & quæ ſunt cetera.* Idem ipſum nomen Maſculo & Beſtiæ ſimiliter tribuunt,

b *Ibid.* 7.
c *Ibid.* 14.
d *Moſ Mikotzi in Indice Præcept. Negat. titulo* משכב זכור *num.* 89. *& 90.*
e *Levit.* 18. 29.
f *Halach. Iſhoth cap.* 1.

buûnt, ob frequentem in illo legis loco ערות דבר ſeu *Turpitudinis* revelandæ; ad illicitum coitum deſignandum, mentionem. Neque alias fœminas præter eas, quæ in allata recenſione exhibentur, ita nominant; tametſi ſint etiam aliæ, quarum Nuptiæ interdicuntur; veluti, ex ipſa g Lege, Profanæ, Repudiatæ, & Meretricis ſacerdoti, harum, & viduæ pontifici ſummo, atque ex majorum ſancitis h שניות ſeu *Secundariarum*, id eſt, aliquot remotioribus, quàm qui in Levitico expreſſim vetantur, gradibus diſtantium; de quibus, utpote ad jus duntaxat Iſraeliticum ſeu gentis civile omninò attinentibus, in Uxore Ebraica ſeu Libris de Nuptiis Ebræorum agimus. In ſecundariis illis habetur אשת אחי אמו ſeu *uxor avunculi* i quod ideo heic monemus, quia in editionibus aliquot k iiſque alioquin optimus, τῶν Miſnaiot, tam uxor avunculi quàm patrui locum habet inter eas, quæ etiam Exciſionis Pœna ex ipſa Lege interdicuntur; quod planè nec agnoſcunt editiones aliæ l, nec omninò admittunt Magiſtrorum placita.

g *Leſitic.* 21. 7. & 14.

h *Miſna. tit.* Iabimoth. c. 2. & 9. & *Maimon. hal.* Ishoth. *cap.* 1. *de quibus confuſus etiã Hugonem* Grotium *lib.* 2. *de Iure Belli ac Pacis, cap.* 5. §. 13.

i *Maimonid. & Miſn. locis citatis.*

k *Talmud. Babylon. tit.* Cerithoth *cap.* 1.

l *Miſn. dict. tit. & cap. cum commentariis Obadiæ Bartenoræi.*

CAP. II.

Quomodo, etiam è verbis Sacris, *eliciant Talmudici*, illicitos *ab ipſis rerum primordiis, atque* ante Legem Moſaicam, concubitus.

INterdictorum de inceſto concubitu, ſecundum id quod jam ante oſtenſum eſt, ratione ſic habita duplici; primò videndum eſt de Sex illis prioribus, quà tum ante Legem Moſaicam, tum nunquam non Gentes univerſas eis teneri volunt. Dein de eiſdem ſimul cum ceteris in Levitico adjectis. Ubi quidem & Gentiles contineri tradunt. Sed qua ratione inferiùs explicabitur. Quod ad Sex priſtini illius intervalli ſeu primorum ſeculorum Interdicta heic attinet; liquet in eis cauſam ineſſe quadruplicem. Speciei diverſitatem, unde beſtiæ interdicitur homini coitus; diverſitatem ſexûs, unde maſculi maſculo; alterius Nuptias, unde vetatur aliena uxor, (nam nullibi apud eos reperitur opinio illa, quam temerè aliqui & contumeliosè Moſi Ægyptio m, id eſt, Maimonidi tribuunt, adeoque Judæis, de adulterii ante promulgationem legis, licentiâ ac permiſſione, ſed contrarium tum

m *Vide Sixũ Senenſem Biblioth. Sanct. lib.* 5. *annot.* 84.

apud ipſum Moſem Ægyptium; tum apud Talmudicos ceteros millies millies occurrit) & demùm Conſanguinitatem, unde Matris, Novercæ, ac Sororis Uterinæ coitus interdicitur. Etiam ratio cuilibet horum, ut traditione duntaxat minimè ſubnitantur, pro Magiſtrorum more, ex Sacra Scriptura adhibetur. Illud Adæ, à Numine edocti, in Geneſi [n], *Propterea deſeret Vir patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit* ſeu *conglutinabitur*, ſeu *adglutinabit* [o] *ſe* באשתו id eſt, *uxori*, ſeu *Viræ* [p] (ſi ita dicere licet) aut *Mulieri* [q], *atque erunt in carnem unam* (ſeu *in carne una*, ut habet vulgata) id eſt, *caro una*, veluti Legem, ſub ipſa ſexuum creatione, natam interpretantur; eamque non ad maritalem conjunctionem (quemadmodum totidem verba inde deſumpta in Evangeliis [r]) ſed ad illicitos concubitus ſeu Turpitudinem Revelationes interdictas ante Legem Moſaicam, attinere volunt. Gloſſa Jarchii ibidem; רוח הקדש אומרת בן לאסור על בני נח העריות *verbis illis uſus eſt Spiritus Sanctus, ut Noachidæ, ſeu univerſo generi humano, interdicerentur concubitus inceſti.* Atque hoc ad mentem veterum [s] etiam, qui primas in juris interpretatione apud Ebræos tenuêre. Unde *Patrem ſuum*, pro uxore patris ſui ſumunt; uti & revelatio Turpitudinis patris pro uxore patris non rarò intelligitur. Novercæ ſic coitum aiunt ibi vetari. Matris autem, nomine aperto. Certe Onkelos ibi habet, *propterea deſeret vir* בית משכבי אבוהי ואמיה & Targum Hieroſolymitanum, uti & illud Pſeudouzielidis, בירת מרמכא דאבוי ואימוי Utrunque ſonat; *Cubile Patris ſui & Matris ſuæ.* Unde etiam doctiſſimus & ingenioſiſſimus ille ſcholaſticus Alexander Halenſis [t], citatis jam memoratis verbis ſacris, *A prima*, inquit, *ergo origine excluditur à matrimonio pater & mater; cum lex ab origine ponatur in perſonis.* Sequentibus autem verbis illis ודבק *& adhærebit* ſeu *conglutinabitur Vira ſeu Mulieri ſuæ*, vetari ſcribunt [u], non ſolùm adulterium ſeu fœminæ alienæ aut alienæ uxoris coitum, ſed etiam Maſculi, ſeu pæderaſtiam. Pro *adhærebit* ſeu *conglutinabitur*, ibi habent Helleniſtæ προσκολληθήσεται quod *adglutinabitur* ſonat, quod & de ipſo coitu uſurpatur, ut Ebræis [x] דבק. Unde etiam D. Paulus [y], *An neſcitis, qui adhæret* (id eſt, κολλώμενος ſeu *adglutinatus*) *me-*

[n] *Videſis Epiphan. hæreſ. 33. & I. Mercerum ad Geneſ. 2. 24.*
[o] *Tertul. lib. de Anima c. 21. & 22.*
[p] *Nicol. Lyranus ibid.*
[q] *Sic Tert. lib. de Virginib. Velandis cap. 5. & lib. de Anim. c. 21.*
[r] *D. Matth. 19. 5. D. Marc. 10. 7.*
[s] *Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin cap. 7. f. 58 a. adde Iſaac Abarbinel in Bereſith fol. 29. & Maim. halach. Melakim cap. 9.*
[t] *Summ. part. 3. q. 27. art. 3.*
[u] *Babylon. ad tit. Sanhedrin c. 7. fol. 58 a. Hieroſolymitani, in Gemara tit. Kidduſchim c. 1. fol. 58. col. 3. & Talm. Babylon. ibid.*
[x] *Ad Corinth. Epiſt. 1. c. 6. vers. 16.*

tus) *meretrici*, *unum corpus efficitur*, ſeu *unum eſt corpus*, ut Græcè habetur. Adjici demum, *atque erunt in carnem unam*, ut interdiceretur utrique ſexui humano carnis ſeu ſpeciei diverſæ coitus. Singularis nimirùm primorum parentum erat carnis unitas, utpote cum altera ex ipſa alterius carne ac oſſibus formaretur. Et D. Auguſtinus de utroque ſexu; unum, unamve carnem, dici certum eſſe ait [z], *vel propter conjunctionem vel propter originem fœmina, quæ de maſculi latere creata eſt.* Et opinio illa vetus [a] etiam apud Ebræos, parentem utcunque primum, primò unico in corpore creatum fuiſſe. Hac de re autem Gemara Babylonia [b], והיו לבשר אחד מי שנעשין בשר אחד יצאו בהמה וחיה שאין נעשין בשר אחד *Et erunt in carnem unam; ſcilicet qui fiunt caro una; unde excipiuntur jumenta aut fera, quæ nequaquam una fiunt caro.* Nempè neque in ipſa creatione ſeu prima formatione beſtiarum, unitas erat ejuſmodi carnis ſexuum earum, qualis illa viri & fœminæ; neque beſtiarum caro atque humana una dicenda. Unde non alium coitum verbis illis permitti volunt ac eum, quo primaria illa atque ſingularis ſpeciei humanæ unitas ſeu caro unica conſervaretur. Gloſſa Talmudica [c] מי שנעשה לבשר אחד שזרע יוצא מהם שנעשה בשר האם והאב אחר בן *fieri in carnem unam ad prolem ex parentibus prognatam attinet. Etenim in ea caro Patris & Matris una fit.* Atque ejuſdem author alibi [d]; לבשר אחד הולד נוצר על ידי שניהם ושם נעשה בשרם אחר *Verba illa, in carnem unam, de prole per utrumque parentem formata dicuntur. Ibi ſcilicet fit caro eorum una.* Maimonides verò [e], והיו לבשר אחד להוציא בהמה חיה ועוף שאין הוא והם בשר אחד *Et erunt in carnem unam; quod dicitur ad excipiendum jumentum, feram, volucrem. Quoniam animalium horum atque hominis caro una non eſt.* Græci interpretes, uti & ipſe humani generis Redemtor in Evangeliis [f], pro *& erunt in carnem unam*, habent καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, *Et erunt duo*, aut *illi duo, in carnem unam.* Neque aliter paraphraſis Jonathani tributa; והוון תריהון לבישרא חד *Et erunt ambo ii in carnem unam.* Atqui Codex Samaritanus, *propterea deſeret vir patrem ſuam & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ* והיה משניהם לבשר אחד *Et erit, aut ſit, ex utriſque illis in*

[z] *De Civitate Dei lib. 14. cap. 22.*

[a] *Apud Maimonid. More Nebochim. lib. 2. cap. 30. & Leonem Hebræum Dialog. de Amore lib. 3.*

[b] *Ad tit. Sanhedrin cap. 7. fol. 58 4.*

[c] *Ad locum citatum.*

[d] *Ad Bereſith cap. 2. comm. 28.*

[e] *Halach. Melakim cap. 9.*

[f] *D. Matth. cap. 19. 5. D. Marc. cap. 10. 8. videſis Ludovicum de Dieu ad inducatum D. Matthæi locum.*

Carnem unam, ſeu *Caro una*. Singulare tandem de ſorore uterina, ante Legem in Levitico latam, interdictum eliciunt ex Abrahæ hiſtoria, ubi g de Sara uxore ſua ab Abimelecho Geraris rege in concubinatum capta, ſed intacta (quam ſororem ſuam, ne uxoris nomen ſibi fortè fraudi foret, appellari, uti anteà h in Ægypto, volebat) *ſed & verè ſoror mea eſt*, inquit, *eſt enim filia patris mei, tametſi non ſit filia matris mea, & facta eſt mihi in uxorem.* Quod nonnulli de alio conſanguinitatis genere, quo contigiſſe Saram Abrahamum volunt, intellexêre; ſcilicet neptem illam ei fuiſſe ex fratre Harane, neque aliam ab Iſca filia Haranis in Geneſi i dicta; uti diſertè etiam paraphraſis ibi Uzielidi tributa. Nec minus proprie aut minùs ad linguæ ſanctæ ſeu ipſius Abrahæ idiotiſmum, neptem ita dici ſororem, quàm alio in loco nepotem eidem nuncupari fratrem. Nam Lotum Haranis fuiſſe filium manifeſtum eſt, adeoque nepotem ex fratre Abrahæ; cum interim expreſsè ille ad Lotum *Nos*[k] *fratres ſumus*. Sed verò receptior eſt & ad rem, quam tractamus, accommodata ſententia, apud Ebræos, Saram fuiſſe Tharæ filiam, adeoque Abrahæ ſororem tantum non uterinam. Unde Gloſſa Jarchii ad verba illa Abrahæ de ſororis nomine בת אב מוחרת לבן נח שאין אכות לגוי *Filia patris* (ſoror, non uterina) *jure conjungebatur Noachidi, quoniam inter Gentes* (ſeu ex jure Naturali) *ratio conſanguinitatis paterna neutiquam habebatur.* Quin Tharæ uxoris, quæ Abrahæ mater, uti & matris Saræ, quæ eidem uxor altera, nomen habetur apud vetuſtum illum ſcriptorem Saidum Batricidem, quem & Apthiſium nuncupant, ante annos ſeptingentos Patriarcham Alexandrinum; qui ex priſcis Orientis monumentis, à rerum initiis ad ſua tempora Hiſtoriam ſeu potius Annales plerunque Eccleſiaſticos ſumma cum diligentia Arabicè contexuit. Abrahæ matri nomen fuiſſe يونا *Ionam*, eamque Tharæ uxorem primam, quâ demortuâ, nuptam ei fuiſſe تهوبتن *Tebevitham*, è qua ſuſceptam Saram; atque ita intelligendum eſſe, quod habet Scriptura Sacra de conjugum iſtorum cognatione. Verba ejus ſunt, فاخذ ابرهيم روجته سارهن وهي لخته

g *Geneſ. 20. 12. Gemar. Babylon. ad tit. Sanhedrin c. 7. fol. 58 b. Maim. halach. Melakim cap. 9. Iſaac Abarbinel in Bereſith fol. 71. col. 4.*

h *Geneſ. 12. 13.*

i *Cap. 11. 29. & vide Gloſſam Salom. Iarchii, tam ad Geneſ. quam ad Talmudis Locum indicatum, & S. Hieronym. adverſ. Helvidium.*

k *Geneſ. 13. 8.*

من ابيه لان بلرخ ابو ابرلهيم لما ماتت يوتا لم ابرلهيم
لتروج امرلة اخري اسمها توويتس فولدت منه سارة
وتزوجها ابرلهيم ومن قبل ذلك كن ابرلهيم يقول انها

اختي ابنة ابي ولبست ابنة امي *Et capit Abraham conjugem ſuam Saram, quæ Soror ei erat ex patre. Etenim, mortuâ Ionâ, Abraha matre, duxit in uxorem Tharæ pater ejus fœminam aliam, cui nomen Tebevitha, ex quâ ſuſcepit Saram, quæ Abraha nupſit. Atque inde eſt, quod dixit Abraham, eam fuiſſe ſororem ſuam quidem; ſed ex patre, non uterinam.* Mater autem Abrahæ, ſeu uxor Tharæ, è qua Abrahamum ſuſcepit, in veteribus Mahumedanorum [l] monimentis *Ibicilne*, ſi rectè tranſtulerit Hermanus Dalmata, nuncupatur. Ut verò Ebræorum, de Primævis quæ diximus Inceſti Concubitus Interdictis, ſenſus explicatior reddatur, duo inprimis ſunt heic penitiùs diſpicienda. Alterum illius intervalli, quod Legem Scriptam antevertit, jus Matrimoniale, quo tum fiebat Fœmina quæpiam Uxor. Alterum, Conjugum, qui eodem intervallo occurrunt, aliarumque, quarum conſanguinitatis ratio heic habeatur, perſonarum Cognationes. Et de utroque, ſigillatim.

[l] *Lib. de Generatione Mahumet & Nutritura ejus.*

CAP. III.

De Jure Matrimoniali *atque* operæ Liberis dandæ, *ad quod ab ipſis rerum primordiis* obligari *volunt Ebræi* ipſum genus humanum. *Et primò de* Origine ejuſdem *atque* Neceſſitate. *Obiter de* Eſſenorum abſtinentia *à conſortio muliebri.*

QUod ad jus attinet illius Intervalli Matrimoniale; videndum eſt, ad Magiſtrorum placita, de Origine ejus, de Neceſſitate, de ipſo Contractu ſeu Obligatione Nuptiali, de Innuptarum Concubitu, de Ritibus Nuptialibus, de Polygamia, & demum de Divortio & Nomine Concubinarum. Juris Matrimonialis Originem ex illo petunt. [m] *Creavit m itaq; Deus Hominẽ in imagine ſua, in imagine Dei creavit eum.*

[m] *Geneſ. 1. 28. cap. 9. 1.*

Masculum & Feminam creavit eos. Et benedixit illis Deus, dixitque ad eos Deus פרו ורבו *fructificate & multiplicamini, & implete terram atque subjicite eam:* Unde à פרה quod *fructificare* est, vocabulum petunt aliqui אפריון [n] quod significat *lectum conjugalem*, ac si *fructificandi locum* appellares. Et לבנות אפריון *Extruere locum fructificandi* phrasis hodie est [o] Rabbinis frequens & solennis, ubi de Nuptiis celebrandis loquuntur. Quin & velamen, quo protegi soliti sponsi, in ipsa deductione ita [p] subinde nuncupatur. Necessitatem etiam Matrimonii, præcepto illo fructificandi seu propagationis multiplicationisque; eo usque sanciri docent, ut ita eo teneri velint Masculos omnes, ut quicunque expleto vigesimo ætatis anno (& sunt qui de minore ætate hoc pronunciant) uxorem non duxerit, eum in illud committere scribant; nisi aut assiduo Legis studio incumbat, acriori libidinis stimulo immunis, aut partium, quibus viri sumus, defectu, generationi impar sit. Ubi horum neutrum in causa, uxorem ducendam. Et ad omnes pariter homines ac Noachidas universos præceptum hoc attinere volunt, tametsi illud in illustrioribus non enumerent, quâ de re plura inferiùs. Jam verò, quod ad feras, quantum ex Geneseos libro dignoscitur, primævi seculi parentum Generationes attinet; ne illi non satis tempestivè aut operâ satis datâ, præcepto Multiplicationis generis Humani obtemperâsse videantur, animadvertere liceat, quod habet D. Augustinus de eorum prole atque Generationis tempore loquutus. *Aut tantò serior*, inquit [r], *fuit proportione pubertas, quanto vita totius major annositas; aut quod magis video esse credibile, non hic primogeniti filii commemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat, ut perveniretur ad Noe, à quo rursus ad* [s] *De Civitate Abraham videmus perventum.* Et paulò post, *Porro autem Seth Dei lib. 15. c. quando natus est, non quidem taciti sunt anni patris ejus. Sed* 15 *jam genuerat alios. Et utrum solos Cain & Abel, affirmare quis audeat? Non enim quia soli nominati sunt propter ordines generationum, quas commemorare oportebat, ideo consequens videri debet, solos fuisse tunc generatos ex Adam. Cum enim silentio cooperta omnium nominibus ceterorum, legatur eum genuisse* [t] *filios & filias, quota fuerit ista proles ejus, quis præsumat asserere,*

[n] *Gem. Bab. ad tit.* Sota. *cap 1. fol. 12a. & Baal Aruch in* אפריון

[o] *I. Baxtorf. pater ad Ep. Hebræic. lib. 2. ep. 7. usurpatur* אפריון *pro* חופה *seu* Thalamo (*sed Templum innuitur*) *Cautic. Sation. 3. 9.*

[p] *Misna tit.* Sota *cap. 9. Talm. Bab. fol. 49. b.*

[q] *Maimonid. hal.* Ishoth *cap. 15. & videsis Gemar. Bab. ad. tit.* Pesachim *cap. 10. fol. 113 b.*

[t] *Genes. 5. 4.*

Digitized by Google

ſirere, ſi culpam temeritatis evitat? Deinde quod ſcriptum eſt, Vixit t *autem Seth* CCV *annos, vel ſecundum Hebræos* CV *annos, & genuit Enos, quis poſſit niſi inconſideratus aſſeverare, hunc ejus primogenitum fuiſſe? Vt admirantes meritò requiramus, quomodo per tot annos immunis fuerit à connubio ſine ullo propoſito continentiæ, vel non genuerit conjugatus, quandoquidem etiam de ipſo legitur; Et genuit filios & filias, & fuerunt omnes Dies Seth* DCCCCXII *anni, & mortuus eſt? Atque ita deinceps, quorum anni commemorantur, nec filios filiaſque genuiſſe reticentur. Ac per hoc non apparet omninò, utrum, qui nominatur genitus, ipſe fuerit primogenitus: imo verò quoniam credibile non eſt, Patres illos ætate tam longâ aut impubes fuiſſe, aut conjugibus caruiſſe vel fœtibus: nec illos eorum filios primos eis natos fuiſſe credibile eſt. Sed cum ſacra ſcriptor hiſtoriæ ad ortum vitamque Noe, cujus tempore diluvium factum eſt, per ſucceſſiones Generationum notatis temporibus intenderit pervenire, eas utique commemoravit, non quæ prima ſuis parentibus fuerint, ſed quæ in propagationis ordinem venerint.* Cujus rei exemplum ſubdit luculentum ex Chriſti, apud D. Matthæum, genealogiâ, ubi, ut ſervetur ſuccedentium ordo, Abraham dicitur genuiſſe Iſaacum, hunc Jacobum, Jacobum Judam Phares & Zaram, quorum nullus genitori primogenitus. Et de Ada exempli gratiâ, aiunt ex veterum traditione nonnulli non ſolùm ſtatim à Creatione, ſaltem ab egreſſu è Paradiſo, operam liberis eum dediſſe, ſed & Cainum cum filia gemella unica, & Abelem cum binis gemellis ex Eva ſuſcepiſſe. Rabbi Joſuah Ben Carchia, de primis parentibus, ועלו למטה שנים וירדו שבעה קין ותואמתו והבל ושתי תואמותיו *Et aſcenderunt,* inquit u, *in eorum bini. Deſcenderunt ſeptem. Nempè Cain & gemella ejus ſoror, & Abel cum ſororibus ſuis binis gemellis.* Adjectis parentibus, ita fiunt ſeptem. Alii de hac re x aliter, ſed mente non ita diſſimili. Et de gemellis Adami & ſequioris ejus ſexus liberis, plura mox capite octavo, ubi de fratrum & ſororum, ſub initiis rerum, conjugiis agitur. Methodius verò Epiſcopus Patarenſis haut ante triceſimum ætatis annum Cainum filium primogenitum ei natum eſſe, velut ex Orientalium traditionibus edoctus, ſcriptum reliquit. Ut ut verò ſe res hæc habeat,

t *Ibi cum* 6. & 7.

u *In* Bereſith Rabba *parash* 22. R. Bechai *ad* Vaiera *fol.* 148. *col.* 3.

x *Apud Hieron. de Sancta Fide in Hebræo magiſtri lib.* 2. *cap.* 1. *De liberis Eva & Ada, ante Sethum, ſuſceptis, videſis* Sepher Zohar, *Cremonæ, ad* Bereſith *fol.* 45. *col.* 177. *Maimonidem in* More Nebochim *lib.* 1. *cap.* 7. Sepher Juchaſin *fol.* 8 a. *Gemar. Bab. ad tit.* Erubin *cap.* 2. *fol.* 18 b. Sepher Zohar (*Mantuæ*) *ad* Vaicra *fol.* 76. & 77. Firke R. Eliezer *cap.* 22.

habeat, Ebræi eum, qui uxori ſuperſtes prolem utriuſque ſexus, ejuſque integri (nam ſpado aut filia plane ſterilis, prolis vicem heic non obtinet) non haberet, præcepto [y] neutiquam voluere ſatisfeciſſe. Eum autem, cujus filius & filia mortui relinquerent liberos utriuſque ſexus, ita ut nec eorum alterutro proles deeſſet, præcepto liberum fuiſſe. Aliter ſemper ætate non effœta, teneri, ubi in prole ſexus deeſſet alteruter. In prole autem, filiorum filiarumque locum ſupplere nepotes nepteſque, ut dictum eſt. Gentilem item, cui liberi eſſent utriuſque ſexus, non aliter, ſi Proſelytus fieret [z], ex hoc Jure teneri, ac ſi, poſtquam Judaiſmum fuerit amplexus, eos ſuſcepiſſet. Quale tamen obtinere nolebant, ubi ſervus, poſt ſuſceptam ejuſmodi prolem, manumiſſus eſt. Scilicet uxorem aiunt ei denuò ducendam, prolemque utriuſque ſexus aliam ſuſcipiendam. Rationem adjiciunt, eo, quod העבד אין לו ייחוס *ſervo familia*, cognatio, proſapia *non eſt*. Nimirùm ante nolebant ſatisfieri præcepto, quàm liberis ingenuis ingenuus ſeu qui liber eſt genus humanum adauxerat. Nec ſufficere ut ſterilem quis vetulam, aut quæ viripotens non eſt, duceret, niſi & ſuperinduceret fœcundam. Utrunque autem pariter ſexum præcepto illo teneri negant plerunque Magiſtri; ſed duntaxat neceſſitatem, quam diximus, ad Maſculos attinere, adeò ut ipſi ſolùm præceptum violarent, quoties nempe, quantum in ſe eſſet (juxta jam dicta) matrimonio & liberis operam non darent. Verba ſunt Miſnæ [a] האיש מצוה על פריה ורביה אבל לא האשה *Vir præcepto fruCtificandi & multiplicandi tenetur. Non item Fœmina.* Ibi tamen adjicitur ſententia Rabbi Jochanan Ben Baruka, utrunque pariter teneri ex eo, quod habet ſcriptura. *Et benedixit eos Deus & dixit eis* (utrique ſexui,) *fructificate & multiplicamini.* Et in utraque Gemara, tàm Hieroſolymitanâ [b], quàm Babyloniâ [c], occurrunt qui recipiendam eſſe ejus ſententiam volunt, ùti & alii qui rejiciendam; quos ſequuntur Moſes Maimonides [d], Obadias Bartenorius [e], Salomon Jarchius [f], alii non pauci. Etiam argumentum ſumunt ex eo, quod ſequitur in Geneſi, *Implete terram & ſubjicite eam.* Quaſi præceptum de Terra ſubjicienda ſeu Imperio ad Maſculos tantummodò, non ad fœminas ſpectaret, adeoque neque id, quod eâdem verborum ſerie præce-

y *Gem. Bab. ad tit.* Iabimoth *cap. 6. fol. 61. & 62. Hieroſolym. eod. tit. fol. 7. col. 3. §. 6. Maimon. loco cit. Moſes Mikotzi præcept. affirmativ. 49.*

z *Ibidem & Rabbi Iochanan in Gem. Bab. tit.* Becoroth *cap. 8. fol. 47. a.*

a *Tit.* Iabimoth *cap. 6.*

b *Eod. tit. fol. 7. hal. 6. col. 4.*

c *Eod. tit. fol. 65 b.*

d *Hal.* Iſhoth *cap. 15.*

e *Ad tit.* Iabimoth *cap. 6. §.*

f *Ibid. & ad Geneſ. 1, 28.*

Digitized by Google

præcedit, eas ibi æque obligaret. Unde etiam, ubi deeſſe obſervatur g ad vocabulum וכבשה, quod vertitur *& ſubjicere eam*, literam *vau* ſeu pluralis numeri notam (quæ tamen in bibliis, quibus puncta adſunt, per Kibbuts ſuppletur; adeoque ſi punctum negligatur, *& ille ſubjiceret eam* ſingulariter ibi poſſe ſubſtitui, adjicitur eo denotari tam ſequiorem ſexum maſculo ſubjiciendum, quam propagationis & multiplicationis præceptum ad maſculum tantum, qua ſcilicet præceptum, ſpectare. Gloſſa Jarchii, חסר ו"ו ללמדך שהזכר כובש את הנקבה שלא תהא יוצאת ועוד ללמדך שראוי שדרכן לכבוש מצוה על פריה ורבוה ולא האשה *Deficit ibi Vau, tum ut inde diſcas, Maſculo ſubjiciendam eſſe fœminam, ne extra limites ſuos vageatur; tum ut ibidem diſcas, viro, cui proprium eſt ſubjiciendi munus, imponi propagationis ac multiplicationis præceptum, non Fœminæ.* Perinde ac ſi viro dictum fuiſſet, adſtante fœmina, Acceptâ tibi fœminâ, jubeo ut fructificetis & multiplicemini & impleatis terram & ſubjicias tu eam. Ita ut verba pluralia ideo adhiberentur, quoniam ſine fœmina propagatio ſeu multiplicatio fieri nequiret, non quoniam ad utrunque ſexum præceptum pariter, quà præceptum attineret. Ideoque virum, qui, quantum in ſe eſſet, non ei obtemperaret, reum eſſe, non item fœminam, cui ita integrum per legem aiunt ſive cælibem ſive nuptam vitam tranſigere. Tametſi vero quis præcepto huic ſuſcipiendo prolem, modo quo dictum eſt, utriusque ſexus ſatisfecerit, ex adjectis tamen Magiſtrorum monitis, ab humani generis ejusmodi propagatione ac multiplicatione neque ſic abſtinendum. Maimonides h, ex mente veterum; אף על פי שקיים אדם מצות פריה ורביה הרי הוא מצוה מרבה סופרים שלא יבטל מלפתות ורבות כל זמן שיש בו כח שבל המוסיף נפש אחד בישראל כאילו בנה עולם וכן מצוה חכמים היא שלא ישב אדם בלא אשה שלא יבא לידי הרהור ולא תשב אשה בלא איש שלא תחשד וחובה על כל איש לקנות לאשתו *Quanquam perimpleverit quis præceptum de multiplicatione humani generis, habetur nihilominus præſcriptum ex ſcitis ſcribarum, ut nemo ceſſet à multiplicatione humani generis ullo tempore, modo ei ſuppetat facultas. Nempe quicunque adjecerit animam unicam Iſraeli, quaſi Mundum adificat. Quin etiam in ſcitis*

g *Genes. cap. 2.*

h *Halach. Iſhoth c. 16.*

est sapientum, ut nec Vir Domicilium habeat sine uxore, ne libidinis stimulo urgeatur, neque uxor sine marito, ne suspecta reddatur & proborum importunitati obnoxia. Hinc est etiam quod toties inculcatur hyperbole illa apud Magistros i, כל מי שאין לו אשה אינו אדם שנאמר זכר ונקבה בראם ויקרא את שמם אדם quemlibet hominem, cui non est uxor, minimè esse hominem, cum etiam in scriptura dicatur, Masculum & fœminam creavit eos & vocavit nomen eorum Adam, seu Hominem. Item k, כל מי שאין עוסק בפריה ורביה כאילו שופך דמים Quicunque negligit præceptum de Multiplicatione Humani generis, habendum esse veluti Homicidam. Id genus occurrunt plurima etiam ad sensum Varronis l in Lege Mœnia; *si quis patriam, Majorem parentem, extinguit, in eo culpa est; quod facit pro sua parte, qui se eunuchat aut aliqua liberos producit.* Ubi *Liberos producere* (quod prolem gignere vulgo sonaret, ut Lucilio m, *instituere*) pro *liberorum procreationem differre* seu *impedire*, usurpari, neque ex glossemate, cum Ausonio Popma, irrepsisse, vult Christophoris Colerus n. Ejusmodi fere alia habes de Nuptiarum necessitate, apud Hieroclem & Musonium o philosophos, Ut ἐπὶ ἀγαμίᾳ, καὶ ὀψιγαμίᾳ δίκας id est *mulctas sive ob cœlibatum sive ob dilatas nuptias impositas* Athenis, ac Lacedæmone, qualia fuere etiam Uxoria q Romæ, alia item ex Lege Julia & Papia r, prætermittamus. Et eleganter Plato, cuilibet, inquit, χρὴ δ' ἀεὶ ξυμβῆς φύσεως ἀντέχεσθαι τῆς παίδας παίδων καταλείποντι ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρεσίας ἀντ' αὐτῶν παραδιδόναι *oportet perpetuam Naturam sustinere, Liberos nepotesque relinquendo, ut Numini ministros, sui vice, suppleat.* Sed exorti etiam sunt, quemadmodum fieri amat, ex Judæorum gente, qui adeo receptis majorum sententiis hoc volebant adversari, ut non modo Nuptiis sed omnimodo fœminarum consortio sibi interdicerent. Essenos dico, seu tertium illud præter Pharisæos ac Sadducæos philosophorum ad Judæos genus, cui γάμος μὲν ὑπεροπτία *Conjugii plane fastidium* erat, quod de eis ait Flavius Josephus s, atque ex eo Porphyrius t, è quo Eusebius u. Quod tamen de altero tantum eorum ταγματι *collegio* seu *secta* dicitur, sed majori. Nam & eorum secta memoratur altera, quæ receptiori majorum sententiæ satis

i *Rabbi Eliezer in Gem. Bab. ad tit.* Jabimoth c. 6 *fol.* 63. a.
k *Idem ibid.* & Berelith Rabba *parash.* 34. *Salom. Iarchi ad Gen.* 9.
l *Apud Nonium in Eunuchare.*
m *Satyrarum lib.* 26.
n *Parerg. c.* 34.
o *Stobæus serm.* 65.
p *Pollux lib.* 3. c. περὶ ἀγάμων. *ad de Platonem de Legibus lib.* 4. & 6.
q *Festus Verb uxorium, atq; ibi. Iosf. Scaliger.*
r *C. tit. de infirmandis pœnis cœlibat.* 9 *L. unic. ad die Lupsium ad Taciti, Annal.* 3. *de Lege Papia.*
s *De excidio urbis lib.* 2. c. 12. & *Archæolog. l.* 18. c. 2.
t *De Abstinentia Animalium lib.* 4.
u *De Præparatione Evangelica l.* 8.

satis erat de conjugio consona, uti videre est apud Josephum. De priori autem illa Plinius [x], *ab Occidentali Palæstinæ littore, Esseni, quos fugitant usquequaque nocentes. Gens sola & in toto orbe præter cæteras mira, sine ulla fœmina, omni Venere abdicatâ, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex æquo convenarum turba renascitur, longe frequentantibus, quos vitæ fessos ad mores earum fortunæ fluctus agitat. Ita per sæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia est.* Et Solinus [y], *Esseni præditi memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium universarum, majestatis, ut reor, providentia ad hunc morem destinati. Nulla ibi fœmina. Venere se penitus abdicarunt. Pecuniam nesciunt, palmis victitant. Nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo, locus ipse addictus puaicitiæ est; ad quem plurimi licet undique gentium properent, nullus admittitur nisi quem castitatis fides & innocentiæ meritum prosequatur,* Et mox; *Per immensum spatium sæculorum (incredibile dictu) æterna gens est, cessantibus puerperiis.* Hujusce autem rei ratio habetur apud Josephum ejusque exscriptores. Hoc nempe faciebant, seu abstinebant nuptiis, τὰς τῶν γυναικῶν ἀσελγείας Φυλαττόμενοι καὶ ἀνδρείας πρὸς οὐδεμίαν πίστεως μέρος ἔχειν οἴεσθαι, ut rectè vertit Ruffinus vetus interpres, *Cavendam putabant intemperantiam fœminarum, nullam earum uni viro fidem servare credentes.* Posteriora verba de fœminarum fide apud Porphyrium desunt, uti etiam Eusebium. Uterque vero habet priora de earum intemperantia, quæ Eusebii interpres, *quia mulierum mores cavendos putabant*, vertit & vetustior Porphyrii, vir doctus, Joannes Bernardus Felicianus, ante octoginta amplius annos Venetiis typis editus, *ut mulierum petulantias evitarent.* Quorum utrumque Græci sermonis mentem satis aperiunt. Libentius hoc ideo monuimus, quoniam nuperus Porphyrii è Gallia interpres, nescio unde edoctus, ne quid gravius dicam, verba illa ex Josepho autori suo exscripta τὰς τῶν γυναικῶν ἀσελγείας Φυλαττόμενοι, vertit, *quo circa aut alienarum fœminarum libidines coerceant, excubias agunt*; cum pla-

[x] Hist. 5. cap. 17.

[y] Polyhist. c. 38.

planiſſime nihil aliud verbis eis innuatur, quam ut ratio Eſſenorum abſtinentiæ nuptiarum reddatur. & manifeſto ſit vertendum, *quoniam petulantes fœminarum mores cavebant*, aut earū intemperantiam, ut Veteres etiam interpretes oſtendunt. Sed rarum non eſt nupero illi, ab autoris mente nimium aberrare. Exceptionem, quam heic habent Magiſtri de ſuis, qui ſacræ legis ſtudio aſsiduo incumberent, in Uxore Ebraica, ſeu liberis de eorum Nuptiis ſive jure Matrimoniali eorum ſimpliciter civili exhibemus.

Cap. IV.

Conſenſu, *ſed* non ſine Concubitu, *ex Iure Noachidarum ſeu* Naturali, *ante legem Moſaicam fieri matrimonium. De* Innuptarum *tunc* Concubitu. *Quid de eo, ex lege Moſaica novatum velint. Et de Magiſtrorum in lege* זונה & קדשה, *quod* ſcortum *ſeu* meretrix *vulgo vertitur, recepta, quantum ad hanc rem, interpretatione, & de* meretricis mercede *non offerenda.*

VT Contractus matrimonialis ſeu obligatio illa Nuptiarum mutua, qua fierer fœmina quæpiam uxor, ſatis ante Legem Moſaicam ſeu ſine ea iniretur, præter mutuum, in vitæ lectiq; ſocietatem, Conſenſum & in thalamum, ubi rerum poſtulabat circumſtantia, deductionem, etiam Concubitum neceſſarium aiunt fuiſſe. Conſenſus autem non ſolum ex ipſorum conjugum, eorumve nomine parentum aut propinquorum verbis, ſed etiam per proxenetam ſeu internuncium habebatur, ut videre eſt in Nuptiis Iſaaci & Rebeccæ, & Jocobi atq; utriusque Labanis filiæ. De contractu illo intervalli quod jam tractamus matrimoniali, ad hunc modum Moſes Maimonides: קודם מתן תורה היה אדם פוגע אשה בשוק אם רצה הוא והיא לישא אותה מכנסה לתוך ביתו ובועלה בינו לבין עצמו ותהיה לו לאשה *Ante Legem datam* (Moſaicam) *ſi Fœmina in publico occurriſſet vir, & tam hanc quam illa in matrimonium conſenſiſſet, eam is domum deducebat, & remotis arbitris* [בעלה] id eſt, *cum ea concumbebat, atq; ita ei fiebat ea uxor* ſeu *fœmina ejus fiebat.* Etenim verbū בעל quod *conjuxerit, maritum eſſe*, ſeu *connubio jungi*, plerunq; in veteri Teſtamẽto vertitur, pro *concumbere* à Magiſtris frequentiſſime ſumitur, id eſt, de conjunctione corporum ſeu mutuis conjugum amplexib9 & com-

a Halach Iſhoth cap. 1. & Side in Gemara Hieroſolymit. ad tit. Kidoſchim *cap 1 fol. 58. col. 1 Verba Rabbi Iona nomine R. Samuelis.*

& comistione signantius dici intelligitur, non aliter fere ac apud Latinos *Nubere* & *Nuptiæ*, quæ, licet de Matrimonio seu ipsis ejusdem solennibus plerunque usurpentur, ipsum tamen duntaxat concubitum seu naturalem corporum conjunctionem non rarò indicant; quemadmodum apud Plautum [a], ubi *viduam in lecto cubare* & *Nubere*, de Meretrice à Lena dicta, invicem opponuntur. Silenium de Gymnasio meretrice;

At satius fuerat eam viro dare nuptam potius. LENA *etiam.*
Hac quidem ecastor cotidie viro nubit; nupsitque hodie.
Nubet mox noctu. Nunquam ego hanc viduam cubare sivi,
Nam si hæc non nubat, lugubri mihi fame familia pereat.

[a] *In Cistellaria Act. 1.*

Quo etiam sensu *nuptias columbarum* legimus apud Martialem [b].

Amplexa collum, basioque tam longo
Blandita, quam sunt Nuptiæ columbarum,
Rogare cœpit Phyllis amphoram vini.

[b] *Lib. 12. epig. 66.*

Alia sunt ejusmodi non pauca. Et rectè Lipsius; *Nubendi verbum*, inquit [c], *antiquitus inter ea fuit, quæ cultus ille hortorum libentius quàm virgines Vestæ usurparent. Inde Festo Nupta verba, obscœna; & Petronio Nuptias facere τὸ συμφορᾶζειν.* Quin *maritare* quod uxorem ducere plerunque significat, interdum ipsum coitum solùm denotat. Varro de canibus loquens, *de fœtura*, inquit, *principium admittendi faciunt Veris principio. Tunc enim dicuntur catulire*, id est, *ostendere se velle maritari.* Neque aliunde est, quod maritæ arbores apud Plinium [e] & Columellam [f] nominantur eæ, quas vites & flexiles ejusmodi alii sinuosi frutices complectuntur. Ab ipsis conjugum amplexibus locutionem transferri dubitandum non est. Firmare autem hanc de concubitûs, in matrimonio contrahendo, necessitate sententiam volunt ex illo Numinis, de Sara Abrahæ uxore, ad Abimelechum Geraris Regem. *Venit* [g] *Deus ad Abimelechum in somnio noctis & dixit ad eum, ecce tu morieris propter mulierem,* אשר לקחת והוא בעולת בעל *quam accepisti. Nam concubuit cum ea maritus.* Id est, juxta Magistrorum sententiam, ita consummatæ erant nuptiæ atque adeo ex coitu, quo contractus nuptialis, præeunte consensu

[c] *Antiq. Lection. lib. 2. c. 9.* cui adde quæ de hac re habet *Albericus Gentilis de Nuptiis l. 2. c. 3.* & *Fernandius de Cordoba in Didascalianus tiplici ca. 39.* & *Isidorus* & *Tertullianum ad uxorem l. 1. c. 5.* & *adversus Hermogenem c. 1.*

[d] *De re Rustica l. 2. c. 9.*

[e] *Hist. Nat. lib. 14. cap. 1.*

[f] *De re Rustica lib. 11. c. 2.*

[g] *Genes. 20. 3.*

h *Videsis, ad hanc rem, etiam Genes. cap. 29. 33.*

perficitur h, legitima erat uxor Abrahæ Sara, seu ita ei inde planè acquirebatur, ut, qui cum ea postmodum rem haberet, is morte, ut adulter, esset plectendus; non item, si ante mariti coitum, sine quo uxorem fieri seu nuptialem obligationem satis contrahi tunc temporis nolunt. Unde etiam Glossa Talmudica i, לא כתיב והיא אשת איש אלמא הנך מת משום בעילתו של בעל ולא מפני קדושין ותופת *Non scriptum est*, Nam Uxor viri est, *seu* viri alterius fœmina; *sed verba illa*, ecce morieris *pronunciantur, eo quòd maritus concubuerat cum ea, & non ratione sponsaliorum aut deductionis in thalamum.* Ita Matrimonium illius seculi Magistris aliud non est atque corpòralis viri & fœminæ, præeunte in vitæ communionem & lecti societatem consensu, conjunctio. Quod inchoarat utriusque consensus, id perfici intelligunt ex sequenti, qui è consensu illo penderet, concubitu, atque exinde compleri matrimonium, (contra ac Jurisconsulti k Romani atque Christiani) velut ex traditione, præeunte donationis causâ, dominium. Scilicet eam, quâcum hujusmodi contractus ac concubitus haberetur, fieri אשת איש, id est, *ἀνδρὸς ἢ ἀνδρὸς* seu *Viri fœminam*, ac tam maritale inde dominium nasci quàm possessionem. Quid de certis legum conditoribus, quos Ægyptiorum quidam olim sequebantur, legimus, quibus (ut in l Zenonis constitutione habetur) placuit, sine corporum conjunctione nuptias non videri esse contractas; fortè ex Ebræorum, quibus assueverant, scitis de Gentium seu Noachidarum Jure, edoctis. Ebræis autem ipsis, ex Jure suo sacro & civili, consensus solus citra omnem controversiam sufficiebat, ut in libris de Nuptiis eorum ostendimus. Unde & deprehenditur manifesta doctorum aliquot hallucinatio, qui Ægyptiorum nomine in memorata constitutione innui putant Judæos. Nam horum conjugia sine concubitu ex consensu firma semper habita; nec fratrum mortuorum conjuges, nisi ex singulari Jure, ubi sine liberis demorerentur, sibi copulari, quod ibidem etiam memoratur, ipsi fas censebant. Quemadmodum autem ubi sine causâ donationis, venditionis aut alicujus aliûs ejusmodi tituli, traditio à domino fit, veluti depositi, commodati, locati, non dominium, sed possessio tamen legitima transfertur; ita fœminæ, cui potestas erat sui ac dominium, id est, quæ contractûs matrimonialis

i *Addit. Sanhedrin c. 7. fol. 57 b. & tantundem fol. 56 a.*

k *Vlpianus l. 30. ff. sit de Regul. juris.*

l *L. 8. C. de Incest. & inutilibus Nuptiis.*

liſtum conſenſu, tum concubitu firmati obligatione neutiquam teneretur, ſive innuptam, ſui, in aliquam concubitûs vicem, ſine conſenſu in vitæ communionem, copiam, ante Legem Moſaicam, licitè ajunt permiſiſſe ſeu locaſſe aut ſe ſic tradidiſſe; adeo ut, pro breviuſculo ejuſmodi amplexuum momento, ſive amicæ ſive meretricis, modò neutra carum alteri nupta eſſet, illicitam [m] nolint fuiſſe illam ſui permiſſionem, ſive locationem traditionemve aut concumbentis poſſeſſionem magis ac cujuscunque aliûs rei mancipi locationem uſum fructumve. Et ſanè apud Orientales non infrequens illa ſtupri [n] permiſſio ex ipſo Jure. Ex lege verò Moſaicâ ejuſmodi innuptarum concubitus primo ſibi ipſis interdictos fuiſſe volunt Ebræi, adeo ut dein, nec mercedis nec libidinis cauſa, extra matrimonium, Circumciſis inter ſe concubitus aliquis licitus haberetur. De paganæ autem innuptæ etiam cum Circumciſis ſubinde coitu, ut volunt illi, licito, plura inferiùs ſuis in locis. Ipſis autem inter ſe poſita Lex primaria iſta de re ita ſe habet; Non ſit [o] קדשה, id eſt, *meretrix, aut qua pro libitu ſine nuptiis copiam ſui corporis faciat, ex filiabus Iſrael, nec ſit* קדש, id eſt, *ſcortator*, ſeu, ut aliqui volunt, *cinædus* [p], ut alii, *ex-ſectus* ſeu *Gallus, ex filiis Iſrael.* Cui conſona eſt alia illa; לא תחלל את בתך להזנותה וגו *Non profanabis filiam tuam, ut ſcortari facias eam, ne & ipſa terra ſcortetur, & ſcelere impleatur.* Ubi [q] Gloſſa Jarchii, במוסר בתו פנויה לביאת עולא לשם קידושין *Intelligendum eſt proſtituens filiam in concubitum, dum innupta eſt, idque ſine ſponſalibus.* Hinc ſcortationem & ſtuprum ex lege interdictum, verberibus puniebant. Hac de re tota, Moſes Maimonides [r]; קודם מתן תורה היה אדם פוגע אשה בשוק אם רצה הוא והיא נותן לה שכרה ובועל אותה על אם הדרך והולך וזו היא הנקראת קדשה משנתנה התורה נאסרה הקדשה שנאמר לא תהיה קדשה מבנות ישראל לפיכך כל הבועל אשה לשם זנות בלא קידושין לוקה מן התורה לפי שבעל קדשה *Ante Legem datam, occurrente, in publico, viro fœmina, ſi ita ex pacto convenirent, mercede datâ, concubuit is cum ea, atque abiit. Hæc autem dicta eſt* קדשה ſeu *meretrix* ſive *qua pro libitu, ſine nuptiis, corporis ſui copiam faceret. Poſt Legem datam, interdictus eſt id genus fœminarum uſus, ſecundum id quod in Lege*

[m] *Videſis Ambroſium, lib. 1. de Abraham c. 4.*
[n] *Geograph. Arab. Clim. 1. part. 8. & Clim. 2. part 8. Azoar. 3. Alteram Arab. Petr. Guerra de Lorca in Catechef. myſtagog. pro Mahumedanis c. 5.*
[o] *Deuteronom cap. 23. 18.*
[p] *Jarchius & Abenezra ibidem, & Baal Aruch in* קדש *& Talm. Bab. tit. Sanhedrin. f. 54 b. Adde quæ adnotat I. Druſius ad Hoſeam cap. 4. 14. ex interpretibus priſcis de hoc vocabulo.*
[q] *Leg. 19. ex 1 Halach. Iſhoth cap. 4.*

Lege habetur, Non sit קדשה *seu meretrix sive quæ pro libitu corporis sui copiam faciat, ex filiabus Israel; unde fit, ut, si quis ut stuprator fœminam compresserit, ubi non intercesserint sponsalia, verberandus sit ex lege, ideo quod cum innupta, qualem diximus, coiverit.* Meretrices autem in publico ita quæstum, ante Legem, non contra fas feciſſe, eliciunt [f] etiam ex historiola illa Sacra de Juda & Thamar; *quæ, depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum, & mutato habitu sedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam &c. quam cum vidisset Judas, suspicatus est esse* זונה seu *meretricem, operuerat enim vultum suum. Et declinans ad eam in via dixit, age dimitte me, ut coeam tecum; nesciebat enim illam nurum suam esse. Et illa respondit, quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo? Ego,* inquit ille, *mittam hœdum tibi de gregibus.* Et arrabone dato, ex pacto coeunt. De Pœna autem capitali, quam postea inflicturus erat Judas Thamari, eo quod ex intumescente utero eam coitu aliunde pollutam fuisse suspicaretur, dicetur infra. Neque sententiæ huic de innuptarum coitu ante Legem Mosaicam, Pœnam illam adversari omninò volunt; quod fusiùs etiam ostendetur, ubi de Pœnis hujus, quod tractamus, intervalli inferiùs agitur. Atque ibi plura de Thamaris, quæ præ manibus est, exemplo. Uti etiam de Dina Jacobi filia à Sichemo ante legem [u] datam violata. Scio קדשה *sive* קדש in citata ex Deuteronomio lege, plerunque Magistris sumi pro מופקרת לזנות seu *meretrice quæ in stuprum se publicè prostituit, prostibulo*, sive *scorto publico*, uti etiam accipitur in historia [x] illa Thamaris. Eodem tamen vocabulo non modò scorta publica ex lege interdici, ad eorum sententiam, est manifestum, verum etiam amicas qualescunque, quæ sine Juris matrimonialis interventu amasiis, uti ex Maimonide palam est, pro libitu se permiserint. Unde Helleniſtis pro קדשה & קדש *Meretrice* & *scortatore*, substituuntur πόρνη & πορνεύων, vocabula, quibus tam ea, quæ quocunque stupro compressa est [y] & stuprator, quàm prostibula comprehenduntur. Pro eisdem habet R. Saadias Gaon, in versione Arabica, صاحبة & صاحب non dissimili sensu; uti & codex Erpenianus زانية & زاني à زنى quod idem est cum Ebræorum זנה *scortari* & *stuprare* significante, unde זונה fit, quæ fœminam sine

[f] Magid Misna *ad citatum Maimonidis locum.*

[t] *Genes.* 38. 14

[u] *Genesis* 34.

[x] *Genes.* 38. 21. & 22.

[y] *Vide Helleniſt. Gen.* 38. 15. 21. & 22. & *Deuter.* 23. 17. & 19.

Digitized by Google

ſine nuptiis qualitercunque ſponte compreſſam denotat. Sensu dico vulgari. Nam ſingularis eſt & diſpar ſatis ejuſdem vocabuli ſignificatio, ut mox dicemus. Interdicti verò illius Sacri, *Non ſit meretrix* &c. ratio etiam adfertur à Maimonide [z]. Tum ad evitanda, inquit, contentionum & ſimultatum mala, quæ ex ejuſmodi libidine matrimonio non cohibita oriri ſolent, tum להביא התועלת הכוללת והוא ירוע היחסים נאסרה הקרשה והקדש ולא נמצא צר התר למשגל רק ביחד אשה ולישא אותה במפורסם *ut bono illo fruamur, Diſtinctionis ac certa notitia Familiarum, interdicitur* קרשה *ſcortum &* קדש *ſcortator, nec ullus concubitus permiſſus eſt præter illum, qui cum propriâ eſt uxore, eâque publicè in matrimonium ductâ.* Sed interdictum illud aliter multò ac alii, explicat paraphraſtes Chaldæus Onkelos לא תהי אתתא מבנת ישראל לגבר עבד ולא יסב גבר מבני ישראל אתתא אמתא *Non erit fœmina* ſeu *uxor de filiabus Iſrael, viro ſervo, neque jungat ſibi vir de filiis Iſrael fœminam ſeu uxorem, quæ ancilla eſt.* Paraphraſtem autem ita intelligunt, ac ſi ideo de ſervo & ancilla ſic loquutus fuerit, quoniam ex Jure Ebræorum civili de ſervis è Gentilibus (nam de eis tantum verba fiunt) אין קידושין תופסין בהם *juris matrimonialis*, ut ex vetere etiam Jure Romano, *vitæ capaces illi non ſunt.* Ne igitur ex contubernio tantum בעילת זנות *ſtuprum* ſeu *ſcortatio ſequeretur*, id quod in Ebræo diſertius Iſraelitis interdicitur, verba de ſervo & ancilla paraphraſten volunt ibi feciſſe. Sed exceptiones habent in Jure ſuo civili heic Ebræorum aliquot, de quibus plura inferiùs capite duodecimo. Etſi verò ex innuptæ coitu liberi, non minùs atque ex nuptæ, ſuſcipi poterant, nihilominùs, ne aut communio in ſpeciei propagationem vitæ deeſſet, aut non ita certa haberetur notitia, quonam ex parente prognata eſſet proles, ſi nuptæ abfuiſſent, ideo neutiquam ſatisfactum fuiſſe præcepto jam dicto de generis humani multiplicatione volunt, niſi etiam uxor ſaltem unica, quæ eſſet fœcunda, ut ſupra oſtenſum eſt, duceretur. Quod verò ad vocabulum זונה in jam dictis attinet, quo *ſcortum, meretrix* & ejuſmodi alia denotari plerunque, nec malè admittitur; ejuſdem interpretatio & ſenſus apud Magiſtros interdum mul-

[z] More Nebochim. *lib. 3. cap. 49.*

[a] *Gloſſa Taxchii ad Deut. 23. 18.*

tûm diverſus eſt, maximè in legibus ſanctis, ubi vocabulum illud expreſſim occurrit. Quomodo ſumendum ſit in lege de meretrice, ſcorto, ſeu זונה ſacerdoti non ducenda, alibi [b] fusè è Magiſtris explicavimus. Et in lege itidem illa de τῆς זונה ſeu *meretricis* mercede; *Non inferes* אתנן זונה *ſcorti* ſeu proſtibuli aut πόρνης (ut Helleniſtæ) *mercedem, aut pretium canis in domum Domini &c.* quod de oblationibus intelligunt; ſcortum ſeu זונה non ſumitur pro quacunque ſine nuptiis vitiatâ, ſed pro ea duntaxat, quæ, cum aut ratione priorum nuptiarum, veluti alterius uxor, aut ratione ſanguinis aut affinitatis, aut demum alicujus ſacri interdicti, nuptiæ ejus eſſent cum eo, quocum concubuerit, illicitæ, mercedem ab eo ſeu donum, coitûs nomine, acceperat; aliis aliquot, ex parili legis interpretatione, mercedis ſpeciebus etiam adjectis. Maimonides [c] ad veterum [d] mentem אחר זונה גויה או שפחה או ישראלית שהיא ערוה עליו או מחייבי לאוין אבל הפנויה אפילו היה כהן אתננה מיתר וכן אשתו נדה אתננה מותר אע"פ שהיא ערוה נשא אחת מחייבי לאוין כל שיתן לה מחמת בעלה הרי זה אסור והזכור אתננו אסור נתנה האשה אתנן לבועל הרי זה מותר משום אתנן האומר לחבירו הא לך דבר זה ותלין שעתך אצל עברי עברי הרי זה אתנן והוא שאין לו אשה ובנים אבל אם שלו אשה ובנים הרי זו מותר בתפרה כנענית כסו ויתבאר *Eadem hæc eſt ratio* τῆς זונה *ſeu ſcorti, ſive ea fuerit pagana, ſive ancilla, ſive Iſraelitis, quatenus matrimonium ſive nomine inceſtûs regulariter prohiberetur, ſive alio interdicto ſacro. Ita tamen ut ſi innupta fuerit* (nec hiſce interdictis vetita) *tametſi is, qui cum eâ rem habuerit, ſacerdos fuerit, merces ejus ritè offerri poſſit, uti etiam ubi cum uxore menſibus laborante quis concubuerit, quanquam inter inceſtuoſos coitus etiam hic prohibeatur. Etiam ſi quis in uxorem duxerit fœminam, quæ interdicto qualicunque ſacro vetita eſt, nec tamen aut ſanguinis aut affinitatis ratione, id quod ei nomine mercedis coitûs causâ dederit, rite offerri nequit. Neque alia eſt ratio mercedis, quæ datur ob coitum maſculum. At verò ſi dederit fœmina mercedem viro, hoc nomine nil obſtat, quin ritè ea poſſit offerri. Ceterum ſi quis alteri dixerit, tibi hoc do, ut conjungatur ancilla tua ſervo meo Ebræo, hoc quidem mercedis nomine hoc venit; ſi nempe non fuerint ſervo illi uxor & liberi.*

At

[b] *Lib. 2. de ſucceſſ. in Pontificatum c. 8.*

[c] *Halath Iſuri Mizbach cap. 4.*

[d] *Talm. Bab. tit.* Themura *cap. 6. fol. 29 & vide Moſem Cotzenſem præcept. Negatiſ. 316.*

At ſi eſſent ei liberi & uxor, ritè offerri potuit. Ancilla heic pro Cananæa (ſeu non origine Ebræâ) *intelligitur; uti & alibi explicatum eſt.* Ita Maimonides; cui etiam, uti & Talmudicis ceteris, pretium Canis eſt id, quod in permutatione pro cane datur, non quod ἐπ' ὀχείαν κυνὸς *ſeu pro canis admiſſura*, ut apud Joſephum [c] habetur. De ancilla heic Cananæa ſeu Gentili ſervo Ebræo conjuncta, fuſiùs infra [f] ex eodem autore libriſque aliis Talmudicis; ubi ſatis liquebit, quare diſtinctio illa habeatur heic de ſervo, cui antea uxor & liberi, & eo cui non eſſent. Etenim ancillæ copulationem ex lege cenſebant huic illicitam, non item illi. Nec cum innupta, qualem diximus, matrimonium illicitum. Ideo nomine זונה ſeu ſcorti heic non veniebat. Quæ ſatis conſona ſunt eis, quæ de זונה אשה interpretatione habentur, ubi de conjugio ſacerdotum loquuntur. Quod verò de innuptarum coitu etiam apud Iſraelitas heic dicitur, maximè de proſtibulis eſt intelligendum ſeu amicis ſine nuptiis amaſiis ſuis pro eorum libitu ſe permittentibus. Nam de virgine, quæ ſive ex illecebris ſponte, ſive vi ſemel compreſſa fuerit, leges habent ſingulares, de quibus in Uxore Ebraica agimus.

[c] *Orig. Iudaic. lib. 4. c. 8*

[f] *Infra, cap. 10 & lib. 6 cap. 7.*

CAP. V.

De Ritibus Nuptialibus, *qui, velut ex jure ſeu moribus ante Legem Moſaicam in uſu, eliciuntur è ſacra hiſtoria.*

DE Ritibus ac ſolennibus, intervalli Juris Naturalis ſeu quod Moſaicam antevertit Legem, Nuptialibus, pauca leguntur. Veluti de Mora ſponſæ apud parentes, de Flamei ſeu theriſtri uſu, de convivio Nuptiali. Quod ad moram ſponſæ attinet; ad illud fratris & matris Rebeccæ Abrahæ ſervo nuptias Iſaaci & Rebeccæ procuranti, *Maneat puella nobiſcum* (ימים או עשור) *dies, ſaltem decem, & poſtea ibit*, notat Salomõ Jarchius per dies Annum intelligi integrum, per Decem, menſes decem. Scilicet poſtulaſſe eos (ac ſi mos ſic inoleviſſet) annum integrum, quo maneret apud parentes Rebecca, aut ſaltem decem menſes, ne à more uſitatiori longiùs recederet, ut per id tempus ſibi nuptialia aptaret commodiùs ornamẽta. Onkelos ibi, maneat

[gg] *Geneſ. 24. 55.*

maneat nobiſcum עידן בעידן או עסרא ירחין *per tempus aliquod, ſaltem decem menſes.* Et paraphraſis Uzielidis dicta, יומי שתא חדא או עשר ירחין *per dies anni unius, aut per decem ſaltem menſes.* Judæi item Mauritanienſes شهور او عشر *annum aut decem menſes.* Cum tamen Græci interpretes ἡμέρας ὡσεὶ δέκα *circa decem dies*, & vulgatæ autor *ſaltem decem dies* ibi ſubſtituat. Cæterum alibi etiam in lege de ædibus urbanis venditori redimendis ימים תהוה גאולתו [h] quod ſonat, ſi verbum verbo reddas, *Dies erunt redemptio ejus*, ſumitur pro eo quod eſt, *annus erit redemptio ejus*, atque ita expreſsè vertitur Judæis Mauritanienſibus سنة تكون فدوه quod id ipſum denotat. Et Gloſſa Jarchii ibi ימי שנה שלמה קרויים ימים *Dies anni integri vocari ſolent dies abſolutè.* Quemadmodum autem apud Romanos Flamei erat [i] uſus, quo ſe obtegebant novæ nuptæ, ita etiam volunt aliqui in primo Iſaaci & Rebeccæ occurſu, theriſtri ſeu pallii, velut ſolennis ſponſæ ornamenti, uſum fuiſſe, atque inde Flameum habuiſſe ortum. Hiſtoria ſacrak; *Rebecca* (jam per internuntium deſponſata) *levavit oculos ſuos & viſo Iſaac, lapſa eſt de camelo, & dixit ad ſervum, quis eſt vir ille, qui ambulat in campo in occurſum noſtrum? reſpondit ſervus, ipſe eſt Dominus meus* (ſcilicet Iſaac,) *tulit igitur* הצעיף quod Ἡριπεφαν vertunt Helleniſtæ, & vulgatæ autor, *pallium, & operuit ſe. Et narravit ſervus ipſi Iſaac omne quod geſſerat. Introduxitque eam Iſaac in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit Rebeccam, & facta eſt ei in uxorem.* Certè Ἡριπεφαν nos poſſumus, inquit D. Hieronymus [l], *appellare palliola, quibus obvoluta erat Rebecca, ut hodie quoque Arabiæ & Meſopotamiæ operiuntur fœmina, ab eo quod* Ἡρεῖ, *id eſt, in æſtate & caumate corpora protegant fœminarum.* Et vocabulum illud, quod in fonte heic pro pallio, theriſtro ſeu velo uſurpatur, interpretantur Orientales per רדיד & רדידא ut in Targum Jonathani tributo & Hieroſolymitano, item per עיפא ut Onkelos, & ס׳ ut Arabes, quæ omnia Rabbi Nathan [m] denotare ait velum tenue, quo fœminarum velantur capita. רדיד בלשון ישמעאל רדא והוא צעיף דק שמכסה האשה על ראשה *Lingua, inquit, Arabica* ס׳ *idem eſt, quod* רדיד *nimirum velum tenue, quo fœmina-*

[h] *Leviticus 25. 29.*

[i] *Feſtus in Flameo, alii paſſim.*

[k] *Geneſ. 24. 64.*

[l] *Comment. in Iſaiam cap. 3. & de Arabicarum fœminarum ſeliis ejuſmodi, legitur in Alcorano, Azoar. 24. edit. Lat. 34. & Azoar. 33. edit. Lat. 43.*

[m] *in* Aruch, *verb.* רך.

fœminarum capita obtegi ſolent. Ita alii. Nec ſanè ejusdem uſus duntaxat ad æſtivos calores minuendos, ſed etiam, pudoris causâ, tàm à meretricibus, quàm ſponſis ac matronis adhibebatur. Etenim hoc veli genus, neque alio [n] denotatum nomine, pars erat habitûs, quo, ne agnoſceretur, uſa eſt Thamar in bivio itineris meretricem ſimulans. Et generatim Tertullianus [o], *Atquin etiam apud Ethnicos* (ſponſæ) *velatæ advirum ducuntur*, Convivia autem Nuptialia, ſeculis illis, ſolennibus acceſſiſſe ſcribunt, eaque per ſeptem dies celebrari ſolita; quod ex Nuptiis Jacobi & Labanis filiarum obſervant. Laban, dum ſimulat ſe Rachelem in uxorem ei tradere, *convocatis* [p] *omnibus hominibus illius loci* יעש משתה *fecit convivium*, quod Helleniſtæ vertunt ἐποίησε γάμον *fecit nuptias*, ſed Aquila & Symmachus ἐποίησε πόσιν ſeu *convivium fecit*, uti etiam Onkelos, paraphraſtes Uzielides dictus, Hieroſolymitanus & Arabs. Sed vulgatæ autor ibi *vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit Nuptias.* Cum verò poſt noctem, quam cum Lea habuerat Jacob, de Rachele ei promiſsâ apud Socerum quereretur, *reſpondit* Laban, *non eſt hujus loci conſuetudo, ut tradatur in nuptias junior ante majorem.* Imple שבע זאת *ſeptenarium hujus*, ſeu, ut Helleniſtæ τὴν ἑβδομα ταύτης *Hebdomadem hujus*, ſeu ut vulgata, *hebdomadem dierum hujus copulæ* ונתנה לך גם את זאת *& dabitur quoque tibi iſta* (nimirum Rachel) *pro ſervitute, quæ ſervies mihi adhuc ſeptem annis aliis. Fecit itaque Iacob ſic, & implevit Septenarium illius. Et tradidit ei Rachelem filiam ſuam in uxorem — Et ingreſſus eſt quoque ad Rachelem, & dilexit Rachelem plus quàm Leam, ſervivitque illi ſeptem aliis annis.* Septenarius heic ſeu hebdomas pro ſeptem diebus, quibus epulum Nuptiale celebraretur, ſumitur Magiſtris, uti & Helleniſtis, ut vides, & vulgatæ autori, qui habet etiam, *Hebdomadâ tranſactâ, Rachel duxit uxorem.* Septenarium ibi diſertè per שבעם ימי המשתה id eſt, *ſeptem dies convivii* explicat Rabbi Eliæzer [q] & pro ſolenni nuptiarum convivio ſumit. Sic etiam Salomon Jarchius, tum à vetuſtiſſimo hoc Rabbino, tum à Gemnarai Hieroſolymitana edoctus, quam citat. Targum item Hieroſolymitanum pro eo quod heic eſt, *Imple ſeptenarium &c.* habet אשלים שבעתי יומי משתותה דלאה ונתן

[n] *Geneſ. 38. 15.*

[o] *Lib. de Velandis virginibus cap 11.*

[p] *Geneſ. 29. 22.*

[q] *In Pirke R. Eliazer cap. 16. & cap. 35.*

[r] *Ad tit. Moed katon, c. 1. fol. 90. col. 4.*

Imple §. 7.

ſeptenarium numerum dierum convivii Leæ, & dabitur &c Et Jonathanis paraphraſis ita dicta, שובעתי יומי כרון אשלים משתיא דדא יניתן לך אוף ית דאת בפולחגא ודתפלח עמי תוב שיב שנין אוחרין *Imple nunc ſeptenarium numerum dierum convivii hujus, & dabitur tibi etiam iſta, non ſine conditione, ut ſervias mihi altero ſeptennio*; & paulo poſt ועבר יעקב כדין ואשלים שבעתי יומי משתיא דלאדת *& fecit Iacob juxta id, quod dictum eſt, atque implevit, ſeptenarium numerum dierum convivii Leæ.* Quo expleto, & Rachel ei in uxorem datur. Perinde ac ſi dixiſſet Laban. Utriuſque Nuptiæ hebdomade epulari pro more ſunt celebrandæ. Perfice, agedum, eam, quæ nomine Leæ inchoata eſt. Et tum Rachel, iteratâ ſeptennii ſervitutis conditione, ut ſcilicet poſt ejuſce nuptias ſeptennium mihi ſervias, etiam in uxorem tibi dabitur, & epularis illius nomine, hebdomas redintegrabitur. Atque ita ſanè, in locis Ebraicis, vult D. Hieronymus locum illum capi. Etiam in hiſtoria Samſonis ſeptidui ejuſmodi nuptialis celebritatem haberi ſ obſervatur; velut eam, quæ ex jure ſeu moribus Paleſtinis, Ebræis, aliiſque gentibus tunc atque antea diu intervenientibus & plerunque receptis in uſu. Quin & Benedictionis exemplum, ante Legem datam, ſumunt ex eo de Rebecca, ubi deducebatur in uxorem Iſaaci, *Et benedixerunt* t ſeu *imprecabantur proſperа ſorori ſuæ* (ut vulgata) *dicentes, ſoror noſtra es; creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum tuorum.*

ſ *R. David Kimchi, alii ad Iudic. 14. 15.*

t *Geneſ. 24. 60.*

CAP. VI.

De Polygamia *ex* Jure Naturali, *ſeu* Univerſali *illo, quod tum* ante Legem Moſaicam, *tum* poſt, *juxta Ebræos, pariter obtinuit.*

POlygamia, cum alia ſit ubi plures uxores, ſed per ſucceſſionem tantùm, ſeu plures itidem viri, ſed non ſimul plures, eidem habentur; alia, ubi plures viri uni uxori, pluresve uxores uni viro, idque ſimul, conjunguntur; De prima ſpecie non eſt cur plura dicamus. Neque enim à ſecundis pluribuſve, alterutro conjugũ demortuo, Nuptiis quempiam ſive in in-

in intervallo quod tractamus, id eſt, ante Legem Moſaicam, ſive poſtea, ex Magiſtrorum placitis, arceri comperimus; tametſi in patribus Chriſtianis non deſint, qui Nuptiis aliquantulum iniquiores utriuſque ſpeciei velut interdictum ex rerum petant initiis. De Monogamiæ diſciplina diſputans Tertullianus u, *Hoc ipſum*, inquit, *demonſtratur à nobis, neque novam, neque extraneam eſſe Monogamiæ diſciplinam, imò antiquam & propriam Chriſtianorum, ut Paracletum reſtitutorem potiùs ſentias ejus, quàm inſtitutorem. Quod pertineat ad Antiquitatem, quæ poteſt antiquior forma proferri quàm ipſe cenſus generis humani? Unam fœminam maſculo Deus finxit, unâ coſtâ ejus decerptâ, & utique ex pluribus. Sed & in præfatione ipſius operis, Non eſt, inquit, bonum homini ſolum eum eſſe: faciamus adjutorium illi. Adjutores enim dixiſſet, ſi pluribus eum uxoribus deſtinaſſet. Adjecit & Legem de futuro. Siquidem propheticè dictum eſt; Et erunt duo in unam carnem, non tres neque plures. Cæterùm jam non duo, ſi plures. Stetit lex. Denique perſeveravit unio conjugii in auctoribus generis ad finem uſque, non quia non erant fœminæ aliæ, ſed quia ideò non erant, ne primitiæ generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin ſi Deus voluiſſet eſſe, & potuiſſent. Certe de filiarum ſuarum numeroſitate ſumpſiſſet, non minus ex oſſibus & ex carne ſua habens Evam, ſi hoc pie fieret. At ubi primum ſcelus, homicidium, infraternicidio dedicatum, tam dignum ſecundo loco ſcelus non fuit quàm duæ Nuptiæ. Neque enim refert, duæ quis uxores ſingulas habuerit, an pariter ſingulæ duas fecerint. Idem numerus conjunctorum & ſeparatorum. Semel tamen vim paſſa inſtitutio Dei per Lamech conſtitit poſtea infinem uſque gentis illius. Secundus Lamech nullus extitit, quomodo duabus maritatus. Negat Scriptura, quod non notat. Alia Diluvium iniquitates provocaverunt, ſemel defenſa quales fuerunt. Non tamen ſeptuagies ſepties; quod duo matrimonia meruerunt. Sed & reformatio ſecundi generis humani Monogamiæ matre cenſetur. Iterum duo in unam carnem creſcere & redundare ſuſcipiunt. Noe & uxor filiique eorum in unicis nuptiis. Etiam in ipſis animalibus Monogamia retognoſcitur, ne vel Beſtiæ de machia naſcerentur. Ex omnibus, inquit* x *beſtiis,*

u *De Monogamia cap. 4. ſed & vide eum lib. de unius Nuptiis ad uxorem cap. 3. citatū heic capiti proximo.*

x *Geneſ. 6.*

beſtiis, ex omni carne duo induces in Arcam, ut vivant tecum; maſculus & fœmina erunt de animalibus volatilibus ſecundum genus, & de omnibus ſerpentibus terræ ſecundum genus ipſorum. Duo ex omnibus introibunt ad te, maſculus & fœmina. Eadem forma & ſeptena ex binis adlegi mandat ex maſculo & fœmina, uno & una. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis fœminis introire non licuit. Quin Joannes Cantacuzenus, Imperator Conſtantinopolitanus, adverſus Mahumedem hac de re diſſerens, ex veterum etiam mente unicam Noachi uxorem in ſcriptura memorari animadvertit, ſingulaſque filiis eius ſingulis, παίτως, ita inquit y, ἐδεῖ ἕτερον δηλοῦντα· ἢ λέγε ἢ οὐ ἕνα καὶ μίαν καὶ μόνην γυναῖκα εἶναι δεῖ δικαίᾳ ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, *ac ſi non aliud ejusmodi narrationis genus innuiſſet quàm ex juſto & æquo unam atque unicam duntaxat quempiam ſibi habuiſſe uxorem.* Etiam Innocentius Papa tertius, *nec ulli*, inquit z, *unquam licuit ſimul plures uxores habere, niſi cui fuit divina revelatione conceſſum, qui mos quandoque, interdum etiam fas cenſetur.* Alii tantundem. Sed de Pluralitate hac uxorum ex Jure vetuſtioribus ſeculis conceſſo aliter alii ex patribus Chriſtianis. *Prolis gratiâ*, inquit D. Auguſtinus a, *patres ſanctos ex Abraham & ante Abraham, quibus Deus, quod ei placuerint, perhibet teſtimonium, uſos fuiſſe conjugibus, neminem oportet dubitare Chriſtianum, quando quibuſdam etiam ſingulis plures habere conceſſum eſt, ubi ratio fuit proles multiplicanda, non varianda appetitio voluptatis.* Obvii ſunt Theologi, qui hac de re agunt, nec pauci. Atque Hugo Grotius b *Conjugium naturaliter eſſe exiſtimavimus talem cohabitationem maris cum fœmina, qua fœminam conſtituat quaſi ſub oculis & cuſtodia maritii. Nam tale conſortium & in mutis animantibus quibuſdam videre eſt. In homine verò quâ animans eſt, utens ratione, ad hoc acceſſit fides, qua ſe fœmina mari adſtringit. Nec aliud, ut conjugium ſubſiſtat, Natura videtur requirere. Sed nec divina lex amplius videtur exegiſſe ante Evangelii propagationem. Nam & viri ſancti ante legem plures unà uxores habuerunt; & in lege præceptâ quadam dantur his* c, *qui plures unà habent*, & *regi* d *præſcribitur, ut nec uxorum, nec equorum nimiam ſibi adſciſcat copiam; ubi Ebrai inter-*

y *Apolog. κατὰ τῶν Μωαμεθ. 4.*

z *C. 8. gaudemus. tit. de Divortiis.*

a *De Nuptiis & Concupiſcentia, lib. 1. cap. 8. quem videſis item lib. de bono conjugali c. 25. & contra Fauſtum lib. 22. cap. 47. & 48.*

b *De Iure Belli ac Pacis, l. 2. cap. 5. §. 8, & 9.*

c *Deut. 21. 15.*

d *Ibid. 17. 16. & 17.*

interpretes notant octodecim ſive uxores ſive concubinas regi fuiſſe conceſſas, & Davidi Deus imputat, quod uxores ei complures & quidem illuſtres dediſſet. Et ſane juxta Ebræorum placita, ſemper viro licita fuit uxorum etiam ſimul conjunctarum (ſed nunquam virorum uxori) pluralitas ante Legem Moſaicam, ſeu ex Jure Naturali; nec minus, poſt illam legem, temperamentis aliquot ex jure ipſis civili (de quibus alibi) adjectis. Receptum enim eſt illud, quod in Gemara Babylonia c habet Rabba; נושא אדם כמה נשים ער אשתו והוא ראוי ליה למיזיינינהו *Fas eſt cuique quotcunque ſuperinducere uxores, modo, quibus victus eis præbeatur, res ei ſuppetant.* Ubi tamen præter alimenta & Veſtitum ſufficientem, etiam תשמיש, id eſt, τὴν ἀφιλομμείδη *Iuniæ debitam benevolentiam* ſeu conjugale illud concubitus debitum volunt, ut ſuperinducenti eſſet ſingulis præſtandi poteſtas. *Fas eſt*, inquit Maimonides f, *quotcunque, etiam centum, uxores ſive ſimul omnes ſive alteram poſt alteram ducere*, ואין אשתו יכולה לעכב והוא שיהיה יכול ליתן שאר כסות ועונה כראוי לכל אחת ואחת *neque poteſtas uxori antea ductæ virum huic impediendi, modo illi poteſtas fuerit præſtare Alimenta, Veſtitum atque Debitum conjugale, ſecundum id quod unicuique earum competit.* Et hæreſis habita eſt, nec toleranda Sadducæorum opinio, quâ binas ſimul haberi Jure uxores negabant ex lege illa g male intellectâ אשה אל אחותה לא תקח לצרר *uxorem ſorori ſuæ non accipies, in ejus afflictionem*, לצרר אחותה quod ibi *ſorori ſuæ* eſt, pro *alteri*, ut certe verbum ipſum fert, ſumpto. Cæterum de ſoribus binis, idque dum in vivis tantùm fuerit utraque, locus ille paſſim Magiſtris capitur, ut fuſius in libris de Nuptiis Ebræorum oſtendimus. Et auctor *Peſichtha Zotertha* h, ad dictam legem, שאמר שתי נשים בעלמא אסורות ביהוע שאין להם לא דת לא חוק שהרי כמה צדיקים נשאו שתי נשים כגון אלקנה ודוד ושלמה וברברי הימים כמה בשתי נשים *Qui dicit, binas ſimul uxores eſſe interdictas, notum ſit eum nec morum nec juris eſſe peritum. Nam multi juſti acceperunt binas uxores*, *velut Elcana* i, *David* k, *Salomon* l. *Et in libro Paralipomenon multi memorantur, quibus binæ uxores.* Vetuſtiora autem plurium ſimul conjunctarum uxorum exempla habes non ſo-

c *Ad tit.* Iebimoth *cap. 6. fol. 65 a. & ſidefis Mnam. tit. eodem c. 4. ubi de quatuor fratribus eorumque ſuperſtite agitur in Gem. Bab. fol. 43 b.*

f *Halach. Ishoth c. 14. adde R. Bechai ad Vaiera fol. 141. col. 3. & 3.*

g *Leſit. 18. 18*

h *Fol. 24. col. 1. & ſidefis I. Druſium ad difficilio. locs Leviti. cap. 61.*

i *1. Samuel 1. 2.*

k *2. Samuel, 3. 2 & 5. 13.*

l *1. Reg. 11. 3.*

Digitized by Google

lum in Lamecho [m], ſed etiam in Abraha [n], & Jacobo [o], Eſau [p] quæ ad Jura Noachidarum ante Legem Moſaicam obtinentia ſpectant. Quin & Joſephus [q], neſcio, unde edoctus, binas uxores, Tharbin Æthiopiæ Regis filiam & Sepphoram Raguelis ſeu Jethronis (quæ in ſacris literis unica eſt] Moſi ipſi tribuit. Id quod velut fabuloſum rejiciunt viri [r] docti. De Lamechi autem ſeculo atque eo, quod inde usque ad Diluvium intervenit, traditio priſca eſt, morem fuiſſe frequentem, ut, ubi binæ cuipiam haberentur uxores, altera prolis gratiâ, eaque ſeverius & duriùs haberetur; altera voluptatis tantum, quæ ſterilitatis exhauſto poculo, opipare & lautius, velut nova ſemper nupta aut amica, cottidie exciperetur. Ad Hiſtoriam ſacram de binis Lamechi uxoribus Salomon Jarchius [s], כך היה דרכן של דור המבול אחת לפריה ורביה ואחת לתשמיש זו שהיא לתשמיש משקה כוס של עיקרין כדי שתעקר ומקושטה ככלה ומאכילה מערבים וחברתה נופה ואבלה כאלמנה וזהו שפירש איוב רועה עקרה לא תלד ואלמנה לא ייטיב *Ad hunc modum ſe habuit mos ſub diluvii tempora, ut alteram haberent uxorem prolis gratiâ; alteram vero ad concubitum. Ea autem quæ ad concubitum duntaxat ducebatur, ſterilitatis exhaurire ſolebat poculum, ut ſterilis redderetur. Ornata etiam, velut nova nupta lautiores comedebat dapes. Acerbius autem ac duriùs tractabatur ſocia ejus, ſeu altera, & lugebat, velut vidua. Atque hoc eſt quod intelligitur apud Iobum [t], ubi ait, Pavit ſterilem, quæ non peperit, ſed viduæ bene non fecit.* Nam periocha illa *levis erat ſuper faciem aquæ &c.* in Jobi verbis de Diluvio etiam Jarchio ſumitur, uti etiam vetuſtioribus multo interpretibus. *Pereſith Rabba* [u]; כך היה אנשי דור המבול עושין היה אחד מהן לוקח לו שתי נשים אחת לפריה ורביה ואחת לתשמיש זו שהיתה לפריה ורביה היתה יושבת כאלו אלמנה בחיה וזו שהיתה לתשמיש היה משקה כוס של עיקרים שלא תלד והיתה יושבת אצלו מקושטת כזונה הח"ר רועה עקרה וגו' *Sub Diluvium hominum mos erat, ut prohibitu binas ſibi duceret quisque uxores, alteram prolis gratiâ, alteram in concubitum. Ea autem, quæ prolis gratiâ haberetur, velut vidua, quam-*

[m] Gen. 4. 19.
[n] Geneſ. 16. 3.
[o] Geneſ. 29.
[p] Geneſ. 36. 2. & 6.
[q] Lib. 2. Archaeolog. c. 5.
[r] Auguſtinus Chiſamenſis apud Sixt. Senenſ. Bibl. ſanct. lib. 3. annot. 183.
[s] Tantùdem ad Iobi caput. 24. 21.
[t] Cap. 24. 21.
[u] Rabbi Vriah, ex Rabbi Iuda Bar Simon, ibi Pamuch. 23.

Digitized by Google

quamdiu ſuperſtes eſſet, degebat. Sed ea, quæ in concubitum adhiberetur, ſterilitatis exhaurire ſolebat poculum, ut ſterilis redderetur, atque juxta virum accumbere ſolita, velut meretricio ornabatur habitu. Atque idem innuitur verbis illis, Pavit ſterilem &c. quemadmodum ex Jobo jam ante citantur. Quin ſtatuere audent, quænam ex Lamechi uxoribus prolis gratiâ; quænam in concubitum adhibita. Priorem Adam dictam, prolis gratiâ; alteram, nomine Sellam aut Zillam, in concubitum. Id quod etiam ex nominum etymo ludentes [x] petunt. Adam ſcilicet ſeu עדה ita nuncupatam, quoniam עדה מנה invicem *recedere ſolebant* ſive quod rara eorum conſvetudo; Zillam autem ſeu צלה quoniam verſari ſolebat בצלו *in umbra ejus*. Quoniam vix à marito, magis ac à corpore umbra diſcedebat. Utcunque vero ſe res haberet, tam Zillam quam Adam marito fœcundam fuiſſe liquet ſatis in hiſtoria ſacra. Quin & traditur apud Chriſtianos aliquot, Polygamiæ illo ævo morem fuiſſe, ut plures ſimul uxores, utcunque ductæ, non cohabitarent, ſed ſingulis ſeorſim frueretur ædibus. Epiphanius [y], *εἰ γὰρ καί τινες τῶν πατέρων δύο καὶ τρεῖς γυναῖκας ἐσχήκασιν, οὐκ ἐν μιᾷ οἰκίᾳ αἱ γυναῖκες ἦσαν, tametſi enim quidam patres duas & tres uxores habuerunt, non tamen in una domo uxores fuerunt.* Quod certe & inſtitutis Ebræorum in veteri ſua Polygamia [z] eſt apprime conſonum. Ceterum qualia temperamenta de eo, quod de infinito uxorum numero ſeu polygamia hactenus adductum eſt ad intervallum Legis Naturalis, ſeu quod Moſaicam antevertit ſpectans, ſive ex Lege ſive ex Inſtitutis monitisve ſeipſos accepiſſe aiant Ebræi (quos & imitati ſunt Mahumedani) oſtendimus in Uxore Ebraica. Jus hoc Polygamiæ in Oriente [ſemper excipias locos gentesque, quibus à Chriſtianismo abolitum eſt) olim hodieque paſſim in uſu. In Occidente non item. Nam ne quis binas eodem tempore uxores haberet, Cecropem Athenienſium Regem [a] memoriæ proditum eſt primo conſtituiſſe. Et raræ ſatis binæ ſimul in Occidente nuptiæ; licet poſt Cecropem pſephisma occurrat [b] *ἀλλὰ τὰ λειπανδρεῖν, σωσαῖ τὸ πλῆθος, ne homines deficerent, atque ut multitudo creſceret, γαμεῖν ἐξ ἐπιδίκου γυναῖκα ἀστὴν καὶ παῖδας ποιεῖσθαι ἐξ ἀμφοῖν, unam uxorem civem & legitimam ducendam, liberos vero etiam ex alia ſuſcipiendos.* Sed rara quidem apud Græcos aut Romanos Polygamiæ ſeu legitimarum ſeu juſtarum uxorum plu-

[x] Bereſith Rabba *ibidem.* Sed alia horũ nominum, etyma habes in *Gem. Hieroſolymitana, ad tit.* Iabimoth *cap. 6. fol. 7. col. 3. §. 5.*

[y] *Hæreſi 80*

[z] *Maimonid. hal.* Ishoth *cap. 14.*

[a] *Videſis Petrum Fabrũ Semeſtr. 2. cap. 1.*

[b] *Demoſthen. Orat. contra Neæram Athenæum Dipnoſoph. l. 13. & Videſis Samuel. Petit in Leges Attic. lib. 6. tit. 1.*

plurium ſimul exempla; quanquam in Socrate [c] legimus Valentinianum primum legem evulgaſſe, quâ cuilibet liceret λύειν δύο γυναῖκας ἔχειν γνησίας *duas uxores habere ſimul legitimas*. Et vide caput proximum, ubi de Concubinis agitur. Apud Barbaros autem ſeu gentes alias frequenter reperta Polygamia, Tacitus de Germanis; *Severa illic matrimonia. Nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope ſoli barbarorum ſingulis uxoribus contenti ſunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob nobilitatem pluribus nuptiis ambiuntur.* Alia ſunt hac de re in ſcriptoribus obvia; quibus adſcribere non pigebit, quæ de Cecrope, quem diximus, tradit Joannes Antiochenus Malala dictus [d], maxime cum nondum is ſit typis editus. Ἐκέλευσε νομοθετῆσαι τὰς γυναῖκας τὰς ἀπὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ ἕσας ἐν ᾧ εἰσὶν παρθένοι γαμεῖσθαι ἐν ἀνδρὶ ἄσιναι ἐκάλεσαν Νύμφας ἐν τῇ νομοθεσίᾳ αὐτοῦ διὰ τὸ πηγαῖς ἐοικέναι αὐτὰς παρθένους καὶ κόρας αἰτίαν καὶ ἀπὸ ἀδύτων πόρων πηγάζειν γάλα. Πρὸ δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάσαι αἱ γυναῖκες τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν πλησίον χώρας θηριώδει μίξει ἐμίγνυντο ἑαυτῷ συγγινόμεναι τῷ ἀρέσκομένῳ αὐταῖς ἐὰν καὶ ἑτέρᾳ ἐβάλετο, καὶ οὐκ ἐκαλεῖτο ἡ ἁρπαζομένη γυνὴ ἀνδρός, ἀλλὰ τοῖς πᾶσι προσήκουσα διὸ ἔστιν ἑαυτὰς εἰς παρθένους, καὶ ὅσας ἐβούλήθη τις κρατῆσαι αὐτὰς ἡμέρας καὶ εἶχον παρέμενον αὐτῷ τρεφόμεναι, καὶ εἶθ' ἅλις πάλιν ἀπέλυσεν αὐτὰς τοῖς βουλομένοις· τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς εἰσῆλθε, τὸ μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτὰς σωφρονεῖν ἀνδρὶ προσὸν ὃν βούλονται· ἔδοξε οὖν ἅπασι τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἢ θυγατέρα καὶ ἀδελφὴ τὸ τρίτον ᾧ ἐβούλετο ἀδελφὴ συμμιγῆναι αὐτῷ εἴτε ἀρρεν εἴτε θῆλυ ἔπεμψε. καὶ ἔχαιρεν ἀεχόμενος. Ὅθ' ἡ Κέκροψ ἐκ τῆς Αἰγύπτου καταγόμενος ἐξεφώνησε τοῖς Νόμοις τοῦτον εἰρηκὼς ὅτι ἡ Ἀττικὴ χώρα διὰ τοῦτο ἐπώλητο· καὶ λοιπὸν ἐσωφρόνησαν πάσαι καὶ ἀνδράσιν ἐξέδωκαν ἑαυτὰς αἱ ἀγαμοι παρθένοι· Ἡ δὲ πορνεθεῖσα ἐγαμεῖτο εἰς ᾧ ἐβούλετο ἀνδρί· Καὶ ἐθαύμασαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν βασιλέως νόμον, ὥστε καὶ τινες ἐξήνεγκον ὅτι διὰ τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι εἶπεν διὰ τί ὅτι ἐξέλιπεν ἡ τέκνα τὸ εἰδέναι τὰς ἑαυτῶν γονεῖς. *Edicto juſſit fœminas, quotquot virgines in illius regno eſſent, viro unico nubere. Atque has in legis latione Nymphas dixit, ideo quod fontibus virgines & puellæ ſunt ſimiles, utpote quæ pariunt, & ex obſcuris meatibus lac emittunt. Etenim ante ejus regnum fœmina regionis Atticæ & Athenienſis & quæ in vicinia erant, more ferino commiſcebantur, cuicunque pro libitu vellent. Nec vocabatur fœmina ſic arrepta Uxor alicujus. Sed promiſcuè omnibus in libidinem*

[c] *Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 4. c. 26. & ſide Baron. alios. & C. de Inceſt. nupt.*

[d] *Mſ. in Biblioth. Oxon. ſol. 44.*

Digitized by Google

nem ſe dabant. Et quamdiù quis eas retinere vellet, domi manebant ab eo alimenta accipientes. Et pro libitu ſic retentam dimittere ſolebat aliis, qui pariter pro libitu acciperent. Hoc autem Attica regione vetitum eſt; ut in poſterum libido hæc promiſcua locum ibi non ſortiretur. Nemo enim ſcivit, quis ſibi filius, quæ filia. Et mater dare ſolebat prolem, ſive maſculam ſive fœminam, cuicunque eorum, quibuscum rem habuerat, pro arbitratu ſuo. Qui libentiſsimè etiam ſic datam recepere. Cecrops autem ex Aegypto redux, legem hanc promulgavit; dixitq; regionem Atticam ex more priſtino everſam. Dein igitur mores amplexæ pudicos, maritis ſe junxere virgines innuptæ. Et quæ vitiata etiam fuiſſet, cuicunque vellet, nubebat. Adeò autem admirabantur regiam hanc legem Athenienſes, ut inde ab eis Rex ipſe διΦυὴς nuncuparetur (ut volunt aliqui,) quoniam ſic nobilitata eſt proles, ex eo quod parentes dignoſceret. Ita ſanè & nominis ratio redditur apud Athenæum [c]. Apud alios, aliter. [c] *Lib. 13.*

Cap. VII.

De Divortio *ex* Jure Naturali *ſeu* Omnium, *juxta Ebræos ante legem Moſaicam ſeu extra illam* Communi, *ac de* Concubinæ *&* Uxoris *nomine; & obiter de vocabulo Anglicano* Wife.

MAtrimonium igitur, ex Jure, quod docent Ebræi, Naturali, erat viri & fœminæ, ſive unius ſive plurium fœminarum, tàm ex concubitu quàm conſenſu præeunte, conjunctio, vitæ conſvetudinem continens. Non adjicimus individuam, quod Chriſtiani habemus in Matrimonii [f] definitione. Neque enim ſeparari aut dividi nequibant conjuges, ſeu Matrimonium dirimi, niſi ex ſingulari aliqua legis permiſſione, ſeu repudii causâ; neque communis conſenſus (quo ex veteri Jure Cæſareo diſtrahi Matrimonia ſcimus) neceſſarius erat, ut dimimerentur. Neque individua dici potuit vitæ conſvetudo, quæ [f] *Inſtit. t. de patria potestate in princ.*

æquo Jure à marito pluribus communicabatur. Quemadmodùm verò ex veteri Jure Cæsareo distrahebantur Matrimonia [g], alia quidem consentiente utrâque parte, pactis causam, sicut utrique (ut verba sunt Justiniani) placuerit, gubernantibus, alia verò per occasionem rationabilem, quæ etiam *Bona* [h] *gratia* vocabatur, alia citra omnem causam, alia quoque cum causâ rationabili (cui libertati sanctiones, tam Cæsareæ [i] etiam, quam Pontificiæ haud parùm derogarunt) ita ex Jure Naturali ab ipsis rerum primordiis communi citra ullam omninò causam ea distrahi fas fuisse volunt Magistri. Idque pro libitu tàm uxoris quàm viri, quod etiam, ex præscriptis aliquot causis, Jure Cæsareo olim permissum est. Adeò ut pactum matrimoniale heic non aliud haberetur, quàm Sociorum contractus, qui eo usque stabilis manet, dum in eodem consensu utrinque perseveratur, & renuntiante societati [k] alterutro solvitur. Ita, sive viro sive uxore matrimonio renuntiante, solutum ajunt fuisse contractum, vel ut divortio planè legitimo. Moses Maimonides [l] ad mentem Gemaræ Babyloniæ [m], hac de re, בן נח שויחר שפחה לעברו הרי זה נהרג עליה משום אשת חבירו ואינו חייב עריה עד שימשוך הדבר ויאמר כל העם זו רביתו עבר פלוני ומאימתי תחזר לחזרה משפרישנה מעברו ויפרע ראשה בשוק ומאימתי תהיה אשת חבירו כגרושה שלנו משוציאה מביתו וישלחנה לעצמה או משתצא והיא מתהרת רשותו וחלך לח שאין לה גיטושין בכתב ואין חדבר תלוי בו לב"ד אלא כל זמן שירצה הוא או היא לפרוש זה מזה פורשין *Noachides seu Gentilis, si conjugaverit Ancillam in contubernium servo suo, etiam ipse* (si cum ea rem habuerit) *ultimo supplicio puniendus est, eo quòd uxorem alienam compresserit. Sed hoc nomine reus ille neutiquam est, usque dum manifestum fuerit contubernium, & publicè dignoscatur eam ex servi ejusmodi familia* (velut conjugem) *esse. Undenam verò fiet, ut cum ea licite denuò contumbat? Nimirum si disjungat eam à servo suo,* (nam utriusque voluntas in potestate domini) *& caput ejus palam aperiatur* [si detecto capite in publicum ea prodeat; quoniam [n] non sine velo nuptæ prodire solebant.) *Undenam verò fiet, ut aliena, apud Noachidas* (liberi hominis) *uxor similis fiat ei, quæ apud nos divortio separatur? Nimirùm si aut ex ædibus vir eam ejiciat & solutam dimittat, aut ipsa exeat è potestate ejus & eum relinquat. Neq; enim ad eos Libellus Divortii attinet. Neque res est omninò*

g *Novell. 22. cap. 4. & 117. cap. 10.*
h *Novell. 98. cap 2.*
i *C. de Repudiis l 8. Novell. 22. C. 4. & 117. cap. 10. C. Theodos. lib. 3. tit. 16. Harmenopul. Prochir. l. 4. t. 12. & Sidefis Alberic. Gentil. de Nuptiis l. 6. cap. 4.*
k *Instit. tit. de Societate, §. manet.*
l *Halach. Melakim cap. 9.*
m *Addit. Sanhedrin cap. 7. fol. 58b.*
n *Glossa Iarchi, adcitat. Gemara Babyloniæ locum.*

Digitized by Google

omninò (uti apud nos) *forenſis. Ceterùm quandocunque ſive viro ſive uxori diſjungi invicem placuerit, diſjungantur.* Unde & occurrit interdum in vetuſtiſſimis ſcriptis Talmudicis o, בטנה אין להן קידושין אין להן גירושין *Noachidæ nec ſunt Nuptiæ* (ſolennes ſcilicet illæ & ex conſenſu tantùm contractæ, ut ante oſtenſum eſt) *nec Divortia*, qualia nimirum Ebræis præſcripta. Sed שניהן מגרשין זה את זה *alteruter conjugũ pro libitu connubium ſolvit.* Et appoſitiſſimè Joſephus Scaliger p; *apud Romanos & Græcos tàm mulier quàm vir poteſt alter alteri dicere, ut res ſuas ſibi habeat. Quin nomina rei illius propria jure Attico prodita erant, ut, ſi vir diſcederet ab uxore, hoc diceretur* ἀποπομπή, *ſi mulier à viro,* ἀπολειψις. Voces has in re Græcorum divortii memorat Julius Pollux q. Diſcriminis autem rationem rectè exhibet Samuel Petitus r; *Cur uxor*, inquit, *non dicatur* ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα, *ratio eſt, quod uxor nupta deducitur domum mariti, neque poteſt* ἀποπέμπειν, *id eſt, ejicere virum ex illis ædibus, quarum ea domina non eſt: at poteſt eum relinquere, & ab illius ædibus recedere.* Quod verò ajunt Ebræi ad Noachidas ſeu Gentiles non attinere libellum Divortii, id intelligendum eſt, nec ſcilicet, quemadmodum ex lege ſacra apud Ebræos, nec ex rei naturâ omninò Divortiis eorum neceſſarium eſſe ex Jure quo tenentur Naturali libellum. Pro libitu autem adhiberi poſſe, & adhibitum, ex civili quod ſuperinduxerint Jure. Unde tàm Græcis quàm Romanis libellus in uſu. Quale pariter dicendum de eo quod eſt Ebræorum Divortium, Noachidis rem neutiquam eſſe forenſem. Græci libellum Divortii, ſive τῆς ἀποπομπῆς, ubi vir fœminam ejiciebat, ſive τῆς ἀπολείψεως γράμματα ubi hæc illum relinquebat, nuncupabant s. Et Archontis Athenis erat ſortiri Judices t, apud quos diſceptandum, utrum Divortii cauſa eſſet legitima. Morem illum ἀπολείψεως, quæ nullo pacto legitima erat Judæis, inducere tamen ex Jure ſeu exemplo aliarum Gentium voluit Salome Herodis magni ſoror, cum Coſtobaro marito ſuo libellum Repudii mitteret, quod ſcribit Joſephus u. Sed aut Proſelyta ea fuit, aut Libertina, aut ancilla in Judaiſmum cooptata, aut plane Gentilis (quæ de re vide inferius capite vigeſimo ſecundo) non omninò Originaria. Exemplum ejuſmodi aliud ſub id tempus habetur in Herodiade x Ariſtobuli filia. Certè & de ἀπολείψει ſeu Divortii libello ab uxore miſſo velut de eo quod in de-

o *Gem. Hieroſolym. ad tit.* Kidoſchim *cap 1. fol.58. col.3.*

p *Animadv. Euſeb. num* 2015, *& de Paganorum, diſſertiis ſide Alex. ab Alexand. Genialium dierum lib.4 c.* 8. *Et Alphonſum à Cruce ſpecul. conjugior. par 1. art.* 9. 12. *&* 13.

q *Onomaſtic. lib.3.cap.3.*

r *Comment. in leges Atticas lib.6. pag. 459.*

s *Plutarch. in Alcibiade.*

t *Andocides Orat. in Alcibiad. & Iſæus pro Pyrrho.*

u *Archæolog. lib.15.cap.11.*

x *Idem. lib. 18.cap.7.*

in declinante Ebræorum ſtatu aliquantulum contra mores avitos inoleverat, loquitur Chriſtus; *ſi uxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur.* Quin & Divortii pro libitu alterutrius conjugum uſus repertus eſt apud novi orbis incolas; quod docet Alphonſus à Vera-Cruce [z] in Academia Mexicana Theologiæ olim profeſſor primarius. Atque advertendum, quod habet de Divortiis apud alias Gentes D. Auguſtinus [a], de eis ex lege Evangelica loquutus. *Aliter*, inquit, *ſe habere Iura Gentium quis ignorat, ubi, interpoſito repudio, ſine reatu aliquo ultionis Humanæ, & Illa, cui voluerit, nubit, & Ille, quam voluerit, ducit; cui conſuetudini ſimile aliquid propter Iſraelitarum duritiem, videtur permiſiſſe Moſes de Libello Repudii.* Quæ cum ita ſint, manifeſtum erit, qualeſnam fuerint concubinæ, id eſt, פילגשים ſic dictæ, ante legem; neque obſcurum, qualeſnam eæ, quæ poſt legem in ſacro ſermone hoc nomine indigitantur. Quod ad concubinas ante Legem attinet, Concubinæ Abrahæ [b] Nachoris [c], Jacobi [d], Eliphazi [e], à Moſe memorantur. Et Tertullianus [f]; *ſanè apud veteres noſtros, ipſosque Patriarchas, non modo Nubere, ſed etiam pluriſariam uti matrimoniis fas fuit. Erant & concubinæ.* Cum verò Legitima uxor, conſenſu præeunte, eoque, concubitu, ut oſtenſum eſt, firmato, in vitæ conſvetudinem acciperetur, pluresque ita ſimul poſſent ritè haberi; cumque matrimonium, pro alterutrius conjugum arbitratu, nunquam non eſſet, idque niſi interveniret lex adverſa civilis, ſine libello, ſolvendum, juxta ſcilicet jam dictam Magiſtrorum, de Noachidarum jure, ſententiam; ſequitur, Concubinam, quæ item in concubitum & vitæ conſvetudinem æquè adſciſci ſoleret, nec leviori divortii genere disjungi poſſet, aut nomine tenus duntaxat, aut ſaltem dignitatis tantùm minoris (ubi, verbi gratiâ, ancilla eſſet aut generis obſcuri) ratione, ab uxore diſcrepâſſe; Jugalem autem contractum nodumq; utriq; eundem ipſum fuiſſe. Appoſitè heic Philo, [g] inquit [g] *etiam Nachor Abrahæ frater duas habuit uxores, Juſtam & concubinam. Juſtæ nomen erat Melchajæ, concubinæ Rumæ.* Neque patitur ratio, ut aliter ſit de ipſo contractu ſentiendum. Quin expreſsè ſatis

[x] *D. Marc. 10. 12.*

[z] *Specul. Cõjug. part. 2. art. 5.*

[a] *De bono cõjugali. cap. 8. quem fidelis etiam l. 1. de Nuptiis & Concupiſcentia lib. 1. cap. 8.*

[b] *Geneſ. 25. 6.*

[c] *Geneſ. 22. 4.*

[d] *Geneſ. 35. 22*

[e] *Gen. 36. 12.*

[f] *Lib. 1. de Vnic Nuptiis ad. Vxorem cap. 2.*

[g] *Lib. περὶ τῶν ἐν τῷ προσδύματος ἀυτοῦ.*

ſatis adſtipulatur ſacra ſcriptura. Cetura (quam eandem cum Hagare ancilla fuiſſe plerunque [h] volunt Orientales) dicitur à Moſe קטורה ſeu *uxor* Abrahæ; quæ ipſa in Paralipomenis [i] concubina nuncupatur. Et egregiè ad hanc rem, quod ex ſacro contextu habet D. Auguſtinus, cui Cetura & Hagar diverſæ ſunt, uti ferè Chriſtianis. *Ambæ*, inquit [k], *& uxores Abrahæ & concubinæ ſunt appellatæ. Sara verò nunquam dicta eſt concubina, ſed uxor tantùm. Nam & quando data eſt Hagar Abrahæ, ita ſcriptum eſt* [l]; *Et apprehendit Sara uxor Abram Agar Aegyptiam ancillam ſuam poſt decem annos quàm habitaverat Abram in terra Cànaan, & dedit eam Abram viro ſuo uxorem. De Cethura autem, quam poſt obitum Sara accepit, ſic legitur* [m], *Adjiciens autem Abraham ſumpſit uxorem; cui nomen erat Cethura. Ecce ambæ dicuntur uxores; amba porrò concubina fuiſſe reperiuntur, poſtea dicente ſcripturâ* [n]; *Dedit autem Abraham omnem cenſum ſuum Iſaac filio ſuo, & filiis concubinarum ſuarum dedit Abraham dationes, & dimiſit eos ab Iſaac filio ſuo adhuc ſe vivo ad Orientem in terram Orientis.* Et Tertullianus, Abraham, *inquit* [o], *mutatus eſt in Digamiam per Ancillæ concubinatum.* Concubinatus igitur tunc Nuptiæ erant, & concubina etiam uxor habita. Et quia ancilla erat, ideo concubinam dictam fuiſſe Ceturam volunt Magiſtrorum [p] nonnulli. In univerſum autem ii Concubinas ab uxoribus diſtinguunt pactis dotalibus & ſponſaliorum ſolennibus. Sæpe occurrit illud [q], נשים בכתובה ובקידושין פלגשים בלא כתובה ובלא קידושין *uxores fiunt cum pactis dotalibus & ſponſaliorum ſolennibus, Concubinæ neque his neque illis.* Sed hoc maximè ad concubinatum, qui poſt legem in uſu, attinet; cum ſcilicet & Dotalia pacta & alia atque in priſtino ſeculo ſolennia, eaque magis neceſſaria, Nuptiis, quod alibi fuſiùs exhibemus, præſcriberent; nec tamen ejuſmodi quæ contractum irritum omiſſa facerent. Nam ante legem, in Conſenſu ſolùm & Concubitu, modò ad vitæ conſuetudinem futuram uterque haberetur, matrimonii ſubſtantiam ponebant ſolennibus, pactisque dotalibus, pro libitu omninò adhibitis, quæ poſtmodùm etiam ex eorum, qui rebus præerant, autoritate præſcripta atque aucta, formulam etiam legitimam, ſed non ſubſtantiam matrimonii

[h] *Targum Hieroſolym. & Jonathan Geneſ. 25. 1. & Iarchius ibi, & ad comm. 6.*

[i] *1. Paralip. 1. 32.*

[k] *De Civitate Dei lib. 16. cap. 34. quem & videſis in Geneſ. ad literam quæſt. 90.*

[l] *Geneſ. 16. 3.*

[m] *Geneſ. 25. 1.*

[n] *Ibid. comm. 6.*

[o] *Lib. de Monogamia, c. 6.*

[p] *Rabbi Bechai ad Gen. 25. 1. f. 35. col 4.*

[q] *Gemar. Hieroſolymit. ad tit.* Cethuboth *cap. 5. fol. 29. col. 4. §. 3. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *cap. 2. fol 21. a. Iarchius ad Geneſ 25. 6. Bechai loco citato Davıd de Pomis f 143. Moſes Maimonid. halach.* Melakim *cap. 4. adde Moſem Mikotzi Præcep. Negat. 212.*

monii, seu ipsum contractum, mutâsse docent. Hinc concubinarum Saulis r, Davidis s, Salomonis t, Rehoboam u, Regum, ad Magistrorum mentem, nomen ritè intelligendum. Unde, cum ex majorum institutis, dotem & sponsaliorum solennia nuptiis accedere velint justis hominum privatorum seu subditorum, Regi tamen suo fas fuisse, utpote hac lege superinductâ soluto, aiunt concubinam x sibi ביחוד בלבד *solùm concubitu sibi conjungere*, אבל ההריוט אסור בפילגש אלא באמה העבריה בלבר אחר ייעוד *privato nihilominùs seu subdito interdictam fuisse concubinam. si excipias ancillam Ebræam tantùm, postquam eam ex venditione patris* y *desponsaverit.* Qua de re, libro proximo fusiùs; ubi ancillam illam planè uxorem fuisse liquet, sine nuptiarum solennibus conjunctam, id est, Concubinam. Certè & Levitæ concubina, à Benjaminitis nefariè peremta, planissimè uxor habebatur. Is etiam vir ejus z dicitur. Atque in vulgata versione, indiscriminatim & uxor & concubina appellatur. In fonte nuncupatur bis פילגש quod sive *uxor concubina* sive *fœmina concubina*, uti etiam γυνὴ παλλακὴ verti potest. Quod itidem dicendum de decemillis Davidis concubinis, quæ נשים פילגשים a, id est, sive *uxores concubinæ*, sive *fœminæ*, seu, ut vulgata, *mulieres concubinæ* vocantur. Et de Levitæ, quem diximus, concubinâ, ad rem heic inprimis D. Ambrosius b; *Vir*, inquit, *Levita acceperat jugalem, quam à concubitu concubinam appelleri arbitror.* De successione etiam liberorum è concubinis apud Ebræos susceptorum, alibi c, uti etiam de concubinis plura diximus. Commentum verò habet Elias Levita de nominis פילגש, quo concubina in sacris literis denotari solet, originatione, & veluti Uxorem dimidiatam eam inde facit. Concubina, inquit d, vocatur, פילגש Pilegesh שהיא מלה מורכבת מן פלג אשה פי׳ חצי אשה ובלשון רומי אדם שיש לו שתי נשים קוראים זו אל זו פלגש *quod vocabulum compositum est ex* Pelag Isha, *id est, uxore dimidiata; & Linguâ Latinâ, ubi quis binas habet uxores, harum altera nuncupatur alteri Pellex.* Quasi Pellex, pallaca, ac παλλακὴ pro concubina, ab Ebræorum jam dicta voce, quod & alii volunt, deducenda esset. Et certè Pellicis habetur notio altera e, quæ ipsam heic concubinam rectè satis denotat. Quemadmo-

r 2. *Samuel.* 3. 8. & 21. 11.
s 2. *Samuelis* 5. 13.
t 1. *Reg.* 11. 3.
u 2. *Paral.* 11. 21.
x *Maimonid. halach.* Melakim *cap.* 4.
y *Ex lege Exod.* 21. 8.
z *Iudic.* 1. 3 & *ibid. comm.* 1. 9. 27. & *cap.* 20. 4. & 5. & c. & *Sidefis Henning. Arnisæum de Iure Connubiorum cap.* 5.
a 2. *Sam.* 15. 16.
b *De Officiis lib.* 3. *cap.* 14.
c *De succeff. in bona defuncti. cap.* 3.
d *In Notis, ad Dauid. Kim. ubi Radices, Verbo.* פלגש
e *L. Massurius.* 144 *ff. de Verb. signific.*

admodùm autem, ubi plures uxores, ibi etiam Concubinæ plures, mixtæve concubinæ & uxores licitæ (ut apud Ebræos & fere in Oriente alibique apud Mahumedanos) fuêre juxta ea quæ dicta ſunt; ita ubi unicam duntaxat uxorem ſuperſtitem (ut non ſolùm ex legis Evangelicæ interpretatione, ubicunque ea viguit, ſed ex civiliorum ita dictarum Europæ diù ante Chriſtianiſmum nationum [f] moribus obtinuit) liceret habere, ibi & unicam concubinam, id eſt, ſine ſolennibus prævis uxorem, ſed uſu tamen ſatis conjunctam, licuit olim retinere; ceterùm non magis binas, quàm binas uxores. Nec unicam hanc magis repudiare fas erat quàm uxorem. Cum ſcilicet nomine magis & ſolennibus, quàm re invicem diſtarent. Juriſconſulti Græci [g] παλλακὴ ἐστὶν ἡ συζῶσά τινι ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆ, ἡμίμαν χωρὶς γάμου, *Concubina eſt, quæ cum aliquo in ædibus cohabitat, ſine matrimonio legitimo*; ſine formulis matrimonio præſcriptis, non ſimpliciter ſine matrimonio. Et veteri, apud Harmenopulum [h], conſtitutione Cæſarea, Concubinatus, qui κοινωνία τῆς παλλακῆς ibi dicitur, nomine γάμου σὺν ἀνεξεσίᾳ ſeu *Matrimonii indecori* deſignatur. Hinc Julius Paulus, celeberrimus ſub Alexandro Severo, id eſt, antequam Chriſtianiſmus in Imperium Romanum receptus eſt, Juriſconſultus, *Eo tempore*, inquit [i], *quo quis uxorem habet, Concubinam habere non poteſt*; aliàs licitam, ut uxorem ſine ſolennibus. Neque verò ingenua, eo ævo, ſed tantùm ancilla, liberta, libertinave, in concubinatu ita propriè dicto potuit eſſe ſine [k] teſtatione manifeſtum hoc faciente; quæ, ſi accederet, nullis aliis adhibitis ſolennibus, Ingenua concubinæ nomine depoſito, uxor honoris causà, dicebatur. Cæteris, quæ ingenuæ non erant, concubinis [l], ut inferiore dignitatis notâ, appellatis, & ſolâ animi deſtinatione ſeu affectione æſtimatis [m]. Inſtauratum poſteà eſt jus illud, quo nefas erat uxorem ſimùl & concubinam (id eſt, alteram cum ſolennibus, ſaltem teſtatione ſatis manifeſtâ, alteram ſine hac, ſine illis, ſed utramque conjugem) habere; idque tum à Conſtantino Magno [o], tum à Juſtiniano [p]. Etenim, velut in diverſa ſub uno tempore conjugia convenire, ad Ebræorum morem, id deputabatur. Unicam verò, qualem diximus, concubinam

[f] *Vide Sext. Empiric. Pyrrhon. hypotyp. lib. 3 cap. 24. Cæſar. de Bell. Gallico lib. 6.* ubi de Britannis *&c. Athenæum Dipnoſ. 13.* ubi de Cecrope, *Suidam* in eo, *Petr. Fabrum in Semeſtr. lib. 2. c. 1. Iacob. Rebard. lib. de autoritate Prudent. cap. 1. &c.*

[g] *Baſilic. ap. Theodorum Balſamonem in Photii Nomocanon. tit. 13. cap. 5.*

[h] *Procbir. lib. 4. tit. 7.*

[i] *Sentent. Recept. lib. 2. tit. 20. adde ff. tit. Communia de Manumiſſionibus. lib. 3. in fine.*

[k] *Marcianus l. 3. ff. de Concubinis, & Modeſtinus l. 24. ff. de Ritu Nuptiarum.*

[l] *Vlpianus l. 1. ff. de Concubinis.*

[m] *Paulus l. ult. ff. eodem titulo.* [n] *Vlpianus l. 3. ff. de donat. inter virum & uxorem.* [o] *L. unic. C. de Concubinis.* [p] *Novell. 18, cap. 5. & 89. C. 12. adde l. ult. ff. tit. communia de Manumiſſionibus.*

nam in vitæ consuetudinem (non ad tempus [q] certum ex contractu) adhibitam, loco uxoris, neque eâ minus licitè conjunctam, in veteri Ecclesia ei cui uxor alia nondum esset, habere [r] permittebatur, usque dum Cæsareæ [s], Pontificiæ [t], minorumque gentium sanctiones, præter vetustum etiam in Christianismo [u] morem, de solennibus Conjugiorum quorumcunque sacrisque Benedictionibus, publica eorum Testatione, atque id genus aliis ita vim fortirentur, ut Conjugia aliter inita pro interdictis etiam interdum & irritis [x] haberentur. Neque forsan observatu indignum videatur; cum Sponsæ, Conjugis, Jugalis, Concubinæ, id genus aliorum nominum, etiam & τῆς אשה & γυναικὸς pro Uxore notationes apertæ sint, atque ejusmodi ut possessio & usus matrimonialis, sive tori societas atque sexus eis palam indicetur; Uxoris interim quæ è prisca, ante Christianismum, Latinitate deducta est, notationem quidem nimiùm latere, sed tamen à Grammaticis aliquot à sacro [y] ungendi, in solennibus Nuptiarum, liminis ritu peti, ideoque etiam Unxorem eam olim dici. Perinde ac si absque sacris illis seu solennibus Nuptiarum, etiam ex ipsa vocabuli, vi nulla propriè illo nomine fuissent indigitanda. Certè sacris, veluti interventui ignis & aquæ (qui veteribus sacramentum [z] fœderis Nuptialis dicebatur) Farri, Confarreationi [a], ejusmodi aliis non paucis locum fuisse in Nuptiarum solennibus scimus; atque in iis, Liminis etiam unctioni, cui præerat Dea Unxia dicta. *Unctionibus superest* (sic apud Arnobium [b] legimus) *Unxia, Cingulorum Cinxia replicationi, Victa & Potus sanctissima victui potuique procurant. O egregiâ numinum & singularis interpretatio potestatum, nisi postes virorum adipali unguine oblinerentur à sponsis, nisi virginalia vincula jam ferventes dissolverent atque imminentes mariti, nisi potarent & mederentur homines, Dii nomina non haberent?* Et Josephus Scaliger [c], *Uxor dicendum erat pro Unctor. Ejusmodi enim erant verbalia apud veteres, uxor pro unctor; pacio pro pactio. Ita dicta est, quia adipe lupino postes novi mariti ungeret.* Sed interea versum adfert Ennii Donatus seu quis alius ejusmodi in Terentii Hecyram, quo ritus ille, unde & Uxor etymon habeat, probetur; quod tantum

[q] D. Aug. de Bono conjugali cap. 17. caus. 32. q. 2. c. 5.
[r] Dict. Nov. & Concil. Toletan. 1. cap. 17. dist. 34. c. 4.
[s] Nov. 74. cap. 4. Leonis Constit. 89. & 91. Harmenopulus Prochir. lib. 4. tit. 4. & 7.
[t] Caus. 30. q. 5. & extr. de Cland. desponsi. c. 3.
[u] Tertull. lib. 2. ad uxorem, cap. 9. & lib. de pudicitia, c. 4. D. Ambros. epist. l. 3. ad Vigilium. adde Francisc. Hotoman. Quæst. Illustr. 5. & Dionys. Gothofred ad Leonis Constit. 89.
[x] Leo Constit. 89. Harmenopul. lib. 4. tit. 4 & 7.
[y] Donatus in Terentii Hecyram.
[z] Lactantius lib. 2. de Origine Erroris, cap. 10. Adde Dionys. Gothofred. ad l. 66. ff. de donat. inter virum & uxorem §. 1.
[a] Boetius, in Ciceronis Topica & Servius ad Virgilii Georgic. lib. 1. Arnob. lib. 4. alii. [b] Adversus Gentes, lib. 3. [c] Ad Festum verb. Auctor.

tum abeſt ut inde fiat, ut nec ad Nuptias omninò, ſed ad funus Tarquinii, verſum illum unctionemque in eo memoratam, ſpectare à viris doctis [d] rectè obſervetur. Utut ſe res hcic habeat, tam Coemptione & Uſu, quàm Confarreatione ſeu Farre (qui modus erat Nubendi religioſiſſimus) uxores omnifariam ficbant & propriè ita dicebantur, cum tamen nec Uſus nec Coemptio ſacra ulla haberent. Adeo ut vocabulum illud, non minùs ac cetera jam dicta, undecunque demùm derivetur, Poſſeſſionem ac Uſum Matrimonialem ſeu tori ſocietatem, etiam citra ſacra, veteribus indicaret. Quin ipſum ſexum tantùm Uxoris nomine, ac ſi mulieri aut fœminæ ſeu אשה & γυναικὶ ſynonymum eſſet, denotat Martialis.

[d] *Pauli Merulæ ad Annalium Ennii lib. 3.*

Conviva[e] *quiſquis Zoili poteſt eſſe,*
Summœnianas cœnet inter uxores.

[e] *Lib. 3. epig. 81*

Et

——— *reſina* [f]
Summœniana quæ pilantur uxores.

[f] *Lib. 12. epig. 32.*

Proſtibula, quæ in ſummœnio, ſeu ſuburbana innuit; ſummœnianas Mulierculas, ſive nuptas ſive innuptas. Sed has antè illas; quæ rarò ſatis in Roma veteri in proſtibulis. Et videmus ſanè in Linguis provincialibus, Latinam parentem ſuam agnoſcentibus, vocabula quæ uxorem denotant, ex pronuntiatione, ſive barbara ſive decurtata, Fœminæ ſeu Mulieris (quæ ſexum duntaxat reſpiciunt) poſſeſſivo adjunctæ, enaſci. Quin & vox illa **wife** quâ nos Angli ut conjugio propriâ, non aliter ac veteres Romani generatim uxoris vocabulo, utimur, tranſmiſſa ad nos eſt ab Angloſaxonibus, ſeu majoribus noſtris vetuſtioribus, quibus vocabulum illud uxorem non aliter denotabat atque fœmina ſeu γυνὴ ſeu id quod ſexum ſequiorem ſimpliciter etiam deſignaret. Adjecto poſſeſſivo dicebant illi (ut nos) **his wife** id eſt hyꝑ ꝑiꝛ, ſeu *fœmina ejus*, ut ſcimus ex Evangeliis [g] Angloſaxonicis. Nam in eis pro eo quod eſt *Benedicta tu in mulieribus* legitur [h], Ðu eaꝛð ȝebleꞇꞇeðon piꝛu & beꞇꝑux ꝑiꝛum, ac ſi diceremus, **thou art bleſſed among wives**; & pro illo [i] *quadam mulier ei dixit* ꝓum piꝛ him ꞇo cpæð; uti & pro *erat* [k] *enim mulier Gentilis*, ꝓoȝlice ꝑ piꝛ ꝑæꝛ ꝺæꞇen; & pro *venit* *mulier de Sa-*

[g] *D. Matth. 5. 31. & c.*
[h] *D. Luc. 1. 28. & 42.*
[i] *Ibid. 11. 27.*
[k] *D. Marc. 7. 26.*
[l] *D. Joan. 4. 7.*

de Samaria, þa com þæt an þi of Samaria: qualia occurrunt etiam ſexcenta. Cum interim, ex poſſeſſivi adjecti vi, idem ipſum vocabulum non minùs illis quàm nobis uxorem ſeu conjugem denotaret; veluti Ælc man þe hỳ þ ɨ ir þoꝛlæꝺ ⁊ oðeꝛ nimð ỳe unꝛihꝺ hæmð, *Omnis qui dimittit uxorem ſuam* (Angloſaxonicè heic *fœminam ſuam*) *& alteram ducit, mœchatur.* Et Ba cpædon hỳs leoꝛnunꝛ cnihꝺ ỳ; Gyꝺ þa ỳs þam menn miþ hỳs piꝛene ne ꝛ̃ꝛemað nonum menn ꝺo piꝛienne, *Dicunt ei diſcipuli ejus, ſi ita eſt cauſa hominis cum uxore* (cum fœmina ſua) *non expedit nubere.* Alia ejuſmodi obvia ſunt plurima. Quin & ubi apud P. Oroſium habetur Conſtantium Conſtantinum filium ex concubina Helena, creatum Imperatorem Galliarum, reliquiſſe, Angloſaxonicâ ejuſdem verſione o ſubſtituitur hiꝛ piꝛ pro *Concubina.* Sed verò in Mss. aliquot vetuſtis vide deletum *τὸ Concubina* & ſuprà ſcriptum *Vxore*, nec manu recenti. Certè nec diſpar ☞ wieb Germanis uſus. Ex poſſeſſivi vi uxorem ſeu conjugem ſignificat; ex ſua ſimplici, fœminam, ut *femme* Gallis. Et videſis quæ de Mulieris & Uxoris nomine habet Tertullianus p. Sed de hiſce hactenus. Et à Jure Matrimoniali, quà Noachidarum, Magiſtrorum ſententia, conjugia ſpectat, ad Perſonarum, quarum in ſeculo illo Legem ſcriptam ſeu Moſaicam antevertente ratio heic habenda eſt; Cognationes, ut ſuperiùs inſtitutum eſt, tranſimus.

m *D. Luc. 16. 8. &c.*

n *D. Matth. 19. 10.*

o *Ms. in Bibliotheca Coſtonjana.*

p *Lib. de Geſt. Angl. Virginibus. cap. 5.*

CAP. VIII.

De Primorum Parentum liberis, *& de* Conjugiis inque *eis* Cognationis (*veluti Fratris, Sororis, Filiæ*) *ſub ipſis rerum Initiis*, ratione.

Quod ad Cognationes Perſonarum, quarum heic ratio habenda, attinet; eæ aut in ipſis ferè rerum initiis, quando ſcilicet, præter primos parentes eorumque Liberos, nondum quis alius exſtaret, reperiuntur, aut in ſeculis ſequentibus atque Moſem antevertentibus, quando, pro conjugiorum multiplicatione, multiplicaretur etiam Cognationum varietas. Sub ipſis rerum initiis, aliter nequibat fieri quin & Fratribus Sorores

Digitized by Google

Sorores eæque & germanæ & uterinæ nuberent, aut parentibus liberi conjugerentur. Sed tam Novercam privigno quàm Matrem filio nunquam non interdictam fuiſſe volunt, ut ſupra oſtenditur. De filiabus autem (quas ante Legem ſcriptam minimè vetitas [q], uti nec diſertè alias, præter matrem & ſororem uterinam, ut oſtenſum eſt, volunt) ita Gemarà Babylonia [r] legitur; מפני מה לא נשא אדם את בתו כדי שישא קין את אחותו שנאמר כי אמרתי עולם חסד יבנה *Quamobrem non in uxorem duxit Adam filiam ſuam* ſeu *ex filiabus aliquam? Ideò quòd* Cain *duxit ſororem ſuam; ſecundum id quod ſcriptum* [s] *habetur. Nam dixi, indulgentia* [s] *Pſalm. 89. 3.* ſeu *benignitas ædificavit ſeculum, ſeu Mundum.* Quod ut ritè intelligatur, ſermone ampliori opus eſt. Primis parentibus, utriuſque ſexûs liberi fuêre; Mares, Cain, Abel, Seth, quibus in Oriente adjiciunt Orientalium nonnulli, ex majorum [t] traditione, Abdalcariths; niſi putes nomen illud fuiſſe Caini tantùm appellativum, atque inde Adæ filios ſic ex incogitantiâ auctos fuiſſe. Scribitur عبد الحارث. Certè id ſonat Arabicè, *cultor agri*, quemadmodum in Geneſi diſertè Cain nuncupatur. Quin apud Mahumedanos legitur primum Evæ fœtum à parentibus nominatum fuiſſe عبد الحارث *Abdalcariths* ſeu *cultorem agri*, cum dici debuiſſet عبد الله *Abdalla*, ſeu *Cultor Dei*, quo etiam ſpectaſſe Mahumedem in Alcorano, ubi de primo Adæ & Evæ coitu loquitur, ſcribit Achmetides paraphraſtes [u]. Atqui & plures Adamum habuiſſe filios, ſatis elicitur ex ipſa Moſis hiſtoria, qua de re ſatis antè dictum eſt. Filias etiam eum ſuſcepiſſe non minùs expreſſe tradidit [x] Moſes. In univerſum autem, filios fuiſſe ei duodecim, filias binas, alii [y] alii filios [z] triginta tres, & viginti ſeptem filias, ex veterum Orientalium monimentis edocti ſcriptum reliquêre. Habent etiam inde nonnulli [a] tum filiorum, qui adjecti ſunt, tum filiarum nomina. In filiabus autem apud Epiphanium memorantur Save & Azura, apud Cedrenum Azua, depravatè proculdubiò pro Azura ſeu Ἀζυρᾶ, ut habet Epiphanius, qui eâdem cum Cedreno, ſcilicet Leptogeneſis autoritate, heic uſus eſt. Methodii Patarenſis Epiſcopi hiſto-

[q] *Videſis R. Bechai ad* vaicra *fol. 148. col. 2. & 3.*

[r] *Adeit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 58. b.*

[t] *Apud Guil. Schikard. in proœmio, ad* Tarich *Regum Perſia, pag. 24.*

[u] *ad Alcoran. azoar. 7. in Arab. 17, in eod. Lat.*

[x] *Geneſ. 5. 4.*

[y] *Epiphanius ex Leptogeneſi, Hæreſ. 39.*

[z] *Cedrenus, p. 7.*

[a] *Pſeudophilo in Antiquitatibus Bibliciis.*

pi hiſtoriolæ ſeu Revelationis editionibus nonnullis [b] Calemera & Lebora (quæ aliis Debora [c]) pro Calmana & Lembora, ut rectiùs ſcribendum [d], Adæ filiæ nominantur. Quin apud Saidum Batricidem, Patriarcham Alexandrinum, Azrona & Awina Adæ ſunt filiæ primæ. Verba ejus ſunt ووقعت لادم علي حوي فحملت وولدت غلاما وجاريه فسما الغلام قابين وسما الجاريه لزرون ثم حملت حوي وولدت غلاما وجاريه فسما الغلام هابيل وسما الجاريه لوبير

Et concubuit Adam cum Eva, quæ concepit & peperit puerum & puellum. Et vocavit puerum Cain; Puellam verò nominavit Azron. Rurſus concepit & puerum itidem & puellam peperit; quorum hanc Awin, illum Abel nominavit. Subjungitur autem in altero exemplarium, quibus utor, ſed recentiori, Awinam dici بالرومي لغورا *Lingua Romana, Leboram*; quod ad conſimile nomen [e] Methodio jam ante notatum attinere nullus dubito. Apud Mahumedanos [e] etiam habetur filia Adæ & Evæ Machuveliet nuncupata, ubi commentum etiam adjicitur, *præter Sethi, omnes partus Evæ gemellos fuiſſe, ſingulos ex maſculo & fœmina.* Adeo ut de primorum parentum gemellis opinio veteres ſuos, tametſi non ubique ſimiles, aurores non ſolùm apud Ebræos (ut ex eis [f] ſupra notatum eſt) verùm etiam apud Mahumedanos, ipſoſque demùm Orientis Chriſtianos habuerit. De harum conjugiis etiam eorundem autorum plerique loquuntur. Epiphanius, è Leptogeneſi ὅτι τὰς, inquit [g], ὑὸς σωὴφθησεν, ὁ μὲν Κάιν τῇ ἀδελφῇ τῇ μείζονι Σαυὴ ἅτα καλεμένῃ, ὁ δὲ Σὴθ τρίτος ὑὸς, ἐξ τὸν Ἄβελ γεννηθεὶς, τῇ λεγομένῃ αὐτὸ ἀδελφῇ Ἀζουρᾶ. *Et ipſius (Adæ) filii matrimonio conjuncti ſunt, Cain nimirum ſorori Majori Save dictæ, Seth verò tertius filius poſt Abel genitus, ſorori ſuæ quæ Azura vocabatur.* Sanè & Setho eam Adæ filiam, quam Aſuam nominat, Azuram puto innuens, nuptam eſſe ſcribit Cedrenus. Vetuſtus autor vitæ Mahumedis, Sethi uxorem fuiſſe ait, Machuveliet jam dictam. Saidus verò Batricides, Azronam, Caini gemellam ſororem, ipſi fuiſſe in uxorē ductam; Awinam au-

[b] *In Orthodoxographia Iacobi Grynæi fol. 93. & 101.*
[c] *Vide Petr. Comeſt. hiſt. Scholaſt. lib. 1. cap. 25.*
[d] *Vt apud I. Allatium in Notis ad Euſtathium Antiochenum p. 213.*
[e] *Vetuſtus autor, de Generatione Machumet. ab Hermanno Dalmata ſerſus.*
[f] *Cap. 3.*
[g] *Hæreſi 39. fidefis Operis imperfect. in D. Matth. S. Chryſoſtom. tributi Homil. 1. & Sixt. Senenſ. lib. 6. annot. 4.*

Digitized by Google

nam autem, gemellam Abelis, Setho nuptam. Et rem, de hisce, cujus in libris editis ne vestigia puto comperta esse, ex receptis Orientalium traditionibus narrat; primos nempè parentes, tametsi fratribus sorores conjungere tunc necesse erat, nihilominùs ita statuisse, ut, qui, in ipsis fratribus & sororibus, magis essent ceteris invicem natalibus dissiti, non conjunctiores, matrimonio copularentur. Conjunctiores verò fuisse gemellos, quàm qui partu diverso nascerentur. Inde, adolescentibus, quos ex eodem autore memoravimus, gemellis, eorum paria ita disjungi voluisse, ut gemella fratri, qui non esset gemellus, nuberet. Gemellorum autem Nuptias etiam tum illicitas fuisse, veluti eorum, ὃς ἡ μὲν φύσις ut ait Philo[h], ἔμαθε τῇ φύσει διήρησε καὶ διέζευξε, *quos ipsa quidem Natura ipsis natalibus disjunxit invicemque separavit.* Hinc Caino Avvinam, Abelli Azronam destinâsse. Quod cum Caino, qui sororem sibi gemellam, utpote venustiorem, deperiret, maximè displiceret, Adamum, utrunque filium, alterum ut frugibus, alterum ut pecorum fœtu Numini, in Monte sancto, faceret, monuisse; utque, ad bonam mentem, quæ peractis sacrificiis adesset, nuptias inirent. Peractis sacrificiis, Cainum, ne gemella sibi soror alteri jungeretur, fratrem, illiso in caput saxo, interfeciſse; Idque animo, ante sacrificium, præstituisse. Azronam ita sibi in uxorem cepisse (sed uxor ejus Pseudophilonii nescio unde edocto Themech dicitur) atque in convallibus cum posteris suis impiè vitam transegisse. Sethum verò, Adami auspiciis, Avvinam cepisse in uxorem; montem sacrum (ubi etiam sepultus, ut vult ille, Adam) illum ejusque posteros tenuisse, cujus ad radices Cainitarum convalles erant; Numen & Naturalia Jura religiosè coluisse, usque dum in convalles, ut è Caini filiabus sibi uxores seligerent, è Monte aliqui eorum descenderent, etiam post præstitutum commune omnibus دم هابيل *per sanguinem Abelis*, juramentum se non descensuros. Unde & explicatur Batricidi illud[k], *viderunt que filii Dei filias hominum, quòd pulchra essent, & acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant*; Sethum nimirùm & posteros ejus filios Dei, Caini filias nepteſque filias hominum, utpote hominum vitiis nimis sordescentium nuncupari. Certè & Dei nomine

h *Lib. de Specialibus Legibus ad Adulterium & Homicidium attinentibus. Sed & videsis R. Eleazer in* Pircke *cap. 22.*

i *In Antiquitatibus Biblicis.*

k *Genes. 6, 2.* Ad quem locum, præter ea quæ obiter occurrunt multa, *videsis Suidam in verbo* Μιαγαμίαι. *ac Librum Henoch apud Iosephum Scaligerum in Notis ad Eusebium pag. 244 & Io. Druſium in Notis ad Sulpitium Severum pag. 23.*

mine Sethum fuiſſe celebrem ex Leptogeneſi ſcribit Cedrenus. Sed filios Dei, ſeu Dei liberos, poſteros ejus, tum ob pietatem atque Adæ ſimilitudinem dici, tum eo quòd ſibi in populum eos elegerat Numen, monent etiam Ebræi [l] nonnulli; aliis [m] etiam ipſorum, loco illo Geneſis, Angelos qui Caini filias nepoteſque ſibi in conjugium ſumpſerant, intelligi, cum patribus aliquot Chriſtianis, autumantibus. Obſervandum verò, verſionibus Orientalium pleriſque, ibi non *filios Dei*, (id quod in Ebræo eſt בני אלהים) ſed *filios magnatum*, ſeu *Principum* verti. Sic enim Onkelos Chaldæus בני רברביא quod idem ſonat. Sic etiam paraphraſis Uzielidi tributa. Et in verſione Arabica tâm Judæorum Mauritanienſium, quèm R. Saadiæ, *filii* vocantur الاشراف *Nobilium* ſeu *Principum*, quemadmodum item Symmacho qui vertebat τῶν δυναστευόντων, *potentum*. Nec alia mente Aquila cui filii τῶν Θεῶν, *Deorum* ibi legebatur. Judæi etiam Hiſpanienſes *y vieron hiios de los grandes a hiias del hombre que buennas ellas*. Tavvaſius autem in verſione Perſica pro eoquod eſt heic *filii Dei* habet خودا فرښتكان *Magnates Dei*; quemadmodum & veterum Græcorum verſio, qua uſus eſt tum Philo [n] tum D. Auguſtinus [o], οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ *Angeli Dei*. Qualem lectionem, etſi fuère inter Patres [p], qui non agnoſcerent, manifeſtum tamen eſt, antiquiſſimam fuiſſe, eò quòd etiam reperiatur in codice Helleniſtarum verſionis ſummæ antiquitatis, quod cimelion eſt ſereniſſimi Regis noſtri ad D. Jacobi bibliothecæ, ex Oriente ante annos aliquot allatum. Sed hoc obiter. Verba autem Batricidis quæ ad rem, quam tractamus, inprimis attinent, adjicimus;

[l] *Rabbi Tehuda Ben Samuel in* Sepher Cozri *part. 1. §. 95.* More Nebochim *part. 1 cap 14.* [m] *Apud R. Eliazer in* Pirke *cap. 23. adde Apocryph. Enochi apud Ioſ. Scaliger. in Notis ad Euſebium pag. 244 fide annotat. ſupra lib. 2. cap. 12. pag. 264.* [n] *Lib. de Gigantibus.* [o] *De Ciuitate Dei lib. 15. c. 23. & in Geneſ. quæſt. 3.* [p] *D. Chryſoſtom. in Geneſ. hom. 22. & Theodoret. quæſt. 47.*

فلما كبرا الغلمان قال ادم لحوي لبلخن قابيل
اوبين التي ولدت معه هابل ولبلخن هابيل الزرون
التي ولدت معه قابيل فقال قابيل لامه حوي انا لخي
اختي وبلخن هابيل فخذه عن الزرون كالت الحسن
معن اوبين فلما سمع ادم هذا الكلام شق عليه جدا
وقال

وقال هذا خلاف الوصية ان تاخذ احتك التي ولدت معك
وكان قابين فلاحا للارض وكان هابيل راعي غنم فقال

لها ادم *Cum verò pueri adoleſcerent, præcepit Adam Evæ, ut Cainum Avvinam, Abelis nempè gemellam, ſibi conjungeret, atque Abel itidem Azronam, quæ Caini gemella ſoror erat, in uxorem duceret. Sed Matri ſuæ Evæ dixit Cain, ſe ducturum ſororem ſuam, & Abeli fore conjunctam ſuam ſororem. Etenim Azrona venuſtior erat Avvinâ. Hoc cum audiſſet Adam: valde conturbatus, at, inquit, nefas tibi eſt uxorem accipere ſororem tuam, quæ tibi gemella. Erat verò Cain cultor agri & Abel paſtor ovium. Dixit autem illis Adam* ea quæ ſuperiùs q ex Batricide hac de re afferuntur. Sequitur dein- q *Lib. 3. cap. 2. pag. 277.*

فاردان قابين علي هابيل غضبا وحنقا وحسد اخاه فلما راه
من الجبل شد قابين علي هابيل فضرب راسه بحجر فقتله
واشتد حزن ادم وحوي وناحا علي هابيل مايه سنه ولعن الله
قابين وولده وكان قابين فرمنا من تعشا هابيل ابيل حياته
وطرحه الله في غربة في نود ولحق قابين الزرون اخذا معه
وكان مسكنه هناك ثم وقع ادم علي حوي فحبلت
بعد ان انا علي ادم مايتين وثلثون سنه ولدت غلاما فسماه شيث
وكان شيث صبيح الوجه جبارا تلم الحلق مثل ابيه وهو
ابو الجبابرة الذين كانوا قبل الطوفان فروج لادم اشيث اولين
اخت هابيل وولد له منها انوش وولد لانوش قابينان

Unde ira commotus eſt Cainus in Abelem, atque indignatus eum invidebat. Itaque cum è monte deſcenderent, involat in Abelem Cain & caput ejus ſaxo percutiens occidit eum. Adam verò & Eva mœrore afflicti plangebant Abelem centum annos. Et execratus eſt

Deus Cainum ejusque posteros. Et erat Cain animo perturbato, homo subdolus errabundusque, dum vivebat. Et ejecit eum Deus ut velut exul ageret in Nod. Et cepit Cain Azronam sororem suam secum, atque ibi sedes posuit. Rursus concubuit Adam cum Eva qua concepit tricesimo supra ducentesimum anno (interpretum Græcorum calculum sequitur) *postquam primò congressi sunt, & puerum peperit atque vocavit eum Seth. Erat autem Seth aspectu pulchro, fortis, nec natura dissimilis á patre; & parens erat Gigantum, qui ante Diluvium. Conjunxit verò Adam Sethο in matrimonium Azvinam sororem* [gemellam] *Abelis, cui ex ea susceptus est Enos, cui natus est Cainan.* Ut igitur id, quod ex Gemara Babylonia superiùs citatur, ritè tandem ad Magistrorum mentem capiatur; ideò aiunt, à filiarum Nuptiis abstinuisse Adamum, quoniam ex filiis ejus erant ducendæ, ad genus humanum commodiùs multiplicandum. Sed ducendæ velut ex indulgentia temporis, id est, rerum initiorum necessitate id exigente, cum citra illam necessitatem fratribus sorores uterinas conjungi etiam ex Jure primævo nefas fuisset. Quin & indulgentiam hanc seu Juris, quod ad liberos spectabat, relaxationem, velut Interdicto[r] ejus, quod parenti aliàs fuisset neutiquam illicitum, tunc compensatam. Certè & notatur apud scriptores aliquot Christianos[f] Evam velut planè filiam Adæ fuisse, utpote quæ ex ejus carne desumpta indeque formata. Etiam indulgentiæ hujus in Lege Mosaica mentionem fieri volunt Magistri. Lex ait[t]; *Vir qui acceperit sororem suam filiam patris sui, aut filiam matris suæ, & viderit turpitudinem ejus & ipsa viderit turpitudinem illius,* חסד הוא (pro quibus verbis substituunt Helleniste *res est flagitium est*, vulgata *rem nefariam sunt operati*, interpretes ferè alii tantundem; Sed Talmudici[s] חסד quod sæpissimè in prophetarum linguâ occurrit pro *gratia, benignitate*, seu *indulgentia*, & rarissimè alibi interpretibus aliter sonat, etiam sumunt heic, pro *gratis* seu *indulgentia seculi primævi*, adeo ut, ad eorum mentẽ, vertendum sit) *indulgentia erat; exterminabuntur in oculis filiorum populi sui: Turpitudinẽ sororis suæ discooperuit, iniquitatem suam portabit.* Quasi in ipsâ lege scripta, quâ tam germana quam uterina soror interdicebatur,

[r] *Glossa Jarchi ad Gem. Bab. tit. Sanhedrin cap. 7. fol. 58 b.*

[f] *Epiphanius haref. 39.*

[t] *Levitic. 20. 17.*

batur, præoccupatio interceſſiſſet objectionis, quæ fieri potuiſſet de ipſis rerum initiis, quando ſorores etiam uterinæ fratribus nubebant, atque aptata fuiſſet reſponſio, illud tunc temporis ex gratia ſeu indulgentia, rem neceſſitate exigente, ob inuiſſe. Itaque Gemara Hieroſolymitana u; הכתיב ואיש אשר יקח את אחותו בת אביו בת אמו וראה את ערותה והיא תראה את ערות חסר הוא שלא תאמר קין נשא את אחיתו הבל נשא את אחותו חסד עשיתי עם הראשונים שיבנה העולם מהם אמרתי עולם חסר יבנה *Vbi in lege ſcripta habetur, vir* x *qui acceperit ſororem ſuam ſive filiam Patris ſui ſive filiam Matris ſuæ, & ille viderit turpitudinem ejus, atque illa turpitudinem illius viderit, indulgentia erat; id adjicitur ne objicias, at Cainus ſororem ſuam in uxorem duxit, ac Abel ſuam etiam in uxorem duxit ſororem; atque intelligendum eſt ac ſi interſertum fuiſſet, Indulgentiâ ſeu gratiâ uſus ſum erga homines primævos, quoniam ex eis Mundus ædificatus eſt. Dixi* y, *Indulgentia ædificavit Mundum.* Et gloſſa Jarchii ad citatam Legem, מרשו אם תאמר קין נשא אחותו חסד עשה המקום לבנות עולמו ממנו *Exponi ſolet; ſi objicias Cainum in uxorem duxiſſe ſororem ſuam, id ex Numinis indulgentia factum eſt, ut ædificaretur ſeculum illius ex eo.* Quin paraphraſis Chaldaica Jonathani tributa, Legis illius vocabula illa חסר הוא *Indulgentia erat*, ita fuſius enarrat. גניי הוא ארום חסדא עבדית עם קדמאי מן בגלל דיתמלי עלמא מנהון עד לא אתחיב קיימא בעלמא ומן דאתיהיב קיימא בעלמא כל דיעבד כדין תוי *Turpe eſt. Cæterum indulgentiâ uſus ſum erga homines primævos, idco quod ex eis mundi fierent propagines, uſque dum ſatis multiplicatum eſſet genus humanum. Sed poſtquam id ſatis multiplicatum eſt, quicunque ita faceret &c.* Et pœnam in ſacro ſermone adjectam ſubjungit. Ubi tamen, contra mentem Magiſtrorum, tam germanam quàm uterinam ſororem, poſtquam ſatis multiplicatum eſt genus humanum z & cognationum crevit varietas, interdictam fuiſſe innuit. Nam ante Legem Moſaicam, & poſt humani generis multiplicationem, quæ uterina non eſſet: fratri ex Noachidarum jure interdici nolunt Talmudici, ut anteà oſtenſum eſt; Germanam nempè, ſeu quæ paterno tantùm ſanguine conjungeretur, neutiquam fuiſſe antè fratri illicitam.

u *Adtit. Sanhedrin c. 16, fol. 56. col. 4 §. 1.*

x *Lebit. 2037.*

y *Pſalm. 89. 3 Atque ita uterque locus intelligitur in* Sepher Zohar *ad Vaiera fol. 38 col. 2.* Cremonæ *& fol. 77.* Mantuæ *&* R. Eliazer in Pircke *cap. 22.*

z *Geneſ. 6. 1.*

tam. Sed illam ſororum non habent heic diſtinctionem, quà veteſtius illud ſeculum ſpectant, Patres Chriſtiani, dum rationes tamen Magiſtrorum rationibus non diſſimiles, ferè hac de re adhibent. Epiphanius, ſorores fratribus, ſub ipſis rerum initiis, conjungi, οὐκ ἦν inquit [a], πρᾶγμα, ἐπεὶ μηδὲν ἔτι ἐγέγονει ἦν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὰς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ Ἀδὰμ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ σχεδὸν τῇ ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ πλασθείσῃ συνήφθη, κατὰ συζυγίαν αὐτῷ ἐκ θεοῦ πεπλασμένῃ, καὶ οὐκ ἦν πρᾶγμα, *Non erat illicitum, cum progenies nulla erat alia. Imò & ipſe Adam propriâ, ut ita dicam, filiâ velut ex corpore ipſius formatâ, quæ & à Deo in conjugium ei formabatur, conjunctus eſt; nec illicitum erat.* Et paulò poſt, *multiplicato genere humano*, ἡ ἀκρίβεια, inquit, ἡ κατὰ τὸν γάμον τὸν σεμνὸν ἐπλατύνετο καθ' ἕξιν προβαίνουσα, *Cura de Nuptiis honeſtis ampliata eſt, & ut res tulit, invaluit.* Et dein; λοιπὸν οὐκέτι πᾶς αὐτῶν ἀδελφὰς ἐπὶ γάμον ἤγετο, ἀλλὰ εἰς ἐπιμιξίαν κατίστη, καὶ πρὸ τοῦ Μωϋσέως ἐγγεγράφθαι νόμῳ, ὁ κατὰ τὸν σεμνὸν γάμον θεσμὸς ἐκ τῶν παλαιῶν ἀδελφῶν αὐτῶν πᾶς γαμετὰς ἑαυτῶν ἤγετο· *De cætero non amplius in uxores ſorores ducebant ſuas, ſed juris vim obtinuit de matrimonio Lex, etiam ante ſcriptam à Moſe Legem. Et ex patruorum filiabus uxores ſibi ducebant.* Et D. Auguſtinus [b], *cum non eſſent ulli homines, niſi qui ex illis duobus nati fuiſſent, viri ſorores ſuas conjuges acceperunt; quod profectò quantò eſt antiquius compellente neceſſitate, tantò poſtea factum eſt damnabilius, religione prohibente.* Et inferiùs paulò; *Fieri ergo debuit quando potuit, ut, exiſtente copiâ, inde ducerentur uxores, quæ non erant jam ſorores: & non ſolùm, iſtud ut fieret, nulla neceſſitas eſſet, verumetiam, ſi fieret, nefas eſſet. Nam etſi nepotes primorum hominum quæ jam conſobrinas poterant accipere conjuges, ſororibus matrimonio jungerentur; non jam duæ ſed tres in homine uno neceſſitudines fierent, quæ propter charitatem numeroſiore propinquitate nectendam diſſeminare per ſingulos ſingula debuerunt.* Alias ſubnectit de ſociali inter homines vinculo latiùs, ex patruelium conſobrinorumque & qui fratribus ac ſororibus invicem eſſent disjunctiores, nuptiis diffundendo rationes, quas prætermitto.

[a] *Hæreſ. 39. Fideſit Alexand. Halenſ. ſumm. part. 3. quæſt. 27. art. 3.*

[b] *De Civitate Dei lib. 15. cap. 16. adde Cauſ. 35. q. 1. cap. 1.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

De ratione Cognationis habitâ in Conjugiis, *inter ipſa* rerum Initia *& tempus datæ* Legis Moſaicæ.

DE Cognationibus ſub ipſis rerum initiis, quâ matrimonia ſpectabant, jam dictum eſt. In ſequentibus, uſque ad Moſaicam Legem, ſeculis, præter Abrahæ nuptias cum ſorore tantùm non uterinâ initas [c] (ita volunt, ut ante eſt oſtenſum; unde & eum docuiſſe ait Clemens Alexandrinus [d], τὰς ὁμομητρίους μὴ δεῖν ἄγε & πρὸς γάμον, *uterinas ſorores non oportere in uxores duci*) & binas ſorores ſimùl Jacobi in uxores ductas, quarum neutræ, ex Lege Moſaica, non diſertè [f] interdictæ ſunt; exemplum inprimis habetur illud Amrami, qui uxorem duxit Jochabedam amitam ſuam. Nimirùm [g] τῷ Levi filius erat Koathus & filia Jochabeda. Koathi autem filius Amram Moſis pater; de quo ipſe, *accepit*, inquit [h], *Amram Iochabedam* דודתו id eſt, *amitam ſuam in uxorem, genuitque illa ei Aharonem & Moſem.* In vulgatâ habetur *accepit autem Amram in uxorem Iochabed patruelem ſuum*, & Helleniſtis ea appellatur θυγατρὶ & ἀδελφῇ & πατρὸς αὐτῆ *filia patrui ſui.* Certè etiam דודה pro patrui uxore alibi [i] ſumitur, & pro uxore ſive avunculi (in vulgata [k]) ſive patrui, quæ generatim eſt στρυὸς Helleniſtis. Sed loco de Amramo adducto, amitam, ſeu patris ſororem, vocabulo illo denotari, non modò evincit ipſa genealogia ſacra, ſed conſentiunt verſiones Orientales. Onkelos expreſsè אחת אבוהי *Sororem patris ſui.* Eodem ſenſu habet Pſeudouzielides חבובתיה idem ſeu amitam ſonans, & Arabica tàm Judæorum Mauritanienſium quàm Saadiæ verſio aliud non ſignificans, & Tavvaſii Perſica, ex eodem factum, Judæi itē Hiſpanienſes, *ſu tia.* Atque ita expreſsè volunt [l] Talmudici. Binorum etiam fratrum cognationem liquet non obſtitiſſe in hoc intervallo, quo minùs, mortuo alterutro, uxor ejus ſuperſtiti conjungeretur. Exemplum, nec ſine juris teſtatione, habetur in Judæ filiis [m] ejuſque nuru Thamar. Cum autem Jacobo uxores

Levi
Koath Jochabed
Amram

[c] *Geneſ. 20. 12.*
[d] *Stromat. 6.*
[e] *Geneſ. 29, 30.*
[f] *Lebit. 18. 9. & 18.*
[g] *Exod. 6. 16. & ſeq. & 2. 1*
[h] *Ibid. 20.*
[i] *Lebit. 18. 14.*
[k] *Ibid. 20, 29.*
[l] *Gloſſ. ad Talmud. tit. Sanhedrin cap. 7. fol. 58 b. & ad Exod. 6, 20.*
[m] *Geneſ. 38. 8.*

ſuæ

suæ patrueles essent, qualis etiam τῷ Esau Basematha uxor ejus
n Ibid. 36. 2. n Ismaelis filia, & Rebecca ab Isaaco, unico gradu, longiùs distaret, nec Loti ex conjugio cum filiabus esset concubitus; aliud quod hùc spectet, ex sacris Ebræorum monimentis observari, puto, nequit, nisi illud de Juda & Thamar, quæ cum nu-
o Lebit. 18. 15. rus ejus esset, ex Mosaica lege o plane fuisset ei ob filii cognationem, interdicta, velis ad hanc rem attinere. Nam & hosce sunt apud Ebræos qui matrimonio conjunctos fuisse volunt, idque divinitùs seu ex voce è cœlo in honorem Messiæ parentum delapsâ, dum in judicio ipse in eam, veluti flagitii ream (qua de re plura, ubi de pœnis Noachidarum libro septimo agi-
p Genes. 38. 26. tur) sententiam erat laturus. Et quod habetur in Scriptura p ולא יסף עוד לדעתה quod ab interpretibus ferè vertitur, *& non adjecit ultra cognoscere eam*, seu quod idem est, *ultra non cognovit eam*, id accipi volunt aliqui pro eo quod contrarium est, *Non cessavit cognoscere eam*, id est, re detectâ, *non abstinuit ab ejus concubitu.* Certè verbum id יסף quod plerunque *adjicere* sonat, etiam cessare aut abstinere alibi interpretatur. Moses de LXX senioribus Mosi adscitis (unde con-
q Num. 11. 25. sessus magnus natus est;) & q *factum est, cum requiesceret spiritus super eos, prophetaverunt* ולא יספו quod in vulgata est, *nec ultra cessaverunt*, id est, ולא פסקין (ut tàm Onkelos, quàm Pseudouzielides ibi) tametsi & eo in loco Hellenistæ habeant καὶ οὐκ ἔτι προσέθεντο *& non ultra adjecerunt*, quemadmodum etiam intelligunt r ferè Ebræi. Quin ad verba illa de Juda, Rabbi
r Sepher Siphri *apud Sal. Iarch. ibid.* Bechai s, ולא יסף עוד לדעתה אחר שקיים המצוה אע"פי שחיתה מותרת לו כל ימיו וכונת האומר ולא יסף עוד לדעתה והוא פסק שמותרת היא לו ואשה הקנו לו מן השמים *Et non adjecit ultra cognoscere eam, scilicet postquam perimpleverat mandatum* [de multiplicatione generis humani] *tametsi ipsa ei esset licita omnibus diebus suis. Etiam & qui locum illum sumit pro eo quod est & non cessavit, sensus ejus est, eam fuisse ei licitam, utpote uxorem divinitùs acquisitam.* Etiam in Christianis sunt, qui horum nuptiis hoc adstipulantur. Paulus de Abbatia Pollicinii, Calmaldulensis, I. U. D. Congregationis sacræ Eremi Abbas olim generalis, *in hoc mysterio*, inquit t, *necesse erat, ut Judas voluntariè corrigeret seu expelleret motum illum deformem, qui fuit per*
s Ad Bereshth. fol. 51. b. col. 3 Sidesis de hoc loco, R. Isaac Abarbinel ad Bereshth fol. 104. col. 4.
t In Theoremate Gestorum Thamar, pag. 145. & 151.

Digitized by Google

concu-

concupiſcentiam carnis, cum altera motu honeſta, hoc eſt, per Matrimonium ſanctum, ut eſſet Thamar Nurus Iudæ (præſolatio triſtitiæ ſuæ, quam habuit) Mater honorificata in ævum. Et paulo poſt, *Itaque perſuaſiſſimum Nobis eſt, quòd eadem hora, qua mulier accerſita comparuit ad Tribunal, deſponſaverit eam ſibi Judas, inſtigante Deo, perinde ac ſi torqueretur anxietate expellere pudorem.* Nuptias autem ejuſmodi, Legibus Moſaicis non conſonas licitas aiunt [u], eo quòd initæ ſunt קדם מתן תורה *antequam Lex traderetur.* Noachi uxor, tametſi in Scriptura ſacra minimè nominatur, nec quemnam virum conſanguinitate contingeret in ea compertum eſt, traditio tamen apud Ebræos habetur, eam fuiſſe Noemam Lamechi Adæ, in Caini poſteris, trinepotis filiam [x], adeoque à Noachò, qui ab Ada in poſteris, Sethi, nonus eſt, gradu nono, juxta calculum juris Pontificii, diſtitiſſe. R. Abba Bar Kohena [y], נעמה אשתו של נח היתה *Noema uxor erat Noachi.* De ea, quam diximus, diſertè loquitur. Memoratur etiam Barthenos [z], pro Noachi uxore. Sed verò & nomen & cognationem aliam omninò ejus uxoris habet Saidus Batricides, aliquoties antè laudatus, Patriarcha Alexandrinus, uti & conjugum trium ejus filiorum. Duxiſſe is ſcribit, ex Apocryphis Orientalium monimentis, Noachum Hacalam filiam & Namuſa, qui ei eſt filius Enochi, proavi Noachi, atque hanc ipſam fuiſſe, quæ cum eo in Arcam eſt ingreſſa; filiam nempè patrui ejus magni atque ita tertio, ab eo, gradu diſſitam. Enoch hic is ipſe eſt, (quod obiter notari non diſpliceat) qui Arabibus ادريس *Aidris* nuncupatur, nec ſemel in Alcorano eo nomine memoratus ولذكر في الكتب ادريس انه كان صديقا نبيا ورفعنا مكانا كليا *memoratus eſto in hoc libro Aidriſii, quoniam erat propheta veridicus, & eum nos in locum excelſum elevavimus.* Alibi item [b], ut Azoara jam dicta, Iſmael & Aidris conjunguntur. Atque ad verba illa Alcorani Mahumed Ben Achmed paraphraſtes; هو جد ابي نوح هي في السهم الرابع وقيل السدس هو او السابع *hic avus erat patris Noachi* (ſeu Noachi proavus) *& vi-*

u *Gloſſ. Talmudic. tis.* Sanhedrin *fol. 58. b. R. Iſaac Abarbinel. ad Vaera fol. 255. col. 3. & 4.*

x *Geneſ. 4. 22.*

y *In* Bereſith Rabba *paraſch. 23 atq; inde Sal. Iarchius ad Geneſ. 4. 22.*

z *Apud Epiphan. hæreſ. 26.*

a *Azoar. 19. Arab. 29. lat.*

b *Azoar. 21. Arab. 31. lat.*

vit in cælo quarto seu, ut volunt alii, in sexto aut septimo. In Latinis codicibus editis alter Alcorani locus perperam habet *Heforam*, alter *Hesdram*. Nec melius Italus ille Arrivabenius qui Latinam Retinensis versionem quoties secutus non est, pejorem multò Italicè substituit, nec Arabici codicis ope, contra quam jactat, usus esse videtur. Sed *in manuscriptis* Latinis locus uterque habet Hesdram *pro Aidrisio: Scriptor* item Christianus ille Saidus Batricides; في ثلثة عشر سنة من حبسات لمحي اصطفي الله اخنوخ ورفعه اليه والعرب تسميه ادريس *anno* XIII. *ætatis Lamechi, selegit Deus Enochum & eum sibi sursum sumsit. Is Arabibus dicitur Aidris.* Unde etiam inter Jaredum & Methusalam, seu inter patrem Enochi & filium ejus ponitur Aidrisius, scilicet pro ipso Enocho, in monumento illo Orientalium,



quod vulgavit Guilielmus Schikardus [c]. Sed ut ad uxores Noachi & filiorum ejus revertamur; Saidus ille ex Orientalium traditionibus, filiorum ejus, ait, singulos Methusalæ filias, nempe amitas suas magnas, ut ex superiori stemmate (ab eo quod in Pseudophilone [d] habetur satis diverso) liquet in uxores cepisse. Semum Talitham seu Talibam, Chamum Nachilatham seu Tachilatham (nam utroque modo scribuntur) Japhetum Arlisisiam, quæ & Dalsisia exhibetur. Verba ejus sunt, ubi de tempore Diluvium proximè præce-

[c] *Prooem. ad Tarik Reges Pers. pag. 24.*

[d] *In Antiquitat. Biblicis & vide de uxorum harum nominibus addit. ad Petr. comest. Hist. Schol. lib. 1. cap. 33.*

præcedente loquitur

ولم يبق في الجبل القدس الا نوخ وحده
ومراته اسمها هيكل الا كلموسا ابن لخنوخ وثلاث اولاده
سيم وحام ويافث فبلاش نسوت لهم وهم من بعد ماتوشالخ
فاسم امرات سيم صليث واسم امرات حام ٥ تحلت واسم امرات
تحلت بيافث لرلسيسه فلما كثر الغسن في الارض لختلط اولاد
شيث باولاد قابن العين وعملوا المعاصي ولستعلوا الغسق
والتعلقوا علي الملاهي *Neque relicti ſunt in Monte ſancto aliqui*
prater Noachum ſolum & uxorem ejus, cui nomen erat Hacala filia
Namuſa filii Enochi, & tres filios ejus Sem, Cham & Japhet, & tres
eorum uxores, quæ erant ex filiabus Methuſale. Nomen verò uxoris
Sem erat Talitha. Nomen uxoris Cham Nachilatha, & demum Ia-
phethi Aliſſia. Et poſtquam ſcelera crevere in Terris, commiſcebant-
tur poſteri Seth cum poſteris Cain maledicti, impia facinora commit-
tentes; atque adeo libidini conſueſcebant, ut ad eam explendam ſe-
totos devoverent. Ita ille octo perſonas tantùm in arca ſalvas facit; quem numerum habet itidem ſacra ſcriptura [f]. Sed ſunt etiam inter Chriſtianos Orientis, qui numerum illum auxerunt, veluti Conſtantinus Manaſſes [g], cui non ſolùm ipſe Noachus, uxor, filii tres, totidemque nurus, verum etiam σύμφιοι θυγατέρων *generi*, adeoque puto filiæ, in arca navigarunt. Quin Mahumedanis nonnullis commentum eſt fuiſſe

في السفينة ثمانية وسبعون نصفهم رجال ونصفهم نسا

in arca perſonas, LXXVIII, *quarum pars altera viri, altera fœminæ*, ut legitur in Achmetidis paraphraſi in Alcoranum, qui etiam interdum [h] numero rotundo eos fuiſſe ait, octoginta; atque eorum alii aliter. Sed adeò tenaces fuêre in Oriente ac ſibi certi de numero heic octonario tàm Mahumedani aliquot [i], quàm Chriſtiani, ut diſertè ſcribant Noachum ſocioſque in arca inde egreſſos urbem extruxiſſe eamque nominâſſe تمانين علي مدينهم *Tzhemanin*

c *Exemplari in Betuſtiori* تحلت Tachilatha *legitur & pro Semi uxore* صليب Taliba, *uti & pro Iapheti uxore* لسيسه Valiſſia

f *D. Petrus l. epiſt. 3. 20. & Geneſ. 7. 7. & 13. & Sidde Syrum in loco D. Petri citato.*

g *In Annalibus.*

h *Ad Azoare 11. Arabic.*

i *Abugiafar in Hiſtor. Saracenic. apud Almacinum lib. 1. pag. 14*

nin (quaſi dicas Octonarium) *juxta ſui numerum*, ut ſcribit Saidus Batricides, qui rem ita explicat ثمانية لاجل ثمانية *ac ſi dixiſſet ni* (eo in nomine) *nos animæ ſeu perſonæ ſumus octo.* Quoniam verò ثمانين *octoginta* quidem in numerorum ordine etiam denotat, ideo puto Mahumedanos aliquot ex vocabulo, quod nomen factum erat urbi proprium, ut octonarium perſonarum numerum deſignaret (ut expreſſim Batricides, cui octo iridem numerantur) numerum octogenarium perperam confeciſſe. Quod verò, ut in callem redeamus, ad nefariam illius ævi libidinem attinet (de qua jam ante Batricides) ſanè Ebræorum aliqui illam ſignantius, quàm aliud aliquod flagitium denotari volunt à Moſe, ubi cauſas innuit, ob quas diluvio genus ferè humanum puniebatur, & tàm ſpurciſſimam paderaſtiam[k] atque beſtiarum concubitus, quàm illicitos fœminarum, in iis locum habuiſſe primarium. Et Rabbi Iſmael ad illud[l], *quoniam omnis caro corruperat viam ſuam ſuper terram*, כל מקום

שנאמר השחתה איט אלא דבר ערוה וע"ז דכר ערוה שנ'

כי השחית כל בשר את דרכו עו' וכתיב פן תשחיתון ועשיתם וגו'

Ubi, ait[m], *vocabulum* Hashchatha *pro corruptela* [hominum] *uſurpatur, aut rem Turpitudinis* (id eſt, nefarios concubitus) *aut cultum extraneum ferè ſignificat. Rem Turpitudinis, ubi dicitur, quoniam omnis caro corruperat viam ſuam; Cultum extraneum, ubi dicitur* [n], *ne ipſos vos corrumpatis, & faciatis vobis ſculptile &c.* Sed verò horrendum illud concubitûs maſculi ſcelus initia habuiſſe aiunt Mahumedani poſt Diluvium ſeu Loti tempore, cujus uti & Sodomæ notiſſima eſt è ſacris hiſtoria. Non ſemel memoratur in Alcorano Lotum Sodomitas increpuiſſe, ſceleris hujus incuſaſſe, atque adjeciſſe ما سبقكم بها من احد من العلمين *non* [o] *præceſſit vos in eo quisquam è ſeculis*, quod interpretatur Achmetides per والجن والانس *neque ex hominibus neque ex diabolis*, unde in Latino codice dicitur *ſcelus à nemine*, & *nuſquam ante perpetratum.* Sed verò quid in moribus Mahumedanorum de hoc ſcelere reperiatur, docet Guilielmus Poſtellus [p]. Quod autem

[k] *Sal. Iarchius ad Geneſ. 6. 2.*

[l] *Geneſ. 6. 12.*

[m] *In Gem. Bab. tit. Sanhedrin cap. 7 fol. 57. 4 adde Iarch. ad Geneſ. 6. 12. & vaicra Rabba parash. 22. & R. Eliezer Pirke cap. 22. & 23.*

[n] *Deuteron. 4 16.*

[o] *Alcoar. 7. Arab. 17. Lat. & 29. Arab. 39 Lat.*

[p] *Lib. 3. de Orbis concordia pag. 179.*

autem ad locum è Geneſi citatum attinet, præter carnis corruptionem, quâ illicitos ibi concubitus innui volunt, memoratur etiam Magiſtris cauſa altera, quæ חמס dicitur, id eſt, rapina, concuſſiones, injuſtitia (nam & *ἀδικίαν* vertunt Helleniſtæ) particularis. *Repleta* q *eſt terra injuſtitiâ*; quod de Judicum atque eorum, qui, in judiciis, rebus præerant repetundarum criminis rei, pravitate maximè vult intelligi Salomon Jarchius. Explicat tantùm per לא נחתם גזר דינם אלא ע"י הנזק *Minime abſolvebatur decretum Judicis, niſi per concuſſionem, ſive extorto munere.* Sed aliis r, היותר נראה בפסוק כו להיות סוגי העבורת שניהם מה שבין אדם לחבירו ומה שבין אדם למקום *potius locus ille* (de corruptione Terræ) *intelligendus videtur de binis illis iniquitatum generibus ſummis, quorum alterum eſt inter hominem & proximum ſuum, alterum inter hominem & Deum.*

q *Geneſ. 6. 13.*

r *Iſaac Abarbinel in* Pirush hatorah *fol. 43. col. 1. Adde R. Betabai in* Biur *fol. 18. col. 4.* Sepher Zohar *ad Bereſith fol. 48. col. 3. Cremona.*

CAP. X.

Quomodo Cognationis *atque* Affinitatis gradus, *quâ amplexibus conjugalibus ſive* à primis rerum initiis *ſive* ex lege in Levitico tradita, *fuerint impedimenta, ſimul* intelligant *Ebræi.*

Poſtulat inſtituti ratio demùm tam de primævis illis interdictis Sex, nomine גלוי ערוות *ſeu Revelationis Turpitudinum*, id eſt, Inceſtûs denotatis, quàm de ceteris id genus in Levitico lege Moſaica adjectis, nec diverſo nomine à Talmudicis denotari ſolitis, quâ cis legem illam ad Noachidas ſeu Gentiles juxta Magiſtrorum mentem, ſpectarunt, porrò videamus. Adeo ut ſatis explicetur tum quomodo illa poſt legem Moſaicam eis ſint intellecta, tum quali, ad ea obſervanda, obligatione Noachidæ ad eorum mentem fuerint obſtricti. Quod ad Primum attinet; utriusque generis commiſtio, in qua etiam primævorum inſtauratio habetur, ita ſuprà ſ *deſignatur*, ut eorum ſimul numerus, quemadmodum in titulo Talmudico *Ceritheth* ſimul & Magiſtorum explicationibus occurrit, fiat viginti ſex. Beſtiæ verò, maſculi & menſibus laborantis concubitum qui in recenſione illa locos occupat ſex (id eſt IV, V, VI, XXIV, XXV, XXVI.) libenter heic prætermit-

ſ *Cap. 1. hujus libri.*

mittimus; uti etiam Alienam Uxorem. Nam & de ea, quatenus ad Noachidas attinet, & non, ſine concubitu conſenſum in vitæ communionem inſequente, ritè ex jam dicto Noachidarum ſeu Gentium Naturali jure conjungitur (etenim ex Jure Iſraelitico, ſeu Ebræorum civili, Conſenſum ſeu Sponſalia tantùm de præſenti, ſufficere volunt, quod alibi fuſiùs oſtendimus) anteà ſatis locuti ſumus. Sororis item nomine, tam Germana quàm Uterina pariter intelligenda. Demptis igitur ſic octo, reſtant in ſuperiori Deſignatione octodecim Perſonæ ſive ob Cognationem ſive ob Affinitatem diſertis verbis interdictæ; ita tamen, ut in numero ejuſce deſignationis ſeptimo, ubi Matris & filiæ concubitus generatim interdicitur, octo ſimùl vetentur, partim ex ipſo legis ſermone, partim ex interpretatione ſermonis Legis enata. Ex ipſo Legis ſermone adjiciuntur ibi quinque, Neptis ex filio, Neptis ex filia, Privigni Filia, Filia Privignæ & Socrus. Ex interpretatione tres; Filia & Proſocrus utraque, ſeu uxoris avia tam paterna quàm materna. Univerſas ſchemate exhibemus.



Moſem heic, Zipporæ maritum, Octodecim fœminæ (quarum quindecim diſertis verbis in Lege memoratæ literis majusculis denotantur) nominibus quibus, ſive affinitatis ſive conſanguinitatis eum contingunt, deſignatæ reſpiciunt. Filiâ, ex argumento קל וחומר ſeu *a minori ad majus*, adjectâ, & utraque proſocru ex ipſa ratione qua privigni & privignæ filiæ ſeu uxoris ex filio & filia neptes. Scilicet ut hæ deſcendendo, non ducendæ ſunt, ita nec aſcendendo alterutra proſocruum; quibus nimirum uxor neptis eſt. Haſce omnes & ex lege ſolas haſce Moſi, verbi gratia, interdici volunt, aliis non paucis tamen, quas שניות ſeu *ſecundarias* appellitant, ex majorum inſtituto ſeu civili apud ipſos adjectis, de quibus, ſuo loco [t]. De hiſce etiam pronuntiata aliquot habent, heic minimè negligenda, eaque vi ac ſenſu Legis ſubnixa. Nurum, Fratriam, Patrui Uxorem (ſcilicet patri fratris germani, non tantum uterini; nam ea in Secundariis recenſetur, ut videre eſt in libris de Nuptiis) nedum Novercam & Matrem, etiam repudiatas [u] interdici; etiam viris ſuperſtites; extra quam ubi frater demoritur, liberis non relictis. Tunc enim jure ſingulari fratri ſuperſtiti fratria apud eos ducebatur. Quod verò ad fratrem & ſororem attinet, eandem aiunt eſſe rationem fratris ex ſtupro ſeu adulterio ab alterutro [x] parente ſuſcepti, & ejus qui thoro natus eſt legitimo; uti etiam ſororis. Et quod de ſorore habent, ex verbis illis Moſis, *Quæ [y] nata eſt domi aut genita eſt foris*, eliciunt. Tantundem habent de Amita & Matertera; diverſum non eſſe, ſive ex Nuptiis ſive ex ſtupro ſeu adulterio alterutrius parentis prognatæ fuerit; modò eo naturalis ſanguinis genere, eum de cujus nuptiis quæritur, contingant. Idem aiunt de Filia [z] ſive ex uxore ante nuptias ſive aliunde, ex ſtupro aut adulterio, genita. Sex item uxoris conſanguinearum aliquam, ſive Socrum ſcilicet ſeu uxoris matrem, ſive aviam ejus ſive paternam ſive maternam, id eſt, alterutram in ſchemate Proſocrum, Privignam, aut hujus, aut Privigni Filiam, nec ſuperinducere, nec uxore mortuâ, nedum repudiatâ, ducere fas eſſe volunt; nec demum ſeptimam, Uxoris nempe Sororem ſive Uterinam ſive Germanam, dum illa ſuperſtes, tametſi fuerit [a] repudiata. Nam de uxoris ſorore, jam demortuæ, nunquam dubitarunt; cum verba

[t] *Uxores Ebraicæ ſeu de Nuptiis Ebræorum. lib. 1. cap. 2.*

[u] *Maimonid. halach.* Iſuri Bia *c. 2. Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *c. 7. fol. 54. a. ad Miſn. tit.* Iabimoth *cap. 3. in Talmud. Babyl. f. 32 a.*

[x] *Gemar. Bab ad tit.* Maccoth *cap. 1. fol. 5. b. & Maimonid. halach.* Iſuri Bia *cap. 2.*

[y] *Lebit. 18. 9*

[z] *Miſn. & Gemar. Babyl. tit.* Sanhedrin *cap. 8. fol. 75. a. Maimonid. hal.* Iſuri Bia *cap. 2.*

[a] *Salomon Iarchi ad Lebit. 18. 18. & Maimonid. halach.* Iſuri Bia *cap. 21.*

verba legis de uxore[b] sint, *dum ipsa adhuc vivit.* De hisce autem Septem fœminis ita in schemate Zipporæ (quam innuptam nunc fingas) sanguine conjunctis, simul receptissimum est; interdictum de revelatione earum turpitudinis, seu alicujus earum concubitu, quâ matrimonio impedimentum esse possit intelligi, ad tempus, quod matrimonium præcedit, non omninò attinere, sed ipsis Legis utrobique verbis לא תקח[c] *non accipies*, haberi לשון קיחות *interpretationem ex captione* alterius earum in matrimonium; nimirùm neque ex earum alicujus concubitu citra matrimonium, Zipporæ & Viri concumbentis matrimonium impediri, neque ex Zipporæ citra matrimonium concubitu, earum aliquam atque concumbentis impediri matrimonium. Veruntamen ex Maiorum sancito, non ex ipsâ Lege, inoleviſſe aiunt, ut illicitum esset adultero aut stupratori ullam stupratæ aut adulteræ superstitis consanguineam[d] dictis cognationis gradibus coniunctam in uxorem ducere, veluti publicæ honestatis justitiæ causâ. Ita tamen illicitum, ut verberum pœnam subiret, qui contrà faceret, non ut inde matrimonium initum dirimeretur. Sed rem hanc totam, præter alia, ad veterum mentem, hùc spectantia ex Maimonidis[e] verbis rectiùs intelliges.

b *Lebit. 18. 18.*

c *Lebit. 18. 17, & 18. & ibi Jarchium.*

d *Sic cap. 5. Caus. 35. q. 2. & 3. & extr. tit. de eo qui cognovit Consanguineam uxoris suæ vel sponsæ:*

e *Halach. Iuri Bia cap. 2. & Misn. & Gemar. Bab. tit.* Iabimoth *cap. 2. fol. 25. & 26. & cap. 11. fol. 77 a.*

הבועל אשה דרך זנות לא נאסרו עליו קרובותיה שהן
השבע נשים שאמרנו אבל חכמים אסרו על מי שנאף עם
אשה לישא אחת מן השבע נשים קרובותיה כל זמן שהזונה
קיימת מפני שהזונה באה לקרובותיה לבקר אותן והוא מתייחר
עמה ולבו גס בה ויבא לידי עבירה שיבעול הערוה ולא עוד
אלא אפילו נטען על אשה הרי זה לא ישא אחת מקרובותיה
עד שתמות זו שנטען עליה ואם כנס הקרובה שזנה עם קרובותיה
לא יוציא: מי שנטען על ערוה או שיצא לו שם רע עמה לא
ירד עמה בסבוי אחר ולא יראה באיתה שכונה ומעשה באחד
שהיו מרננין אחריו עם המותו והכי אותו חכמים מכת מרדות
מפני שעבר על פתה ביתה: הבא על אשה וכתה דרך זנות או על
אשה ואחותה וכיוצא בהן הרי זה כמי שבא על שתי נשים נכריות
שאין נעשות ערוה זו עם זו אלא נישואין לא בזניות וכן אם אנס אביו
או בנו או בחיו או אחי אביו אשה או פיתה אותה הרי זו מותרת לו
וישאנה שלא נאמר אלא אשת ואין כאן אישות אביו או בנו שנשא
אשה הרי זה מותר לישא בתה או אמה במו שבארנו ומותר לאדם
לישא אשת בן אחיו ונושא אדם אשה ובת אחותה או בת
אחיה כאחת ומצות חכמים שישא אדם בת אחותו והוא הדין
לבת

לבת אחיו שנאמר ומבשרך לא תתעלם *Si ſtupraverit quis fœminam, non adeò* (ex Lege) *interdicitur ei aliqua fœmina illius conſanguinea, ex ſeptem jam dictis. Ceterum ex ſapientum ſtatuto, interdicitur ſtupratori, ſeu adultero ducere in uxorem aliquam ita adulteræ ſeu ſtupratæ conjunctam, quamdiu ipſa adulteræ ſeu ſtupratæ ſuperſtes fuerit. Ratio eſt, ne cum adultera aut ſtuprata conſanguineam, ut fieri amat, imiſcerit, maritus ei congreſſus & amore denuò captus inceſtum committat. Quin & qui meritò ſuſpectus eſt, etiam ei conſanguinearum ejus, cujus nomine ſuſpectus eſt, jam dictarum qualibet illicita eſt, quamdiu illa vixerit. Ceterum ſi quis duxerit ſtupratam cum conſanguineis ejus, neceſſe non eſt, ut eam repudiet. Ubi quis meritò de inceſtu ſuſpectus eſt, ſeu famâ laborat publicâ, cavendum ei eſt, ne cum ea, cujus nomine eſt ſuſpectus, alicubi introeat, aut in eisdem ædibus viſatur. Et de hac re Deciſio comperitur. Erat, qui cum nomine Socrus, paſſim in ore populi famâ laborabat publicâ, juxta ædium illius oſtium tranſiret. Ex ſententia Sapientum verberibus, quæ in eos, qui majorum inſtitutis ultrò adverſabantur, infligenda ſunt, puniebatur. Ubi quis concumbit cum fœmina & filia ejus ut ſtuprator ſeu adulter, ſeu cum fœmina & ſorore ſua, aut cum id genus ceteris, hoc non aliud eſt, ac ſi quis concumberet cum binis quibuscunque fœminis invicem extraneis. Scilicet fœminæ non faciunt invicem, ut inceſtus ſit niſi tantùm ex alterius matrimonio, non ex ſtupro ſeu adulterio. Similiter ſi cujuſquam pater, aut filius, aut frater, aut patruus fœminam ſive vi ſive illecebris compreſſerit, ei illa ritè nihilominùs in uxorem duci poteſt. Nimirum Lex de eorum uxoribus hoc tantùm loquitur. Si pater cujuspiam aut filius uxorem duxerit, ipſi ſive matrem ejus ſive filiam ducere fas eſt, ut oſtendimus. Fas etiam eſt cuique ducere in uxorem eam, quæ fuerat uxor nepotis ex fratre; uti etiam fœminam ſimul cum nepte ſive ex ſorore ejus ſive ex fratre. Et in monitis ſapientum habetur, ut* f *in uxorem ducat quis ante alias neptem ex ſorore ſeu* (nam idem eſt jus) *ex fratre neptem, juxta id quod dicitur* g; *A carne tua ne te abſcondas.* Afferunt etiam interdictorum de conjunctionibus inceſtis, rationes; Alteram, ne, ſi libera forent erga fœminas interdictas, uti erga ceteras, vota conjugalia, ex futuri matrimonii

f *Videſis Gemar. Babylon. ad tit.* Iabimoth *c. 6. fol. 62 b. lin. ult.*

g *Iſaiæ 58. 7.*

tam. Sed illam sororum non habent heic distinctionem, quà vetustius illud seculum spectant, Patres Christiani, dum rationes tamen Magistrorum rationibus non dissimiles, ferè hac de re adhibent. Epiphanius, sorores fratribus, sub ipsis rerum initiis, conjungi, οὐκ ἦν inquit [a], παράνομον, ἐπεὶ μηδὲν ἕτερον γένος ἦν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ Ἀδὰμ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ ἁρδὸν τῇ ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ πλασθείσῃ συνήφθη, κατὰ συζυγίαν αὐτῷ ἐκ Θεοῦ πεπλασμένῃ, καὶ οὐκ ἦν παράνομον, *Non erat illicitum, cum progenies nulla erat alia. Imò & ipse Adam propriæ, ut ita dicam, filiæ velut ex corpore ipsius formatæ, quæ & à Deo in conjugium ei formabatur, conjunctus est; nec illicitum erat.* Et paulò post, *multiplicato genere humano*, ἡ ἀκρίβεια, inquit, ἡ κατὰ τὸν γάμον τὸν σεμνὸν ἐπλατύνθη καὶ θέζης προσέλαβε, *Cura de Nuptiis honestis ampliata est, & ut res tulit, invaluit.* Et dein; λοιπὸν οὐκέτι τὰς αὐτῶν ἀδελφὰς πρὸς γάμον ἤγοντο, ἀλλὰ εἰς ἐυνομίαν κατέστη, καὶ πρὸ τοῦ ἀφ' ὧν Μωϋσέως ἐγγεγράφθαι νόμος, ὁ κατὰ τὸν σεμνὸν γάμον θεσμὸς· καὶ οὐκ ἐκ τῶν παραδέλφων αὐτῶν τὰς γαμετὰς ἑαυτῶν ἤγοντο· *De cetero non amplius in uxores sorores ducebant suas, sed juris vim obtinuit de matrimonio Lex, etiam ante scriptam à Mose Legem. Et ex patruorum filiabus uxores sibi ducebant.* Et D. Augustinus [b], *cum non essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas conjuges acceperunt; quod profectò quantò est antiquius compellente necessitate, tantò postea factum est damnabilius, religione prohibente.* Et inferiùs paulò; *Fieri ergo debuit quando potuit, ut, existente copiâ, inde ducerentur uxores, quæ non erant jam sorores: & non solùm, istud ut fieret, nulla necessitas esset, verumetiam, si fieret, nefas esset. Nam etsi nepotes primorum hominum qui jam consobrinas poterant accipere conjuges, sororibus matrimonio jungerentur; non jam duæ sed tres in homine uno necessitudines fierent, quæ propter charitatem numerosiore propinquitate nectendam disseminare per singulos singulæ debuerunt.* Alias subnectit de sociali inter homines vinculo latiùs, ex patruelium consobrinorumque & qui fratribus ac sororibus invicem essent disjunctiores, nuptiis diffundendo rationes, quas prætermitto.

[a] *Hæres. 39. Fidelis Alexand. Halens. summ. part. 3. quæst. 27. art. 3.*

[b] *De Civitate Dei lib. 15. cap. 16. adde Caus. 35. q. 1. cap. 1.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

De ratione Cognationis habitâ in Conjugiis, *inter ipſa* rerum Initia *& tempus datæ* Legis Moſaicæ.

DE Cognationibus ſub ipſis rerum initiis, quà matrimonia ſpectabant, jam dictum eſt. In ſequentibus, uſque ad Moſaicam Legem, ſeculis, præter Abrahæ nuptias cum ſorore tantùm non uterinâ initas [c] (ita volunt, ut ante eſt oſtenſum; unde & eum docuiſſe ait Clemens Alexandrinus [d], τὰς ὁμομητρίους μὴ δεῖν ἄγεσθαι πρὸς γάμον, *uterinas ſorores non oportere in uxores duci*) & binas ſorores ſimùl [e] Jacobi in uxores ductas, quarum neutræ, ex Lege Moſaica, non diſertè [f] interdictæ ſunt; exemplum inprimis habetur illud Amrami, qui uxorem duxit Jochabedam amitam ſuam. Nimirùm [g] τῷ Levi filius erat Koathus & filia Jochabeda. Koathi autem filius Amram Moſis pater; de quo ipſe, *accepit*, inquit [h], *Amram Iochabedam* דודתו id eſt, *amitam ſuam in uxorem, genuitque illa ei Aharonem & Moſem.* In vulgatâ habetur *accepit autem Amram in uxorem Iochabed patruelem ſuum*, & Helleniſtis ea appellatur θυγατρὶ δὲ ἀδελφῇ δὲ πατρὸς αὐτῆ *filia patrui ſui.* Certè etiam דודת pro patrui uxore alibi [i] ſumitur, & pro uxore ſive avunculi (in vulgata [k]) ſive patrui, quæ generatim eſt ἀνεψιὸς Helleniſtis. Sed loco de Amramo adducto, amitam, ſeu patris ſororem, vocabulo illo denotari, non modò evincit ipſa genealogia ſacra, ſed conſentiunt verſiones Orientales. Onkelos expreſsè אחרת אבוהי *Sororem patris ſui.* Eodem ſenſu habet Pſeudouzielides חבובתיה idem ſeu amitam ſonans, & Arabica tàm Judæorum Mauritanienſium quàm Saadiæ verſio ﻋﻤﺘﻪ aliud non ſignificans, & Tavvaſii Perſica, ex eodem factum, ﻋﻤﻮﺵ Judæi itè Hiſpanienſes *ſuatia.* Atque ita expreſsè volunt [l] Talmudici. Binorum etiam fratrum cognationem liquet non obſtitiſſe in hoc intervallo, quo minùs, mortuo alterutro, uxor ejus ſuperſtiti conjungeretur. Exemplum, nec ſine juris teſtatione, habetur in Judæ filiis [m] ejuſque nuru Thamar. Cum autem Jacobo uxores

Levi
Koath — Jochabed
Amram

[c] *Geneſ. 20. 12.*
[d] *Stromat. 6.*
[e] *Geneſ. 29. 30.*
[f] *Levit. 18. 9. & 18.*
[g] *Exod. 6. 16. & ſeq. & 2. 3*
[h] *Ibid. 20.*
[i] *Levit. 18. 14.*
[k] *Ibid. 20, 19.*
[l] *Gloſſ. ad Talmud. tit. Sanhedrin cap. 7. fol. 58 b. & ad Exod. 6, 20.*
[m] *Geneſ. 38. 8.*

ſuæ

suæ patrueles essent, qualis etiam τῷ Esau Basematha uxor ejus
a *Ibid. 36. 3.* n Ismaelis filia, & Rebecca ab Isaaco, unico gradu, longiùs distaret, nec Loti ex conjugio cum filiabus esset concubitus; aliud quod hùc spectet, ex sacris Ebræorum monimentis observari, puto, nequit, nisi illud de Juda & Thamar, quæ cum nu-
o *Lefit. 18. 15.* rus ejus esset, ex Mosaica lege o plane fuisset ei ob filii cognationem, interdicta, velis ad hanc rem attinere. Nam & hosce sunt apud Ebræos qui matrimonio conjunctos fuisse volunt, idque divinitùs seu ex voce è cœlo in honorem Messiæ parentum delapsâ, dum in judicio ipse in eam, veluti flagitii ream (qua de re plura, ubi de pœnis Noachidarum libro septimo agi-
p *Genes. 38. 26.* tur) sententiam erat laturus. Et quod habetur in Scriptura p ולא יסף עוד לדעתה quod ab interpretibus ferè vertitur, *& non adjecit ultra cognoscere eam*, seu quod idem est, *ultra non cognovit eam*, id accipi volunt aliqui pro eo quod contrarium est, *Non cessavit cognoscere eam*, id est, re detectâ, *non abstinuit ab ejus concubitu.* Certè verbum id יסף quod plerunque *adjicere* sonat, etiam cessare aut abstinere alibi interpretatur. Moses de LXX senioribus Mosi adscitis (unde con-
q *Num. 11. 25.* sessus magnus natus est;) & q *factum est, cum requiesceret spiritus super eos, prophetaverunt* ולא יספו quod in vulgata est, *nec ultra cessaverunt*, id est, ולא פסקין (ut tàm Onkelos, quàm Pseudouzielides ibi) tametsi & eo in loco Hellenistæ habeant καὶ οὐκ ἐπροσθέσαν *& non ultra adjecerunt*, quemadmodum e-
r Sepher Siphri *apud Sal. Iarch. ibid.* tiam intelligunt r ferè Ebræi. Quin ad verba illa de Juda, Rabbi
f *Ad Bereſith. fol. 51. b. col. 3* Bechai f, ולא יסף עוד לדעתה אחר שקיים המצוה אע"פי שחיתה מותרת לו כל ימיו וכונת האומר ולא יסף עוד לדעתה והא פסק שמותרת היא לו ואשה הקנו לו מן השמים *Et non adjecit ultra cognoscere eam, scilicet postquam perimpleverat mandatum* [de multiplicatione generis humani] *tametsi ipsa ei esset licita omnibus diebus suis. Etiam & qui locum illum sumit pro eo quod est & non cessavit, sensus ejus est, eam fuisse ei licitam, utpote uxorem divinitùs acquisitam.* Etiam in Christianis sunt, qui horum nuptiis heic adstipulantur. Paulus de Abbatia Pollicinii,
Sideſis de hoc loco, R. Isaac Abarbinel ad Bereſith fol. 104. col. 4.
t *In Theoremate Geſtorum Thamar, pag. 145. & 151.* Calmaldulensis, l. U. D. Congregationis sacræ Eremi Abbas olim generalis, *in hoc mysterio*, inquit t, *necesse erat, ut Iudas voluntariè corrigeret seu expelleret motum illum deformem, qui fuit per*

concu-

Digitized by Google

concupiſcentiam carnis, cum altero motu honeſta, hoc eſt, per Matrimonium ſanctum, ut eſſet Thamar Nurus Iudæ (præſolatio triſtitiæ ſuæ, quam habuit) Mater honorificata in ævum. Et paulo poſt, *Itaque perſuaſiſſimum Nobis eſt, quòd eadem hora, quâ mulier accerſita comparuit ad Tribunal, deſponſaverit eam ſibi Judas, inſtigante Deo, perinde ac ſi torqueretur anxietate expellere pudorem.* Nuptias autem ejuſmodi, Legibus Moſaicis non conſonas licitas aiunt [u], eo quòd initæ ſunt קדם מתן תורה *antequam Lex traderetur.* Noachi uxor, tametſi in Scriptura ſacra minimè nominatur, nec quemnam virum conſanguinitate contingeret in ea compertum eſt, traditio tamen apud Ebræos habetur, eam fuiſſe Noemam Lamechi Adæ, in Caini poſteris, trinepotis filiam [x], adeoque à Noachò, qui ab Ada in poſteris, Sethi, nonus eſt, gradu nono, juxta calculum juris Pontificii, diſtitiſſe. R. Abba Bar Kohena [y], נעמה אשתו של נח היתה *Noema uxor erat Noachi.* De ea, quam diximus, diſertè loquitur. Memoratur etiam Barthenos [z], pro Noachi uxore. Sed verò & nomen & cognationem aliam omninò ejus uxoris habet Saidus Batricides, aliquoties antè laudatus, Patriarcha Alexandrinus, Eutuchi & conjugum trium ejus filiorum. Duxiſſe is ſcribit, ex Apocryphis Orientalium monimentis, Noachum Hacalam filiam & Namuſa, qui ei eſt filius Enochi, proavi Noachi, atque hanc ipſam fuiſſe, quæ cum eo in Arcam eſt ingreſſa; filiam nempè patrui ejus magni atque ita tertio, ab eo, gradu diſſitam. Enoch hic is ipſe eſt, (quod obiter notari non diſpliceat) qui Arabibus ادريس *Aidrís* nuncupatur, nec ſemel in Alcorano eo nomine memoratus ولذكر في الكتب ادريس انه كان صديقا نبيا ورفعنا مكانا كليا *memoria eſto in hoc libro Aidriſii, quoniam erat propheta veridicus, & cum nos in locum excelſum elevavimus.* Alibi item [b], ut Azoara jam dicta, Iſmael & Aidris conjunguntur. Atque ad verba illa Alcorani Mahumed Ben Achmed paraphraſtes; هو جد ابي نوح هي في السهم الرابعة وقبل السادسة او السابعة *hic avus erat patris Noachi* (ſeu Noachi proavus) *& vi-*

[u] *Gloſſ. Talmudic. tit.* Sanhedrin *fol. 58. b. R. Iſaac Abarbinel. ad Vaera fol. 255. col. 3. & 4.*

[x] *Geneſ. 4. 22.*

[y] *In* Bereſith Rabba *paraſch. 23 atq; inde Sal. Iarchius ad Geneſ. 4. 22.*

[z] *Apud Epiphan. hæreſ. 26.*

[a] *Azoar. 19. Arab. 29. lat.*

[b] *Azoar. 21. Arab. 31. lat.*

vit in cœlo quarto seu, ut volunt alii, in sexto aut septimo. In Latinis codicibus editis alter Alcorani locus perperam habet *Heforam*, alter *Hesdram*. Nec melius Italus ille Arrivabenius qui Latinam Retinensis versionem quoties secutus non est, pejorem multò Italicè substituit, nec Arabici codicis ope, contra quam jactat, usus esse videtur. *Sed in manuscriptis* Latinis locus uterque habet Hesdram *pro* Aidrisio: Scriptor item Christianus ille Saidus Batricides; في ثلثة عشر سنة من حبسك لصح اصطفي الله اخنوخ ورفعه اليه والعرب تسميه ادريس *anno* XIII. *ætatis Lamechi, selegit Deus Enochum & eum sibi sursum sumsit. Is Arabibus dicitur Aidris.* Unde etiam inter Jaredum & Methusalam, seu inter patrem Enochi & filium ejus ponitur Aidrisius, scilicet pro ipso Enocho, in monumento illo Orientalium,



quod vulgavit Guilielmus Schikardus [c]. Sed ut ad uxores Noachi & filiorum ejus revertamur; Saidus ille ex Orientalium traditionibus, filiorum ejus, ait, singulos Methusalæ filias, nempe amitas suas magnas, ut ex superiori stemmate, & ab eo quod in Pseudophilone habetur satis diverso) liquet in uxores cepisse. Semum Talitham seu Talibam, Chamum Nachilatham seu Tachilatham (nam utroque modo scribuntur) Japhetum Arlisisiam, quæ & Dalisilia exaratur. Verba ejus sunt, ubi de tempore Diluvium proxime præce-

[c] *Prooem. ad Tarik Reges Pers. pag. 24. & In Antiquitat. Biblicis & ibi de uxorum harum nominibus addat. ad Petr. comest. Hist. S. hol. lib. 1. cap. 33.*

præcedente loquitur ولم يبق في الجبل القدس الا نوخ وحده
ومراته اسمها هيكل الا ملوسا ابن اخنوخ وثلاث اولاده
سيم وحم ويافث فثلاث نسوة لهم ولهم من بعدهم مانوشالخ
فاسم امرات سيم صليث واسم امرات حم ٥ تحلت واسم امرات
يافث ترلسبسيد فلما كثر القسن في الارض اختلط اولاد
شيث باولاد قابين التين وعملوا المعاصي واستعلوا القسق
والتعلوا علي الملاهي *Neque relicti ſunt in Monte ſancto aliqui*

٥ *Exemplari in Betuſtiori* تحلت Tachilatha *legitur & pro Semi uxore* صليب Taliba, *uti & pro Iapheti* ترلسبسد Dalſiſia

præter Noachum ſolum & uxorem ejus, cui nomen erat Hacala filia Namuſa filii Enochi, & tres filios ejus Sem, Cham & Japhet, & tres eorum uxores, quæ erant ex filiabus Methuſale. Nomen verò uxoris Sem erat Talitha. Nomen uxoris Cham Nachilatha, & demum Iaphethi Aliſſia. Et poſtquam ſcelera crevere in Terris, commiſcebantur poſteri Seth cum poſteris Cain maledicti, impia facinora committentes; atque adeo libidini conſueſcebant, ut ad eam explendam ſe totos devoverent. Ita ille octo perſonas tantùm in arca ſalvas facit; quem numerum habet itidem ſacra ſcriptura [f]. Sed ſunt etiam inter Chriſtianos Orientis, qui numerum illum auxerunt, veluti Conſtantinus Manaſſes [g], cui non ſolùm ipſe Noachus, uxor, filii tres, totidemque nurus, verum etiam σύμφυτοι θυγατέρων *generi*, adeoque puto filiæ, in arca navigarunt. Quin Mahumedanis nonnullis commentum eſt fuiſſe

f *D. Petrus* 1. *epiſt.* 3. 20. *& Geneſ.* 7. 7. *& 13. & Sidde Syrum in loco D. Petri citato.*

g *In Annalibus.*

في السفينة ثمانية وسبعون نفسا رجال ونصفهم نسا

in arca perſonas, LXXVIII, *quarum pars altera viri, altera fœminæ*, ut legitur in Achmetidis paraphraſi in Alcoranum, qui etiam interdum [h] numero rotundo eos fuiſſe ait, octoginta; atque eorum alii aliter. Sed adeò tenaces fuêre in Oriente ac ſibi certi de numero heic octonario tàm Mahumedani aliquot [i], quàm Chriſtiani, ut diſertè ſcribant Noachum ſocioſque in arca inde egreſſos urbem extruxiſſe eamque nominâſſe تمانين على عددهم *Tzbemanin*

h *Ad Azoar. II. Arabic.*

i *Abugiafar in Hiſtor. Saracenic. apud Almacinum lib. 1. pag. 14*

nin (quaſi dicas Octonarium) *juxta ſui numerum*, ut ſcribit Saidus Batricides, qui rem ita explicat لي نحن ثمانيه نفس *& ſi dixiſſent* (eo in nomine) *nos animâ ſeu perſonâ ſumus octo.* Quoniam, verò ثمانيه *octogima* quidem in numerorum ordine etiam denotat, ideo puto Mahumedanos aliquot ex vocabulo, quod nomen factum erat urbi proprium, ut octonarium perſonarum numerum deſignaret (ut expreſſim Batricides, cui octo itidem numerantur) numerum octogenarium perperam confeciſſe. Quod verò, ut in callem redeamus, ad nefariam illius ævi libidinem attinet (de qua jam antè Batricides) ſanè Ebræorum aliqui illam ſignantiùs, quàm aliud aliquod flagitium denotari volunt à Moſe, ubi cauſas innuit, ob quas diluvio genus ferè humanum puniebatur, & tàm ſpurciſſimam pæderaſtiam[k] atque beſtiarum concubitus, quàm illicitos fœminarum, in iis locum habuiſſe primarium. Et Rabbi Iſmael ad illud[l], *quoniam omnis caro corruperat viam ſuam ſuper terram*, כל מקום שנאמר השחתה איט אלא דבר עריה וע"ז דבר עריה שנ' כי השחית כל בשר את דרכו עו' רבתיב מן התורה ועשיתם *ubi*, ait[m], *vocabulum* Hashchatha *pro corruptela* [hominum] *uſurpatur, aut rem Turpitudinis* (id eſt, nefarios concubitus) *aut cultum extraneum ferè ſignificat. Rem Turpitudinis, ubi dicitur, quoniam omnis caro corruperat viam ſuam; Cultum extraneum, ubi dicitur* [n], *ne ipſos vos corrumpatis, & faciatis vobis ſculptile &c.* Sed verò horrendum illud concubitûs maſculi ſcelus initia habuiſſe aiunt Mahumedani poſt Diluvium ſeu Loti tempore, cujus uti & Sodomæ notiſſima eſt è ſacris hiſtoria. Non ſemel memoratur in Alcorano Lotum Sodomitas increpuiſſe, ſceleris hujus incuſaſſe, atque adjeciſſe ما سبقكم بها من احد من العلمين *non* [o] *præceſſit vos in eo quisquam è ſeculis*, quod interpretatur Achmetides per لا انس ولا جن *neque ex hominibus neque ex diabolis*, unde in Latino codice dicitur *ſcelus à nemine*, & *nuſquam ante perpetratum.* Sed verò quid in moribus Mahumedanorum de hoc ſcelere reperiatur, docet Guilielmus Poſtellus [p]. Quod autem

[k] *Sal. Iarchius ad Geneſ. 6. 2.*

[l] *Geneſ. 6. 12.*

[m] *In Gem. Bab. tit.* Sanhedrin *cap. 7 fol. 57. 4 adde Iarch. ad Geneſ. 6. 12. &* vaicra *Rabba parash. 22. &* R. Eliezer Pirke *cap. 22. & 23.*

[n] *Deuteron. 4. 16.*

[o] *Azoar. 7. Arab. 17. Lat. & 29. Arab. 39 Lat.*

[p] *Lib. 2. de Orbis concordia pag. 179.*

autem ad locum è Geneſi citatum attinet, præter carnis corruptionem, quâ illicitos ibi concubitus innui volunt, memoratur etiam Magiſtris cauſa altera, quæ חמס dicitur, id eſt, rapina, concuſſiones, injuſtitia (nam & ἀδικίαν vertunt Helleniſtæ) particularis. *Replera* q *eſt terra injuſtitia;* quod de Judicum atque eorum, qui, in judiciis, rebus præerant repetundarum criminis rei, pravitate maximè vult intelligi Salomon Jarchius. Explicat tantùm per לא נחתם גזר דינם אלא ע"י הגזל *Minime abſolvebatur decretum Judicis, niſi per concuſſionem, ſive extorto munere.* Sed aliis r; היותר נראה בפסוק כו להיות סוגי העיבורין שנים מה שבין ארם לחבירו ומה שבין ארם למקום *potius locus ille* (de corruptione Terræ) *intelligendus videtur de binis illis iniquitatum generibus ſummis, quorum alterum eſt inter hominem & proximum ſuum, alterum inter hominem & Deum.*

q *Geneſ. 6, 13.*

r *Iſaac Abarbinel in* Pirush hatorah *fol. 43. col. 1. Adde R. Bechai in* Biur *fol. 18. col. 4.* Sepher Zohar *ad Bereſith fol. 48. col. 3. Cremona.*

Cap. X.

Quomodo Cognationis *atque* Affinitatis gradus, *quâ amplexibus conjugalibus ſive* à primis rerum initiis *ſive* ex lege in Levitico tradita, *fuerint impedimenta, ſimul* intelligant *Ebræi.*

Dŏſtulat inſtituti ratio demùm tam de primævis illis interdictis Sex, nomine גלוי ערוות *ſeu Revelationis Turpitudinum,* id eſt, Inceſtûs denotatis, quàm de ceteris id genus in Levitico lege Moſaica adjectis, nec diverſo nomine à Talmudicis denotari ſolitis, quâ cis legem illam ad Noachidas ſeu Gentiles juxta Magiſtrorum mentem, ſpectarunt, porrò videamus. Adeo ut ſatis explicetur tum quomodo illa poſt legem Moſaicam eis ſint intellecta, tum quali, ad ea obſervanda, obligatione Noachidæ ad eorum mentem fuerint obſtricti. Quod ad Primum attinet; utriusque generis commiſtio, in qua etiam primævorum inſtauratio habetur, ita ſuprà ſ deſignatur, ut eorum ſimul numerus, quemadmodum in titulo Talmudico *Ceritboth* ſimul & Magiſtorum explicationibus occurrit, fiat viginti ſex. Beſtiæ verò, maſculi & menſibus laborantis concubitum qui in recenſione illa locos occupat ſex (id eſt IV, V, VI, XXIV, XXV, XXVI.) libenter heic præter-

ſ *Cap. 1. hujus libri.*

mittimus; uti etiam Alienam Uxorem. Nam & de ea, quatenus ad Noachidas attinet, & non, ſine concubitu conſenſum in vitæ communionem inſequente, ritè ex jam dicto Noachidarum ſeu Gentium Naturali jure conjungitur (etenim ex Jure Iſraelitico, ſeu Ebræorum civili, Conſenſum ſeu Sponſalia tantùm de præſenti, ſufficere volunt, quod alibi fuſiùs oſtendimus) anteà ſatis locuti ſumus. Sororis item nomine, tam Germana quàm Uterina pariter intelligenda. Demptis igitur ſic octo, reſtant in ſuperiori Deſignatione octodecim Perſonæ ſive ob Cognationem ſive ob Affinitatem diſertis verbis interdictæ; ita tamen, ut in numero ejuſce deſignationis ſeptimo, ubi Matris & filiæ concubitus generatim interdicitur, octo ſimùl vetentur, partim ex ipſo legis ſermone, partim ex interpretatione ſermonis Legis enata. Ex ipſo Legis ſermone adjiciuntur ibi quinque, Neptis ex filio, Neptis ex filia, Privigni Filia, Filia Privignæ & Socrus. Ex interpretatione tres; Filia & Proſocrus utraque, ſeu uxoris avia tam paterna quàm materna. Univerſas ſchemate exhibemus.



Moſem heic, Zipporæ maritum, Octodecim fœminæ (quarum quindecim diſertis verbis in Lege memoratæ literis majusculis denotantur) nominibus quibus, ſive affinitatis ſive conſanguinitatis eum contingunt, deſignatæ reſpiciunt. Filiâ, ex argumento קל וחומר ſeu *a minori ad majus*, adjectâ, & utraque proſocru ex ipſa ratione qua privigni & privignæ filiæ ſeu uxoris ex filio & filia neptes. Scilicet ut hæ deſcendendo, non ducendæ ſunt, ita nec aſcendendo alterutra proſocruum; quibus nimirum uxor neptis eſt. Haſce omnes & ex lege ſolas haſce Moſi, verbi gratia, interdici volunt, aliis non paucis tamen, quas שניות ſeu *ſecundarias* appellitant, ex majorum inſtituto ſeu civili apud ipſos adjectis, de quibus, ſuo loco [t]. De hiſce etiam pronuntiata aliquot habent, heic minimè negligenda, eaque vi ac ſenſu Legis ſubnixa. Nurum, Fratriam, Patrui Uxorem (ſcilicet patri fratris germani, non tantum uterini; nam ea in Secundariis recenſetur, ut videre eſt in libris de Nuptiis) nedum Novercam & Matrem, etiam repudiatas [u] interdici; etiam viris ſuperſtites; extra quam ubi frater demoritur, liberis non relictis. Tunc enim jure ſingulari fratri ſuperſtiti fratria apud eos ducebatur. Quod verò ad fratrem & ſororem attinet, eandem aiunt eſſe rationem fratris ex ſtupro ſeu adulterio ab alterutro [x] parente ſuſcepti, & ejus qui thoro natus eſt legitimo; uti etiam ſororis. Et quod de ſorore habent, ex verbis illis Moſis, *Quæ [y] nata eſt domi aut genita eſt foris*, eliciunt. Tantundem habent de Amita & Matertera; diverſum non eſſe, ſive ex Nuptiis ſive ex ſtupro ſeu adulterio alterutrius parentis prognatæ fuerit; modò eo naturalis ſanguinis genere, eum de cujus nuptiis quæritur, contingant. Idem aiunt de Filia [z] ſive ex uxore ante nuptias ſive aliunde, ex ſtupro aut adulterio, genita. Sex item uxoris conſanguinearum aliquam, ſive Socrum ſcilicet ſeu uxoris matrem, ſive aviam ejus ſive paternam ſive maternam, id eſt, alterutram in ſchemate Proſocrum, Privignam, aut hujus, aut Privigni Filiam, nec ſuperinducere, nec uxore mortuâ, nedum repudiatâ, ducere fas eſſe volunt; nec demum ſeptimam, Uxoris nempe Sororem ſive Uterinam ſive Germanam, dum illa ſuperſtes, tametſi fuerit [a] repudiata. Nam de uxoris ſorore, jam demortuæ, nunquam dubitarunt; cum verba

[t] *Uxores Ebraicæ ſeu de Nuptiis Ebræorum. lib. 1. cap. 2.*

[u] *Maimonid. halach.* Iſuri Bia *c. 2. Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *c. 7. fol. 54 a. ad Miſn. tit.* Iabimoth *cap. 3. in Talmud. Babyl. f. 32 a.*

[x] *Gemar. Bab ad tit.* Maccoth *cap. 1. fol. 5. b. & Maimonid. halach.* Iſuri Bia *cap. 2.*

[y] *Lebit. 18. 9*

[z] *Miſn. & Gemar. Babyl. tit.* Sanhedrin *cap. 8. fol. 75. a Maimonid. hal.* Iſuri Bia *cap. 2.*

[a] *Salomon Iarchi ad Leſbit. 18. 18. & Maimonid. halach.* Iſuri Bia *cap. 2.*

b *Lebit. 18. 18.* verba legis de uxore[b] ſint, *dum ipſa adhuc vivit.* De hiſce autem Septem fœminis ita in ſchemate Zipporæ (quam innuptam nunc fingas) ſanguine conjunctis, ſimul receptiſſimum eſt; interdictum de revelatione earum turpitudinis, ſeu alicujus earum concubitu, quâ matrimonio impedimentum eſſe poſſit intelligi, ad tempus, quod matrimonium præcedit, non omnino attinere, ſed ipſis Legis utrobique verbis לא תקח[c] *non accipies*, haberi לשון קיחה *interpretationem ex captione* alterius earum in matrimonium; nimirùm neque ex earum alicujus concubitu citra matrimonium, Zipporæ & Viri concumbentis matrimonium impediri, neque ex Zipporæ citra matrimonium concubitu, earum aliquam atque concumbentis impediri matrimonium. Veruntamen ex Maiorum ſancito, non ex ipſa Lege, inoleviſſe aiunt, ut illicitum eſſet adultero aut ſtupratori ullam ſtupratæ aut adulteræ ſuperſtitis conſanguineam[d] dictis cognationis gradibus coniunctam in uxorem ducere, veluti publicæ honeſtatis juſtitiæ causâ. Ita tamen illicitum, ut verberum pœnam ſubiret, qui contrà faceret, non ut inde matrimonium initum dirimeretur. Sed rem hanc totam, præter alia, ad veterum mentem, huc ſpectantia ex Maimonidis[e] verbis rectiùs intelliges.

c *Levit. 18. 17. & 18. & ibi Jarchius.*

d *Vide cap. 5. Cauſ. 35. q. 2. & 3. & extr. tit. de eo qui cognoſcit Conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ.*

e *Halach.* Iiſuri Bia *cap. 2. & Miſn. & Gemar. Bab. tit.* Iabimoth *cap. 2. fol. 25. & 26. & cap. 11. fol. 77. a.*

הבועל אשה דרך זנות לא נאסרו עליו קרובותיה שהן
השבע נשים שאמרנו אבל חכמים אסרו על מי שנאף עם
אשה לישא אחת מן השבע נשים קרובותיה כל זמן שהזונה
קיימת מפני שהזונה באה לקרובותיה לבקר אותן והוא מתייחד
עמה ולבו גס בה ויבא לידי עבירה שיבעול הערוה ולא עוד
אלא אפילו נטען על אשה הרי זה לא ישא אחת מקרובותיה
עד שתמות זו שנטען עליה ואם כנס הקרובה שזנה עם קרובותיה
לא יוציא: מי שנטען על ערוה או שיצא לו שם רע עמה לא
ירד עמה בסבוי אחד ולא יראה באיתה שכונה ומעשה באחד
שהיו סרנין אחריו עם המותו והכי אותו חכמים מכת מרדות
מפני שעבר על פתה ביתה: הבא על אשה וכתה דרך זנות או על
אשה ואחותה וכיוצא בהן הרי זה כמי שבא על שתי נשים נכריות
שאין נעשות ערוה זו עם זו אלא נישואין לא בזנות וכן אם אנס אביו
או בנו או בחיו או אחי אבו אשה או פיתה אותה הרי זו מיתרת לו
וישאנה שלא נאמר אלא אשת ואין כאן אישות אביו או בנו שנשא
אשה הרי זה סותר לישא בתה או אמה כמו שבארנו ומותר לאדם
לישא אשת בן אחיו ונישא אדם אשת ובת אחותה או בת
אחיה כאחת ומצות חכמים שישא אדם בת אחותו והוא הדין
לבת

לבתו אחיו שנאמר ומבשרך לא תתעלם *Si ſtupraverit quis fœminam, non adeò* (ex Lege) *interdicitur ei aliqua fœmina illius conſanguinea, ex ſeptem jam dictis. Ceterum ex ſapientum ſtatuto, interdicitur ſtupratori, ſeu adultero ducere in uxorem aliquam ita adulteræ ſeu ſtuprata conjunctam, quamdiu ipſa adultera ſeu ſtuprata ſuperſtes fuerit. Ratio eſt, ne cum adultera aut ſtuprata conſanguineam, ut fieri amat, inviſerit, maritus ei congreſſus & amore denuò captus inceſtum committat. Quin & qui meritò ſuſpectus eſt, etiam ei conſanguinearum ejus, cujus nomine ſuſpectus eſt, jam dictarum qualibet illicita eſt, quamdiu illa vixerit. Ceterum ſi quis duxerit ſtupratam cum conſanguineis ejus, neceſſe non eſt, ut eam repudiet. Ubi quis meritò de inceſtu ſuſpectus eſt, ſeu famâ laborat publicâ, cavendum ei eſt, ne cum ea, cujus nomine eſt ſuſpectus, alicubi introeat, aut in eisdem ædibus viſatur. Et de hac re Deciſio comperitur. Erat, qui cum nomine Socrus, paſſim in ore populi famâ laborabat publicâ, juxta adium illius oſtium tranſiret. Ex ſententia Sapientum verberibus, quæ in eos, qui majorum inſtitutis ultrò adverſabantur, infligenda ſunt, puniebatur. Ubi quis concumbit cum fœmina & filia ejus ut ſtuprator ſeu adulter, ſeu cum fœmina & ſorore ſua, aut cum id genus cæterâ, hoc non aliud eſt, ac ſi quis concumberet cum binis quibuscunque fœminis invicem extraneis. Scilicet fœminæ non faciunt invicem, ut inceſtus ſit niſi tantùm ex alterius matrimonio, non ex ſtupro ſeu adulterio. Similiter ſi cujuaquam pater, aut filius, aut frater, aut patruus fœminam ſive vi ſive illecebris compreſſerit, ei illa ritè nihilominùs in uxorem duci poteſt. Nimirum Lex de eorum uxoribus hoc tantùm loquitur. Si pater cujuspiam aut filius uxorem duxerit, ipſi ſive matrem ejus ſive filiam ducere fas eſt, ut oſtendimus. Fas etiam eſt cuique ducere in uxorem eam, quæ fuerat uxor nepotis ex fratre; uti etiam fœminam ſimul cum nepte ſive ex ſorore ejus ſive ex fratre. Et in monitis ſapientum habetur, ut* f *in uxorem ducat quis ante alias neptem ex ſorore ſeu* (nam idem eſt jus) *ex fratre neptem, juxta id quod dicitur* g; *A carne tua ne te abſcondas.* Aſferunt etiam interdictorum de conjunctionibus inceſtis, rationes; Alteram, ne, ſi libera forent erga fœminas interdictas, uti erga ceteras, vota conjugalia, ex futuri matrimonii

f *Videſis Gemar. Babylon. ad tit.* Iabimoth *c. 6. fol. 62 b. lin. ult.*

g *Iſaiæ 58. 7.*

sive spe sivè obtensu, faciliùs explendæ, in familiarum fraudem, libidinis anse. h prahenderetur; quum scilicet personæ interdictæ cum viro, cui interdicuntur sive ob consanguinitatem sive ob affinitatem, in eisdem simùl ædibus plerunque soleant commorari. Cujus generis est etiam illa, ne frequenti tam propinquarum, ut fieri amat, æmulatione i Lares inquietarentur. Alteram, משרש וענף *à radice & Ramo* deductam. Nefas est, inquit Maimonides, על שרש וענף שיבעיל אחר מהם ארץ חבירו ואין הפרש בין שיבעול השרש או הענף או שיתקבצו שרש וענף בבעילת גוף שלישי *Vt Radix Ramum ducat, aut Ramus Radicem. Neque discrimen est, sive quis Radicem sive Ramum ducat, sive conjugantur Radix & Ramus, seu conveniant ex tertii alicujus connubio.* Et ad hanc attinet triplex illa nonnullorum Distinctio קרובה seu *propinquitatis.* Aliam esse שלא היתה שם פרוד מעולם *Ubi inter personas distantiæ seu divisio omninò pro nulla habita est*; aliam שלא היתה שם קרובה מעולם *Vbi propinquitas pro nulla omninò habita.* Tertiam denique, ubi sunt קרובים בשאר בשר שהיו נפרדים בבר *Propinqui sanguine conjuncti, sed non ita dii antè disjuncti.* Primum genus fuisse aiunt inter Adamum & filias ejus, atque hasce & ejusdem filios, velut inter radicem & germina pullulantia, atque inter ipsa invicem germina nondum in ramos diffusa. Heic licitè conjunctiones matrimoniales qualescunque fieri, tum ob propagationis necessitatem, tum ob ipsam, velut in creatione, unionem. Atque hoc genus, pro diversitate proximè insequentium seculorum morum, ut ad conjunctiones etiam alias quàm Lege permittuntur Mosaicâ, eis in seculis habitas, secundum ingenium Rabbinicum attineat, necessum est. Secundi generis propinquitatem volunt haberi in iis, qui à parentibus non aliter gradibus aliquot disjunguntur ac rami à trunco præcisi, & sive per incisionem sive per plantationem aliò atque aliò traducti. Et de horum conjunctionibus non dubitandum. Tertium denique genus in eis esse, quorum conjunctiones in Lege Mosaica prohibentur; velut in ramis, qui satis diffusi, nec in radicem retorquendi nec invicem implicandi sunt, sed aliò, ut inserantur plantenturve, traducendi. Et in hujusmodi rationibus pronuntiare interdum audent, esse

h *Moses Maimonid.* More Nebochim *l. 3. cap. 49. I. Isaac Abarbinel in* Pirush hathora *fol. 355. col. 2. & 3.*

i *Iben Caspi, in citato Abarbinelis loco.*

k *R. Bechai ad* Vaicra *f. 148. col. 3.*

esse טעמם הפרשה באסור העריות *Causam periocha illius Legis, ubi concubitus incesti vetantur.* Sed de hisce non disputamus nos; nec an melius ii, qui quatuor humores & quatuor elementa [l] adducunt ad quartum in conjugiis gradum adstruendum, aut, sex ætates [m] mundi, ad sextum. Alii graviori cum judicio [n] hanc rem tractant, quos consulat, si placet, lector. Sed de Incesti interdictis, diserte Rabbi Menahem Racanatensis; טעמם איסור העריות לבעלי הקבלה דבר אין מקובל בו *Quod ad Rationem attinet interdictorum Incesti; Magistri traditionum de ea nihil certi acceperunt*; tametsi etiam eas, quas jam memoravimus, non intactas relinquat, velut Magistrorum commenta eas interim subjiciens.

l *Concil. Lateran. sub Innoc. 3. extr. c. 8. non debet tit. de consang. & Affinitate.*

m *Isidor. Etymol. 5. cap. 6. & Caus. 34. q. 4. c. hinc. & Sentt. 4. dist. 40.*

n *D. Augustinus de Civitate Dei, lib. 15. cap. 16. Alberic. Gentilis de Nuptiis lib. 3. c. 7. & seqq. Hugo Grotius de Iure Pacis ac Belli lib. 2. cap. 5. §. 11. &c.*

CAP. XI.

Quomodo & unde *velint Ebræi*, Gentiles, & Quales, *legibus de Incestu in* Levitico *latis contineri. Obiter tum Orientalium tum Occidentalium veterum*, Christianorum, Mahumedanorum, circa Consanguineorum conjugia *Mores & Scita.*

VT, qua ratione tradunt Ebræi leges de Incestu in Levitico latas ad Gentiles ullatenus spectare, ritè intelligamus, animadvertenda sunt inprimis verba, tàm quæ præcedunt, quàm quæ insequuntur interdictorum ibi enumerationem. Præfatio ita se habet, *Loquere ad filios o Israel & dices ad eos, ego sum Dominus Deus vester.* כמעשה *Iuxta factum* (Helleniste κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα, *Secundum instituta*; & Vulgata, *juxta consuetudinem*) *terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis, & juxta factum regionis Canaan, in quam ego vos introduco, non agetis, neque in* חוקותיהם *in legitimis eorum ambulabitis. Iudicia mea & legitima mea* (id est, *præcepta* seu προστάγματα mea; eodem vocabulo heic usurpato, quod ante pro *legitimis* Cananæorum) *observabitis, & in eis ambulabitis. Ego sum Dominus Deus vester. Custodietis igitur* Legitima mea & Iudicia mea, *quæ faciens homo vivet in eis. Ego dominus.* איש איש אל כל שאר בשרו לא תקרבו ἄνθρωπος ἄνθρωπος *homo, homo*, id est, *unusquisque hominum ad proximam seu*

o *Lebit. 18. 1.*

propinquam Carnis ſuæ non accedat, nimirùm nemo hominum accedat, *ut revelet turpitudinem ejus*. Dein ſequuntur interdicta, quæ tàm ad ceteros concubitus nefarios, quàm ad propinquarum inceſta & ad Molochi ſacrificia attinent. Quibus abſolutis ſubjungitur, *Nec polluamini in omnibus iſtis. Nam in omnibus iſtis polluta ſunt gentes, quas ego emittam à facie veſtra. Et polluta eſt Terra, & viſitabo iniquitatem ejus ſuper eam, & evomet habitatores ſuos. Vos igitur cuſtodietis legitima mea & Judicia mea, & non facietis* [aliquam] *ex omnibus abominationibus iſtis, nec indigena nec peregrinus* (ſeu Proſelytus) *qui peregrinatur inter vos. Quoniam omnes abominationes iſtas fecerunt homines terræ, qui fuerunt ante vos, & polluta eſt terra. Et non evomet terra vos, ſi polluveritis eam, ſicut evomuit gentem, quæ fuit ante vos? Quoniam quicunque fecerit de omnibus abominationibus iſtis* [aliquam] *excidentur* (nimirùm נכרתו) *anima ſic facientes è medio populi ſui. Obſervabitis igitur quod obſervandum præcepi, ne faciatis* [aliquod] *ex legitimis illis abominabilibus, quæ facta ſunt ante vos, nec in eis polluamini. Ego Dominus Deus veſter.* Ex recepta à majoribus ſententia & illo locutionis genere איש איש לא וגו *nemo omninò hominum &c.* Volunt non ſolùm ſe ipſos ſed etiam Gentiles præceptis ibi de Inceſtu obſtringi. Magiſtri ſæpius p: תנו רבנן איש מה"ל איש איש לרבות את הגוים שמוזהרין על העריות כישראל *Tradunt Rabbini. Homo ibi quid? Senſus eſt ejuſmodi, ut homo homo dicatur* (id eſt *nemo hominum non &c.*) *ideo ut etiam Gentiles comprehendantur, qui tam de inceſtu præmonerentur, quàm Iſraelitæ.* Et Magiſtri Hieroſolymitani q: איש מה תלמוד לומר איש איש אלא להביא את הגוים שבאו על עריות האומות שידינו כדיני האומות ואם באו על עריות ישראל שידינו אותם כדיני ישראל *Quid homo? ſenſus eſt ejuſmodi, ut* homo homo *dicatur ad Gentiles etiam comprehendendos, ut ubi deliquerint in leges ſuas* (id eſt, Noachidarum, ſeu univerſim antè præſcriptas; de quibus ſupra) *de inceſtu judicandi ſint juxta judicia Gentilibus propria. Si verò in leges de Inceſtu Iſraelitis proprias, judicandi ſint juxta Iſraelitarum judicia.* Quin Rabbi Becchai ſ, דרשו ר"ל במככת סנהדרין איש איש אל כל שאר בשרו איש איש לרבות הגוים

p *Ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 57 b. unde habetur in* Peſiktha Zotertha *fol. 23. col. 2.* Sepher Siphra *col. 173. alibi.*

q *Chriſtianos hac de re videſis; Alphonſum à Vera Cruce ſpec. Conjug. part. 2. artic. 25. & c.*

r *Gemar. Hieroſolym. ad tit.* Kidoſchim *c. 1. fol. 58. col. 2, & 3.*

ſ *In* Biur Vaiera *fol. 148. col. 3.*

Digitized by Google

הגויים שמוזהרין על העריות כישראל וכן איש איש כי יקלל אלהיו ואיש איש אשר יתן מזרעו למולך לרבות הגויים שמוזהרין על ברכת השם ועל עז *Docent illud homo homo ad aliquam propinquam sua carnis &c. Rabbini nostri, pia memoriæ, in tractatu Sanhedrin* (loco jam indicato) *ideò habere* פ *Homo iteratum, ut includerentur etiam Gentiles, qui de incestu tàm prænoniti quàm Israelita. Eadem loquendi formula usurpatur eodem sensu alibi. Homo* t, *Homo, qui maledixerit* (quicunque maledixerit) *Deo suo; portavit peccatum suum. Et homo* u, *Homo, qui dederit ex semine suo Molech &c. Scilicet ut comprehenderentur item Gentiles. Qui interdictu quidem tàm de Maledictione Numinis, quàm de Idololatria tenentur.* Certè aliis in Levitici locis איש איש seu *homo homo*, id est, omnis homo, aliquoties occurrit. Sed aut diserta quæ adjunguntur verba, aut ipsa, de qua agitur, res ad Israelitas tantùm illis in locis attinere ejusmodi locutionem indicat. Jam vero, id quod sic habent de Gentilibus Legibus illis de incestu contentis, non eodem modo ab omnibus video intellectum. Fuêre enim qui omnimodum incestum ibi memoratum Gentilibus (saltem qui ditionis Israeliticæ) inde interdici voluerint. Gemara Babylonia

t *Levit.* 24. 15.

u *Levitic.* 20. 20. & *videsis supra lib.* 3. *cap.* 12. *pag.* 262.

הניא כרעתיה דר יוחנן כל ערוה שבר ישראל מיתין עליה בני נח מוזהר עליה אין ביה דין של ישראל מיתין עליה אין בן נח מוזהר עליה דברי ר' מאיר וחכמים אומרים חרבה ערוה יש שאין ביה דין של ישראל ממיתין עליהן ובן נח מוזהר עליהן *Traditur ex mente Rabbi Iochanan* (quod & id ipsum alibi y פ Rabbi Josè tribuitur) *de omni incestu, ob quem mors in foro Israelitico irroganda est, prænoneri Gentiles* (in Levitico scilicet) *de incestu verò, cui Pœna ejusmodi ibi non irrogatur, non prænoneri Gentiles seu Noachidas. Sic retulit Rabbi Meir. Sed dixere sapientes compluria esse incestûs genera, de quibus tametsi morte in foro Israelitico non puniantur, Noachidæ nihilominûs prænonentur.* Nimirùm, præter illa sex antiquiora genera, morte puniri ex lege sacra non pauca alia liquet z. Ut concubitum Nurûs, lapidatione; Privignæ, & Neptis uxoris sive ex Filio sive ex Filia, Socrûs matris, Matris soceri, Filiæ, Neptisque sive ex Filia sive ex Filio, vivicomburio. Ceteris Excisionis Pœna ut etiam omnibus, cœlitùs expectanda, non

x, z *Ad tit.* Sanhedrin *cap.* 7. *fol.* 57. b. & *vide ibi glossas.*

y *Gemar. Hierosolymitana ad tit.* Iabimoth *cap.* 11. *fol.* 12. *col.* 2.

z *Levit.* 20. *Maimonid. halach.* Isuri Bia *cap.* 1. & *Misna tit.* Sanhedrin *c.* 7. §. 6 9.

mortis, imminebat. Atqui, quicquid de Gentilibus ita præmonitis hi tradunt, receptiſſima eſt, quantùm video, penes Talmudicos ſententia; Gentiles in legibus illis de inceſtu ſic tantùm contineri, ut, quoniam fuere ex Jure Naturali ſex inceſtûs genera ipſis, id eſt, univerſo generi humano, antè interdicta, ut oſtenſum eſt, quæ ſimul cum aliis jam Iſraelitarum gratiâ introductis enumerantur, ideo continerentur quidem, ratione jam memoratâ, Gentiles in legum proœmio, ſed non ut inde ad ſingulorum quæ ſequuntur inceſtûs interdictorum obſervationem tenerentur, ſed ad eorum tantùm, quæ ex Jure ſuo ſeu Naturali etiam antè obſervanda. Adeo ut quemadmodùm Iſraelita quilibet Univerſis tenebatur, ita Gentilem quemlibet ditionis Iſraeliticæ ſeu Proſelytum quemlibet Domicilii ſex illis vetuſtioribus. Sic reddendo ſingula ſingulis rem capiunt. Unde & Maimonides[a] de jure quoad inceſtum, Noachidarum, etiam poſt legem Moſaicam, juxta receptam à majoribus ſententiam;

הגוים אין אסורים עליהם משום ערוה אלא אמו ואשת אביו ואחותו מאמו ואשת איש וזכור ובהמה כמו שנתבאר בהלכות מלכים ומלחמותיהם אבל שאר ערוות מותרות להן *Gentilibus, nomine Turpitudinis* ſeu *Inceſtus, interdicuntur duntaxat Mater, Patris uxor, Soror Uterina, Uxor aliena, Maſculus & Beſtia, quemadmodum explicatum eſt in tractatu de Regibus rebuſque eorum bellicis. Reliqua Inceſtûs nomine interdicta eis permiſſa ſunt, ſeu licita.* Atque hac de re vide plura libro ſeptimo, ubi de Judiciis inceſtûs & illiciti concubitûs, quatenus Jure Gentium ea nitebantur, agitur. Quod verò legitur in poſteriori illius Levitici periochæ parte, Cananæos pollutos eſſe *in omnibus iſtis*, & *feciſſe omnes iſtas Abominationes*, id non accipiunt (quod nec ferunt, quæ ſuperiùs oſtenſa ſunt) acſi omnia ibi prohibita adeò anteà illicita fuiſſent, ut nihil eorum non polluëret Terram aut populum, aut non fuiſſet Abominatio ante prohibitionem. Sed intelligunt[b] de aliquot anteà illicitis iiſque eorum, quæ ibi vetantur gravioribus, quibus ſe polluerant Cananæi, etiam & illis, quæ licita anteà, jam illicita Iſraelitis fiebant, conſueſcentes. Quoniam verò non ſolùm his, ſed illis etiam, quæ nec pauca erant, conſueſcebant, id eſt, omnibus ibi memoratis, ideo in omnibus faciendis, tam

[a] *Halach. Iſuri Bia cap. 14.*

[b] *Iſaac Abarbinel in Piruſh hathora fol. 355. col. 3. & 4. adde nonnullorum opinionem ab Abenezra memoratam ad Lebit. 18. 18.*

Digitized by Google

tam illis, quàm his, pollui dicebantur. Illicita, quibus ſe antea polluerant, fuere, ut ex ſacro liquet ſermone, Idololatria, ſeu Molochi cultus, pæderaſtia, beſtiarum concubitus, Adulterium, Matris, Novercæ ac ſororis uterinæ inceſtus. Nam hæc nunquam non illicita, modò uterinam ſub ipſis rerum initiis ſororem, de qua ſupra, excipias. Abominationes autem, id eſt תועבות (quod & non nemo veterum [c] Aſpernamenta alibi tranſtulit) vocantur non ſolùm hæc, ſed etiam cetera ibi interdicta. Sed hæc, quia nunquam non abominationes erant; Cetera, quia ex ſacro Numinis interdicto jam nomen illud ſatis induebant; non aliter ac in legibus de piſcibus atque avibus aliquot & reptilibus, à quibus Ebræis abſtinendum erat, non ſemel adjicitur [d] שקץ הוא βδέλυγμά ἐστιν, *abominatio eſt*, & in lege [e], de bove aut pecore in quo macula aut vitium, non ſacrificando, כי תועבה הוא ὅτι βδέλυγμά ἐστι, *quia abominatio eſt*. Utrobique Abominationis nomen, non ex priſtina natura rei, ſed ex ſanctiſſimi Legislatoris, eo in interdictorum ſuorum formulis utentis, placito, induitur. Ab eadem ratione itidem omnia ſimul, ſub finem capitis nuncupantur חוקות התועבות νόμιμα τὰ βδελυγμένα *ſtatuta*, Legitima, ſeu recepti mores *abominandi* ſive abominabiles. Et certe non ſolùm apud Cananæos atque Ægyptios (quorum moribus interdicuntur Ebræi) ex inſtitutis patriis in Jura ipſa primæva de inceſtu graviter peccatum eſt, ſed etiam, in conſanguineorum maximè commiſtionibus apud alias tàm Occidentis (modo magis pudicos veteris in hac re Romæ mores excipias) quàm Orientis gentes. Prætereo Maſculam Venerem etiam philoſophis inclytis ut *Zenoni*, Cleanthi, Chryſippo [f] probatam, & tam populos πλυναίθους ſeu *plures uni uxori maritos permittentes*, quàm uxorum communitatem, quorum meminit Prolemæus [g], Cæſar [h], Athenæus [i], alii. Notiſſimum autem eſt illud [k], ut de inceſtu Orientis videamus;

Nam Magus ex matre & gnato naſcatur oportet.

Uti & docuit Xanthus in Magicis [l]. Et horrendæ Perſarum conjunctiones paſſim, apud ſcriptores, obviæ; Matrum, Sororum, Filiarum, idq; ex inſtituto, cujus originem alii [m] Nino, qui Semiramidē matrē duxiſſe fertur, tribuunt, alii quà Magos ſpectat, Nimrodo;

c *Apud Lieinium Ruſſinum in collat. Leg. Iud. & Rom. tit. de ſtupratoribus. ad Lebit. 20. 13.*

d *Lebit. 11, 10 20, 41, 42.*

e *Deut. 17. 1.*

f *Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypotypoſ. lib. 3. cap. 24. & Sidefis Ioſeph. adverſus Apionem lib. 2. Petrum Guerram de Loreca in catechiſmo Myſtagog. pro adventis i ſecta Mahumedana cap. 3.*

g *Tetrabib. l. 2.*

h *De Bello Gallic. lib. 6.*

i *Dipnoſoph. lib. 13. & Sidde Lipſ. ad Tacit. German. not. 38.*

k *Catull. epig. 91.*

l *Apud Clement. Alexandrin. ſtrom. 3.*

m *Chronic. Alexandrin. p. 86. Conſtantin. Manaſſes, alii.*

rodo; (qui idem Ninus habetur) quemadmodum ex Orientalium monimentis edoctus Saidus Batricides, Patriarcha Alexandrinus. De Abraha loquutus, وفي عصره inquit كان نمرود الجبار ملك بابل ويقال انه اول ملك ملك ببابل وابصر شيئ الاكليل في السما من سكلب فدعي صابيغا فصاجه له اكليل ووضعه على راسه ومن اجل هذا كانوا الناس يقولون نزل له تاج من السما ويقال انه اول من عبد النار لانه راي نارا بعينه في المشرق طالعة من الارض فنزل نمرود فابصرها وسجد لها واقام رجل هناك يخدم النار ويطرح فيها اللبان ومن ذلك الوقت بدا المجوس يعبدون النار ويسجدون لها وكان اسم الرجل الذي اقامه نمرود يخدم النار انوشان وكلمه الشيطان من حوف النار وقال له ليس احد يقدر يخدم النار ولا يتعلم ذبيحي الا ان يجمع له واخته ونبته ففعل انوشان كما قال له الشيطان فمن ذلك الوقت صاروا كدته المجوس يجمعون امهاتهم واخواتهم وبناتهم وانوشان هذا هو اول من ابتدا بهذا الراي

Coævus ei fuit Nimrod gigas, Rex Babyloniæ. Et dicitur is primus Rex, qui Babyloniæ regnavit. Et cum observaverat similitudinem coronæ in cœlo à nubibus formatam, accersitis, qui conflarent, conflavit sibi coronam, & capiti sibi imposuit. Unde apud vulgus invaluit fama, eum diadema è cœlo accepisse. Dicitur etiam is primus, qui ignem coluit. Scilicet cum videret flammas è longinquo in Oriente ascendentes è terra illa, ut penitius eas contueretur descendit, atque eas adoravit. Illic vero hominem constituit, qui sacra ministraret

niſtraret Igni & in eum thura porrigeret. Atque ab eo tempore cœperunt Magi Ignem colere atque adorare eum. Nomen autem hominis, quem Nimrod conſtituit ſacrum Ignis miniſtratorem, erat Andshan cui Diabolus è medio Ignis hiſce uſus eſt verbis, Nemo hominum potis eſt ritè Igni miniſtrare, nec mea ſacra callere, niſi commiſceatur cum matre ſua, & ſorore ſua, & filia ſua. Fecit itaque Andshan juxta quod dixerat ei Diabolus. Et ab eo tempore qui ſacerdotio apud Magos functi ſunt, commiſceri ſolebant cum matribus, & ſororibus ſuis, & filiabus ſuis. Et Andshan hic primus erat, qui hunc morem incepit. Qui vero exemplari altero exaratur, ut heic, اندشان *Andshan*, in altero, eoque vetuſtiori, ſcribitur ايدشان *Aidſan*. Neutrum vocalia habet, quæ opem pronuntiationi ferant. Neque habetur apud Græcos aut Latinos nomen Magi, in quo hujus videantur ineſſe veſtigia, niſi aut *Oſthanem*, *Hoſthanem*, ſeu *Oſtanem* (nam ita variat ſcriptio) ex *Andshan* aut *Aidſan*, aut hunc ex illo factum putes. Sexcenta ſunt nomina, quæ ex malo punctorum ſitu & vocalium abſentia, non minus ab Europæorum ſive ſcriptione ſive pronuntiatione diſtant, cum ex Orientalium characteribus exhibentur. Scio non deeſſe apud veteres [n] qui ſcribant Oſtanem Medum in Ægyptum à Perſidis principibus miſſum, ut ſacris Memphi præeſſet, Democritum Abderitem ibi initiâſſe. Certè quisquis ille Oſtanes Medus [o] fuerit, ut mille ſupra quingentis, aut circiter, annis citra Nimrodum vixerit neceſſe eſt. Nam Hippocrati Democritum coævum fuiſſe nemo neſcit, id eſt circa centum à Perſarum Monarchiæ initio annos floruiſſe. Sororum autem conjugia Cambyſis tempore atque exemplo apud Perſas cœpiſſe tradit Herodotus [q]. Utcunque autem initia Inceſtûs ejusmodi apud Perſas ſe haberet, ſanè illum in quamplures alias Orientis regiones transfuſum eſſe legitur. Et *mos*, inquit Clemens Romanus [q], *apud Perſas matres accipere in conjugium, & ſorores & filias, & ſub illo omni axe inceſta Perſa ineunt matrimonia. Ac ne forte liceat his, qui matheſim ſequuntur, uti illo perfugio, quo dicant, certas eſſe quasdam plagas cœli, quibus propria quædam habere conceditur, ex ipſa Perſarum gente aliquanti ad peregrina profecti ſunt, qui Maguſæi appel-*

n *Abydenus in Euſeb. Chron. λογ. a, pag. 43.*

o *Videſis ſupra lib. 3. cap. 15. pag. 411.*

p *In Thalia.*

q *Recognition. lib. 9. Ad de D. Hieronimum lib. 2. contra Iovinianum Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypotypoſ. l. 3. c. 24. Barde ſanem apud Euſebium Præparat. Evangelic. lib. 6. cap. 10. Agathiam, hiſt. lib. 2. Ioſeph. lib. 20. cap. 2.*

appellantur, ex quibus usque ad hodiernum sunt alii in Media, alii in Parthia, sed & in Aegypto nonnulli, plures autem in Galatia & Phrygia, qui omnes incesta hujus traditionis formam indeclinabilem servant, ac posteris custodiendam transmittunt, etiam cum plagam cœli mutaverint. Ptolemæus item de incolis secundi quadrantis seu maximæ australioris Asiæ partis locutus, τοῖς πλείοσι αὐτῶν, inquit [r], *συνίστασθαι ἐκ τῶν μητέρων τέκνα horum plerisque accidit* (velut ex moribus à situ loci inditis) *liberos è matribus* suscipere. Et de quadrantis quarti, in quo Ægyptus, incolis; *sororibus*, ait, *commisceri solent.* Et in amoribus Clitophontis & Leucippes [s] admittitur, ut moribus Phæniciis plane consonum, Sororem, saltem non uterinam, matrimonio quempiam jure sibi conjunxisse. Quin & in Ægypto sororum tam uterinarum quàm germanaram etiam & gemellarum connubia licita habita præter alios [t] scribit Philo [u]. Atque decantata satis est historiola [x] de Antiocho Sotere, Syriæ Rege, qui Novercam sibi, ut nec illicitam matrimonio copulavit. Ita ferè Oriens olim. Nec solùm, seculis in illis remotioribus ac vetustissimis. Nam & recentioribus, seu sub annum Christi MCLXX, in desuetudinem plane non abierant hujusmodi in Oriente seu Asia citeriore incestus. Hujus incolæ nonnulli, Dogzi in Benjamino Tudelensi [y], qui eo in ævo scripsit, nuncupati & pro atheis habiti חמס שמפו זמה והוא לוקח ארץ בתו *in incestus effusi sunt, & proprias filias sibi matrimonio junxere.* Sed in Occidentalium moribus Parentum cum liberis conjugia nunquam non execranda, puto, habita sunt. In ea asperè Athenis Sophocles [z], Romæ Seneca [a], ut immane quantum detestanda, in scena invehuntur. Et Papinius [b],

------- Illum, illum sacris adhibete nefastis,
Qui leto fodit ense patrem, qui semet in ortus
Vertit, & indignæ regerit sua pignora matri.

Lucanus item [c],

------ cui fas implere parentem.
Quid rear esse nefas?

Atque juxta Occidentis veteris disciplinam, oraculum illud in somnio accepit philosophus ille Romanus [d] ex eorum cœtu, qui in redi-

[r] *Tetrabibli lib. 2.*

[s] *Achilles Tatius lib. 1. hi* [t] *Sext. Empiris Pyrrhon Hypotyp. lib. 3. c. 24. &c.* [u] *Lib. de specialibus Legibus, quæ ad Adult. & Homicid. attinent, adde Senecam in Colocynthosi emendatum à Iano Rutgersio Var. Lect. 1. cap. 9.* [x] *Iulian. in Misopogone.* [y] *In Itinerario pag. 36. Edit. Aria. & 34. Edit. Cost. L'empereur.*

[z] *In Oedipo Tyranno.* [a] *In Oedipo & Thebaide* [b] *Thebaidos 4.* [c] *Pharsal. 8.* [d] *Agathias hist. 2.*

Digitized by Google

reditu è Perſide cadaver in agro Perſico inſepultum comperientes terrâ humaniter contumulaſſent;

Μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον, ἵνα κυσὶ κύρμα γένηται,
Γῆ πάντων μήτηρ μητρόφθορον ὃς δίχεται ἄνδρα.

Ne tumules inhumatum. Relinquatur præda canibus. Reſpuit Terra, omnium mater hominem, qui matrem coitu (ut Perſæ) *vitiaverit.* Unde & inſepultum denuò repertum eſt mane proximo. Numinum quidem ſuorum aliquot cum matribus ſuis & cum filiabus commiſta eſſe memoratur; ut Jovem cum Deûm Matre & cum Libera, id eſt, Proſerpina filia ſua ex eadem prognata. *Neque illum ſanctitas aut reverentia genetricis, horror etiam pignoris ex ſe ſati, ab imagine potuit tam fœdæ cogitationis abducere?* quod de eo ait Arnobius [c]. Atqui etiam ipſa fere Occidentis Numina ejusmodi ex Oriente traducta ſunt, ejusdem item moribus inquinata. Et,

Sunt[f] *ſuperis ſua jura; quid ad cœleſtia ritus*
Exigere humanos, diverſaque fœdera tento?

Taceo Mythologos phyſica potius ibi latere quam rem ipſam enarrari ferè velle. Damnatur etiam, ut univerſis infanda, Novercæ commixtio, apud Senecam in Hippolyto. Nec obſtat quod in ſententiis Zenonis & Chryſippi habeatur μητρομιξία ſeu *matris concubitus* interglicita. Nam è philoſophorum aliquot, utcunque celeberrimorum, in ſcholis opinione, mores ſive ſeculi ſive populi alicujus (& de moribus receptis jam loquimur) elicere, à ratione abſonum eſt. De Fratribus ac Sororibus aliisque è latere, ingens eſt inter Græciæ veterisque Romæ inſtituta diſcrimen. Nam ut Dii

——————ſuas[h] *habuere ſorores,*
Vt Saturnus Opim junctam ſibi ſanguine junxit,
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi;

Sic & ſuas fere Græci [i] veteres, Deos imitati. Athenis Germanas [k] ducebant, ſed non Uterinas ex Solonis inſtituto. Spartæ has, ſed neutiquam illas ex Lycurgi. Imo hujusmodi conjunctiones, id eſt, tam uterinarum quam germanarum ſororum, in ſanctiore, quam finxit, Republica permiſit Plato [l], & unicuique fas fore, in uxorum quam ibi præſcripſit communione, quibuscunque

[c] *Adverſus Gentes lib. 5.*

[f] *Ovid. Metamorph. 9.*
[g] *Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypotyp. lib. 3. c. 24. & 25.*
[h] *Ovid. Metamorph. 9. Lactantius de Falſa Religione cap. 10 Ioſeph. contra Apionem lib. 2.*
[k] *Philo. Ide ſpecial. Legib. ad Adult. & Homicid. ſpectantibus & Minutius Felix in Octavio.*
[l] *De Republica lib. 5.*

cunq; cognatis, pro libitu, commiſceri, πλὴν θυγατέρων καὶ γαμετῶν καὶ ταῖς ἄνω μητράσι *exceptis filiâ ac matre & ex filiabus neptibus, & quæ à matre aſcendunt.* Fœminis verò, & commiſceri ſuis, pro libitu, πλὴν υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ τοῖς τούτων εἰς τὰ κάτω καὶ ὅτι τὰ ἄνω *exceptis filio, ac patre & tam qui ab his aſcendunt quàm qui deſcendunt.* Et Cimonem Miltiadis F. in matrimonio habuiſſe ſcimus Sororem germanam ſuam Elpinicen dictam. Qua in re erat *non magis amore* (ut verba ſunt Æmilii Probi) *quam patrio more ductus.* Nam Athenienſibus licet, ait ille, *eodem patre natas uxores ducere.* Eodem Jure Mnaſiptolemam ſororem ὁμοπάτορα duxiſſe Archetolim Themiſtoclis F. ſcribit [m] Plutarchus. Sed intereà Sororum conjugia, magnis in Occidente viris, jurisque Humani ac Divini, priſcis illis ſeculis, ſtudioſiſſimis, non modo magnoperè diplicuêre, ſed etiam, ſi conjectare fas ſit, adeò raro fiebant, ut pro illicitis potius, ex ipſis Græciæ moribus, à nonnullis æſtimarentur; maximè Pythagoreis. Nam ex illa Schola, autor vetuſtiſſimus, Ocellus Lucanus, in monitis [n] de commoda ſobolis propagatione quam ἄνευ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος τὸ τοῦ νόμου ὁμοσυνεργὸν *ſine temperantia & pietate cum Lege ſimul operante, eſſe nolit,* δεῖ γὰρ καὶ inquit, παιδοποιεῖσθαι τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ. *Oportet etiam inſtituere hujuſmodi mores, qui in Græcis civitatibus legitimi ac recepti ſunt, nimirum neutiquam cum Matre, Filia aut Sorore concumbere, nec in templis, nec in propatulo.* Perperam verò ibi vertit Ludovicus Nogarola non ſine inſigni in veterem Græciam contumelia; *Quin etiam hujuſmodi inſtitutorum diſciplina in terra Græcia civitates inducenda eſt, ne cum matre &c.* quaſi aut hujuſmodi flagitiorum in Græcia tunc uſus fuiſſet, isque legitimè firmatus, aut Ocellus, qui genus humanum ibi inſtituere nititur, de Græciæ ſeorſim moribus inſtaurandis cogitaſſet. In utroque manifeſtum eſt, Italum, Itali interpretem, mirificè hallucinatum eſſe. Atque ad hunc Ocelli locum ſpectat, ſeu potiùs eſt ipſe quem attulimus Ocelli locus, id quod hac de re legitur apud Jamblichum [o]. ἐπαινεῖσθαι γὰρ αὐτῶν (Πυθαγορείων) καὶ τὰ τοιάδε τῶν παρυπαρχόντων Νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ

[m] *In Themiſtocl.*

[n] *Lib. περὶ τῆς τῶν παίδων φύσεως c. 4.*

[o] *De vita Pythagoræ, c. 31. pag. 118.*

τρόσι συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτ' ἐν ἱερῷ μήτε ἐν τῷ φανερῷ *Laudibus à Pythagoreis celebrari hujusmodi, qui antea obtinebant in Græciæ civitatibus, mores legitimos, nempè ne quis cum Matre, Filia aut Sorore concumbat, neque in templo, neque in propatulo.* Alia etiam aliquot quæ ibi tum præcedunt, tum ſequuntur, Ocelli ſunt. In τοῖς νομίμοις ſeu *legitimis* Græcarum urbium moribus ponit abſtinentiam à Sororis conjugio, quod tamen ex inſtituto ibi licuiſſe, interdum etiam contrahi, palam eſt. Sed quia rarentèr id adeo fiebat, ut plerisque, velut inprimis fugiendum, diſplicere videretur, & tametſi pro licito habitum, propter metum tamen horreretur illiciti, ideo etiam aut ejus interdictum ex moribus (qui utentium conſenſu oriri ſolent) invaluiſſe opinabatur Ocellus, aut plerorumque abſtinentiam pro interdicto libentèr ſaltem obtendi, puto, volebat, dum inſtitutioni ſuæ exempla è Græcia petebat. Quod itidem de Euripide, ni fallor nimiùm, dicendum eſt, ubi Hermionem Menelai filiam inducit Phthiæ (quod oppidum Theſſaliæ, quo natus Achilles) Andromachen Hectoris, dicteriis inſectantem, quòd filium Moloſſum pepererat Neoptolemo Achillis, qui Hectorem interfecerat, filio, & ſubjicientem [p] *p In Andromach.*

Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.
Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται,
Κόρη τ' ἀδελφῷ. Ἀλλὰ φεύγει δ' οὐ φίλα τα
Χωροῦσι· καὶ τῶν δ' οὐδὲν ἐξεργεῖ νόμος.

Hujusmodi eſt omne Barbaricum genus. Pater enim filiæ & filius matri miſcetur; ſoror item fratri; & per eadem charisſimi vadunt. Neque horum quid prohibet Lex. Sororis concubitum in nefariis barbarorum moribus cenſet, tametſi non ſolùm ex inſtituto tum Solonis tum Lycurgi (ut dictum eſt) permiſſum eſſet ejus conjugium, ſed etiam ipſa tàm Archetolis & Mnaſiptolemæ, quàm Cimonis & Elpinices exemplà jam memorata eſſent poetæ coæva. Atqui ad juris illam apud Athenienſes licentiam, quà tamen paucisſimos uſos eſſe reor, attinere videtur illud Phædræ Hippolytum generum depereuntis precibusque apud Senecam [q] tentantis. Matris eam nomine, inſignioris reverentiæ causâ, compellârat, inter lo- *q In Hippolyto, Act. 2.*

quendum, Hippolytus; cui illa,

Matris ſuperbum eſt nomen, & nimiùm potens.
Noſtros humilius nomen affectus decet,
Me vel Sororem, Hippolyte, vel famulam voca.

Matris nomen vult, etiam & novercæ, inter amantes nimis abhorreri, non item Sororis, quam ducere ex Jure patrio non illicitum. Et conjugium planè Hippolyti, velut viduam (Theſeo nondum ab inferis regreſſo) eam primò ambire ibi ſatis liquet. Sed poſterioribus Græciæ ſeculis planè evanuit, idque ante Chriſtianiſmum in ea ſatis receptum, Fratrum & Sororum conjugii non uſus ſolùm ſed & jus. Id conſtat ex Sexto Empirico qui ſub Antonino Pio Plutarchi ex ſorore nepos diſertè ſcribit r, apud ſuos tam Sororis quàm Matris conjugium fuiſſe illicitum. Et cum in Clementis atque Appionis colloquio, objicerentur à Clemente in Græcorum ſuperſtitiones Ganymedis raptus, Jovis etiam concubitus ſororii atque adulteria, *Quid?* inquit Appion ſ, nonne καὶ Ἕλλησι καὶ Ἑλλήνων νόμοι ἀπαγορεύουσι τὰ τοιαῦτα; καὶ τὰς μοιχὰς τι καὶ ἄλλως τὰ ἐναντία πράττοντας τιμωρεῖσθαι νομοθετοῦσι; *Etiam & Græci Græcorumque leges hæc vetant? & adulteros & eos qui aliàs contra faciant, ſupplicio coercent?* Unde etiam Simplicius t, *Jam cum lex & conſvetudo Sororis & Fratris conſvetudine interdicat: appetitiones non ſecus ac ab ipſius naturæ imperio ſuppreſſæ, ita prorſus ſunt immobiles; niſi fortè aliquos furoris intemperies & diræ ſcelerum ultrices agitarint.* Idem diſcimus ex Artemidoro u. Atque de Græcis, hactenus; quorum moris hac in re jurisque mutationem Romanis, poſtquam in horum ſunt poteſtatem redacti, deberi eſt ſentiendum. Nam in Romano imperio veteri non ſolùm vetita ſunt parentum, etiamſi adoptivorum, atque adeo omnium quotquot in linea ſtemmatis recta reperiuntur, conjugia, ſed etiam, in transverſa, fratrum (quod ſatis liquet item ex Catullo x & Ovidio y, apud quem amores ſuos erga Caunum fratrem inceſtos, ad mores Romanos, non ad Carum, exagitare puto Byblidem) amitæ, materteræ, neptis ſive ex ſorore ſive ex fratre, aliarum longiùs quàm in Schemate ſupra allato diſſitarum. Etiam & adfinium, veluti Novercæ, ſocrus, pri-

r *Pyrrhon. Hypotypoſ. l. 3. cap. 24.*

ſ *Clement. epiſt. ad Iacobum epiſc. Hieroſolym. de geſtis D. Petri, pag. 29*

t *Comment. ad Epicteti cap. 47.*

u *Onirocritic. lib. 5. c. 85.*

x *Epigr. 89.*

y *Metamorph. 9.*

privignæ, fratriæ, uxoris prioris ſororis, nurus; quæ non ſolùm ex Chriſtianorum Imperatorum ſanctionibus [z], ſed ex celebrium, ante Chriſtianiſmum in Imperium Romanum receptum, Jurisconſultorum ſcriptis, veluti Gaii [a], Pauli [b], Ulpiani [c], id genus aliorum ediſcimus. Et quam pudicæ hujus diſciplinæ Romani veteres tenaces eſſent, liquet ſanè ex Agrippinæ & Claudii Principis patrui ſui matrimonio, cujus ſolennia primò celebrare, *non audebant, nullo* (quod ait Tacitus [d]) *exemplo deáuctâ in domum patrui fratris filiâ. Quin & inceſtum, ac ſi ſporneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur.* Vitellius autem, oratione in ſenatu eam in rem, ut auſpices eſſent Patres ipſi, habitâ, objectionem, etiam in ſacerrimo illo adulationum atque ſervitudinis ſeculo, ob inſitas pudicitiæ majorum relliquias, inevitabilem anticipans, *at enim*, inquit, *nova nobis in fratrum filias Conjugia! Sed aliis gentibus ſolennia, nec lege ullâ prohibita. Et ſobrinarum diù ignorata, tempore addito percrebuiſſe: morem accommodari prout conducat, & fore hæc quoque in his quæ mox uſurpentur.* Et tametſi in Principum gratiam, ſummo adulandi ſtudio, ſenatus populique decreto juſtæ inter patruos e fratrumque filias Nuptiæ etiam in poſterum ſtatuebantur, minimè tamen repertus eſt, *niſi unus talis matrimonii* (ut Taciti verba ſunt) *cupitor, L. Alledius Severus, eques Romanus* (quem plerique Agrippinæ gratiâ impulſum ferebant) præter libertinum obſcurum, cujus Svetonius [f] meminit. Quod autem de Sobrinis habet Vitellius, de conſobrinis, patruelibus, ſeu amitinis planiſimè, uti & annotavit Lipſius, intelligendum eſt. Et memorat Plutarchus plebiſcitum [g], quo decretum eſt, πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰς δ' αἰωτέρω κεκωλῦσθαι *licere omnibus ducere uxores usque ad conſobrinas, ſed quæ in ſtemmate ſuperiores eſſent, eas eſſe illicitas.* Sed in Roma veteri etiam patruelium, amitinorum, ſeu conſobrinorum nuptiæ nunc vetitæ fuere [h] nunc permiſſæ [i]; & notiſſima etiam eſt controverſia de negatione, quam hac de re in verſione ſua Græca Juſtiniano [k] adhibuit Theophilus; qua de, uti etiam de tota re patruelium & amitinorum

[z] *Inſtit. Juſtin. tit. de Nuptiis & C. Theodoſ. l. 3. tit. 12. C. Iuſt. l. de inceſt. Nupt. l. 8*

[a] *Inſtit. l. 4.*

[b] *Sent. Recept. lib. 2. tit. 19. & ff. de Rit. Nupt. l. 14. & 68.*

[c] *L. 12. ff. tit. de Ritu Nupt. Adde edictum Diocleſiani & Maximiani tit. de Nuptiis, lib. 7. quod habetur integrum in Cod. Gregoriano lib. 5. tit. de Nuptiis, & in collat. Leg. Rom. & Iudaic. Licinii Ruſini.*

[d] *Annal. 12.*

[e] *Videſis Cujacium Obſervat. 13. c. 16 ſed & obſerva quod legitur apud Ulpianum l. 1. de his qui in Poteſtate ſunt.*

[f] *In Claudio cap. 26.*

[g] *Problem. Rom. 6.* [h] *Gaius Inſtit. tit. 4. Pomponius l. 3. ff. tit. de Ritu Nupt.* [i] *Auguſtin. de Civitate Dei lib. 15. cap. 16. l. 19. C. de Nuptiis, c. 20. c. 35 q. 2. & 3.* [k] *Inſtit. de Nuptiis §. ducere autem. Videſis Aurelium Victorem in Theodoſio, D. Ambroſ. epiſt. 66.*

rum conjugali, dissertationem tum Juridicam tum historicam doctrinâ & judicio refertam pridem edidit Christophorus Riccius Dantiscanus. Pontificii verò Occidentis, vetustis Christianismi seculis, aliam omninò induxerunt heic rationem, eamque satis miram. Divinum de hac re præceptum generale illud [m], *Nemo ad propinquam carnis suæ accedat*, seu *ad consanguineam suam*, ita accipi voluere, ut omnigeni consanguinei inde arcerentur inter se nuptiis. Ne tamen in eos objicias, nullos omninò reperiri, qui non aliquo consanguinitatis genere, utpote non solùm in primis sed in propioribus parentibus convenientes, naturaliter conjungantur; ad civilia, in Jure Cæsareo, cognationum nomina, quibus hæreditates & tutelæ deferuntur, se [n] contulere; extra quorum limites, quoniam specialia consanguinitatis vocabula Jurisconsultis Romanis non habebantur, nec consangvinitatem heic præpedientem agnoverunt. Civilia illa nomina septem concluſa sunt gradibus, ut videre est in Pandectis [o]. Et Paulus, *successionis*, inquit [p] *gradus septem constituti sunt, quia ulteriùs per rerum Naturam nec nomina inveniri nec vita succedentibus prorogari potest.* Ubi [q] vetus interpres Anianus; *in his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius prorogari.* Hinc interdictæ olim nuptiæ in Occidente usque ad septimum gradum inclusivè (qui & pro sexto, [r] variante in personis calculo, interdum æstimatur) rationibus redditis, *quoniam [s] hæreditas rerum per legales diffinitiones sancita usque ad septimum gradum protendit successionem. Non enim succederent, nisi eis de propagine cognationis deberetur, & quia [t] posteà parentela cognosci non potest.* Interdictæ item, *usque dum [u] generatio recordatur, cognoscitur, aut memoriâ retinetur.* Perinde ac si post septimum gradum omnimoda sanguinis relatio propinquitatisque, etiam ad sensum quo ipsi illa Legis de Nuptiis Mosaicæ verba prævia ac generalia intelligerent, prorsus deleta fuisset. Cum intereà certò sciamus, non solùm qui longiùs sive rectà sive ex transverso, etiam in infinitum, distarent, vetustis [x] Jurisconsultis consanguineos nuncupari, sed etiam, usque ad decimum [y] gradum jure Cæsareo,

l *In Indicium rum Iuris præmiss. cap. 3. & vide Iac. Gothofred. ad Libanii ſoni. περὶ ἀγχιστείων 6. & de hisce vide Barnab. Brisson. lib. de Iure connubiorũ &c.*
m *Levit. 18.6*
n *Calixtus papa c. 2. Caus. 35. q 2. & 3.*
o *L. 10 ff. de gradibus & affinibus.*
p *Sentent. recept. l. 4. tit. 11. addr Modestin. l. 4. ff. tit. de Gradibus.*
q *Hinc illud Isidori Etymol. lib. 9. & c. 6. Caus. 35. q. 5.*
r *Gratian. c. 11. C. 35. q. 2. & 3.*
ſC. 1, *Caus. 35. q. 2. & 3. & c. 15. & 20. ibid. Gregorius PP. 1.*
t *Nicolaus PP. 2. c. 17. ib. & apud Pet. Lombard sent. 4. dist. 40.*
u *Concil. Wormat. c. 12. & Caus. 35. q. 3. & 3. c. 18.*
x *Vlpianus l. 2. tit. d. & legit hared. ff. 38. 1.*
y *Iustin. Inſtitut. tit. de ſucceſſione cognatorum §. hoc loco & Novell. 118. ſuæ*

Cæſareo, conſanguinitatis nomine, ſublatâ agnatorum & cognatorum differentiâ, ſuccedere, atque excludere fiſcum. Sed verò quod & magis mirere, petitâ, ut diximus, è Jure Cæſareo graduum, extra quos, velut ex eo edocti, conſanguinitatem non agnoſci volebant, enumeratione generali, ita aliam nihilominùs & juri Cæſareo planè incognitam, Juriſconſultisque nonnullis haud parum [a] inviſam, gradus ex transverſo ſupputandi inibant rationem, ut tametſi ſeptimi gradus nomen quidem retinerent, decimum quartum tamen, ad Cæſareorum calculum, non raro innuerent. Nam, ubi, jure Cæſareo, generatio cujuslibet perſonæ ex tranſverſo gradum facit unicum, adeò ut Frater & Soror binis ita diſtent gradibus (nam in transverſa linea primus gradus [a] Cæſareis non habetur) & conſobrini quatuor, horum liberi ſex, atque horum denique liberi octo, ſcilicet pronepotes fratris & ſororis; Pontificii illi quarto duntaxat gradu hoſce diſtare volunt, ita putatis conſanguineorum gradibus, ut quot à communi parente, in æquali inde diſtantia, alter diſtet, tot ſolùm inter ſe diſtent; in inæquali, quot à communi parente diſtet remotior. Adeoque ut ipſas Cæſareorum proximitates, intra quas conſanguineorum nomen cohiberi putabant (unde & leges ſtabiliebant nuptiales) ipſi duplicando ita excederent. Et demùm de gradibus ſeptem ita numeratis pronuntiabant, *ultra hos* [b] *nec conſanguinitas invenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec ſucceſſio poteſt amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari*; cum interim decimus, ad juris Cæſarei calculum (cujus etiam in ſucceſſionibus ratio habita) viceſimus ita eſſet ad Pontificii. Et obtinuit [c] ſanè hujusmodi matrimonii prohibitio, nec multum in affinibus diſpar, usque ad Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III, anno ſalutis MCCXV celebratum, in quo ſancitum [d] *prohibitionem copulæ conjugalis, quartum conſanguinitatis & adfinitatis gradum non excedere*, (id eſt, octavum in Juris Cæſarei calculo;) *quoniam in ulterioribus gradibus, jam non poteſt absque gravi diſpendio hujusmodi prohibitio generaliter obſervari.* Atque hoc puto Jure in Occidente, ubi autoritas Pontificis Romani legibus abacta non eſt, (velut in Anglia, ubi juris Divini heic tantùm ratio, ex Lege [e] habetur) utuntur.

[a] *Alberic. Gentilis de Nuptiis lib. 3. cap. 6. alii ibi citati.*

[a] *Gaius l. 1. ff. tit. de Gradibus.*

[b] *Alexander PP. 2. cap. 2. Cauſ. 35. q. 5.*

[c] *C. 14. Cauſ. 35. q. 2. & 3. &c.*

[d] *C. 8. extr. de Conſang. & Affin.*

[e] *Stat. 32. Henrici Regis 8. cap. 38.*

Neque sanè sine difficultate olim introducta sunt in Britanniam nostram Pontificia de gradibus hisce decreta, ut videre est ex eo quod quarto distantes gradu, sub initiis apud Anglo-saxonas Christianismi, invicem conjungi, epistolâ Augustino Anglorum gentis Episcopo datâ, indulserit f Gregorius magnus, *ne à bono, quod cœperant, metuendo austeriora, recederent.* Apud veteres autem Scotorum aliquos ne ipsa quidem divina hâc de re præcepta, ante sexcentos aut circiter abhinc annos satis admissa sunt, nedum Pontificia. Vetustus autor g vitæ Margaretæ Reginæ Scotorum, Malcolmi III uxoris, quæ in Divas relata, *Illicita*, inquit, *Noverearum Conjugia similiter & uxorem fratris defuncti fratrem superstitem ducere, quæ ibi* (in Scotia) *antèà fiebant, nimis ostendit execranda & à fidelibus velut ipsam mortem, devitanda. Multa quoque alia contra morem Ecclesiæ inoleverant, quæ in eodem Consilio damnans de regni finibus extirpavit.* In Ecclesia Orientali, remissiùs heic ex transverso quàm in Occidentali, non solùm seculis anterioribus sed etiamnum, licet diversimode h, egerunt. Gradus enumerantii, neque unquam aliter soliti, ad Juris Cæsarei formulas. Qui sursum deorsum in rectâ stemmatis linea occurrunt, universos arceri invicem nuptiis volunt. Sed, ex transverso, antiquitùs gradum sextum planè, id est, ad Pontificiorum, in Occidente, calculum, tertium admitti nolebant, octavum indubitanter admittentes. Putatis verò ad personarum seu generationum numerum (quemadmodum in Jure Cæsareo) gradibus, de septima persona, id est, gradu septimo, pronuntiare solebant eum nec permitti expressè, nec denegari à lege, ideoq; τὸν τῶν πέμπτην χώμεν ἀπὸ μὲν ἐκείνου μὴ ὀπτεύεσθαι, μὴ δὲ τὸ γινόμενον μὴ λύεσθαι, *hujusmodi nuptias, antequam inveniantur, non permitti, initas verò minimè fanè distrahi debere.* Postmodum verò, nempe anno Salutis M L V, sub Michaele Patriarcha Constantinopolitano, decisum est in Synodo k, ut persona seu gradus septimus etiam illicitus imposterum, quod & nunc ibi obtinet, haberetur, sed ut octavus citra controversiam licitus esset. Ceterum qui ita unicâ, in Consanguinitatis gradibus, personâ, velut ex indulto differunt à Pontificiis Occidentis, strictiùs ac subtiliùs in Adfinitatibus agunt; quibus sunt aliquæ,

f *Lib. 12. epist. 31. Beda Hist. Eccles. lib. 2. cap. 20. & c. 20. caus. 35. q. 2. & 3. & 2. caus. 35. q. 5.*

g *Nova Legenda Angliæ fol. 226.*

h *Videsis S. Basilium Canone 68. Synod. in Trullo can. 54. Harmenop. in Epit. Canonum sect. 5. tit. 3.*

i *Juris Græco-Romani tom. 2. lib. 3. pag. 204. & lib. 4. pag. 266.*

k *Ibid. lib. 3. pag. 206. Adde Matthæum Monachum lib. 7. ibid. p. 480.*

quæ, Occidentalibus Jurisconsultis planè ignotæ, nimium involutæ, nec breviter describendæ, ut omittam, etiam cognationes eorum hèic adoptivas ac spirituales, quarum rationem, uti etiam Occidentales, habent ipsi. Pluribus ostensæ sunt Græcorum seu Orientalium quos diximus, hac de re sententiæ receptæ ac Decisiones, in Juris Græco-Romani ab J. Leunclavio editi autoribus, Constantino Harmenopulo l, Manuele Hierodiacono, apud Zachariam Chartophylacem, cognomento etiam Marapharam, in synopsi ejus περὶ τῶν τῆς συγγενείας βαθμῶν seu *de Consanguinitatis gradibus*, atque Petro Arcudio m, qui omnes Græcæ Jurisprudentiæ callentes eam tractarunt. Mahumedani hèic jus suum habent singulare ita ex Ebræorum, veterum Romanorum, Gentium ante legem Mosaicam, & demum Christianorum moribus atque interpretamentis compilatum, ut nihilominùs quod etiam omninò suum sit infarciant, ne totum aliis accepto ferrent. De consanguinitate illi ferè ut Romani veteres Christianismo ante abjectum Pontificium graduum calculum, firmati. Affinitatem nolunt privignarum aut socruum matrimonia impedire, citra præeuntem uxoris concubitum. Nurum omninò ducere nefas esse volunt, uti & Novercam & binas Sorores. Nutricibus autem & sororibus collacteis, etiam & iis, quæ hisce proximitate conjunguntur, quemque interdicunt. Alcorani verba sunt n;

l *Procbir. lib. 4. tit. 5.*

m *De Concord. Eccles. Orientalis & Occidentalis l. 7. cap. 30.*

n *Azoar 4. Codice Lat.*

ولا تنكحوا ما نكح اباؤكم من النسا الا ما قد سلف
انه كان فاحشة ومقتا وساء سبيلا * حرمت عليكم
امهاتكم وبناتكم واخواتكم وعماتكم وخالاتكم
وبنات الاخ وبنات الاخت وامهاتكم اللاتي ارضعنكم
واخواتكم من الرضاعة وامهات نسايكم وربايبكم
اللاتي في حجوركم من نسايكم اللاتي دخلتم

بهن فان لم تكونوا دخلتم بهن فلا جناح عليكم
وحلايل ابنايكم الذين من اصلابكم وان تجمعوا بين
الاختين الا ما قد سلف ان الله كان غفورا رحيما ✻

Ne matrimonio conjungamini fœminis, quibus parentes veſtri conjuncti ſunt. Quod tamen olim permiſſum eſt. Sed Turpitudo eſt, ab eminatio atque mos nefarius. Piaculum eſto vobis ducere matres veſtras (quæ non ſemel ob nefandos, qui in Oriente ingruerant, ut ſupra oſtenſum eſt, matrum concubitus, in Alcorano o expreſſim interdicuntur) *aut filias veſtras, aut Sorores, aut amitas veſtras* (tàm librariorum quàm typographi incuriâ habet heic Codex Latinus *Amicas*, literulâ malè mutatâ; unde & Arrivabenius p in Alcorano Italico *l'amiche*) *aut materteras veſtras, aut neptes ex fratre, aut neptes ex Sorore, aut Matres quæ vos lactarunt* (Nutrices) *aut collactleas Sorores, aut uxorum Matres* (Socrus) *aut uxorum filias* (Privignas) *quæ in tutela veſtra ſunt. De uxoribus veſtris intelligendum eſt ſcilicet, quibuscum concubueritis. Quod ſi cum eis nondum concubueritis*, (ſi repudiaveritis ante coitum, aut ante coitum demortuæ fuerint) *haſce ducere vobis nefas non eſt; neque ducenda ſunt vobis uxores filiorum veſtrorum naturalium* (Nurus, maritis ſuperſtites ſeu repudiatæ) *nec binæ Sorores, quod tamen antiquitus permiſſum. Et Deus indulgens eſt & miſericors.* Quod explicans Mahumedes Ben

D. Azoar. 23. Arab. 43. Lat. & 58. Arab. 68. Lat.

p. Lib. 2. cap. 7.

Achmed, ad illud de Matribus, ait وشملت الجدات من قبل الاب والام *eidem eſſe jus de aviis* (ſeu majoribus in recta linea fœmineis) *ſive paternis ſive maternis*; de Filiabus, وشملت بنات الاولاد وان سفلن *jus idem eſſe de neptibus ex prole & de deſcendentibus*; & de Sororibus, comprehendi quæ ſunt من جملة الاب او الام *ſive germanæ ſive uterinæ.* Neque amitarum nomine, patris tantùm ſorores ſed & avorum venire, uti & materterarum, non ſolùm

ſolùm Matris ſed & Aviarum maternarum Sorores. Nam interpretatur خالاتكم لخوات لمهاتكم وخالاتكم *ſorores matrum veſtrarum & aviarum veſtrarum.* Conſona eſt Retinenſis verſio, ſed malè ibi *Patrueles* pro hiſce ſubſtituit Philippus Gaudagnolus in reſponſione q ad Ahmed Ben Zin Perſam. Neptes autem, etiam & filias ſuas ſeu proneptes heic denotare docet Achmetides. Sororum autem collactearum ejusmodi rationem habendam, quà conſanguineas ſuas ſpectant; ut quemadmodum fratris ſeu ſororis ſanguine conjunctæ propinquæ, veluti amita, matertera, neptis ſive ex Fratre ſive ex Sorore, interdicuntur, ita etiam & vetitas eſſe collactææ Sororis propinquas ejusmodi non aliter ac ſi naturaliter ipſæ Lactenti fuiſſent conjunctæ. Et regulam ſubdit; يحرم من الرضاع ما يحرم من النسب *Interdicitur Lactentis nomine, quæcunque nomine ſanguinis interdicitur.* Ita ille. Et celebris apud Mahumedanos Juriſconſultus Abu Bircat Abdalla Ben Achmed r de vetitis nuptiis يحرم من تزوج ام وبنت ولن بعولتا ولختر وبنتها وبنت اخيه وعمته وخالته وام امراته وبنتها ان دخل بها وامراة ابيه وابنه وان بعولتا والكل رضاعا *Interdicuntur cuique nuptiæ matris ſuæ & filiæ ſuæ & earum quæ ſurſum deorſum ſequuntur, & Sororis ſuæ & filiæ ejus & filiæ Fratris ſui, & amitæ ſuæ & materteræ ſuæ & matris uxoris ſuæ & filiæ ejus (ſi modo concubuerit cum uxore) & uxoris patris ſui ſeu Novercæ, & filii ſui ſeu Nurus & eorum qui ſurſum deorſum ſequuntur, atque etiam fœminarum quæ jure collacteo ei conjunguntur.* Quoniam toties inculcari ſolet, rationem Naturalem, ſeu Naturalia jura in Cognationibus quà matrimonia ſeu coitum præpediunt, velut ante alia, adeo paſſim conſpici, ideo & fuſiùs aliorum præter Ebræorum ſcita, mores, ac Leges ea de re viſum eſt ſic adnotare. Atque hactenus de Concubitu illicito, ac re Matrimoniali quatenus pependit ſive ex

q *In Apologia pro Chriſtiana Religione lib. 1. cap. 5. ſect. 3.*

r *In Compendio Juris Canonici Mahumedanorum Ms. lib. 5. c. 1.*

Jure Naturali & Universali juxta Ebræorum placita, sive ex Levitico, quà Gentiles spectavit.

CAP. XII.

De Matrimonio & Coitu, *quà sive* vetitus *sive* permissus *inter* Judæos & Servos *ac* Ancillas exteræ originis, *sed in Judaismum, citra libertatem cooptatos.* Gentilium, *qui Judaismo nondum nomina dederant*, Matrimonium & Coitus Judæis *illicitus. Non unica tamen* Magistrorum *de* interdicti *illius* initio *aut* causâ *sententia. Quinam ex* natalibus Servi *ac* Gentiles *habiti.*

CONsequens est ut videamus de Matrimonio & Coitu, ex Jure Gentium apud Ebræos, sive admisso sive vetito, ratione aut Conditionis Servilis aut Gentis Exteræ, aut exteræ originis, etiam postquam quis in Judaismum esset cooptatus; atque hoc tam quà hominum hujusmodi matrimonia seu coitus sive Originariis, sive aliis in Judaismum adscitis sive permissus sive vetitus fuerit, quàm quà in ditione Israelitica, sive vetitus sive permissus ipsis hominibus ejusmodi inter se invicem. Quod ad Conditionem Servilem priori modo heic attinet; occurrit quidem nonnihil de Servorum (è Gentilibus in servitutem redactorum; nam servorum Ebræorum, qui perpetui, ut nemo nescit, non fuere, sed tantum temporales, alia planè conditio) & Ancillarum nuptiis Judæis interdictis, suprà cubi è paraphraste Chaldæo prohibitionem etiam sacram ea de re habes. Quod in universum & sine ulla exceptione (præter eam quæ, secundum aliquos, est de jure in bello captivæ singulari, de quo infrà), verum est, si de servis & ancillis nondum in Judaismum nomine servitutis seu servitute retentâ, juxta superius t ostensa, adscitis rem capias. Nam servi ejusmodi planè ita exteri fuere, ut ab aliis merè Gentilibus, quorum matrimonia & coitus nunquam non Ebræis vetitus, ut mox ostenditur, neutiquam distinguerentur. De servis autem in Judaismum servitutis nomine seu servitute retentâ adscitis (juxta quod libro secũdo explicatur) regulariter etiam prohibitio quidem ejusmodi & de id genus ancillis recepta est. Unde & Josephus u habet inter leges sibi Mosaicas

f Cap. 4. hujus libri.

t Lib. 2. cap. 3

u Archæolog. lib. 4. cap. 8.

Δέλας

Δέλας μὴ γαμῆσθαι τοῖς ἐλευθέροις *Ancillas ingenuis non matrimonio jungendas.* Ceterùm accedunt exceptiones, apud Talmudicos, quantum obſervavi, trinæ. Prima eſt de Mamzere; ſecunda de Ancilla partiaria ſeu partim manumiſſa aut partim libertina; tertia de ſervo Ebræo, ſeu Ebræo in ſervitutem temporalem ex more gentis addicto. Mamzeri, etiam Originario, permiſſum eſt Ancillæ conjugium, jure perquam ſingulari, de quo vide inferiùs capite decimoſexto. Ancilla partiaria heic dicta ea erat, quæ è Gentilibus in ſervitutem, non ſine Judaiſmo, redacta, libertatis partem, non integram ſeu perfectam, domini indultu nanſciſceretur; quando ſcilicet pro libertatis pretio aliquanto ſoluto, aliquantum etiam libertatis, veluti dimidia ſeu tertia pars à domino ei eſt indulta. Nam tam ſervus ejuſmodi eis erat quàm ancilla; atque hanc [x] חצייה שפחה וחצייה בת חורין *partim ancillam & partim libertinam* uti & illum חצי עבד וחצי בן חורין *partim ſervum & partim libertinum* vocitant. De ejuſmodi aiunt ancilla Ebræi, cum ea ſponſalia non irrita fuiſſe, nec tamen vim ſatis integram ſortita antequam illa nacta eſſet libertinitatem integram. Atque de ea legem illam intelligunt, *Quicunque* [y] *dormierit cum muliere concubitu feminis quæ eſt* (שפחה נחרפת לאיש) ancilla addicta viro (nubilis habet vulgata & Ἀγοραζομένη ἀθεάτῳ *viro aſſervata* Helleniſtæ, Tertullianus [z], *quæ homini eſſet reſervata*) *non tamen redimendo redempta, nec libertate donata, ipſa vapulabit; non morientur, quia non libera.* De partim tantùm, juxta jam dicta, redemptâ [a] intelligunt. Quacum quoniam אין קדושיה גמורין *minimè erant ſponſalia perfecta* ſeu matrimonium abſolutum antequam totam libertinitatem acquireret, ideo non ultimum ſupplicium velut ob adulterium, ſed verbera tamen, quia inchoata erant, licet necdum ratione ſervilis conditionis partim adhuc retentæ perfecta ſponſalia, irrogabantur. Quod vertitur heic addicta, pro deſponſata, ſumitur etiam in verſionibus pleriſque Orientalibus. Et Judæi Hiſpanienſes ibi, *ſierva deſpoſada à varon.* Sed de ſponſaliis ſeu Matrimonio quale diximus inito, nec ſatis perfecto, capiunt Magiſtri. Exceptionem heic Tertiam in ſuperioribus [b] tetigimus. Neque alia eſt quàm licuiſſe domino Ebræo, ſervo

[x] *Maimonid. hal.* Abdim *cap. 7.*

[y] *Levit. 19. 20.*

[z] *De Pudicitia cap. 20.*

[a] *Gemar. Babylon. ad tit. Gittin cap. 7. fol. 43. 4.*

[b] *Cap. 4. hujus libri.*

ſervo ſuo temporali, item Ebræo ex ſententia fori in ſervitutem addicto (non aliter) ancillam aliquam ſuam è Gentilibus in Judaiſmum ſervitute retentâ cooptatam conjungere, ut prole ſervili ſeu utriusque fructu familiam & bona ſic augeret; qua de re plura inferius [c]. Atque ita de Servis & Ancillis è Gentilibus in ſervitutem ſimul ac Judaiſmum redactis, quâ ſive matrimonium ſive coitus Originariis aliisque Judæis cum illis ſive permiſſus ſive vetitus. Jam verò tam liberæ quàm ſervilis conditionis hominum univerſorum, Gentiliſmo nondum exuto, coitus & matrimonium Ebræis Judæiſque cunctis interdictus habebatur, admiſsâ intereà juxta aliquos exceptione illa de Captiva, quam capite proximo fuſiùs dabimus. Ad Gentes heic exteras univerſas ſpectare volunt aliqui [d] legem illam ſacram, *Affinitatem non contrahes [e] cum eis* (id eſt לא תתחתן בם) *neque filiam ejus accipies filio tuo.* Sunt & ejusmodi [f] aliæ. Quaſi etiam, ex more, ante Legem Moſaicam poſt Circumciſionis fedus, in filiabus eorum, qui circumciſi ſunt, obtinuiſſe videtur. Nam filii Jacob Sichemo & patri ejus reſponderunt [g], *non poſſumus facere rem iſtam, ut demus ſororem noſtram viro incircumciſo*, כי חרפה הוא לנו *Nam id opprobrio eſſet nobis*; ſeu ut vulgata, *quod illicitum & nefarium eſt apud vos.* Juxta quod Theodotus [h] Jacobum induxit loquentem.

[c] *Lib. 6. c. 7.*

[d] *Maimonid. hal.* Inſuri Bia *cap. 12. & 61. de Gemar. Babylon. ad tit* Iabimoth *c. 2 fol. 23. 4. & ad tit.* Kidoſchim *cap. 3 f. 68. b.*

[e] *Deut. 7, 2.*

[f] *Exod. 23, 32, 34, 15.*

[g] *Geneſ. 34. 14. & vide ibi comma 7.*

[h] *Apud Euſeb. Præparat. Evangelic. lib. 9. cap. 22.*

Οὐ γὰρ δὴ θεμιτὸν γε τοῖς Ἑβραίοις τέτυκται
Γαμβρὸς ἄλλοθεν εἰς γε νυὸς ἄγεμεν πρὸ δώμα,
Ἀλλ' ὅστις φρεσὶν ἰξύχεται εἶναι ὁμοίης.

Nefas eſt Ebræis ſive generos ſive nurus (legendum enim opinor, γαμβρὸς ἄλλοθεν ἢ γε νυὸς) *ab exteris in lares ſuos ducere; ſed eos tantùm qui ſunt contribules.* Et illuſtre habetur hac de re judicium apud Ezram [i], ubi videtur quidem non ad ſeptem populos paulò ante in loco Deuteronomii jam antè citato memoratos tantùm legem illam atque ceteras congeneres attinere, ſed pariter ad alias gentes, quotquot nondum in Judaismum adſcitæ. Alii verò leges illas ad Septem populos ita tantummodò volunt [k] ſpectare, ut alios in illis includi nolint. Sive autem ex legibus illis, ſive ſimùl ex adſidua ſingularis quam ſibi haberent ſanctitatis conſervatione ac avita tradi-

[i] *Cap. 9. & 10. & vide Nehem. c. 13. 25.*

[k] *Gemaraiam ante citata. & Moſ. Mikotzi præcept. Negat. 212. & 116.*

traditiones res manârit, certum eſt tam à coitu (niſi unicam admittas jam ante memoratam exceptionem) quam à matrimonio Gentilium, circumciſos fœminasque ſive ex Origine ſive ex Cooptatione Judæas abſtinere debuiſſe, contractusque ſponſalitios cum eis fuiſſe plane irritos, apud Talmudicos [l] eſſe receptiſſimum. Exteræ autem nationes, eis plane ſunt tantum non in Judaismum cooptatæ. Quid Chriſtiani de Paganorum & Chriſtianorum conjugiis ſtatuerint, ex ipſorum diſputationibus obviis eliciendum. Diſertè etiam Mahumedes prohibet [m] Muſulmanorum ſuorum & الهشر كين *Infidelium*, ſeu qui nondum Mahumedismo nomina dederint, conjugia حتي يومنوا *usque dum crediderint*, id eſt, Muſulmani fierent. Sed verò Talmudici qui ex ipſis legibus ſacris, ejusmodi cunctarum nationum exterarum (nec ſolum ſeptem populorum) matrimonia putant [n] ſuis interdicta, adeoque & coitum דרך אישות *conjugalem*, ipſi nihilominùs coitum earum דרך זנות *meretricium* ſeu *fornicationem* è traditione ſeu inſtituto avito tantùm vetari volunt. Qua intereà de re ſententia non eſt apud Magiſtros unica. Certè de Zelotarum Jure quo veluti à Moſe recepto, Iſraelita cum gentili ſe coitu publicè miſcens impune occidi poterat, ſuperiùs [o] monitum eſt. Simile facinus clam patratum verberibus luebatur ex majorum inſtituto, quod alii è ſeculis repetunt vetuſtiſſimis, ſed alii ab Hasmonæorum tempore. Scilicet legitur in corpore Talmudico [p], interdictum fuiſſe Ebræis à בית דינו של חשמונאי *conſiſtorio* ſeu *Conſenſu Hasmonæorum* coitum בצינעה *clandeſtinum* fœminæ gentilis ſeu ethnicæ משום נשג"ז id eſt nomine *menſibus laborantis* ſeu *immundæ* [q], *ancillæ, ethnicæ, & ſcorti*, perinde ac ſi cum ea coitus tot ſimul nominibus haberetur impoſterum illicitus, adeoque verberum pœnâ luendus. Quod nihilominus à nonnullis [r] ita intelligitur, ut tot nominibus delinquat tantum Iſraelita, qui velut uxorem ſeu concubinam legitimam ſibi paganam conjunxerit; is vero qui meretriciis ejus obiter amplexibus uteretur, puniendus eſſet nomine duntaxat Ethnicæ & Scorti. Hinc Moſes Cotzenſis [ſ]; קורם בית דינו של חשמונאי היתה גויה מותרת בצנעא

l *Et videſſe Ioſeph. lib. 11. cap. 8.*
m *Alcoran. Azoar. 3. Lat. Arab. 2.*
n *Gem. Bab. ad tit.* Aboda zara *cap. 2. fol. 36 b. Maimonid. halach* Iſurì bia *cap 12.*
o *Lib. 4. c. 4.*
p *Gem. Bab. ad tit.* Aboda Zara *cap. 2. fol. 36 b. unde intelligendus eſt locus* Sepher Iuchaſin *f. 15 a. Videſſis Io. Coch. in excerpt. e Gemara* Sanhed. *p. 293.*
q *Vide ſupra lib. 2. cap. 5. pag. 180.*
r *Maimonid. hal.* Iſurì Bia *cap. 12.*
ſ *Præcept. Affirmat. 122. quem & Eid. Præcept. Negat. 112. de Ethnicarum concubitu.*

בצנעא *Ante conſiſtorii Hasmonæorum tempus, ethnica coitus clandeſtinus* (Ebræo) *licitus erat.* Quod de innupta aut ea, cujus nuptiæ civiliter ſolutæ ſunt, capiendum; & cum eo quod ante habetur [t] de ſtupri inter Iſraelitas ipſos interdicto ſacro comparandum. Nam juxta hanc ſententiam, interdictum illud ad Judæorum & Judæarum tantum, non ad Judæi & paganæ coitum attinuit. Alii vero qui ex Origine vetuſtiſſima coitum ejusmodi illicitum apud ipſos faciunt, graviorem fœminæ Ethnicæ quam Judæo cum ea concumbenti Pœnam volunt ex judicio forenſi [u] infligendam. Nimirum ultimum ſupplicium; cum Judæus duntaxat vapularet. Atque hujus originem Pœnæ ſeu exemplum ſumunt ex ſacra [x] de Midianitidibus, quibuscum Ebræi coiverant, hiſtoria. Ex hiſce illud Taciti [y], *projectiſſima ad libidinem gens alienarum concubitu abſtinent.* Et graviſſima habent Magiſtri monita quibus gentem ſuam ab omnimodo exterarum nationum, ante Judaismum ſuſceptum, coitu ut plane illicito deterrent. Quin nec prolem ex ethnica ſuſceptam in liberorum numero habebant. Diſertè Maimonides, ubi etiam ex inceſtu qualicunque genitos in liberis civiliter cenſendos juxta mores eorum docet, והבן מן הגויה אינו בנו *ſed* inquit [z], *filius ex Gentili ſuſceptus ab Iſmelita, pro filio non eſt habendus.* Sed ex Iſraelitide à pagano ſuſcepta proles generis Iſraelitici fuit, ut infra oſtenditur. Ex jam dictorum ſenſu etiam ad illud Euſebii, *Herodes Antipatri Aſcalonita & Matris Cypridis Arabiſſæ filius à Romanis Iudæorum ſuſcepit principatum,* Joſephus Scaliger [a], *Matrem,* inquit, *quanquam Arabiſſam, tamen Iudæam fuiſſe dicimus, quia acceperat ritus Iudaicos. Aliter homini Iudæo nubere non potuiſſet. Nam ante tempora Hasmunæorum licebat rem habere cum pagana, cum tamen de Moabitidibus mulieribus diſtricte interdictum fuiſſet à Moſe & à Nehemia. Sed Iudæi progreſſu temporis deteriores facti, id ſibi tacito conſenſu permiſerunt, donec temporibus Hasmunæorum ſancitum eſt, ne cum pagana Iudæus rem haberet, ne clam quidem.* בית דינו של חשמונאי גזרו עליהן הגויה אפילו בצנעא כי קודם זה היה מותר כראיתא במצוה קכב (id eſt ut habet ille) *Tribunal Hasmunæi ſanxit ſuper concubitu Ethnica, etiam clandeſtino quod antea permiſſum erat, ut extat in præceptis.* Sic Scaliger. Quod vero dicit de præceptis

[t] *Cap. 4.*

[u] *Maimonid Iſſur. Bia cap. 12.*

[x] *Num. 31. 16.*

[y] *Hiſt. lib. 5. & videſis l. de ſucceſſionibus in Bona cap. 3.*

[z] *Halach. Iſſuri Bia cap. 12.*

[a] *Animadverſ. ad Euſeb. pag. 149. ſeu ad num. 1983.*

ptis in verſione hac, intelligendum eſt de Moſis Cotzenſis, loco jam citato, præceptis affirmativis. Nam & verbis illis Ebraicis à Scaligero plane ex Abraha Zacuthio b allatis, ipſe numerus qui apud Cotzenſem eſt, ut vides, adjicitur. Sed quod heic habet Scaliger de Herodis matre, id expendi debet ad trutinam, quam infra de Natalibus Iſraelitarum, Proſelytorum, Paganorum etiam & Herodis exhibemus. Ut vero quinam ex natalibus ſive Servi ſive Gentiles, Pagani, aut Exteri cenſerentur, dignoſcatur, regula ex Jure Ebræorum civili c בן הבאה מן העבד או מן הגוי או מן השפחה או מן הגויה הרי הוא כאמו ואין משגחין ערל האב *proles ſive è ſervo ſive è pagano ſive ex ancilla ſive è pagana nata, ejuſdem eſt cum matre conditionis, nec patris ratio omninò* (in ea diſcernenda) *habetur.* Adeo ut ab Iſraelita proles ſuſcepta ex ancilla ſeu pagana non minus conditionis eſſet ſervilis ſeu paganicæ, quàm à ſervo aut pagano genita. Contrà, tam Iſraelitica erat proles à pagano ſeu ſervo ex Iſraelitide ſuſcepta, quam ab Iſraelita. Matris in illicitis hujusmodi commiſtionibus ſemper ratione duntaxat habitâ ex jure civili Ebræorum. Et ſic Maimonides juxta veteres d Talmudicos. Unde mendum inſigne apud Moſem Cotzenſem e in utraque ejusdem Venetiis editione (tertiam nondum novi) corrigendum eſt. Pro eo quod in jam citata regula eſt הרי הוא כאמו *ejuſdem eſt cum matre conditionis*, legitur apud Cotzenſem prima editione הרי הוא כמוהו alterâ כמוהו utroque denotante *ejuſdem eſt cum illo conditionis*, ac ſi de patre verba fierent, quo nihil magis eſt juri civili Ebræorum aut Cotzenſis ipſius ſententiæ adverſum. Reſtituendum כאמו ſeu *Conditionis maternæ* quemadmodum habet in allatis Maimonides.

b *Sepher Iuchaſin f. 174.*

c *Maimon. hal. Iſuri Bia cap. 13.*

d *Mainatic. Kidoſchim c. 3. & Gemara ibidem.*

e *Præcept. Negat. 117.*

Cap. XIII.

De ſingulari jure, quo miliți Ebræo *cum* Captiva *Gentili, præda ſuæ parte,* ſemel ante nuptias *nefas non fuiſſe aiunt concumbere; quacum tamen* Concubitum *ei* non fuiſſe, *cum nuptiæ*, iterandum.

IAm vero jus illud, quod capite ſuperiore memoravimus ſingulare (unde & exceptio in ante dictis de fœminæ paganicæ concubitu juxta nonnullos nata eſt) ex lege illa ſacra pendet f. *Quando egreſſus fueris in prælium*

f *Deuteron. 21. 10.*

contrà hoſtes tuos, tradideritque eos Dominus Deus tuus in manum tuam & cæperis eos captivos, videriſque in captivitate mulierem pulchram (quam אשת יפת תאר nuncupant, ſeu *mulierem formæ venuſtæ) & concupiveris eam habere, & acceperis eam, ut tibi uxor fiat; Introduces eam in domum tuam, & radat caput ſuum, & faciat*, ſeu *creſcere ſinat ungues ſuos* (ita illud ועשתה את צפרניה ibi ſonat & Magiſtris & Onkelo; ut ipſa utroque devenuſtaretur. Vulgata ibi, *circumcidat ungues ſuos*; neque aliter Helleniſtæ) *& deponat veſtem captivitatis ſuæ* (ſplendidiores veſtes) *à ſe, & ſedeat in domo tua, deploretque patrem ſuum & matrem ſuam per menſem dierum. Et poſtea intrabis ad eam, & concumbes cum ea, eritque tibi in uxorem. Sin autem non dilexeris eam, dimittes eam ſibi* (vulgata & Helleniſtæ, *dimittes eam liberam*) *neque vendes eam pro pecunia, neque operæ ejus ſervili uteris, eo quod humiliaſti eam.* Dum de libertate loquuntur militari, qua nefas non habebatur milites in gentilium, adverſus quos bellum gerebant, territorio, ſive in itinere ſive in obſidione alibive, cibos aliàs interdictos qualescunque, ſi liciti non adeſſent, comedere, adjiciunt [h] ובן חלוץ צבא בועל אשת בגויתה אסור תקפו יצרו *Neque diſſimili modo miles* (cui in præda obtigit puella Gentilis) *concumbit cum ea, dum adhuc Gentilis eſt, ſi impellat eum concupiſcentia ejus*, quod ad Legem jam allatam omninò dicunt. Perique ſcilicet id dicunt. Nam & ſunt etiam [i] qui, niſi Proſelyta Juſtitiæ fieret & matrimonio conjungeretur, concubitum heic planè illicitum eſſe velint. Sententia verò quæ plerumque obtinet, hujusmodi [k] eſt; captivæ gentilis unicæ, quam Ebræus quis in ſua prædæ ſorte, bello ultroneo (nam de eo quod ex præcepto erat, hoc non intelligunt; & diſtinctionem illam belli fuſiùs tradimus libro proximo) feliciter geſto, acceptam ſtatim deperiret, domumque duceret, concubitum unicum fuiſſe permiſſum, ita tamen ut ſine nuptiis eundem non omninò iteraret, neque aliter poſtea, ac in Lege præſcriptum eſt, eam, tametſi jure belli ancilla fuiſſet, haberet. Idque ex recepta interpretatione habent verborum illorum, *Introduces eam in domum tuam*; ita tamen, ut non tam ex ipſa lege id expreſſim permiſſum velint, quàm non à majoribus, qui & hanc & alias de interdicto innuptarum nuptarum-

[g] *Gem. Bab. ad tit.* Iabimoth *cap. 4. fol. 48. a. & Magiſtri, ad citatum legem, præter Maimonid. hal.* Melakim *cap. 8.*

[h] *Maimon. halach.* Melakim *cap. 8. ad mentem Gemar. Babylon. ad tit.* Kidoſchim *cap. 1. f. 21. a. Sepher Siphra, col. 199.*

[i] *R. Iochanã in Gem. Hieroſol. apud R. Iſaac. Abarbinel in* Piruſh *f. 378. col. 2. Adſtipulatur Philo l. Φιλανθρωπίας & Joſephus lib. 4. Arch. cap. 8.*

[k] *Præter jam citatos, ſidefis R. Bechai in* Biur *fol. 22. col. 4. & R. DaSid. Kimchi ad 2 Samuel. 3. 1. R. Moſes Mikotzi. præcept. affirm. 122.*

ptarumque concubitu interpretabantur, vetitum כדי לפייס את יצרן *ut placaretur militis libido.* Unde etiam de uxore aliena capta locum intelligunt, non minùs ac de nupta. Nam, ut oſtenſum eſt ſuprà, Gentium matrimonia, pro alterutrius conjugum libitu, ſolvi volebant Ebræi. Unde etiam captiva ſeu ancilla, quæ in poteſtatem planè domini tranſierat, pro illius item libitu priſtino matrimonio, ad eorum ſententiam ſolvebatur. Hinc etiam Joſepus [l] legem hanc de captiva, ſuo more, recitans αἰ δ' αἰχμάλωτον inquit, τὶς λάβῃ παρθένον, ἢ παρ' ἄνδρα γεγαμημένην &c. *ſi quis captivam abduxerit ſive virginem ſive marito ante conjunctam &c.* At verò aliqui ſingulare hoc fuiſſe Iſraelitis jus uxoris alienæ ita in bello capiendæ, volunt, nec omninò Gentilibus, ſive inter ſe ſive adverſus Ebræos belligerantibus [m] permitti, ſed eis Furti nomine hoc, velut alieni contrectationem interdici. Quod mirum videtur. Nam ex ipſorum ratione jam allatâ, captiva ejusmodi Gentilis, pro victoris cujuscunque arbitrio; aliena eſſe uxor deſinit. Poſt concubitum ejusmodi unicum, ſi in Judaiſmi profeſſionem allici potuerit, baptiſmo ſtatim ſuſcipiebatur לשם גרות *nomine juris Proſelytæ,* ſive ut Proſelyta juſta fieret, modo ſuperius [n] indicato. Sive autem Judaiſmum averſaretur ſive ſuſciperet, luctus menſtruus, juxta Legis allatæ verba, domi ei erat agendus. Nec ante binos alios elapſos in uxorem ducere domino fas erat, tametſi Proſelyta juſta fieret. Tempus hoc adjectum להבחין בין זרע ראשון לזרע שני *ad diſtinguendum ſemen primum à ſemine ſecundo*, ut ſcilicet dignoſceretur ex tempore trimeſtri, utrùm ex concubitu ante quàm Proſelyta fieret, an poſt fortè gravidaretur. De cujus rei ratione mox. Si Proſelyta juſta fieri nollet (qua de re ut monita interim deliberaret, tempus à captivitate etiam annuum præſtituebatur) ut Proſelyta Domicilii fieret neceſſe erat, ſecundum ea quæ etiam ſupra [o] dicta ſunt, ſi in terra Iſraelitica ſeu Ebræorum imperii finibus etiam vitâ gaudere vellet. Nam ſi hoc detrectaret, planè erat occidendâ, ut alii idem detrectantes. Niſi autem Proſelyta fieret juſta, nefas erat domino eam ducere, uti & Ebræis univerſis Gentilem. Neque fas ei, ſi Proſelyta maneret Domicilii, ultrà velut ancillam ſeu captivam eam ſibi habere, utpote libertatem, ex eo quòd primò ita amata concubitu uni-

[l] *Archæolog. 4. cap. 8.*

[m] *Gem. Babylon. ad tit. Sanhed. cap. 7. fol. 57.*

[n] *Lib. 3. c. 2.*

[o] *Ibid. cap. 3.*

co, in futuræ ſponſæ ſpem, dehoneſtaretur, lege adeptam. Ex primo illo ejusmodi captivæ concubitu proles nata, antequam mater baptiſmo initiaretur (nam nata poſt etiam omnimodo jure Proſelyti, ſine baptiſmo p, modò circumcideretur, ut Ebræus, gaudebat) ex ſententia forenſi baptiſmo & circumciſione in Ebræorum Eccleſiam, Proſelyti nomine cooptanda erat. Singulare juris hujus exemplum ajunt fuiſſe in bello à *Davide* Rege adverſus Tolmium Geſuris Regem geſto. *Nimirum Maacam* (quam poſteaquam Proſelyta facta fuerat, *in uxorem duxit* David) תואר *formæ venuſtæ fœminam* fuiſſe; quo nomine captivam, qualem diximus, ſemper denotant. Ex primo verò ejuſce concubitu q, dum adhuc gentilis eſſet & captiva, natam fuiſſe Thamarem, & dein, ex eadem Proſelyta facta atque in uxorem ducta, Abſalonem. Ex hac autem Lege de Captivæ concubitu, rationem etiam reddunt, quare nefas non haberetur Ammoni Davidis filio eam, utpote fratri, Sororem matrimonio conjungi; quam in eis, quæ de Proſelytorum Cognatione infra r ſequuntur, exhibebimus.

p *Maimon. halach.* Iſuri Bia *cap.* 13.

q R. Dabid. Kimchi ad 2. Samuel. 13. & 13. Maimon. halach. Melakim c. 8. R. Bechai in Biur fol. 221. col. 4. Gem. Bab. ad tit. Sanhed. cap. 2. f. 21. a. Moſes Mikoſzi præcept. affirmat. 122. r Cap. 18.

Cap. XIV.

Quatenus variatim interdicta *haberentur ſive* Originariorum & Proſelytorum (*Juſtitiæ*) *ſive* Proſelytorum & Iſraelitidum. *originis exteræ nomine*, Conjugia. *De* Nethinæis *ab Iſraeliticis* conjugiis arcendis *decreta*. Proſelytorum *diverſæ inviſem conditionis*, proles qual. s.

ITa de Servis atque Exteris, nondum Libertinis aut Proſelytis Juſtitiæ factis, ut jam oſtenſum eſt, ſe res habuit. Proſelytorum verò Juſtitiæ utriusque ſexus Jus heic varium erat. Nam tametſi Proſelytus Juſtitiæ integer pari in rebus plerisque erat ac cenſebatur cum Originario conditione, & ipſam Judæam velut patriam novam induerat; in re tamen matrimoniali, quæ ad Proſelytos & Judæos originarios attinuit, diverſitas erat non exigua, nec unius generis. Cum Gentium nonnullarum

rum proſelytis utriusque ſexûs vetita ſunt perpetuò Originariis conjugia; cum nonnullarum, ſexûs maſculi tantûm; cum aliarum, usque ad generationes aliquot; cum reliquarum, ſimul atque facti ſunt Proſelyti, permiſſa ſunt eorum cum Originariis (nec ſine temperamentis aliquot) conjugia. In primo genere ponunt nonnulli populos illos Septem, Cananæos, Amorrheos, Hivæos, Perizzæos, Hittæos, Gergeſæos & Jebuſæos, adeo ut nec velint eorum, utcunque in Judaiſmum cooptatorum cum Originariis conjugia licita eſſe, idque ex ipſa lege ſacra illa f, *non contrahes affinitatem cum eis* &c. De qua ſuperius etiam dictum eſt capite duodecimo. Et quanquam tum illam tum congeneres leges intelligunt aliqui (ut ibi monitum eſt) de univerſis Gentilibus ſeu Paganis, ante Judaiſmum ſuſceptum, à connubiis Originariorum arcendis, nihilominùs ubi ad ſeptem populos diſceptatio venit ſingularis, controverſum eſt, Utrum ex Lege ſacra Proſelyti è populis illis facti ritè Iſraelitica inire potuerint conjugia. Negant igitur alii t eo quod adeò ſignanter interdictum de illis locum in Legis corpore occupat. Alii affirmant u licita fuiſſe cum ipſis, non obſtante Lege illa, poſtquam Judaiſmum ſuſceperant, conjugia, neque interdictum affinitatis contrahendæ ad aliud tempus præter id quo pagani manerent, attinuiſſe; quod ex eo inprimis etiam eliciunt, quoniam, poſtquam ex illis Gibeonitæ, qui Hivæorum pars, Proſelyti facti ſunt & miniſteriis aliquot ſacris ſed ſordidioribus à Joſua x addicti (unde נתינים Nethinæi, id eſt, *deditui*, ſeu hujusmodi miniſteriis dati vocantur) bina à majoribus lata de eis à conjugiis Iſraeliticis arcendis traduntur decreta. Alterum Joſuæ, quod temporarium fuiſſe ajunt; alterum Davidis y Regis, quo perpetuò arcebantur; quod & inde natum eſſe ajunt, quia adeo crudeles ſe exhibuerant Gibeonitæ z, ut ſine ſuſpendio ſeptem filiorum Saulis Regis nollent placari. Hujusmodi decretis opus non fuiſſe ſi ex ipſius legis ſacræ vi nuptiis Iſraeliticis fuiſſent interdicti. Et mirum ſanè eſt intereà quempiam exiſtimâſſe a, Joſephum S. Mariæ conjugem, & planè optimo Jure Iſraelitam, ex ordine Nethinæorum fuiſſe. Sunt etiam b in Magiſtris, qui Proſelytos Septem populorum qualescunque primò factos tantùm ex legis ſacræ vi arceri heic velint, non autem poſteros eorum in Sanctitate, uti ajunt, id eſt poſtquam parentes

f *Deut. 7. 2.*
t *Rabba in Gen. Babylon. tit.* Iabimoth *cap. 8. fol. 76 a. Moſes Mikotzi præcept. negat. 112. & 116.*
u *Moſes Maimonides hab. lach.* (ſur Bia *cap. 12.* Shulcan Aruch, *tit.* Aben hazer *c. 4.* Magid Miſna *ad citatum Maimonidis locum Et Sim. de R. David Kimchi ad Joſu. 6. ad 1. Regum cap. 3. & c. 11.*
x *Joſua. 9. 23. Ezra. 2. 43. & 8. 20. Sidoſis Apocr. Eſther. c. 11. 36.*
y *Rab. Chanan. in Gem. Babylon. ad tit.* Iabimoth *c. 8 fol. 78. b. 2. Samuel. 21. 2. 6. & 9.*
a *Iac. Boulduc de Eccleſ. ante legem lib. 1. c. 5.*
b *Vide* Magid Miſnà *ad citatum Maimonidis locum.*

rentes ſunt facti Proſelyti, natos, atque hinc cauſam decretorum de Nethinæis, velut de primorum poſteris, petant. Utcunque verò, Nethinæorum, ſive ex decreto majorum, ſive ex ipſa Lege ſacra, vetita cum Iſraelitis in æternum conjugia, unà agnoſcunt; idque tam maſculorum quàm fœminarum. Quod itidem de maribus Ammonitarum & Moabitarum (Secundo heic genere) dicendum. Lex ſacra c; *Ammonites & Moabites* לֹא יבֹא בקְהַל יהוה *non intrabit in congregationem* ſeu *Eccleſiam Domini, etiam in generatione decima nullus ex ipſis veniet in Eccleſiam Domini, usque in ſeculum.* Quibus verbis cum Iſraelitidibus nuptias eorum perpetuò volunt interdictas. Scilicet *non veniet*, aut *non ingredietur in Eccleſiam* ſeu *congregationem Domini* paſſim interpretantur per לא ישא ישראלית *non ducet in uxorem Iſraelitidem.* Unde legi huic adjicitur in paraphraſi Chaldæa Jonathani tributa למוסב איתא מקהל עמא הוי *Ut accipiat ſibi uxorem de cœtu populi Domini.* Quod etiam in cæteris ſimilibus quæ eodem in capite Deuteronomii habentur, paraphraſi in eadem occurrit. Et decimam generationem tempus infinitum denotare plerunque conſentiunt. Certè in Nehemia velut ex citato Deuteronomii loco, legitur d ſolùm עד עולם *in ſeculum*, ſeu *perpetuò*, ſine decimæ generationis mentione. Et obſervant heic dici e עמוני ולא עמונית מואבי ולא מואבית *Ammonitam non Ammonitidem, & Moabitam non Moabitidam*, adeo ut fœminarum ex hiſce gentibus, quæ in Judaiſmum ritè tranſirent, nuptias nunquam ſtatuerint Originariis vetitas. Id quod etiam inter Sinaicas Moſis traditiones cenſent. Unde etiam Moabitidas illas Rutham & Orpham Mahaloni & Chilioni Ebræis rite conjunctas f, quantum ad nationem attinet, concludunt aliqui. Nam ut proſelytæ eſſent neceſſe erat antequam juris cum Ebræo matrimonialis capaces juxta Magiſtrorum ſententiam fieri potuiſſent. Certè Rutha inter Proſelytas vetuſtiſſimas, unde recentiorum ſeculorum Proſelyti genus ducebant, apud Euſebium g, ex tabulis Judæorum genealogicis diligenter olim aſſervatis recenſetur. Sed verò eam non Proſelytam factam eſſe ante prioris mariti obitum volunt nonnulli h. Idumæorum autem atque Ægytiorum connubia cum Ebræis ex ipſa lege vetita ſunt usque in generationem tertiam.

c *Deut.* 23. d *Cap.* 13. 1. e *Miſna*; & *Gemara Babylon. tit.* Jabamoth *cap.* 8. *fol.* 77 a. *Hieroſolym. fol.* 9a. & *loci ſupra citati, & Mihaizi prac. Mezaf.* 114. f *Ruth. cap.* 1, 4. *Vide* Midraſh *Ruth Paraſh.* 2. & *Re. Druſ. in eundem Ruthæ locum. Adde S. Ambroſ. ad D. Luc. lib.* 3. *c.* 3. & *lib.* 4. *cap.* 4. g *Hiſt. Eccleſiaſt. lib.* 1. *c.* 7. h *Gal. Tarchius ad Ruth* 1. & *Paraphraſ. Chaldæa ibidem. Selden. de ſucceſſionibus in bona cap.* 14.

Digitized by Google

tiam. Quod ad genus heic Tertium ſpectat. Sic capiunt illud[i], *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt, nec Ægyptium abominaberis, cum peregrinus fueris in terra ejus. Liberi* (ſeu בנים) *qui geniti fuerint eis, in tertia generatione venient* בקהל יי id eſt *in Eccleſiam Domini.* Quâ phraſi nuptias Iſraeliticas volunt indicari. Hinc cum proſelytis ipſis ſive [k] Idumæis ſive Ægyptiis atque eorum liberis, Iſraelitis interdicta aiunt conjugia; cum nepotibus autem neptibusve ex liberis hiſce permiſſa. Sic enim generationes enumerant, ut primam in ipſo, qui primo fit, Proſelyto figant, utpote regenerato, ut libro ſecundo oſtenſum eſt; ſecundam in filio ſeu filia; tertiam (cujus conjugium heic licitum) in nepote nepteve ſive ex filio ſive ex filia. Nam ſexûs diſtinctionem heic habent traditiones eorum avitæ juxta plerosque nullam; utcunque non deſint qui vocabulo בנים non *liberos*, ſed filios deſignari in lege hac ſacra velint [l], adeoque filias harum gentium non eſſe omnino vetitas; Unde etiam nuptias Salomonis Regis & filiæ Pharaonis Regis Ægypti Proſelytæ factæ licitas eſſe ſtatuunt. Sed vero Maimonides de hiſce, ad veterum mentem & ſententiam receptiorē; * מצרית מעברת שנתגיירה בנה שני מצרי שני שנשא מצרית ראשונה או מצרי ראשון שנשא מצרית שניה הולד שני שנאמר בנים אשר יולדו להם הכתוב תלאן בלידה: גר עמוני שנשא מצרית הולך עמוני שנשא עמונית הולד מצרי זה הכלל באומות הולד הלך אחר הפחות הלך אחר הפחות *Aegyptia gravida, quæ proſelyta fit, proles generationis eſt ſecundæ. Aegyptii generationis ſecundæ qui Aegyptiam generationis primæ duxerit, uti & Aegyptii primæ generationis cui nupſerit Aegyptia ſecundæ, proles ſecunda* [m] *eſt generationis, juxta illud quod ſcriptum eſt, liberi qui geniti fuerint eis; ubi rem pendere palam eſt ex generationum qualiumcunque numero. Si verò Ammonita duxerit Aegyptiam, proles eorum eſt Ammonitica. Sed ſi Aegyptius duxerit Ammonitidem, proles eſt Aegyptiaca. Regula quidem eſt inter Gentiles ſeu Paganos, prolem ſequi maſculum, ſeu patrem; at vero inter Proſelytos* (ubi diverſarum gentium, quarum par jus non eſt, Proſelyti commiſcentur) *ſequi partem deteriorem* ſeu ut alias dixere veteres הפגום שבשניהם *ma-*

i *Deut. 23. 7.*

k *Mishn. & Gemar. Babyl. tit.* Iabimoth *cap. 8. fol. 76. 77. & 78. Maimon. halach* Iſuri Bia *cap. 12. Moſes Miketzi præcept. negat. 116.*

l *Apud R. Dauid Kimchi in 1 Reg. 3 com. 1.*

* *Locis paulo ante e Talmudicis.*

m *Videſis* Shulcan Aruch *in* Abenhaezer *cap. 14. §. 5.* ubi ſunt qui ſentiant eam tertiæ eſſe.

culam vitium seu *incommodum quod inter eos reperitur deterius.* Sensus est in exemplo de Ammonitarum & Aegyptiorum conjugiis; sed paucis explicandus etiam ultra ea quæ Maimonides compendio ita scripsit [n]. Ubi ait Aegyptii & Ammonitidis Proselytorum prolem esse Ægyptiacam, de prole capienda est fœminea. Nam ejus conditio est deterior, quam si pro Ammonitica prole haberetur. Scilicet Ammonitis qualiscunque Proselyta Israelitæ rite poterat conjungi (ut ante ostensum est) non Ægyptia ante generationem tertiam. At si proles esset mascula, Ammonitica fuisset, quia tunc perpetuo illicitum fuisset ejus posterorumque cum Israelitidibus conjugium, cum Ægyptiacæ interdictum esset interea temporarium. Eodem modo, proles mascula Ammonitæ & Ægyptiæ Proselytorum Ammonitica erat; fœminea, Ægyptiaca. Eandem ob ipsam, ut palam est videre, rationem. Quod autem hactenus dictum est de nationum exterarum Proselytis aliis perpetuo, aliis ad generationes aliquot ab Israelitarum connubiis arcendis, id obtinuisse aiunt atque observatum [saltem observari debuisse] ante captivitatis Assyriacæ & Babylonicæ tempora, dum scilicet ita invicem ex tabulis genealogicis aliterque distingui poterant nationes jam dictæ. Postmodum vero, eo quod invicem ita confusæ sunt (aliis in aliarum terram migrantibus & cum quàm pluribus aliis quibus, Proselytis factis, interdictum conjugii Israelitici sacrum positum non est, commixtis] ut alia dignosci ab alia rite nequiret, nec à terra seu regione ipsa in qua quis natus sit, sed à genere, unde originem duceret, nationis nomen juxta Ebræos tribueretur, desiit apud eos tam legum sacrarum quam supervenientium decretorum de Proselytorum nuptiis discriminandis interdicendisque observatio, adeo ut citra tempora illa, è quacunque gente sive Proselytus sive Proselyta adveniret, rite satis Israelitici conjugii capax fuerit, seu quod idem est illis סותרין לבא בקהל ידוהו סד *licitum fuerit eis ingredi in Ecclesiam domini simulac facti fuerint.* Certè & Mahumedes noluit expressim, sive fœminas sive viros exteros aliosve antequam Mahumedici fierent Proselyti, Musulmanis nuptiis conjungi. Verba sunt o لا تنكحوا المشركات حتى

n *Magid. Mizva ad Maimon. hilach.* Issuri Bia *cap.* 12. & Shulcan Aruch, *loco citato.*

o *Azvar.* 2.

non ducatis in uxores incredulas, nisi dum fiant Muſulmani, ſeu *religionis Mahumedicæ.* Nam uti apud Ebræos, ita apud Mahumedanos peregrinitas primaria ex alia diſcernitur perſuaſione. Quemadmodum item de Perſis legitur in illis Chosroïs Regis de ſe dictis, *cum Syra Chriſtiana eſſet & ego Gentilis,* & lex noſtra non permitteret nobis poteſtatem χριστιανὴν ἔχειν γαμετὴν *Chriſtianam habere uxorem,* ut memorat Evagrius p. Quod vero traditur de conjugiis Originariorum & Proſelytorum ſive quos jam diximus ſive reliquorum (de quibus ſingulares in Pentateucho non reperiuntur Leges] ſimul atque facti ſunt Proſelyti, permiſſis, id ita ſemper capiendum eſt ut temperamentum de Sacerdotum nuptiis ſimul admittatur. Neque enim eis qui Sacerdotali muneri nati ſunt, licuit Proſelytas omnino aliquas matrimonio ſibi jungere. Et ob natalium inquinamentum ab altari arcebatur proles ex ejusmodi matrimonio ſeu coitu nata. Filiæ vero Sacerdotum pariter atque aliorum Originariorum ritè nubebant Proſelytis. Sed hac de re fuſius alibi q egimus. Et quod de Proſelytis heic dictum, de Libertinis (qui parilis cum eis juris) intelligendum.

p *Hiſt. Eccleſiaſt. 6. cap. 10.*

q *Lib. 3. de ſucceſſione in Pontif. c. 2.*

Cap. XV.

De Rahaba, *Timnathæa puella ac* Dalila Proſelyta. *Item de* Salomonis uxoribus, extraneis *in ſacris ſcriptum dictis. Et de* liberis *ex* conjugio *gentis nomine* interdicto ſuſceptis. Ex genere, *non a* Loco, Nationem Ebræis ſemper denominari.

Iuxta jam ante oſtenſa de Conjugiis exterarum gentium Ebræis, ante Judaismum ſuſceptum, plane interdictis, & Proſelytorum permiſſis, ſed non ſine, quæ memoravimus, temperamentis, explicant ipſi conjugia aliquot tum in ſacris literis narrata, tum in aviis traditionibus de ſacrarum literarum tempore reperta. In traditionibus habent, Rahabam nuptam r fuiſſe Joſuæ, Proſelytam ſcilicet factam. Et qui

r *Gedalia Ben Iechaia Shalsheleth hacabala f. 14a. Sepher Iuchaſin fol. 16. a. Moſes Mikotzi præcept. Negat. 112. R. Dabid Kimchi ad Iojuæ c. 6. 23 & vide ſupra lib. 2. c. 2. pag. 148.*

qui volunt ne Proſelytarum quidem è ſeptem populis conjugia Iſraelitis fuiſſe permiſſa. (ut ſuperius dictum eſt) ii etiam negant, eam aut familiam ſuam fuiſſe de ſeptem populis, ſed plane in ipſis fuiſſe exteram adeoque in lege de affinitate cum ſeptem populis non contrahendâ non contineri. Neque aliter Joſuæ ritè potuiſſe, quod credunt, conjungi. Nimirum negant gentilem ſeu paganam eſſe בת קירושין *filiam ſponſaliorum* ſeu ejusmodi, quacum Ebræus potuit contractum inire nuptialem, qui irritus non eſſet. Inde etiam de Timnathæa illa atque Dalila Palæſtina puella aiunt, eas Proſelytas eſſe f factas, quia Sampſoni nuptæ. Quin de Salomonis Regis uxoribus, quæ in ſacris literis vocantur נכריות ſeu *exteræ*, dicunt aliqui, tametſi è Tribunalium majorum atque ordinaria autoritate publica, Proſelytorum admiſſio, alias ſolennis, rara ſatis erat nec illius aut Davidis patris tempore in uſu (ob rationes ſuperius libro ſecundo u memoratas) nihilominus etiam tunc temporis quamplurimas aut privatorum autoritate, id eſt, triumvirorum ex compromiſſo conſtitutorum, aut juſſu principali, qui extraordinarius erat (quo totidem hanc in rem præficerentur) factos fuiſſe Proſelytos Proſelytasque x, ſed non ſine vitio illo quod impensè deteſtantur. Nempe ſive ob Pœnæ timorem ſive ob Præmii humani ſpem. Hos aiunt lavacro ſacro ceterisque ſolennibus ita utcunque ſuſceptos, à Conſeſſu LXXI virorum non quidem rejectos fuiſſe ſeu ex Eccleſia Ebraica pulſos, nec tamen ita ſine diligenti exploratione morum & ſimplicis amoris erga Judaismum futuri quo dignitatem Proſelyti mereri ſaltem viderentur, admiſſos fuiſſe inter ceteros optimi juris Proſelytos, ut pari undiquaque fruerentur cum eis conditione nominisque celebritate; ideoque veluti Semiproſelytos ante ejusmodi explorationem & citra amorem ejusmodi habitos, Exterorum ſeu paganorum nomine, quod priſtinum eis erat, fuiſſe nuncupatos. Unde adjiciunt eveniſſe, Salomonis uxores Exteras quidem dici, utpote aut ex jam dicto Proſelytorum numero ſelectas, aut ſimili modo in Judaismum cooptatas. Sed eatenus fuiſſe Proſelytas ut nuptiarum ſeu juris conjugalis Iſraelitici fierent, ſaltem, ut dici ſolet, in foro exteriori capaces. Neque aliter intelligi volunt hi illud de Salomone

יאהדות

f *Gerſonides ad Judicum 14. & 16. & Moſes Mikotzi præcept. Negat. 116. 1 Reg. 11. 1.* u *Cap. 2.*

x *Maimon. halach. Iſuri Bia cap. 13. Moſ. Mikotzi præcept. Negat. 116. & Side Dauid. Kimchi ad 1. Regum 3. 1. & 11. 1.*

ויתחתן שלמה את פרעה *& affinitatem contraxit Salomon cum Pharaone* rege Agypti, accepta ejus filia. Niſi Proſelyta ipſa facta fuiſſet, negant affinitatem per leges ſacras contrahi ita potuiſſe, ullumve cum ea conjugium. Sed vero detur, ut volunt hujus ſententiæ autores, Proſelytas factas qualescunque fœminas illas, quæ Exteræ in ſacro ſermone dictæ Salomoni nupſerunt; certe Pharaonis filia nondum ex ſingulari, quæ ad Ægyptios & Idumæos attinuit, lege y conjugali rite duci potuit, ut ex ſuperiore liquet capite. Ægyptia enim erat primæ generationis, adeo ut ante tertiam gentis nomine, ab Iſraelitico arceretur conjugio, quod & monuere David Kimchius & Levi Ben Gerſom z. Juxta receptiorem dico Talmudicorum ſententiam. Nam & ſunt, qui legem illam de Ægyptiorum filiis tantum, non filiabus capiant, ut & ſuperius monuimus. Et quicquid ſane heic velint Magiſtri aliquot de Salomonis uxoribus Proſelytis factis, id manifeſtum eſt ex hiſtoria ſacra a, eum in legem quæ exterarum gentium nuptiis Originariis interdixit, eas accipiendo commiſiſſe, quod qua ratione bene intelligi poſſit non video, ſi Ammonitidibus & Moabitidibus (verbi gratia; nam ex expreſſim nominantur) Proſelytis ſe factis matrimonio conjunxerat. Etenim pronuntiat ſine controverſia Magiſtrorum cœtus, cum hiſce nuptias Originariis, ut antè oſtenſum eſt, licitas ſemper fuiſſe. Et Salomonis exemplum etiam adducitur, ubi ob exterarum gentium uxores increpantur apud Nehemiam b Judæi. Proſelytas igitur eas factas eſſe, non ita rationi conſonum videtur. Tam vero ex jure ejiciendi, ut plane alieni, fuere liberi ex uxore extera nec Proſelyta facta ſuſcepti quam ipſa uxor. In Ezra legitur c de uxoribus illis extraneis, *Omnes hi acceperant uxores alienigenas & fuerunt ex eis mulieres quæ peperarant filios* ſeu *liberos*. In origine בנים pro *liberis* habetur. Atque in reperita eadem hiſtoria inter Apocrypha d, ſecundum Magiſtrorum traditiones de liberorum heic ſive nomine ſive agnitione, adjicitur, *In his ergo ſit juſjurandum à domino expellere omnes uxores veſtras, quæ ex alienigenis ſunt cum filiis earum* (ſeu ut in Græco habetur, σὺν τοῖς τέκνοις αὐτῶν *cum earum liberis*) *ſicut tibi decretum eſt à majoribus ſecundum legem domini, exurgens explica*. Itaque non ſolum ex autoritate repetitæ hujus Ezræ hiſtoriæ, verum etiam

y *Deut. 23.*

z *Add. Porta 3. 1. & Gerſonides ad c. 11. 1.*

a *1. Reg. 11. 2.*

b *Cap. 13. 26.*

c *Cap. 10. 2. 10.*

d *3. Eſdræ 8. 95.*

ex ipſorum Talmudicorum diſertis e teſtimoniis paganæ liberi tametſi ab Ebræo ſuſcepti, plane pagani erant. Perpetuo erat proles כמותה ſeu *ejusdem cum pagana conditionis*, quod ſexcenties occurrit, & בנה *filius* ſeu *proles ejus*, non Iſraelitæ, civiliter; uti & ſupra monitum eſt capite duodecimo. Quemadmodum & illud è contra, Iſraelitidis prolem ſive à pagano ſive à ſervo ſuſceptam generis eſſe Iſraelitici. Atque obvium eſt apud Talmudicos f, זנו ועבד הבא על בת ישראל חולד כשר בין בפנויה בן באשת איש *ubi ſive paganus ſive ſervus concubuerit cum Iſraelitide proles recta erat* (id eſt Iſraelitico genere; quæ pariter cum Iſraelitis univerſis, præter ſacerdotes, quibus eo quod profana erat g rite conjungi nequibat, jure fruebatur nuptiali) *idque tam ubi Iſraelitis innupta erat quam ubi nupta*. Et inprimis heic illud advertendum; nunquam Civitatis, Regionis, Terræ ſeu Loci in quo quis eſſet natus, ſed tantummodo primi autoris generis è quo deſcenderet aut deſcendere exiſtimaretur (juxta ea quæ dicta ſunt) rationem apud Ebræos habitam, ut in ſeipſis ab aliis, ita in Exteris & Proſelytis inter ſe invicem diſtingvendis; adeo ut Ægyptii, Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, id eſt, qui à Mezraim, Edomo, Ammone, Moabo deſcenderat ſeu ab his, ubi de majoribus disquiſitum eſt, deſcendere exiſtimabatur, in Judæa, Arabia, Græcia, Romæ, nata proles, Ægyptiaca, Idumæa, Ammonitica, Moabitica cenſeretur. Maxime ante Captivitatis tempora; ſcilicet dum ſive tabulis Genealogicis ſive aliter res diſcerni ritè quibat. Qua de re capite ſuperiore monuimus. Poſtea enim non tam Proſelyti ex hac vel illa natione, quam ſimpliciter Proſelyti habiti undecunque admiſſi; evaneſcente, ut dictum eſt, diverſitate Proſelytismi ex nomine gentium aliquot, quæ ante ex legibus ſacris in uſu.

e *Gem. Bab. ad tit.* Iabimoth *cap. 2. fol. 23. a. & ad tit.* Kidoſchim *cap. 3. fol. 68 b. & Gloſſa ibidem unde et iam intelligendum eſt quod habet Iarchius ad Deuteron. c. 7. 2.*

f *Gem. Bab. ad tit.* Iabimoth *cap. 4. fol. 45 b. Maimonid. hal.* IſuriBiae *15. Moſes Mikotzi prae. Neg. 117. & Sidefis Act. 16. 1. & c. de Timotheo.*

g *Vide lib. 2 de ſucceſſione in Pontific. cap. 2.*

Cap. XVI.

De Originariorum aliquot conjugiis Proſelytis Juſtis & Libertinis *etiam & ancillis*, permiſſis, *quæ interim* Originariis ceteris vetita *ſunt. Scilicet* Mamzeram, *&* Eunuchorum.

Ex

Digitized by Google

EX allatis hactenus liquet, quæ Conjugia Originariis vetita ſint nomine Nationis ſeu Originis exteræ ſive ob Servitutis ſtatum; quænam item regulariter permiſſa, ſequitur ut & moneamus de Conjugiis etiam Originariorum aliquot non ſolum Proſelytis & Libertinis ſed Ancillis permiſſis, at interea Originariis ceteris vetitis. Generis fuere ea duplicis. Alterum erat conjugium Mamzerum etiamſi Originariorum. Alterum Caſtratorum ſeu Eunuchorum, etiam Originariorum. Quod ad genus primum attinet; obſervandum eſt, recenſeri apud Talmudicos Decem familiarum genera invicem diſtincta, ad hunc modũ h, עשרה יוחסין עלו מבבל׳ כהני לוי ישראלי חללי גירי וחררורי ממזרי נתיני שתוקי ואסופי *Decem familiarum genera aſcenderunt è Babylone* (Ezræ tempore) *Sacerdotes, Levita, Iſraelita, Profani, Proſelyti & Libertini, Mamzeres, Nethinai, Sethukim, Aſuphim.* Ex hiſce bina poſteriora, quorum in verſione nomina retinemus Talmudica, fuere quidem Mamzerum genera, ſed dubia. Scilicet, eum Mamzer in lege ſacra memoratus i is eſſet qui è coitu aliquo Turpitudinis ſeu inceſti nomine (excepto duntaxat eo qui cum muliere immunda habebatur) interdicto naſceretur, non alium in lege innui volunt, præter eum, qui eſſet Mamzer ודאי ſeu *Manifeſtus*, id eſt de quo liquido conſtaret eum eſſe ex ejusmodi coitu prognatum. Alios autem k Mamzeres in duplici conſtituebant diſcrimine. Eorum quidam fuere dubii, veluti ubi ex ejusmodi nuptiis nati, ut in dubio reſtaret, utrum mater ante viro alteri legitime nupta eſſet, aut legitime divortio ſeparata, aut ubi ejusmodi quid aliud eveniret. Nã in ſpecie jam dicta dubitabatur, an ex adulterio (quod inceſtorum ſeu ערות unum eſt genus) eſſent nati. Prolem hujusmodi vocitabant ממזר ספק *Mamzerem dubium*, ſed ita ut in enumeratione ſuperius allata generali Mamzerum nomine ſatis comprehendatur. Alii fuere Mamzeres מדברי סופרים *ex inſtitutis ſcribarum* ſeu *majorum*, quemadmodum ubi fœmina, quæ virum ſuum alienis in terris demortuum eſſe audiens novo juncta fuerat marito & priori redeunti prolem pepererat. Quia ſine dolo ſecundæ heic nuptiæ factæ ſunt, ideo, non ex lege, ſed ex inſtituto majorum Mamzerem prolem hanc habuere. Dubiis item annumerabantur,

h *Miſna tit.* Kidoſchin c. 4. & *Gemar. Babyl. ad tit* Iabimoth c. 9. fol. 58a.

i *Deut* 23. 2.

k *Maimon. hal.* Iſuri Bia *cap.* 15. *Talmudic. ad jã citatos e Miſna & Gem. locos. Moſes Mikotzi præcept.* Negat. 117.

tur,ex innuptis nati quorum patres non manifesti;qui ipsi sunt *Sethukim* in enumeratione superiori ita dicti à שתק quod est *tacere*, seu *silere*. Quia de patre passim,ut de ignoto,silentium. Item expositi seu in foro,agris,alibive reperti liberi in dubiis erant Mamzeribus,quoniam utrum ex incestu essent geniti(quod itidem de *Sethukim* dicendum)erat in incerto. Hi autem sunt qui *Asuphim* dicti, id est,*collecti*. Nimirum *Sethukim* fuere,quorum patres ignoti, *Asiphim* quorum nec pater nec mater cognita. Jam vero nemo non videt tum Mamzeres hosce ex Originariis genitos,si sangvis spectetur solus,fuisse etiam Originarios seu Israelitas,quemadmodum & Sacerdotes & Levitas plane Originarios seu Israelitas fuisse optimi juris certissimum est,uti & Profanos ex genere Israelitico,si sangvinis ratio duntaxat habeatur. Sed animadvertendum est,Talmudicos ut Sanctitatis causâ distingvere solent Sacerdotes & Levitas l ab Israelitis,adeo ut hoc nomine,quod alioquin universos Judæos originarios continet,ii soli non rarò comprehendantur, qui nec Levitæ nec Sacerdotes sint,sic etiam, ob Israelitarum non illicito coitu prognatorum dignitatem,nec Profanis nec Mamzeribus quibuscunque nomen Israelitarum plerunque tribuere;ne scilicet illiciti parentum coitus nota in eis designandis aboleretur. Sic etiam Nethinæos vides à Proselytis heic distingvi;utpote Proselytis ceteris indigniores. Mamzerum autem liberi posterique itidem nisi è pagana aut ancilla suscepti(qua de re etiam vide quod supra m adnotatur)Mamzeres fuere,neque ex aliorum nominum conjugiis eis permissis,de quibus statim,in ea proles eorũ transmigrabat. Ob Natalium autem defectum,qualem diximꝰ, interdicta sunt Mamzeribus utriusq; sexus conjugia Israelitica, seu Israeliticorum Israelitidumque(notione jam dicta)nedum Sacerdotum atque Levitarum. Lex sacra est n *Non ingredietur Mamzer in congregationẽ Domini; etiã in generatione decima,qui est natꝰ ex illo,non intrabit in congregationem Domini*. Non intrare בקהל יהוה *in congregationem Domini* nuptiarum Israeliticarum interdictum Magistris denotare sæpius monitum est. Unde & Petrus Comestor ante secula aliquot; *Hebræus*, inquit o, *verius tradit dicens,ingredi Ecclesiam Dei esse de filiabus Ismel ducere uxorem & sic in se & in genere suo fieri de populo Dei*. Ratio autem præcepti de Mamzeribus nuptiis Israelitidum interdictis redditur à Maimonide p, להודיע הנואף והנואפת שאם יעשו יפסידו בורעם והפסד

l *Videsis etiam Psalm. 135. 19. & 20.*

m *Cap. 18.*

n *Deut. cap. 23. 2.*

o *Hist. Scholastic. lib. 5. cap. 18.*

p *More Neb. part 3. cap. 49.*

הפסד שאין לו תקנה *ut inde adulteri adulteraque* (aliique inceſtum affectantes) *videant ſe prolem ſuam irreparabili labe affecturos, ſi rem perpetrent.* At vero Proſelytorum Juſtitiæ nuptiis non arcebantur Mamzeres, quod idem dicendum de Libertinorum etiam & Nethinæorum. Nam & heic קהל יהוה *in congregationem domini* ſignantius Iſraeliticam univerſitatem, ſeu Originariam, nec aliam, volunt innuere; uti & Generationem decimam tempus quod perpetuum eſt. Sed de Proſelytorum heic poſteris ſententiæ ſunt aliquantùm diverſæ. Alii q conjugia inter eos ac Mamzeres ritè iniri potuiſſe aiunt עד ששתקע שם ע"ז ונטרת מהם *usque dum memoria cultus exterminei* (quo parentes ſe polluerant) *& Gentilismi in eis, tempore deleretur*, ſeu עד שלא יודע שחוץ גרים *usque dum non ſatis conſtaret, utrum Proſelyti eſſent an Iſraelitæ originarii.* Alii verò r hoc decem generationibus finiunt. Scilicet גר עד עשרה דורות מותר בממזרת *Proſelyto usque ad decem generationes fas eſt jungi Mamzera.* Utrique adjiciunt, מכאן ואילך אסור *deinceps autem fas non eſt.* Ratio redditur, quoniam, ita evaneſcente quaſi Proſelyti nomine, pro Iſraelitis originariis vulgo habebantur, ſeu uti aiunt ipſi נראין כישראל *videbantur eſſe Iſraelitæ*; unde fiebat, ut, ne Iſraelita in veritis hujusmodi nuptiis peccare videretur, etiam ei, qui revera Iſraelita non eſſet, ſed vulgò interea habitus, neutiquam permitterentur. Etſi autem in lege ſacra Mamzerem manifeſtum tantum contineri ſtatuebant, nihilominùs ex inſtituto majorum tam dubios quàm manifeſtos aiunt Originariorum ceterorum arceri conjugiis. Manifeſtos autem inter ſe ritè contrahere, ſed non cum Dubiis, neque hoſce invicem. Ne ſcilicet alter eorum forte Mamzer non eſſet, ſed Iſraelita, quocum ex lege Mamzera conjungi nequibat. Nec Dubiis conjuges aliunde quàm è Proſelytis aut Libertinis rite fuiſſe petendas. Hac tamen in re non comperio Magiſtros s ſatis conſentire. Et de Mamzeris nuptiis plura ſtatim; Lex ſacra eſt t פצוע דכא id eſt, *compreſſione læſus*, ſeu *eunuchus attritis* vel *amputatis teſticulis* (ut vulgata) ſeu θλασίας uti Helleniſtæ, וכרות שפכה *nec cui exactum eſt effuſionis* membrum ſeu *eunuchus abſciſſo veretro*, ut vulgata, ſeu κεκολοβωμένος ut habent Helleniſtæ, in Ec-

q *Gem. Bab. ad tit.* Kidoſchin *cap. 4. fol. 75. a. & Maimonid. hal.* Iſuri Bia *ca. 15. Moſes Mikotzi præcept. negat. 117.*

r *Gem. ead. tit. & Shulcā Aruch l. Aben haæzer cap. 4. §. 22.*

s *Præter loca citata conſulas Obadiā Bartenoriū ad tit.* Kidoſchim *cap. 4. & Gem. Hieroſolymit. ad tit.* Sabimoth *cap. 8. fol. 9 col. 2.*

t *Deut. 23. 1.*

in Eccleſiam Domini, quòd de nuptiis Iſraeliticis à Magiſtris ſum; multoties diximo. Judæi Mauritanienſes heic habent مهشوم الخصيا ومقطاوع الاحليل *qui fuerit contritis teſticulis & cujus membrum virile eſt abſciſſum*. Atque idem ferè Saadias Gaon in verſione ſua Arabica. Neque adeo expreſſim aliæ verſiones Orientales, licet ejusdem ſint mentis. Judæi Hiſpanienſes, *No venga llagada maiado y taiado de vertedero en congregation de A.* Et Talmudici u primum capiunt pro eo, cui teſticuli ita colliſi fuerint, ut nec generationi par fuerit; ſecundum pro eo, cui virile membrum abſciſſum, aut adeò mutilatum, ut itidem indè ſit impar generationi. At verò heic diſtinctionem adhibent. Alios x eſſe סריסי חמה *Eunuchos Solis* (nam utrumque genus Eunuchi nomine continetur) quos etiam סריסים בידי שמים *eunuchos à Numine factos*, id eſt, natos appellant. Alios eſſe סריסי אדם *eunuchos hominis*, qui ſcilicet integris membris nati, ab homine caſtrantur aut Veneri ſeu generationi impares redduntur. Quod tamen contra fas ſemper factum aiunt, ut libro oſtenditur ſeptimo y. De genere priori legem plerunque non capiunt, ſed tantum de poſteriori. Quemadmodum etiam Joſephus z, qui de γάλλοις *gallis* ſeu *caſtratis* legem intelligendam diſertè docet; licet non tam de nuptiis eorum Iſraelitidibus tantùm interdictis (ut Talmudiſtæ) quam de conſortio eorum qualicunque abhorrendo eam interea capiat. Atque ad bina, ut videtur, hæc Eunuchorum genera attinet illud in Evangelio a; *ſunt Eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt; & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt Eunuchi ab hominibus. Et ſunt Eunuchi, qui ἐυνούχισαν ἑαυτοὺς Eunuchaverunt ſeipſos propter regnum Cœlorum*. Priora bina genera ſunt ipſiſſima, quæ è Magiſtris memoravimus. Tertium verò per ſimilitudinem videtur dici. Neque de eis, qui revera caſtrantur intelligendum; ſed de eis, qui libidinis ſtimulo renuntiantes ſacræ Legis ſtudio toti incumberent, ſeu qui b עסקים בתורה ומורדים בה *Legis ſtudium ſummo animi favore amplexantes in eo aſſiduo verſarentur*, adeoque nec præcepto de multiplicatione humani generis (de quo ſuprà c fuſius)

u *Mista Gemara tit.* Iabimoth *c.* 8. *Babylon. fol.* 75. & 76. *a. Hieroſolym. fol.* 9. *col.* 1.

x *Loc. citat. & Maimonid. halach.* Ishoth *cap.* 2. *halach.* 1. Furi Bia *cap.* 16. *Moſes Mikotzi præcept. Negat.* 188. Shulcan Aruch *lib.* Haaben hazzer *cap.* 5. 1 *adde Philoſtorgium ſcholaſt. l.* 2. *cap.* 11.

y *Cap.* 3. *hujus libri.*

z *Originum. lib.* 4. *cap.* 8.

a *D. Matth.* 19. 12.

b *Maimonid hal.* Ishoth *cap* 15. *Vide Epiphanium hæreſ.* 58. & *S. Hieronym. in Tradit. Hebraic. ad* 2. 8 *amil cap.* 28.

c *Cap.* 3. *hujus libri.*

fuſiùs) ad receptas Magiſtrorum ſententias, obligati erant. Etenim ſolenne verbum eſt, & regulariter apud eos verum העסק במצוה פטור מן המצוה *qui præcepto incumbit ſeu ſedulò occupatus eſt, interim à præceptis* (ceteris iisque affirmativis) *eſt immunis.* Regnum cœlorum ipſum Regnum Dei in citato Evangelii loco denotat; id quod Talmudicis [d] eſt כתר התורה ſeu *Corona Legis.* Exemplum habent in [e] Rabbi Jochanan Ben Uzai, quem hoc nomine ſcribunt præcepto de Multiplicatione humani generis non obligatum. Ratio autem de Eunuchorum nuptiis inter Originarios interdictis datur à Maimonide [f] שהיא בעולה נפסדת ולבטלה והנשואין האלו יהיו מכשול לרבים ולתובעים וזה מבואר מאד *quia inutilis eſt coitus ſeu conjugium tale; quin & ejusmodi nuptiæ offendiculo eſſent tum ipſi virgini, tum eis, qui in amorem eam pellicerent.* At verò, quemadmodum Proſelytis, Libertinis, ac Mamzeribus conjugia invicem ritè potuiſſe iniri, nec obſtitiſſe legem de Mamzeribus ab Iſraelitarum aliorum nuptiis arcendis, conſentiunt Magiſtri, ut jam ante monſtratum eſt; ita etiam & caſtratos hos ſeu Eunuchos Proſelytas Juſtas & Libertinas ritè duxiſſe, uti etiam Nethinæas & Mamzeras Dubias, ſed non Manifeſtas tradunt. Quoniam ſcilicet ex ipſa lege ſacra hæ Originariis vetitæ. Dubiæ verò tantùm ex majorum inſtituto. Atque ſic demum ſtatuunt de conjugiis Originariorum aliquot Proſelytis & Libertinis permiſſis, quæ ceteris interim Originariis vetita. Perquàm autem ſingulare eſt jus heic de ejusmodi etiam conjugio alio permiſſo Mamzeri, quod & ſuperiùs [g] tetigimus. Scilicet Mamzeris proles poſterique regulariter perpetuò Mamzeris nomen infamiam retinebant, qualicunque conjugum commiſtione nati. Sequebantur nempè הפגם ſeu *vitium* parentis ſic dicti. At vero quoniam nec deeſſe volebant Mamzeri poſterisque ejus legitimum aliquem actum [h] ſeu remedium, quo fieret תקנת הבנים *reſtitutio natalium & conditionis liberorum* ſeu labis contractæ abolitio, adeo ut tandem evaneſceret nomen illud Mamzeris ſatis odioſum, permiſſum eſt ei לישא שפחה *in uxorem ducere ancillam* (intellige lavacro ſuſceptam, & in Judaismum, nomine ſervitutis, adſcitam) ut prolem ex ea progenitam, quæ non omninò pro Mamzere, ſed pro ſervo ſeu ancilla

[d] Pirke Aboth *cap. 4.* [e] *Maimonid. hal.* Ishoth *cap. 15.* Shulcan Aruch *l.* Haben haezer *c. 1. §. 4.*

[f] More Nebokim *p. 3. cap. 49.*

[g] *Cap. 12.*

[h] *Mina & Gem. Bab. ad tit.* Kidoſchim *c. 5. f. 69. 4. Maimonid. hal.* Iſuri Bia *cap. 15. Moſes Mikotz. præcept. Neg. 119.*

cilla (nam ancillæ proles nunquam non servilis planè erat conditionis) habebatur, ritu solenni in Judaismum integrum seu Libertinitatem manumitteret; quo peracto, Libertinus id est pari cum Proselyto Justitiæ integro, Jure censebatur filius ejus (quod itidem de filia dicendum) posterique sequentes. qui absque hoc fuissent, Mamzerum nomen perpetuò retinuissent. לא גזרו על השפחה לממזר מפני תקנת הבנים *Non decernebant, ne Mamzeri jungeretur ancilla; restitutionis seu emendationis posterorum gratiâ.* Quæ emendatio fiebat modo jam indicato. Unde & exceptionem singularem nasci vides regulæ illi de Ancillæ prole à successione arcenda, de qua alibi i.

i *De successionibus in Bona cap.* 3.

Cap. XVII.

Servorum *atque* Ancillarum, *è Gentilibus in servitutem redactarum*, Cognationis nullam, *ne quidem post Judaismum susceptum, ante manumissionem, apud Ebræos*, in re Concubitus, rationem esse habitam. *Et de eorum* Contuberniis.

Quæ capitibus proximè superioribus quinque absolvuntur, ad Matrimonium & Coitum sive vetitum sive permissum Originariis cum Servis, Ancillis, Exteris necdum in Judaismum cooptatis seu Proselytis Domicilii, Proselytis Justis, ac Libertinis, attinent. Postulat instituti ratio, ut porro dispiciamus, de Matrimonio & coitu sive vetito sive permisso Servis, Ancillis, ceterisque, quos diximus, Originis Exteræ, inter se invicem; in ditione scilicet Ebraica, atque ex Jure Gentium, quo homines ejusmodi exteræ originis inter se ibi uti aut debuerunt, aut licitè potuêre. Homines hi aut Proselyti fuere Domicilii, seu eorum instar, adeoque planè Noachidæ aut Gentiles, aut in Judaismum cooptati, veluti Servi & Ancillæ baptizatæ, Proselyti Justi, Libertini. De Proselytis Domicilii quantum ad hanc rem attinet, commodius loquemur libro postremo, ubi de judiciis & illiciti concubitûs Pœnis, quà ad illos ea in ditione Ebraica spectarunt, agitur. Servi & Ancillæ in Judaismum, quantum ad

Digitized by Google

ad ſacra & religionem attinuit, circumciſione & baptismo ſervitute retentâ, ut libro ſecundo docetur, coöptati, veluti Proſelyti erant quidem partiarii. Sed ejusdem conditionis parte altera eousque carebant quamdiu non manumitterentur, ut non ſolùm in civibus aut juris civilis, extra ſacra, participes (quemadmodùm fere olim ubique) non haberentur; ſed etiam nec cognationis ſeu jurium ſanguinis illa omnino ratio aut veſtigium inter eos ſupereſſe exiſtimaretur. Unde, quod ſatis mirere, nec filiarum, nec ſororum, nec parentum quidem contubernia ſeu concubitus, Cognationis nomine, eis interdicebantur. Rabbi Chasda [k]; עבד מותר באמו ומותר בבתו יצא מכלל גוי ולכלל ישראל לא בא *ſervo fas eſt cum matre ſua & cum filia ſua commiſceri. Nam deſinit prorſus eſſe Gentilis, & Iſmelitici juris ſeu pars Eccleſiæ Iſmelitica non ſit.* Hoc vult; cum omnes homines eſſent aut Gentiles aut Ebræi, ſervum ejusmodi ob Judaismum ſuſceptum planè deliſſe eſſe Gentilem; ob ſervitutem verò retentam, velut Judæum aut juris Judaici eſſe nequiviſſe; Jura autem Cognationis aut ad Gentiles, eosque liberos, aut ad eos tantùm, qui Judaici eſſent juris, ſpectâſſe; hunc, quia horum neuter erat, juribus ejusmodi neutiquam teneri. In Gemara quidem Hieroſolymitana dubitationes hac de re, etiam & ſententiæ adverſæ occurrunt. Sic enim ibi [l] legitur, רבי איבו אמר קומי רבי יוסי בשם רב חסדא עבד מותר באחותו אמר ליה שמעת אפילו מאם אמר ליה אין רבי פינחס אמר קומי רבי יוסי בשם רבי יוסי עבד שבא על אמו היב חטאת ואמרת אליהם לרבות עברים *Rabbi Aidi dixit coram RabbiIoſe, nomine Rab Chasda. ſervo fas eſſe cum ſorore ſua miſceri, cui ille, audivi etiam, cum matre ſua, quod hic negavit. Rabbi Phinees dixit coram Rabbi Ioſe, ipſius nomine, ſeu ejuſce ſententiam proferens, ſervum qui cum matre ſua concubuerit, peccati reum eſſe, verbaque illa ſacra in præfatione Interdicti inceſtûs, ad eos dices, etiam ut ſervi continerentur, uſurpari.* Sed receptam demum heic ſententiam ita ex veteribus explicat Maimonides [m]; העבד מותר לישא אמו כשהוא עבד ואין צריך לומר בתו ואחותו וכיוצא בזה שכבר יצא מכלל גוים ואין העריות האסורות על הגוים אסורות עליו ולא בא לכלל ישראל כדי שיאסרו עליו עריות האסורות ערל הערים וירקרק לו שאם בא העבד ער

[k] *Gem. Bab. ad tit.* Sanhed. *cap. 4. f. 58 b. Beleſis ſupra lib. 2. cap. 5.*

[l] *Ad tit.* Iabimoth *cap. 11. fol. 12. col. 1.*

[m] *Hal.* Iſuri Bia *cap. 14.*

על הזכור ובהמה ודת שאיכור שתי ערות אלו שוה בכל האוסר
עבריים שנשתוררו הרי הן כגרים כל שאסור לגרים אסור
להן וכל המותר לגרים מותר להן נמצא אותם שפתחו לעברו אף
לעבר חבירו ומוסר שפחה אותו לשני עבדים לבשתלרת ואינן
צריכין שום דבר אלא הרי הן כבהמות ושבחה שחיא מיוחדת
לעבד או שאינה מיוחדת הרי היא לטושאין אשורת אלא
לישראל או לגוים על הגוים אבל לא לעבדים על העבדים
ולא לעבדים על ושראל *Servo fas eſt in concubernium accipere matrem ſuam, quamdiu ſervus manet, nedum ſuam filiam aut ſororem & quæ ſunt id genus cæteras. Etenim jam deſiit eſſe prorſus Gentilis, & Inceſta Gentilibus interdicta ideo ei non interdicuntur. At nec Iſraelitici juris ita ſit, ut interdicantur ei Inceſta, quæ Proſelytis juſtis interdicuntur. Cæterum mihi videtur, ſervum, qui cum maſculo aut beſtia concubuerit, capite plectendum; quoniam illa duo Inceſta æquè ad univerſum genus humanum attinent.* Quod itidem de adulterio n dicendum. Nam quoniam ſervilis Cognatio pro nulla habita eſt, ideò tantùm cetera Inceſta non interdicta eſſe aiunt ſervis; alioquin etiam, dum Proſelyti eſſent duntaxat Domicilii, ad Septem Noachidarum juris capita, ut dictum eſt, obſervanda, obſtrictis. *Servi vero manumiſſi, ut Proſelyti planè optimi juris habentur, & quicquid hiſce nefas, etiam illis nefas erat, & quod hiſce fas, fas etiam erat illis. Licuit etiam domino, ancillam ſuam, ſive ſervo ſuo, ſive ſervo alterius dare; etiam & ancillam unicam binis ſervis tradere ſimili modo. Neque diſcrimen huic aliquod inter eos habebatur o & jumenta. Neque aliud eſt ancilla ſervo in contubernium conjuncta jus ab ejus, quæ nondum ita conjungitur. Quoniam verum & legitimum conjugium non habetur niſi inter Iſraelitas* (& qui eorum jurium civitatisque ſunt participes) *aut inter Gentiles ad invicem. Non verò inter ſervos & ancillas, neque inter hoſce & Iſraelitas.* Contubernia autem ſervorum, ex domini arbitrio nata, quamdiu indiſſoluta manerent, eousque legitimum conjugium imitabantur, ut inde cum ancilla ita conjuncta adulterium ab ipſo domino, antequam diſſolverentur, commiſſum pronuntiarent capite luendum, ut ex ſuperiùs allatis q liquet. Sed ut contuberniorum ejusmodi dominus ipſe ſolus autor erat, ita & pro libitu ſuo ea, modo etiam ſuprà

n *Animadverſ. ad citat. Maimonid. locum.*

o *Videſis Gemar. Bab. ad tit.* Kidoſchim *cap. 3. fol. 83. a.*

p *Ex Maimonide ſuperiùs cap. 7.*

prâ indicato, diſſolvebat. Nam ita conjunctorum voluntas, aſſenſus, diſſenſus, in ſola poteſtate manebat domini. Et pro voluntate alterutrius etiam conjugorum legitimorum, extra jus civile Iſraeliticum, cujus participes ſervos eſſe nolebant, diſſolvi, ad eorum mentem, conjugia, ante oſtenſum eſt. Atque hinc intelligendum illud ex Maimonide jam citatum, haud diſpar eſſe heic jus ancillæ contubernio conjunctæ & ejus quæ nondum conjungitur. Scilicet minimè diſpar fore, quotiescunque dominus contubernium ejusmodi pro libitu diſſolverit, & dein cuicunque, ut in fructu prolem haberet, ſervo ancillam in concubitum tradiderit. Quod verò ad cognationis heic ſervilis negationem attinet, unde & paſſim illud habent עבד אין לו יחס *ſervo non eſt proſapia* ſeu *cognatio*; advertendum etiam eſt, occurrere apud veteres Jurisconſultos Romanos *ad* q *Leges, ſerviles cognationes non pertinere*, nec facilè ullam ſervilem videri eſſe cognationem. Attamen ipſi, dum in tutelis, ſucceſſionibus id genus Jure tantum civili ſuo ſubnixis aliis locum penitus ſervili cognationi olim (quod & poſtea etiam aliquantulum mutatum eſt) negabant, in jure nihilominus matrimoniali libertinorum ac contuberniis ſervorum, horum perinde ac ingenuorum cognationem obſervandam eſſe volebant, utpote non magis in hiſce quàm in illis, ex jure Sanguinis, naturalem. Quod itidem de eorum adfinitatibus definiebant. In contrahendis nempè matrimoniis, naturale jus & pudorem inſpiciendum eſſe. *Et quod attinet ad jus civile*, inquit Ulpianus, *ſervi pro nullis habentur; non tamen jure naturali, quia quod ad jus naturale attinet omnes homines æquales ſunt.* Verum autem ſeu legitimum connubium, ut Ebræi, ita & Romani veteres ſervis eſſe negabant, contubernium eorum, in vitæ communionem, conjunctionem nuncupantes & ancillas ita conjunctas contubernales. Sed vero ex Novellarum & Pontificum jure, ſatis legitimæ etiam, quemadmodum inter ingenuos, nuptiæ inter ſervos conſiſtunt. Sed hoc obiter.

q *Paulus l. 10. ff. tit. de gradibus §. 3. non parvum.*

r *Ulpianus l. 2. §. 1. ff. tit. unde Cognati.*

s *Inſtit. tit. de ſervili cognatione.*

t *Paulus l. 24. ff. tit. de ritu Nupt. §. 2. & 3. Pompeius ibid. l. 8. Inſtin. Inſtit. de Nuptiis §. illud.*

u *L. 32. ff. de diverſ. Reg. jurs.*

x *C. tit. de Incert. Nupt. l. 3. Ulpian. tit. de his, qui in poteſtate ſunt. Plaut. in Aſinaria prologo. Paul. ſentent. 2. tit. 19.*

y *Ulpianus l. 12. §. 3. ff. tit. de Inſtruct. 2. Nov. 22. & 78.*

z *Tit. de conjugio ſervorum.*

CAP.

Cap. XVIII.

De Proselytorum Iustitia & Libertinorum, inter se invicem aut cum Gentilibus, Cõjugiis. Et qualisnam eorum Cognationis, *dum Gentiles erant, item* Posterorum in Sanctitate, *id est postquam Proselyti facti sunt*, natorum, *in* re matrimoniali *seu in* Coitûs *interdictis*, habita sit ratio.

INter se invicem, sine exceptione ulla, omnimodi generis Proselyti ac Libertini (dum gentem, unde venerant, tantùm spectas) conjugia ritè contraxere. Neque leges sacras [b] de Ammonitis, Moabitis, Idumæis, Ægyptiis, diversimodè conjugio Originariorum interdictis (ut ante traditum est [c]) ad Proselytos aut Libertinos attinuisse volunt [d]. Nimirum quicunque fieret ex gentibus hisce Proselytus aut Libertinus, ritè satis inibat conjugium cum Proselyta è gente qualicunq; adscita. Uti & Proselyti ceteri qualescunque tum inter se invicem, tum cum fœminis è gentibus illis in Judaismum cooptatis. Neque sexûs heic discrimen, neque generationum quales in Deuteronomio memoratæ. Et leges illas ad Originarios seu קהל יהוה *Ecclesiam Domini* solummodo spectare docent [e]. Proselytos autem & Libertinos universos simul indigitantes קהל גרים *Ecclesiam* seu *Universitatem Proselytorum*, sic ab Ecclesia Domini eos discriminare solent. Sed vero hosce non minus atque Originarios à Gentilium seu Exterorum, qui nondum Proselyti aut Libertini facti sunt, uti & à servorum & ancillarum conjugiis ac coitu arcendos unanimes statuunt; modo exceptiones illas admittas, quæ supra capite duodecimo de Servis, & capite proximè superiori de Ancilla & Mamzere habentur [f]. Scilicet jus parile, de Mamzere in Proselyti posteris; parile item de Proselyto in servitutem addicto, & de Ancilla partiaria Proselyti. Jam verò quod ad Cognationis Proselytorum & Libertinorum in re matrimoniali jura attinet; ea consideratur aut quà, antequam Proselyti facti sunt, locum habuit, aut quà postmodum ex susceptione liberorum orta est. Cognationem pristinam omnimodam evanuisse docent per Regenerationem, juxta ea, quæ libro secundo [e] fusiùs sunt tradita, uti & in libro de successionibus [f] in Bona [g]. Et Maimonides [g]; גוי שנתגייר ועבד שנשתחרר הרי הוא כקטן שטולד

[b] *Deut. 23.*

[c] *Cap. 14.*

[d] *Maimon. Iuri Biæ c. 13.*

[e] *Cap. 4. pag. 166. & 170.*

[f] *Cap. 16. Mail. Iuri Bia cap. 14. & Glos. Talmud Babyl. ad tit. Sanhed. cap. 4. fol. 58 a.*

שנולד וכל שאר בשר שהיו לו כשהוא גוי או כשחוא עבד אינן
שאר בשר ואם נתגייר הוא והם אינו חייב על אחת מהם
משום ערוה כלל *Quando Gentilis Proſelytus fiebat, aut ſervus Libertinus, uterque inſtar infantis recens nati habebatur* (quod & ſuprà [h] explicatum eſt.) *Et proximitas ſanguinis qualiscunque ſive hujus dum Gentilis erat, ſive illius dum ſervus erat, jam planè deſiit eſſe. Quin etſi ſive hic ſive ille in Iudaiſmum eſſet cooptatus ſimul cum proximis ſuis de ſanguine, illarum nomine, inceſtûs nullius tenebatur.* Nam ubi conſanguinitas ſeu cognatio nulla reperta eſt, inceſtum ejuſce nomine ut reperiretur, ex qualicunque conjugio, fieri nequiiſſe palam eſt. Unde nec Matrem nec Sororem Uterinam Proſelyto ſeu Libertino recens facto interdictam ex hujusmodi legum morumque ſuorum interpretamentis voluere. Et tametſi mater ſimul, pater, filius, ac filia, frater ac ſoror, Gentiles, unico temporis momento in Judaiſmum integrum ſive ut Proſelyti ſive ut Libertini cooptarentur; ſic plane invicem כזרים *ut alieni* erant, nullo cognationis priſtinæ veſtigio remanente. Ante[i] autem monitum eſt de ſingulari jure, quo nec fraternitas ulla haberetur [k] inter Proſelytæ jam factæ filios quorum alter בקדושה *in Sanctitate* ſeu poſtquam Proſelyta facta eſt, tam conceptus eſt quàm natus, alter in Sanctitate natus, ſed extra eam, ſeu antequam Proſelyta eſt facta, conceptus; quod pariter intelligendum de filiabus, & de filio & filia. Nullam nempè inter hujusmodi natos eſſe ſangvinis relationem, niſi quodlibet par (quale de alio quovis numero pariter dicendum) tam conceptum eſſet quàm natum in Sanctitate. Quam ex Regeneratione ortam advertendum eſt, Magiſtris eſſe ſolenne, Proſelytis Juſtitiæ & Libertinis, non omninò ſervis licet in Judaiſmum, retentâ ſervitute, cooptatis, tribuere. Sed verò quod ſic de diſcrimine è tempore Sanctitatis & illo quod ante eam præceſſerat, atque è conceptu & natalibus conflato tradunt, locum tantùm habuit in liberis quà ſe invicem reſpiciebant, non quà reſpiciebant parentes. Nam tam proles quæ extra ſanctitatem concepta eſt, quàm quæ intra eam, pro filio ſeu filia parentibus [l] utrisque (modo utrique ſaltem Proſelyti) cenſebatur, quanquam inter hanc & quæ intra ſanctitatem

[h] *Libri.*

[i] *Lib. 3. cap. 4. pag. 710. & 171.*

[k] *Mun. tit. Iabimoth c. n.*

[l] *Gem. Bab. ad tit. Iabimoth cap. 11. fol. 99b.*

nata eſt, fraternitas haberetur nulla; ne quidem inter gemellos, niſi tam conciperentur quàm naſcerentur in ſanctitate. Parentum ita & prolis ad invicem relationem, poſt novos illos Proſelytiſmi natales ſeu Regenerationem, ex ipſo naſcendi tempore, quod inſequeretur, Pendere volebant (unde & Proſelytæ dum gravida erat factæ proles materni generis ſeu ſanctitatis materæ particeps naſcebatur, ut ſuperiùs[m] monuimus) Fratrum verò ac Sororum ex conceptu tantùm. Unde interdum evenit, ut, qui eidem parenti filii eſſent & filiæ, ſibi invicem fratres aut ſorores neutiquam cenſerentur; Adeoque cognatio inde fraterna haberetur nulla, nec cognationis ejusmodi in re matrimoniali aut concubitûs interdictis ratio ulla, cum interea paterna & materna planè agnoſceretur, adeoque hujusmodi cognationis nomine Matrimonium inter Proſelytos & prolem ejusmodi eſſet, non minus atque inter alios ſic ſanguine conjunctos illicitum. Juxta jam dicta nimirùm ſtatuunt, dum ſimpliciora Legis morumque ac ſcitorum veterum ſuorum interpretamenta, ſine placitis ab eis qui rebus præfuere, hac de re ſuperinductis, rotundè tradunt. At verò moderamina ſeu temperamenta ſuperinducta à majoribus ajunt, quæ effectum in Proſelyto illum Regenerationis, quo cognationem omnimodam priſtinam amitteret, publicæ honeſtatis ſeu exiſtimationis causâ, diverſimodè heic cohiberent. Ne ſcilicet ipſis Gentilibus viderentur ipſi laxioribus hac in re, quàm par erat, uti moribus. In Temperamentis illis alia erat ratio interdictorum inceſti, quibus Gentiles omnes ſeu univerſum genus humanum, ex veteri Noachidarum jure, obſtringuntur, alia eorum quæ in Lege Moſaica acceſſerunt, alia item concubitûs ex matrimonio, alia ſine matrimonio, alia matrimonii ante Regenerationem, alia ejuſce quod pòſt inibatur, atque alia demùm cognationis paternæ, maternæ alia. Statuebant igitur ipſi, ut tam ſoror quæ fuerat uterina quàm mater etiam poſt Regenerationem Proſelyto atque Libertino interdicerentur, idque etiamſi ante alterutra harum ducta fuiſſet. Maimonides[n]; דין תורה שמיתר לגר שישא אמו או אחותו מאמו שנתגיירו אבל חכמים אסרו דבר זה כדי שלא יאמר באנו מקדושה חמורה לקדושה קלה שאמש היתה לו אסורה והיום מותרת וכן גר שבא על אמו

m *Lib. 2. cap. 4.*

n *Hal. Iſuri Bia cap. 14. atq; in Gem. Babyl. ad tit. Iabimoth c. 2. fol. 22a. & Side ad cap. 11. fol. 97 b.*

אמו או אחותו והיא בגיותה הרי זה כבא על הנכרית
ביצר דין הגרים בערית של שאר בשר אם היה נשוי
כשהיא גוי לאמו או לאחותו ונתגיירו מפרישין אותן

Ex nudis Legis ſacra interpretamentis eſt, quòd fas fuerit Proſelyto in Uxorem ducere ſive Matrem ſive Sororem uterinam in Iudaiſmum coptatas. Interdixere autem hoc Sapientes, ne forte muſſitando objiceret Proſelytus; Devenimus ex ſanctitate graviori ſeu ſtrictiori in ſanctitatem leviorem laxioremve; eo quod ita eam quæ heri erat interdicta (nempè ex veteri jure Noachidarum) *hodie ducere ei fas fuiſſet. Nihilominus Proſelytus qui cum Matre aut Sorore uterina, dum ipſa Gentilis adhuc ſunt, concumbit, non aliud facit ac is qui cum fœmina quacunque extera concumbit. Quod verò ad Proſelytorum, de Inceſtu, ſanguinis nomine jus hoc inprimis ſpectat; ſi Proſelytus dum adhuc gentilis eſſet, ſive Matrem ſive Sororem* (uterinam) *in uxorem duxiſſet, divortio ſeparabantur.* Nec contrahi nec conſtare ſinebant matrimonium Proſelyti & Matris ſuæ ſeu Sororis uterinæ. Cum hiſce verò concubitus extra matrimonium, antequam ipſæ fierent Proſelytæ, pro inceſtu, ratione ſanguinis priſtini, non habebatur. At ſi, ante quam Proſelytus factus fuiſſet, aliam quamcunque ex Lege Moſaica interdictam ſive nomine ſanguinis ſive affinitatis, Proſelytam etiam cum eo factam, duxiſſet, conſtare ſinebant matrimonium. Sic idem, ex ſententia veterum, Maimonides

ואם היה נשוי לשאר עריות ונתייר הוא ואשתו אין מפרישין אותן

Si verò duxerit quamcunque aliam nomine inceſti interdictam, & poſtmodum tam ipſa quàm ipſe Proſelyti fiebant, divortio non ſeparabantur. Uti neque ex ſententia forenſi ſeparabantur conjuges Proſelyti, ubi duxerat quis, poſt Regenerationem, ſive patrui ſive fratris germani Uxorem ſive Novercam (tametſi etiam poſt Regenerationem maritis copularentur) ſive Amitam, ſive Germanam Sororem (quarum omnium proximitas ex patris ſanguine pendebat,) ſive Materteram quæ avi materni, non aviæ, filia, ſive filiam ſui; priſtino ſcilicet ſanguinis jure ſibi conjunctas. Nam earum quæ ex Conceptu ſimul ac Natalibus, poſt Regenerationem ortæ, hiſce aliisve nominibus quempiam contingerent, idem ipſum jus erat, quod Ebræarum. Hinc eſt

quod Thamatem Davidis filiam Amnoni fratri rite satis conjungi potuisse existimant, idque ex eo quod sacro sermone occurrit ex hoc jure intellecto. *Quin potiùs*, inquit o ad fratrem libidine instantem Thamar, *loquere ad Regem & non negabit me tibi.* Erat, ajunt, Thamar filia Maacæ ex Davidis concubitu, dum ipsa adhuc Gentilis esset neque, ob singulare captivæ formâ venustâ jus, ut supra ostensum est, interdicta. Proselyta autem facta (nam nullam sive Davidis sive Salomonis aliorumve in veteri fœdere Ebræorum, uxorem non fuisse Proselytam, admittunt, nisi ubi Gentilem planè fuisse nuptiarum tempore diserte affirmatur) nupsit Davidi, cui ex Ahinoama uxore susceptus Amnon. Frater igitur (si naturale jus sanguinis respicias) erat germanus Thamari. Quoniam verò & mater ejus & ipsa etiam, dum mater Gentilis esset, concepta Proselytæ factæ essent, ideo desiisse omnimodam sanguinis volunt inter hosce conjunctionem, adeoque eam conjugio ei potuisse jure copulari. Nec dissimile jus erat earum quæ Proselyti uxori, ab earum quæ sibi, consanguineæ fuere. At verò quæ sanguine ei materno conjunctæ sunt, aut quarum affinitas ex eo pendebat, earum adeò fuit jus diversum (sed ex temperamentis illis à majoribus, ut diximus, adjectis) ut, si, post Regenerationem, harum quampiam duxisset, ex sententia forensi divortio essent separandi. Unde ajunt p. גר אסור בשאר האם אחד שנתגייר מרבי סופרים ומותר בשאר האב אע"פ שיודע בודאי שזה שארו מאבין כגון האומים שדבר ברור שאבין של זה הוא אבין של זה אע"פ כן לא גזרו עליו שאר אבין *Interdictum est Proselyto, postquam Proselytus fuerit factus, idque ex sanctis scribarum, cognatis ex affinibus ex materno sanguine sibi conjunctis, non paterno. Quin tametsi liquido constaret de paterno invicem sanguine, veluti ubi Gemelli nascebantur, quorum patrem fuisse unicum certò scimus, paterni sanguinis nomine matrimonium hoc non interdictum est.* Sed tantùm materni. Haut igitur ex ejusmodi sanctis licuit Proselyto, non solùm sororem ducere uterinam (quæ etiam Gentili vetita) sed nec Materteram, quæ aviæ maternæ filia, nec fratris uterini uxorem, de qua tamen distinctio adhibetur. Interdictam illam esse si fratri uterino nupta esset, ipsi etiam Proselyto; non item si Gentilis moreretur. Qua de re Decisio-

o 2. Sam. 13. 13. ubi hac R. David Kimchi & Maimonid. hal. Melacim c. 8. R. Brchai in Biur. fol. 221. col. 4. R. Moses. Mikotzi præcept. affirm. 122.

p Maimonides loco citato. & Gem. Bab. ad tit. Iabimoth c. 2. fol. 22a. & ad tit. Sanhedrin ca. 4. fol. 58a. Atq; ita intelligenda Gemara Hierosolymitana ad tit. Iabimoth cap. 11. f. 12. col. 1.

ciſionem memorant, in cauſa Naphtimi Proſelyti q qui fratris uterini uxorem, nondum ſcilicet regenerati, duxerat. Qui etiam Proſelytam r & filiam ejusdem ſimul duxerat, aut binas ſorores uterinas, ei earum altera divortio erat ejicienda, alterâ, pro libitu ſuo, retentâ. Sed obtinuit etiam apud nonnullos ſopinio eam tantùm retinendam quacum concubitus anteà habitus, ubi cum altera nondum vir concubuerat. At verò uxori Proſelytæ ſuperſtes ſive matrem ejusdem ſive filiam (ſemper in hiſce conjunctionem ſanguinis, ex natalibus ante Regenerationem, ortam intelligas oportet) ducere jure potuit שלא גזרו אלא בחייהן *quoniam de his non decrevere ſcribæ niſi ubi utraque ſuperſtites.* Nimirùm ſimul eidem conjungi has nolebant. Quin binas ſorores Proſelytas, non uterinas, conjugio ſimul habere permiſſum eſt שלא גזרו בתאר האב *quoniam nec decrevere hoc de ſanguinis conjunctione paterna.*

q *Gem. Bab. ad tit.* Iabimoth *cap. 11. fol. 98 a.*

r *Maimonid. halach.* Iſuri Bia *cap. 14. & locis ſupra citatis aliis ex Gemara Babylonia. (Gemar Hieroſolym. ad t.* Iabimoth *cap. 11. fol. 12 d. col. 2.*

Cap. XIX.

Patrûm & Hiſtoricorum Chriſtianorum Veterum ſententia *defenditur*, *ſcilicet* Herodem Magnum *Regem, ab Antipatro* Idumæo *dicto adeoque* (*uti ajunt aliqui*) Judæo, *è* Cypro fœmina Gentili *uxore ſua ſuſceptum, ex ipſis natalibus* Alienigenam, *nec* Judæum fuiſſe.

EX ſuperiùs allatis difficile non eſt controverſiam illuſtrem, pridem apud viros eruditiſſimos ortam, de Herodis magni Regis ſtatu ac natalibus obiter finire; uti & illud quod in Ebræorum Commentariis occurrit de Agrippa Rege, acclamatum ſcilicet fuiſſe ei publicè veluti Iſraelitarum fratri ſeu Iſraelitæ, rite intelligere. Satis enim perſpecto jure Gentium quod obtinuit inter Ebræos Proſelytoſque atque alios exteræ originis; juxta jam ante explicata, res erit perquam manifeſta. En tibi quantum ad hanc rem, ſtemma ex Flavio Joſepho t quod utriusque natales indicat.

t *Orig. Iudaic. lib. 18. c. 7. & Vide lib. 15. cap. 2. & 11. & lib. 16. cap. 2. & Haloſeos l. 1. cap. 30. & 18.*



Quod ad Herodem magnum heic attinet, nemo neſcit apud Patres & Hiſtoricos veteres Chriſtianos eum paſſim dici ἀλλοφύλον atque alienigenam. Id quod etiam in Scholaſticorum u è Meſſiæ adventu diſputationibus vetuſtis admitti ſolet velut quod dubio caret. In eo enim, illo nomine, collocant translationem primam Imperii Judaici ab Originariis, qui juxta promiſſionem illam notiſſimam Judæ factam regnarent, in alienigenam. Qua de re diſſerendi locus heic non eſt. Sed verò nec puto repertus eſt inter Chriſtianos qui non aut alienigenam

u Vo. Bachon. ad ſentent. 3. diſt. 20. a. 2. art. 1, & prodoc. in ſent. 4 quæſt. 1. art. 2. §. 2.

nigenam aut Proſelytum aut ejusmodi quid eum fuiſſe à primis Chriſtianiſmi ſeculis ſemper aut affirmarunt aut non negarunt, uſque dum ante annos aliquot vir ſummus Joſephus Scaliger, ita planè Judæum ſeu Originarium eſſe Herodem hunc voluit x, ut neque alienigenam neque Proſelytum exiſtimarit eum cenſendum. In hunc ſtatim inſurrexit Nicolaus Serrarius, vir quidem etiam doctiſſimus, qui libello Herodes inſcripto, novitatem illam refellere conatus eſt. Habet autem Scaliger heic ſequaces ſuos y magni nominis, qui & ſententiam ejus ſtabilire pluribus contendunt. Suos item habet Serrarius veterum ſententiæ libenter tenaces. Quæ illi congeſſerunt neutiquam compilabo ego. Attamen de nonnullis quæ vetuſtiſſimam Patrum & Hiſtoricorum veterum Chriſtianorum ſententiam de Herodis peregrinitate firment, & univerſa in eam pridem adducta breviter refellant, monere heic viſum eſt, ſane à nemine quantùm ſcio ſatis animadverſis. Controverſiæ ſumma eſt, utrùm Herodes hic Antipatri filius, ſive regnum Judaicum, ſive gentem Iſraeliticam ſeu Judaicam ex Abrahæ ſemine propagatam ſpectes, ita civiliter aliquo modo Judæis ſeu Iſraelitis eorumve reipublicæ, cœtui, Eccleſiæ, inſereretur, atque ita ſive ex Ebraico ſive ex Interveniente Gentili jure Civitate Iſraelitica donatus ſit aut frueretur, ut Alienigenæ nomen aut ſtatum ex eodem jure penitus ſive exueret ſive omninò non haberet. Scilicet ex ſemine Abrahæ ſeu Judæum naturaliter eum fuiſſe nemo puto veterum præter Nicolaum Damaſcenum z aſſentatorem ejus ſatis fœdum hujusque ſequacem Pſeudogorionidem a qui à Judæis captivitatis Babylonicæ Antipatrum deduci fingunt, unquam ne ſomniavit quidem. Neque horum autoritas tanta eſt ut in partes eam, hoc ſenſu, trahi velit eorum qui veteres heic impugnant, quisquam ni fallor, præter Auguſtinum Torniellum b. Et quod ex Strabone adfertur, Herodem ἐπιχώριον dictum, id eſt quidem *indigenam*; id planè ad locum natalium attinet, non ad ſtatum quem quærimus, ut ex ipſo vocabulo liquet. Etiam ſcriptoris alioquin maximi autoritatem, hac in re eſſe levem ſatis pronuntiare non dubitemus. Et id quod eſt naſci in Judæa ſolùm Judæum feciſſe nemo puto hactenus rerum Ebraicarum ſciens exiſtimavit. In Quæſtione autem *ex Ebraico ſive exni-*

x *Animadv. in Euſeb. n. 1983.*

y *Iſaac Caſaubon. exercit. in Baron. I. §. 3. & 4.*

z *Apud Joſephum lib. 14. cap. 2.*

a *Lib. 4. cap. 37.*

b *In Annalibus ann. 4018.*

ex Interveniente Gentium jure dixi. Nam â ratione nimis dissonum est. de statu seu civilitate cujuscunque in aliqua republica aut gente disputare ex jure reipublicæ seu genti illi alieno. D. Paulus civem se esse Romanum Hierosolymis professus est [c], ut legis Portiæ beneficio liberaretur. Nemo rerum æstimator æquus exceptionem illamsive Jure Ebraico seu loci ubi orta est, sive Tarsico, seu Pauli natalium loci, seu aliûs cujuscunque reipublicæ seu imperii præter Romanum, definiendam fuisse non videt. Aut ex Jure Romano seu Cæsareo Romanus dicendus erat civis, aut, ad rem, nullo. Quod pariter dicendum, ubiquæstio (ut apud hæreticos aliquot) fiebat utrum fuerit etiam ille Ebræus. Scilicet ut illud ex Jure Cæsareo, ita hoc ex Jure Ebræis in usu definiendum. Quo itidem ipsum Ebræum seu Judæum fuisse contra Ebionitas plurima ante secula [d] assertum habemus. Variant admodùm actus civiles in civitatis passim donatione. Neque minùs variant pro diversitate locorum seculorumque, temperamenta quibus civitate donatorum jura ab Originariorum ita disterminantur ut in horum numero nec civiliter quidem habeantur sive illi sive eorum posteri aliter atque jura loci civilia seu Gentium jura ibi Intervenientia permittunt. Obvium est quod dicimus, in legibus & historiis veterum Græcorum atque in jure Quiritum cum eo quod erat Latinitatis comparato. Hodieq; ut semper, Anglorum, Gallorum, Hispanorum, aliarum quæ jam florent gentium jura heic invicem valde discrepant. Nec ubi de alicujus statu hujusmodi quæstio fit, ab alio finienda est jure quàm gentis illius ad quam status ille attinet, sive civili sive sibi atque genti alteri interveniente (cujus eadem heic ratio) quod quidem adeo manifestum est, ut de eo breviter monere tantum paulò cordatiori cuiq; satis sit superq;. Alienigenam autem quemquam seu peregrinum esse aut censeri, atque interim non hostem, juxta varia gentium jura sive Civilia sive Intervenientia, in duplici constituitur genere. Aut in eo quod est omnimodò exterum esse sine ulla civitatis participatione, præter eam quæ ex Jure Naturali seu omnium communi nascitur (qualem passim videmus in iis, qui nondum civitate ullatenus donati alienis in terris degunt) aut in eo quod est, ob rationem Originis exteræ seu generis

[c] *Act. Apost. 22. 25.*

[d] *Epiphanius hær. 30.*

neris à populo in quem, juxta jura illa, cooptatus quis fuerit (ſive illud natalibus qualibuscunque fiat, ſive primaria Civitatis donatione) alieni, ita, in rebus nihilominus civilibus, advenæ ſeu peregrini nomine ab Originariis diſtingvi, atque ita non deletum peregrinitatis characterem retinere, ut eandem ipſam ob cauſam, neque ullatenus ob aliam, ſingularia aliquot ſive plura ſive pauciora quæ Originariis competant jura neutiquam ſortiatur. Nam qui prioris ſunt generis, habent cum civibus communia nonnulla, quemadmodum etiam Proſelyti Domicilii apud Ebræos. Et qui ſecundi ſunt generis, omnia non habent cum civibus communia. Adeo ut ubicunque defectus iſtiusmodi communitatis, nomine Originis exteræ, reperiatur, ibi neceſſe ſit ut peregrinitatem agnoſcamus. Jam vero Herodes ſpectandus eſt aut qua Jure civitatis Iſraeliticæ aliquo è natalibus frui potuiſſet, aut qua in Judaismum ipſe, ut Proſelytus primo factus, poſtmodum potuiſſet cooptari. Quantum ad primum; detur quod volunt heic patrum ſententiæ oppugnatores, tam avum ejus quam patrem Proſelytum juſtitiæ fuiſſe, etiam & Proſelyti prolem patris conditionem ſequentem, id eſt Proſelytum natum, pro Judæo Originario habendum (de quo plura mox] certe nihil habetur in ſtemmate ſupra exhibito alibive apud veteres, quo eum Proſelytum natum fuiſſe ſit omnino exiſtimandum. Qua in re certe oppugnatorum argumenti cardo verſatur. Scilicet Proſelyti uti & Iſraelitæ proles è Gentili ſuſcepta, Proſelyti ſtatum non habuit, ſed plane Gentilis erat, adeoque Iſraeliticæ reipublicæ undiquaque alienigena, ut capitibus duodecimo & decimoquinto ſupra docetur. Uxor autem Antipatri Herodis patris (quem Proſelytum fuiſſe hactenus admittimus] erat Cypros, quam fatentur omnes Arabiſſam e fuiſſe, id eſt planiſſime Gentilem. Omnes inquam quorum heic ratio habenda. Nam nihili eſt quod legitur apud Pſeudogorionidem f, eam fuiſſe Idumæam. Neque alibi puto occurrit ejusmodi de ea commentum, aut à viris doctis omnino recipitur; tametſi ſi Idumæa ea fuiſſet, idque Origine vetuſtâ, plane Proſelyta fuiſſet (juxta ea quæ mox dicuntur) atque ita Herodes ex ea natus proculdubio Proſelytus; ſive pater Proſelytus ſive Gentilis fuiſſet. Sed vero

e *Joſeph. lib.* 14. *cap.* 12.

f *Lib.* 4. *cap.* 37.

Arabiſſa erat Cypros, neque hactenus repertus eſt inter veteres, cui eam Proſelytam factam eſſe unquam in mentem venit. Herodes igitur filius ejus Gentilis erat, ſeu quod idem eſt, maternæ conditionis. Atque ita evaneſcit tota de Idumæis ſeu Judaicis parentibus argumenti vis afferri ſolita. Quod vero exiſtimavit Joſephus Scaliger Cypron Proſelytam factam (ut ex ejus verbis aliam ad rem ſupra g adductis conſtat) ideo quia aliter ex jure Ebraico rite Antipatro conjungi nequibat, non tam afferre argumentum eſt quam temere fingere. Et quam leviculum eſt, ideo Herodem natum fuiſſe Proſelytum aſſerere, quia præſumendum non ſit Antipatrum contra jura Ebraica fuiſſe commiſſurum? Atque hoc modo nulla omnino civitatis Iſraeliticæ participatio ex natalibus erat Herodi, utpote plane Extero & Gentili, ſeu peregrino prioris, quod diximus, generis. Sed vero miſſa matre, nullo modo probatum hactenus vidi ſive patrem ſive avum Herodis proſelytum tempore ejus natalium fuiſſe. Poſtmodum quidem patrem Proſelytum factum ſcribit Epiphanius[h]. Sed hoc nihil ad Herodis natales. Neque evincit eum ſic fuiſſe, quia D. Hieronymo[i] Antipatri Proſelyti filius dicatur. Non ideo filii natalium tempore pater Proſelytus, quia Proſelytus. Et niſi fuiſſet, filius à patre jus Proſelyti derivare ſibi non potuit, ut manifeſtum ſit ex eis, quæ de Proſelytis ſuperius obſervavimus.

g Cap. 12.

h Hæreſ. 30.

i In Iſaiam cap. 42.

Cap. XX.

Expenduntur quæ in Patrum de Herode Magno ſententiam *à viris doctiſſimis afferuntur ex eo quod* pater avusque ejus eſſent Idumæi, adeoque, *ut aiunt*, Judæi. *Et de* Proſelytorum *eorumque* poſterorum *quæ* univerſitate, Eccleſia *ſeu* civitate Ebraica *ſive donabantur ſive arcebantur, tum* jure *tum* peregrinitate.

AT vero Idumæos inſuper aiunt fuiſſe Herodis avum patremque; gentem autem illam ſub Joanne Hyrcano Rege annis ante Herodem nonaginta in ritus tranſiiſſe totam Judaicos adeo ut dein omnes Judæi fierent & ha-

& haberentur k, id eſt Proſelyti Juſtitiæ. Quod nec ſemel memorat Joſephus. Vide quæ ſupra l ea de re afferuntur. At quæ ipſe alicubi ait Joannem Hyrcanum transmutaſſe τὴν πολιτείαν αὐτῶν εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη καὶ νόμιμα *vitam ac mores eorum in Iudæorum mores & ritus.* Unde & Zonaras de Hyrcano; ἐπιτάξας τοῖς Ἰδουμαίοις ὑπήκοοι εἶναι τῷ ἐν τῇ χώρᾳ λαῷ, εἰ περιτέμνοιντο καὶ χρῶιντο ἤθεσι Ἰουδαϊκοῖς· οἱ δὲ διὰ τὴν πατρίδα, καὶ τὸ αὐτοῦ καὶ τἄλλα ἐπήνεγκαν *ſubactis Idumæis ea conditione in patria verſari conceſſit, ſi circumciderentur & moribus Iudaicis uterentur. Qui amore natalis ſoli & circumciſionem & reliqua tolerarunt.* Hinc eveniſſe ut avus Herodis ſaltem Proſelytus eſſet, Pater vero adeoque ipſe natalibus ac ſanguine paterno Judæus, atque, ut volunt, civiliter plane Originarius. Ceterum ſi concedatur ex eo quod traditur de Idumæis in ritus Judaicos tranſeuntibus univerſis, etiam & Herodis majores ita Judæos factos, adeoque ipſum Judæum ex Idumæis Judæis natum fuiſſe, certe inde nihil omnino conſequitur eum neutiquam populo Iſraelitico ſeu Judaico originario peregrinum, ac alienigenam civiliter aut cenſendum fuiſſe aut revera extitiſſe. Et mira eſt hallucinatio atque iis qui rebus verſari videntur Ebraicis nimis indigna, Proſelytorum Juſtitiæ poſteros ſangvine Iſraelitico non commiſtos ob Judæi nomen natalibus acquiſitum, peregrinitatem non retinuiſſe exiſtimare, quod faciunt heic viri magni. Id certiſſimum eſt, quandiu manerent originis exteræ probationes, quæ m, uti etiam originariorum Judæorum ſtemmata, in tabulis genealogicis aſſervari ſolebant, tum גרים τῶν *Proſelytorum, peregrinorum, advenarum,* nomen poſteris eorum inhæſiſſe (idque nec Originariorum malevolentia nec invidiâ, ut perperam aliqui autumarunt; ſed ex ipſo jure apud Ebræos receptiſſimo) tum peregrinitatis ſeu originis exteræ effectus omnimodos qui ad eos, qui primo facti ſunt Proſelyti, ſpectabant, perpetuo manſiſſe. Qua de re conſulas, quæ libro ſecundo fuſius n tradita ſunt. Et de nomine quidem retento monet Serrarius o, teſtimoniis aliquot adductis. Innumera adjici poſſent. Etiam quæ ſuperius attulimus de Ammonitis, Moabitis, Ægyptiis, Idumæis Proſelytis (qui ubi de Proſelytis generatim loquuntur Magiſtri, quemadmodum etiam

k *Orig. Iudaic. 13. cap. 17*

l *Lib. 2. cap. 2.*

m *Euſebius hiſt. Eccleſiaſt. 1. cap. 7.*

n *Cap. 4. pag. 167.*

o *Herode cap. 15.*

Nethinæi, excipi ſolent) ſatis evincunt, neque nudam ipſam Proſelyti factionem ſeu in Judaismum cooptationem, neque id quod eſt naſci è Proſelyto, delere originem exteram ejusve characterem civilem; cujus in prioribus jam dictarum duabus gentibus ratio ſemper ejusmodi habita eſt, ut mares Proſelyti poſt quotcunque generationes nuptiis Iſraelitidum perpetuo, ſolo originis illius exteræ nomine, arcerentur, in reliquis binis, ita ut in tertiam itidem generationem utriusque ſexus Proſelytis, Iſraeliticis eſſet abſtinendum nuptiis. Quod ad Herodis ſeculi Idumæos ſeu qui captivitate Babylonica recentiores ſunt, ſpectare nolle magiſtros monitum [p] eſt. Aliter ſane etiam & ejuſce juris Idumæis pariter ac Ægyptiis ſingularis ratio aliqua heic habenda fuerat, ſaltem ſi Herodem non fuiſſe utcunque tertiæ generationis Proſelytum admitteretur; qua de re plura in ſequentibus. Peregrinitatis autem manifeſtæ effectus, in Proſelytis eorumque poſteris, primarii ac illuſtriores cernebantur tum in muneribus civilibus militaribusque, tum in jure Nuptiali. Muneribus tam civilibus, quam militaribus ita arcebantur ut Originariis præeſſe rite nequirent, nec judicia [ſaltem alia quam Triumviralia) exercere, idque tantummodo exteræ originis atque peregrinitatis tetentæ ac inhærentis nomine. Maimonides [q] ad veterum [r] mentem אין מעמידין מלך מקהל גרים אפילו אחר כמה דורות עד שתהיה אמו משראל שנ' לא תוכל לתת עליך איש נכרי אשר לא אחיך הוא ולא למלכות בלבר אלא לכל שררות שבישראל לא שר צבא לא שר חמשים לא שר עשרה אפילו ממינה על אמת המים שמחלק ממנה השרות ואין צריך לומר דיין או נשיא שלא יהא אלא מישראל שנ' מקרב אחיך תשים עליך מלך כל משימות שאתה משים לא יהיו אלא מקרב אחיך (ex civili ſcilicet Jure Ebræorum) *rex è cœtu Proſelytorum, ne quidem Poſt quotcunque generationes, usque dum Mater ejus eſſet ex Iſraele* (De Patre Iſraelita verba non fecit, quoniam ab Iſraelita, è Proſelyta, quacum nuptiæ Iſraelitæ non interdicebantur, ſuſceptum, Originarium, atque adgnatione Iſraelitam fuiſſe, non in Proſelytis cenſitum, nemo rebus Ebraicis paulo verſatior unquam dubitavit; ſed ne ob patris Proſelyti ſanguinem, cum paterno ſanguine apud Ebræos familiæ utrinque Iſraeliticæ tantum diſtingvi ſolerent,

[p] *Supra cap. 19.*

[q] *Hal. Melakim cap. 1.*

[r] *Vide ſis Gemar. Babyl. ad tit.* Iabimoth *cap. 12. fol. 101. & 102 & gloſſ. ib. & ad tit.* Bababathra *c. 1. fol. 3. & ad tit.* Sota *c. 7. fol. 41 b.*

ſolerent, dubitaretur ubi Proſelytus ex Iſraelitide prolem genuerat, quæ pariter etiam juris erat Iſraelitici & reverà Iſraelita natus, ideò de Matre heic ſignantiùs monuit) *juxta id quod ſcriptum eſt* [f] non poteris dare ſuper te virum extraneum, qui non ſit frater tuus. *Neque in regno tantùm ita ſe res habuit, verùm etiam in univerſis apud Iſraelitas præfecturis. Extraneus, ſeu Proſelytus ejuſmodi ritè non ſit dux exercitus, pentecontarcha, Decanus. Imò nec aquæductuum præfectus. Opus non eſt dicere, eum non ritè fieri Judicem aut Conſiſtorii Principem.* (pœnalibus ſcilicet Judiciis, idque ex Jure Ebræorum civili exercendis; Nam Judiciis ex Jure Noachidarum ſimplici exercendis, etiam Proſelytus Domicilii ritè præficiebatur, nedum Juſtitiæ, qua de re vide librum ſeptimum t) *Ratio eſt quia non aliundè atque ex ipſis Iſraelitis hujuſmodi petendi ſunt juxta illud* è medio fratrum tuorum pones ſuper te regem. *Simili modo cetera quæ apud te ſunt præfecturæ non ſint aliunde quam è medio fratrum tuorum.* Et ad locum illum Deuteronomii, AbenEzra מורך האמת לא אחיך שאינגו ממשפחת ישראל ולא אדומי אף על פי שכתוב בו אחיך *Revera heic frater tuus non eſt qui non fuerit de familia Iſraelitica. Ne quidem Idumæus, tametſi in ſcriptura* u *vocetur ipſe obitèr frater tuus.* Quin nec deſunt inter Cabaliſtas x qui heic velint מקרב אחיך *è medio fratrum tuorum* ſonare, per numerorum æqualitatem quam Gematriam ſeu rationem geometricam vocitant משבטי יהודה *è tribu Judæ* (nam ita tam ex horum quàm illorum verborum elementis, quà numeralia ſunt, conficitur numerus 381; qualis ratio explicandi apud homines inter Ebræos otioſos & nugis hujuſmodi ſatis ridicule deditos eſt non infrequens) acſi neminem præter Judæ poſteros ritè regno præfici Judaico exiſtimarent. Alii etiam idem quod ex Maimonide citavimus de ceteris dignitatibus generatim affirmantes y, regiam nullibi ritè conſtare ajunt, niſi ubi è parentibus quorum filiæ nuptiis ſacerdotalibus fuerint idoneæ (quales tantummodo in Synedriis locum habere poterant z) Rex ipſe natus eſſet, id eſt optimo atque puriori jure Iſraelitis originariis; non ſolùm non è Proſelyto & Proſelyta, ſed nec è Profanis aut Mamzeribus. Et quod de Rege ſic ajunt, ad tempora attinet, quibus ſucceſſione ex ſanguine legitimâ non repertâ, ad legem illam ſacram eſſet convolandum. Velut tempore Maccabæorum. Sed interea manifeſtius

[f] *Deuteron. 17. 15.*

(t) *Cap. 6. & 7.*

u *Deuteron. 23.*

x BaalHaturim *ad Deuteron. 17.*

y *Moſes Mikotzi præc. Negat. 221.*

z *Maimon. tit. halach. Sanhedrin cap. 2.*

nihil eſt quàm non modò Proſelytum primò factum à Magiſtris heic accipi pro eo qui advena ſeu alienigena eſſet, verùm & ejusdem poſteros ſanguine Iſraelitico non commiſtos, etiam hoc nomine, id eſt exteræ originis causâ, à civilibus muneribus arceri. Quin & traditio eſt in corpore Talmudico[a] ideo Herodem hunc ipſum cœtum Magiſtrorum, excepto tantùm Bàba Ben Bota, interfeciſſe, quia locum illum de Rege Judaico conſtituendo ita interpretabantur, ut verba illa *fratres tui* illum planè excluderent. Quod idem eſt acſi alienigenam ſeu peregrinum vocâſſent. Quemadmodum vero muneribus civilibus ritè fungi nequibant Proſelytorum quales diximus poſteri, ita nec paritate cum Iſraelitis fruebantur in jure nuptiali. Aliis jungi ritè nequibant ſive Proſelytæ ſive earum à Proſelytis ſuſceptæ filiæ, quibus Iſraelitides ritè nubebant. Ritè jungi quibant tàm Proſelyti Proſelytæque poſteri utriusque ſexus, quàm ipſi aliis quorum nuptiæ Iſraelitis ex ſacra lege interdictæ. Prioris generis fuere ſacerdotes, quibus, ut alibi[b] oſtendimus, vetitæ ſunt זונה (quod vulgò vertitur meretrix ſeu ſcortum) nuptiæ. Atque eo nomine comprehendi ex avita traditione, inter alia, volunt eam, quæ non eſſet בת ישראל *Iſraelitica fœmina* ſeu *Iſraelitis originaria*, eâque notione deſignari etiam Proſelytam ſive factam ſive natam, veluti nondum Originariam ſed Peregrinam, dum cum Originariis in juribus hiſce ſingularibus diſcutiendis comparatur. Secundi generis, ſeu quorum conjugia Proſelytis permiſſa, Iſraelitis tamen Originariis vetita fuêre, ſunt Mamzeres aliique, de quibus antè[c] diximus, ubi etiam de decima Proſelytorum generatione, ſeu nomine illo tandem evaneſcente ſententia habetur, heic inprimis advertenda. Cum igitur tam diſpari eſſent ab Originariis tum Proſelyti primò facti tum eorum poſteri jure, idque ſolummodo exteræ originis ſeu peregrinitatis nomine, aut inter Alienigenas atque Peregrinos (quà Originarios ſpectamus) eos rectè cenſendos eſſe neceſſe eſt ut fateamur, aut ut inter Originarios eos cenſentes diverſiſſimæ invicem conditionis perſonas nullâ cum ratione ſimul confundamus.

[a] *Gemar. & gloſs. Babyl. ad tit.* Baba Bathra *cap. 1. fol. 3 b.*

[b] *Lib. 2. 1. de ſucceſſione in Pontificatum cap. 2.*

[c] *Cap. 16.*

CAP.

Cap. XXI.

Utrum ſive Herodem *ſive* patrem ejus *ſive* avum ita Idumæum *fuiſſe conſtet, ut ex* Idumæis *qui* Judæi *ſeu* Proſelyti Juſtitiæ *integri, ſub Joanne Hyrcano Rege, facti eſſent, eorum ullum fuiſſe ſit credendum. Et de* ſtatu Herodis ſervili, *ac de* Semijudæis *ſeu Proſelytis imperfectis. De* Fraternitate Herodis Antipæ & Philippi *filiorum Herodis Magni.*

SEd verò nondum evincitur, nec puto poteſt evinci, Herodis ſive patrem ſive avum ex Idumæis fuiſſe, qui in ritus tranſierant Judaicos. Apud Joſephum [d] quidem tùm Herodes, tùm pater ejus Antipater Idumæus dicitur. Quod tàm de advenis apud Idumæos degentibus, quàm de Originariis Idumæis ſeu vetuſtis illis, qui ſub Joanne Hyrcano facti ſunt Proſelyti, poteſt intelligi. Tametſi quidem Magiſtris quorum rationem ratò ſatis imitatur Joſephus, à genere non à loco Exteri, ſti & ipſi, ſoleant denominari. Quin patribus Chriſtianis diſertè Antipater Aſcalonita [e] vocatur & *ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ ἀλλογίβων in Idumæa degens* ſeu *inquilinus*. Et Saidus Batricides Patriarcha Alexandrinus juxtà ait eum fuiſſe عسقلاني ex Aſcalone, وكان inquit, خادما لبيت الاصنام وهو ابو هيرودس وجنسه من قبرص *& fuit adituus templi Idolorum, ac pater Herodis, & genus ejus erat ex Cypro.* Forte Cypridis Herodis matris (nam ita interdum Cypros vocatur) nomine deceptus hoc de Cypro addit. Joſephi autem Epitomator Ebræus Romanum eum fuiſſe ait, ut ex verbis ejus infra citatis liquet. Sed intereà hæc adeò incerta eò recidunt, ut Originarium Idumæum ſeu ex vetuſtis illis, qui tempore Joannis Hyrcani nomina dederant Judaiſmo, neque Antipatrum avum neque patrem fuiſſe potius innuant. Atqui error craſſiſſimus eſt, autumare quemlibet Idumææ incolam exterumve ſive ex Aſcalone ſive aliunde illuc ſedes transferentem poſt Idumæos ſub Hyrcano Judæos factos, itidem Judæum fuiſſe. Nam apud ipſos Iſraelitas locus erat etiam Hieroſolymis tum Proſelytis

[d] *Antigonus in oratione l. 14. c. 27. & l. 1. Haloſeos cap. 5.*

[e] *Epiphanius hæreſ. 20. Euſeb. in Chron. n. 1983. & hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. atque ibi Africanus. Sic de D. Ambroſ. in D. Lucam l. 3. cap. 4.*

ſelytis Domicilii (qui planè pagani erant & in ſe tantùm ſuſceperant ſeptem præceptorum Noachidarum obſervationem, ut libris ſecundo & tertio oſtendimus) tum iis qui etiamnum pagani quaſi Proſelyti fuere ejusmodi ſeu eorum inſtar. Quod verò ſic Hieroſolymis ac in terra ſancta ipſis Iſraelitis licitum erat, id Idumæis, etiam Judæis factis, illicitum ſuo in territorio fuiſſe nullo pacto, niſi de contrario conſtaret, exiſtimandum eſt. Scilicet credendum, inter Idumæos qui Hyrcano obtemperantes ita Judaiſmo nomina dederant, ut poſteri eorum inde fierent cooptatione Judæi, alios poſtea habitâſſe uti inquilinos ſeu Proſelytos Domicilii (Idumæos interim à ſolo & domo ut fieri amat dictos) nec omninò Judæos, quemadmodum & in terra ſancta. Quid igitur obſtat quo minùs Antipatrum utrunque, tàm avum quàm patrem Herodis (ſi uterque in Idumæa degebat) fuiſſe Domicilii duntaxat Proſelytum, ſeu Quaſi, in Idumæa, id eſt, planè paganum ſentiamus? Nam ex Idumæa affertur, ideo fuiſſe eos Proſelytos Juſtitiæ quia Idumæi, ſeu Idumææ incolæ, quod non omninò ſequitur, ob rationem jam aductam. Et nuda ita conjectura eſt, Proſelytos eos Juſtitiæ fuiſſe. Sed manifeſtum eſt, fieri non potuiſſe, quin ſaltem Domicilii Proſelyti aut Quaſi eſſent, dum aut inter Judæos, penes quos erat aliquatenus libera rerum adminiſtratio, ſedem habuerint, aut ipſi Judæorum Originariorum ſubfuerint principi. Adeò ut hoc modo non ſolùm non inter Originarios Judæos civiliter fuerit Herodes, ob natales, cenſendus, verum etiam nec inter Proſelytos Juſtitiæ, ſed tantùm inter eos qui aut Proſelyti Domicilii aut Quaſi fuere. Certè ſi Proſelytus Juſtitiæ non erat natus, ut volunt heic oppugnatores, corruit argumenti quod afferunt vis juxta ipſorum ſenſum. Nam idem non affirmant de Proſelyto facto, quantumvis de nato. Cum nihilominus revera eadem ipſa eſſet, ratione Originariorum habitâ, conditio nati & facti Proſelyti, juxta mores ac ſcita Jurisconſultorum Ebræorum ut oſtenſum eſt. Et ſimul ac factus quis erat Proſelytus, non magis ab Originario diſtabat Judæo quàm Proſelytus natus. Atqui tum Antipatrum, tum Herodem filium circumciſum ac factum Proſelytum (non natum) aſſerit Epiphanius. Quod tamen, ſi priorem utriusque ſtatum ritè conſideremus, non evincit quidem alterutrum ejusmodi Proſelytum

factum

factum eſſe, ut inde vulgaria Proſelytorum Juſtitiæ jura, de quibus quæſtio fit, ſequerentur. Cum enim Proſelytorum Juſtitiæ alii eſſent גמורים *perfecti* ſeu *integri*, alii imperfecti ſeu manci; & prioris generis fuerint qui aut è Gentilibus Liberæ conditionis in ritus tranſibant Judaicos, aut Servi qui in ipſo tranſitu ſeu momento, quo Proſelyti fiebant, è lavacro ſuſcipiebantur לשם בן חורין *nomine ingenui liberive*, adeoque manumiſſi, Libertini nuncupabantur, pari omnimodo cum Proſelytis Juſtitiæ optimi juris conditione; juxta ea quæ libro ſecundo oſtendimus; Poſterioris vero generis ſeu qui imperfecti ſeu Ἡμιϊουδαῖοι id eſt, *Semijudæi* fuere, eſſent ſervi è Gentilibus ſeu paganis capti aliterve acquiſiti, qui לשם עבדות *nomine ſervitutis* ſuſcipiebantur è lavacro, cum in Judaismum tranſibant, ולא תיגמר גרותם *nec perficiebatur eorum Proſelytismus* antequam Libertini fierent; certè non conſequitur, ſive Herodem Antipatrum, quia circumciſus eſt aut Proſelytus factus, Proſelytum ideo factum eſſe perfectum ſeu integrum, Procurator Judææ Antipater conſtitutus à Julio Cæſare, tranſiiſſe in ritus dicitur Judaicos ſeu circumciſus eſſe cum Herode filio, qui poſtmodum regnum obtinuit. At vero qualisnam iis tunc temporis ſtatus? ſi ſervilis, id eſt, ſi revera regum Hasmonaicorum erant ſervi, non ita difficile eſt conjicere nomine ſervitutis retentæ Proſelytum utrumque factum ſolummodo imperfectum, ſeu Semijudæum. Neque adeo vile erat (aut nunc eſt) ſervi revera ſic dicti (ut vox ea ſtatum ſeu conditionem denotat) apud Orientales nomen, ut non à viris maximis ornatis præfecturis interdum retineretur. Non ita difficile aio eſſe hoc conjectari, cum & ipſi Ebræi in commentariis ſuis expreſſim prodant, Herodem perpetuo poſterosque ejus, è paterno ſaltem ſangvine, fuiſſe ejusmodi ſervos, nec minus Antipatri ſaltem majores. De Antipatro Epitomator ille Ebræus f Joſephi, *Non fuit Origo ejus* מבני ישראל מן אם מרומים שנפלו עברים ביד ישראל והם גרים ברמד ולא בני חורים *ex Iſraelitis, ſed ex illis Romanis, qui ut ſervi ceciderunt in manus Iſraelitarum, exiſtentes tantummodo Proſelyti, ſed non liberi ſeu ingenui.* Nam ita vertendus eſt locus ille; nec *filii nobilium* pro eo quod eſt בני חורים quod paſſim etiam *ingenuos* atque *Liberti-*

f *Joſippus de Bello Iudaico edit. Baſilea in folio.*

nos Proſelytos denotat, ſubſtituendum, ut apud doctiſſimum qui epitomatorem illum edidit interpretem. Idem eſt ac ſi dixiſſet, ex iis erat Antipater qui Proſelyti imperfecti, id eſt, non Libertini facti, adeoque (ſi ad majorum conditionem ſtatum ejus exigas) nec ipſe Libertinus ſed imperfectus erat Proſelytus. Et certè Proſelytus ejusmodi natus erat ſi majorum ea eſſet conditio, non factus ut habet Epiphanius; qua de re operæ pretium non eſt ſollicitius disquirere, cum nil certius ſit quam imperfectos hujusmodi Proſelytos ſeu Servos qui Judaismum ſuſceperant, eorumque poſteros id eſt Semijudæos ſive factos ſive natos, ante Libertinitatem acquiſitam, nec inter Originarios perfectosve Proſelytos jurium in republica Ebraica civilium quæ ſacra non erant, fuiſſe omnino participes, ſed multò magis quàm Proſelytos integros pro alienigenis ſemper habitos. Quod vero ad Herodem attinet, ubi de eo loquuntur Talmudici veteres, diſertè eum fuiſſe aſſerunt עבר בית חשמונאי *Servum Hasmonaicæ domus* ſeu familiæ Principum Judææ, qui ante Herodem proximè regnabant. Sic enim legitur in Gemara Babyloniag, uti & illud de Agrippa Rege ſive majore ſive Juniore (uterque in Herodis fuit poſteris) a Romanis ſeu Cæſare dictum h עבריא בישתא בתר רעבדין מתמלכין *Servus es nequam ſucceſſor ſervorum Reges ſe facientium*. Et ſi conſulas tabulas proſapiæ tuæ genealogicas, quarum & penes nos exemplar eſt, reperies te nec revera regem nec filium regis eſſe, ſed prognatum ex הורודוס קלניא מיתעביד quod interpretantur alii i *ex* Herode שנעשה בן חורין מאליו *qui factus eſt à ſeipſo Libertinus*, ſeu, qui è ſervili conditione in libertatem ſui tantum ex ſententia velut ſervus rebellis evaſit. Nam קלניא (quod & קלוניא ſcribitur) ſumunt ibi alibique illi k qui ſic interpretantur pro eo quod eſt *liber ſeu immunitate donatus*. Alii vertunt ad hunc modum l *ex Herode Aſcalonita poſſeſſo in ſervum*, perinde ac ſi קלניא ſeu קלוניא *Caloniæ* accepiſſent pro אסקלוניא *Aſcalonitæ*. Sed interea Herodem ſervum fuiſſe nec rite manumiſſum ſeu Libertinum aut Proſelytum integrum factum, heic ſatis aſſeritur; unde nec poſteros ejus fuiſſe liberos, nedum Proſelytos Juſtitiæ integros. Et in Hebraicis Joſippi m ſeu Joſephi, de Salome ſorore Herodis dicitur שהיתה מורעת עברים *quod*

g *Ad tit.* Baba Bathra *c. 1. fol. 3 b. & R. Gedalia Iechiades in* Sepher Shalsheleth *fol. 25 b.* Seder Olam Zota *&c.*

h *Dikdukim Gem. fol. 44.*

i *Gloſſa ibid.*

k *Ad tit.* Abboda Zara *in Gem Bab. c. 1. fol. 10 a. Adde* Baal Aruch *in Voc.* זין & קלניא

l *Petrus Galatinus de Arcanis lib. 4. cap. 6.*

m *Wormatiæ in 8. edit. à 2 Munſtero 1539.*

quod eſſet ex ſemine ſervorum; item de ea ſimul & de Cypro matre Herodis, quod Mariamne (Marimi ibi dicta) מחרפת אותן בפניהם ערי שאינן מזרע ישראל ועל בסלותן *improperaret eis in faciem quod non eſſent de ſemine Iſrael ſed eſſent profana & ignobiles*. Hinc aliquoties repetitur in corpore Talmudico [n] illud ad Herodem poſterosque ejus attinens כל דאמר מבית חשמונאי אתינא עבדא הדא *quotquot dixerint ſe è domo Hasmonæorum ortos eſſe, revera ſunt ſervi*, ſeu conditionis ſervilis. Senſus erat; qui poſt Hasmonæos extinctos in Regnum Judaicum Herodiadæ, illorum ſive ſangvinem ſive jus obtendentes ſucceſſerunt, ſervi fuere univerſi. Nam ſuſtulit eos uti & Mariamnem Hasmonæam uxorem ſuam Herodes, è quâ tametſi ſuſceperit prolem, ut in ſtemmate ſupra exhibito vides, nihilominus Magiſtri nonnulli illud non agnoſcentes, tum illum tum poſteros ejus omnes ſervos fuiſſe clamitant; aliis de poſteris ejus aliquot aliter, ut mox oſtendimus, ſentientibus. Nonnè igitur primo cum patre (ut ſcribit Epiphanius) circumciſus eſt & lotus forſan ab Hyrcano Pontifice ſummo, cui uterque ſervus erat, לשם עבדות ſeu *nomine ſervitutis* tantùm, adeoque factus Proſelytus imperfectus ſeu conditionis duntaxat ſervilis, nec poſtquam in Cæſaris gratiam ſe velut ingenuus tranſtulerat, ſeu, ut Magiſtri loquuntur, נעשה בן חורין מאליו *libertatem à ſe fictam nactus erat*, ſervitutem illam eluere curavit? id eſt, de ſolennibus quo Semijudæus hujusmodi perfectus redderetur Proſelytus, atque hoc ſenſu Judæus integer, ſollicitus non fuit? de libertate ſcilicet ac ſtatu, faventiæ Cæſaris innixus, ſatis ſecurus. Nec certe, quod advertendum eſt, injuſſu ſive Hyrcani ſive Antigoni Regis Hasmonæorum poſtremi, quibus revera ſervus erat Herodes (ſi Talmudicis credas) Libertinus ſeu Proſelytus integer jure fieri potuit. Nam invito domino, libertas ejusmodi, quæ Libertinum ſeu Proſelytum integrum ex jure faciebat Ebraico, ne à Cæſare quidem aut aliunde rite potuit adquiri. Atque de Hasmonæis adeo malè meritus eſt ut nihil ſupra; & inteſtina utrinque odia. Neque obſtat quod Mariamnem Iſraelitidem aliasve ejusdem gentis haberet uxores. Verum quidem eſt per jus Ebraicum id non licuiſſe niſi aut Proſelyto juſto qui integer erat, aut Libertino. Sed, per

[n] *Gem. Bab. ad* Baba Bathra *fo. 7ob. & tit.* Kidoſchim *cap. 4. fol. 3 b. & ad Gloſ. ib. & vide ſis Petrum Galatinum, loco jam indicato.*

ſpurciſſimi tyranni libidinem, ſcelera tunc temporis quamplurima adeo juſti faciem induerant, ut non omninò ſit cur ſive de legis ſacræ ſive de majorum inſtitutorum violatione in conjugiis aliisve rebus ejus dubitemus. Nonne etiam ſervitutem ejus hujusmodi tacite innuere voluit ipſe Antigonus Rex ritus gentis ſuæ callens, ubi in oratione ad Silonem ac milites Romanos de Regno Herodi non tradendo eum *ἰδιώτην καὶ Ἰδουμαῖον τὸν ἐξ Ἰουδαίου virum generis obſcuri & Idumæum, id eſt Semijudæum*, appellat? Scilicet Proſelytum nondum integrum ſeu perfectum, ſeu non Judæum integrum. Servum quidem non vocat, utpote, ob præfecturarum ſplendorem, ut fit, inter ingenuos, juxta juris Cæſarei, cui jam ſubeſſe cœperat, ingenuitatem vulgo cenſitum. Recolendum eſt heic illud Talmudicorum de hujusmodi imperfectis Proſelytis יצאו מכלל הגוים ולכלל ישראל לא באו *deſinebant omninò eſſe Gentiles ſeu pagani, nec tamen in univerſitatem Iſraeliticam transibant.* Apprimè hoc explicat id, quod de Semijudæo dicitur in Antigoni oratione. Servus erat ex Idumæis, ſervitutis nomine circumciſus & baptizatus (juxta morem) undejure Ebraico, ut Proſelytus ſeu Judæus integer, neutiquam fruebatur, utpote Semijudæus tantùm habendus. Quod verò ab Antigono præmittitur, Idumæum eum fuiſſe, perinde ac ſi tantum gentilitatis retinuiſſet, quantum ei Judaiſmi integri deerat, id ſanè ſi ad ſubtiliores apices rituum patriorum exigatur, non ita ſe revera habuiſſe ex jam citata regula Talmudicis receptiſſima liquet. Nam Idumæus quidem eſſe ita deſierat, ut exueretur patria, nec tamen Judaicam ſeu novam patriam induerat, libertatis defectu. Sed in apicibus hujusmodi hoſtem iratum etiam libentèr erraſſe, ut gravius ingereret convicium, mirum non eſt. Quin ſi non tam ſtatum ejus præſentem quàm Originem (ut & fieri ſolitum) reſpexit Antigonus, rectiſſime & juxta etiam Magiſtrorum ſubtilitates nemo non videt eum Idumæum nuncupatum; ſi ſcilicet ex genere Idumaico. Tantum igitur abeſt Herodem Magnum inter Judæos, ſine exteræ nationis diſcrimine, cenſendum fuiſſe, ut nec inter Proſelytos Juſtitiæ integros ſeu Libertinos (quales tantùm univerſitati Iſraeliticæ, ſed ut advenæ, conjungebantur) locum hac ratione haberet. At verò in diſquiſitione hac libera de Herodis Magni ſtatu

o *Joſeph. lib. 14. cap. 27.*

p *Supra L. 2. cap. 5.*

ſtatu ſeu conditione nec prætereundum forſan videbitur quòd habetur in Evangeliis q, Joannem Baptiſtam in carcerem conjectum ab Herode Antipa Herodis Magni filio, quia dixerat nefas ei fuiſſe Herodiadem Philippi fratris ſui uxorem ſibi ſumere. Frater nempe erat Philippus Herodi huic juxta hoc ſtemma.

q *D. Matth. ca. 14 Marc. 6. &c.*

Cleopatra ⚭ *Herodes* ⚭ *Malthaca*

Hieroſolymitis | *magnus* | *Samaritis*

Herodias ⚭ *Philippus* *Herodes Antipas.*

Sic Joſephus r; tametſi diverſam interim ab ea quæ ſacra eſt de Herodiade & Joanne Baptiſta tradat ſ hiſtoriam. Illicitum fuiſſe Herodiadis & Herodis conjugium dubitare non debemus, ideò quòd ſic Joannes Baptiſta, vir ſanctiſſimus, pronuntiaverat. Sed de ratione quâ illicitum non conſentiunt ſcriptores. Sunt quidem inter vetuſtiſſimos Chriſtianiſmi patres, qui ad legem ſacram t de fratria ducenda leviro, ſed tantùm ubi frater ſine liberis mortuus eſſet, rem velint attinuiſſe. Tertullianus u; *Joannes retundens Herodem, quòd adverſus legem uxorem fratris ſui defuncti duxiſſet habentis filiam ex illa (non aliàs hoc permittente, imò & præcipiente lege, quàm ſi frater illiberis deceſſerit, ut à fratre ipſius & ex coſta ipſius ſupparetur ſemen illi) conjectus in carcerem fuerat ab eodem Herode poſtmodùm & occiſus.* Atque ſuper hoc alia ſtruit moribus Eccleſiæ Chriſtianæ ſatis diſſona. Verum quidem eſt, ſi Philippus mortuus fuiſſet, & ſatis conſtaret Herodiadis filiam puellam illam ſaltatricem fuiſſe ab eo ſuſceptam (nam & ſic admittit Tertullianus) illicitum fuiſſe Herodi huic ex lege illa, (modò fratres ejusmodi ii eſſent ut eâ continerentur) fratriæ conjugium. Sed quidem aut Philippum mortuum tum fuiſſe, aut prolem ei ſaltatricem illam aliamve fuiſſe non ita ſatis liquet. Imò ſine prole deceſſiſſe Philippum x expreſſim ait nec ſemel Flavius Joſephus; utcunque Pſeudo-Gorionidi y illi dicatur de Herodiade והיו לה בנים מאחיו *& fuerunt ei liberi ex fratre Herodis*; Quod itidem Ebræorum alii z affirmant, id quod habet Joſephus de Salome, in hiſtoria ſua de Herodiade a Philippi,

r *Hæreſeos* 1. *cap.* 18.

ſ *Originum lib.* 18. *cap.* 7.

t *Deut.* 25. 5.

u *Adverſus Marcionem lib.* 4. *cap.* 34. *& videſis Baronium Tom.* 1. *anno Chriſti* 31.

x *Lib.* 18. *cap.* 6. *&* 7.

y *Lib.* 6. *cap.* 63.

z *Chron. Tom. ſecundi apud I. Druſ. ad D. Matthæum cap.* 14.

a *Lib.* 18. *c.* 7.

Herodis ac Herodiadis nuptiis, commiſcentes. Sed & hi etiam Philippum diſertè ſuperſtitem fuiſſe ajunt; cum Herodes uxorem ejus duxit. Pſeudo-Gorionides; והוא לקח אשת פילפוס אחיו בעודנו חי לאשת *& ille uxorem Philippi fratris ſui etiamnum ſuperſtitis cepit in uxorem.* Sed verò & apud Fl. Joſephum res ſe ita habet. Herodiadem Herodi, Herodis magni filio nuptam (ſcilicet patruo neptem ex fratre Ariſtobulo) ὀλιγωρήσασαι τῶν πατρίων *in contemptum morum patriorum*, marito relicto, in conjugium tranſiſſe Herodis ᾧ ἀνδρὸς ᾧ ὁμοπατρίου ἀδελφὸς *qui marito ſuo erat frater germanus.* Ita uterque Herodes dictus, quos & apertè diſtinguit à Philippo, quem & antè mortuum eſſe narrare [b] videtur. Sed rarum non eſt & binomines haberi homines, maximè in Oriente illo, & Herodis nomen tunc pluribus tribui, quibus alia etiam nomina ſingularia. Et viri docti id ipſum quod ſic de Herodiade ac utroque, Herodis nomine, marito tradit Joſephus, pro eo quod in Evangeliis de Philippo, Herode, & Herodiade legitur, ſumunt. Et Salomen priorum nuptiarum filiam pro ſaltatricula quæ ita in cauſa decollationis Joannis Baptiſtæ. Atqui ita ſanè ad legam illam de fratria leviro ducenda res attinere nequibat, ſed ad illam, quâ alienâ uxore cuique interdicitur. Sed verò detur tandem mortuum fuiſſe tunc Philippum idque illiberem, (ut voluere aliqui) certè niſi Herodes magnus communis utrique pater, Proſelytus eſſet Juſtitiæ integer ſeu Libertinus (ſecundum ea quæ ſuprà de eo diſputantur) id eſt, niſi קדושה ה׳ ſeu *ſanctitate* Proſelytiſmi integrâ frueretur, tàm cum Antipam quàm cum Philippum progenuit, ii fratres ad quos lex ſive hæc de fratria leviro ducenda, ſive illa de fratria ubi demoreretur frater, liberis relictis, interdicta attinere potuit, neutiquam erant ex Ebræorum moribus cenſendi; ſed planè ut invicem extranei, nullâ ratione ſanguinis habitâ. Fraternitatem maternam nullam eis fuiſſe palàm eſt, ſed tantùm paternam, ſi ulla. Et tametſi Philippus è Cleopatra Hieroſolymitide, ſeu Iſraelitide genitus, planè Iſraelites ſeu Originarius ob ſanguinem erat maternum (quod perpetuò obtinuit) Antipas tamen è Malthaca Samaritide, quæ in univerſitatem Ebraicam non aliter ac Attica ſeu Romana id eſt non ſine [c] ſolenni Proſelyti factione quibat admitti, aut Samaritanus haben-

[b] *Origin. lib. cap. 6.*

[c] *Epiphanius lib. de Menſuris & ponderibus. & ſupra lib. 2. cap. 2.*

habendus erat, aut, si mater ejus Proselyta fieret, Proselytus. Si hæc non Proselyta esset, planè velut gentilis Ebræis is erat, tametsi Herodes pater ejus fuisset Proselytus. Israelitis autem cum Gentilibus nulla in jure cognatio; adeoque nec cum Antipa ita Philippo fuisset. Sed concedatur Malthacam fuisse Proselytam, adeoque natum fuisse ex ea Antipam Proselytum, idque ita ut ex natalibus illis fraternitas legitima ei & Philippo, ex Ebræorum moribus, interveniret. Certè ita necessariò sequetur Herodem magnum communem eorum patrem Proselytum fuisse seu Libertinum tempore, quo utrunque genuit. Id planè evincitur ex eis, quæ superiùs traduntur de fratrum Proselytorum [d] ex conceptu, nec quidem natalibus solis, cognatione. Nam si Herodes Antipas & Philippus non nascerentur Proselyti, sed ipsi facti essent, tunc sibi invicem in re matrimoniali velut planè alieni nec cognati habendi, ut fusiùs ostensum est. Uno enim illud ore pronuntiant [e] גרים שנתגיירו ועבדים שנשתחררו אין להם אחוה כלל והרי הן כזרים זה לזה *Inter Proselytos seu Libertinos recens factos nulla est fraternitas, sed sunt ad invicem velut alieni.* Fratribus quidem recens factis Proselytis singulare præstituebant heic jus majores. Neque ex lege sacra [f] de incestu, eos à fratriis arcebant. At verò ex ejusmodi majorum institutis arcebatur [g] frater, Proselytus factus, tantùm à nuptiis uxoris fratris uterini, non à germani. Philippus autem & Antipas uterini planè non erant. Adeò ut nisi Proselyti fuerint utrique nati, neque ad legem illam de Incestu poterit res, si Philippus scilicet demortuus erat, spectare. Rem subtilioribus relinquo.

d *Lib. 3. c. 4. & cap. 18. hujus libri.*

e *Maimonid halach.* lebom We-chalitza. c. 1

f *Levitic. c. 8. 16.*

g *Supra cap. 18.*

Cap. XXII.

Qua ratione id verum fuerit, Agrippam Regem fratrem Israelitis *fuisse, adeoque* non alienigenam, *quemadmodum ab eis ipsi publicè est acclamatum; tametsi esset ex* Herodis alienigenæ nepotibus.

IAm verò quod ad Agrippam attinet (qui ex Herodis magni nepotibus) acclamationemque ei factam, eum fuisse Israelitarum fratrem; certè nisi ex jure sive nuptiali, sive eo, quod aliter ad sexuum conjunctionem atque natales inde sequentes

apud

apud Ebræos obtinuit, res expendatur, argumentum ex ea ſumi non leve poteſt, quo etiam Herodem magnum, utpote pari (quantum absque juris ejuſce ratione ſcimus) cum nepotibus jure, fratrem, ex Ebræorum ſententia publica, ſibi fuiſſe, id eſt, nec alienigenam, nedum ſervum, evincatur. Acclamatio illa in Miſna [h] memoratur, in *Sepher Sephrii*, alibique in vetuſtis eorum commentariis, ubi de ſolenni regis eorum repetitæ legis lectione verba fiunt. Agrippa Rex cum ad ſacra de Rege conſtituendo verba in Deuteronomio [k] inter legendum devenerat, adeoque ad illud *non poteris conſtituere ſuper te virum*, נכרי ולגו עינו id eſt *extraneum, ſed eum qui ſit ex fratribus tuis* דמעורת אמרו לו לא תתירא אגריפס אחינו אתה אוחינו אתה *Lachrymas effudit* (veluti qui exiſtimaret, ſaltem dubitare ſimularet, ſe extraneum eſſe, nec eorum, ad legis mentem, fratrem) *cui ſtatim acclamavit* Ebræorum cœtus, *ne timeas Agrippa, Frater noſter es tu, tu frater noſter es.* Agrippam igitur hunc (quinam intelligendus ſit, mox monemus) Herodiadem, fratrem ſibi vocarunt Ebræi, nec regno imparem agnoſcebant, adeoque velut Iſraelitam ſeu Judæum admittebant Originarium, juxta ea quæ capite viceſimo de jure eorum regio è Magiſtris attulimus. Quod ut rite capiatur, advertendum eſt binas apud Talmudicos de lege illa ſacra reperiri ſententias, ut antè etiam tetigimus. Altera eſt *fratrem tuum* ibi denotare qualemcunque materno ſanguine Iſraelitam, uti etiam quemcunque ab Iſraelita è Proſelyta, Libertina, aut profana, quibuscum ſcilicet Iſraelitæ non ſacerdoti, conjugia licita erant, ſuſceptum. Et ſanguinem ſolum maternum Iſraelitam feciſſe ſupra alibique non ſemel eſt monitum. Alterâ autem ſententiâ (quæ pariter admittit Iſraelitam materno ſolo ſanguine fieri) *frater tuus* in allata lege ſignificat fratrem ex utroque parente, & cujus filia ſacerdoti conjungi ritè potuiſſet; ut ſcilicet excluderentur potiſſimum profani, juxta ea quæ alibi [l] de ſacerdotum nuptiis diximus. Et qui hujus ſententiæ tenaces fuere, cœtum Ebræorum, ut memoratum eſt, acclamantium adulationis graviter incuſarunt, nec Agrippam fratrem ibi reverâ fuiſſe admiſere, ut videre eſt in Gemara [m] utraque. At verò juxta ſententiam priorem quam etiam Moimonides [n] aliiq; non pauci amplectuntur, rectiſſimè acclama-

[h] *Tit. Sota cap. 7. Talm. Bab fol. 41 1 Ad pamſh.* Sophtim *fol. 45 a.*

[k] *Cap. 17. 15.*

[l] *De ſucceſſ. in. Pontific. lib. 2. cap. 2.*

[m] *Rabbi Chananiah ben Gamaliel in Gem Hieroſolym. ad t. Sota cap. 7. fol. 22. col. 1. hal. ach. 7. & Bab. ibid. fol. 41 b. & vide* Thoſiptha *ibidem.*

[n] *in Hal. Melachim cap. 1.*

clamarunt Ebræi Agrippæ *Frater noster tu es*, adeoque regno ex hoc jure non impar. Quod interim nihil omninò meliorem facit Herodis, juxta eorum sententiam, statum. Agrippa scilicet hic erat Junior seu Majoris filius. Glossa ad Misnam in qua acclamatio illa narratur; אגריפס המלך מלך ישראל היה מורע שר׳ תורומס וחוצ׳ שחרב בירת המקדש בימו *Agrippa Rex hic Rex erat Israelis è posteris Herodis, atque is erat cui templi excidium coevum*. Agrippa Junior manifestò innuitur; tametsi sint qui o de patre ejus locum illum perperàm sumant. Illud autem *Frater noster tu es* explicat eadem Glossa, Obadias Bartenorius, alii; per שאמ מישראל *quia mater ejus erat Israelitica*.

o *Petrus Galatinus de Arcanis lib. 4. cap. 6.*



Qua ratione id fuerit ex ſtemmate ejus ſatis liquet; unde certum eſt, tum Ariſtobulum Herodis filium atque Agrippam hunc Juniorem Iſraelitas fuiſſe natos, tum Agrippam majorem fuiſſe planè ex natalibus paganum ſeu Gentilem, niſi Bernice mater ejus Proſelyta integra ſeu Libertina fuiſſet. *Nam Iſraelitidem eam non fuiſſe palam eſt, utpote è Coſtobaro, qui Idu-*
p *Joſeph. Archæolog. lib. 35, cap. 11.* *mæus fuerat nominis celebris* p, *etiam tunc cum gens ea in ritus* tranſibat Judaicos, adeoque, ut credere *par eſt, Proſelytus,* è Salome ſuſceptam. Salome autem Antipatri filia è Cypro, fœmina Gentili; quæ niſi Proſelyta aut Libertina facta eſſet, non aliam præter Gentilem marito Proſelyto parere potuit, juxta antè oſtenſa. Atque ſic & Agrippa ille Gentilis filius foret, id eſt planè Gentilis. At verò natus eſt Herodi ex Mariamne Iſraelitide nobiliſſima Ariſtobulus. *Quocunque igitur fuerit Herodes ſtatu, Ariſtobulus ex ſanguine materno Iſraelita fiebat.* Quod de filio ejus Agrippa majore dici nequit citra exceptionem jam dictam. Quin & Cypros Agrippæ majoris uxor, & Junioris mater, neptis erat Mariamnæ è filia Salampſione itidem Originaria. Sequitur igitur Cypron hanc etiam ipſam planè Originariam fuiſſe, licet à Phaſaelo ſive Proſelyto ſive Iſraelita ſive pagano ſuſciperetur. Nam mater Originaria erat. Proles igitur ejus, id eſt, Agrippa Rex Junior (qualicunque eſſet ſtatu Agrippa major) etiam Iſraelita, atque ideo ut Originarius, Iſraelitarum cœtui frater, nec Proſelytus aut Servus dicendus; tametſi nomina illa majoribus è ſuis aliquot quomodolibetcunque inhæſiſſent. Quæ omnia ex iis, quæ ſuprà è Talmudicis adducuntur, adeo ſunt manifeſta, ut nihil ſupra. Et rectè in libello ad Ca-
q *Philo lib. de Legatione ad Caium. & Sid. orat. Herodis apud Joſephum Halof. lib. 1. cap. 18.* jum Cæſarem ſupplici q Agrippa non ſolùm ſe Judæum natum ait, ſed etiam & majores ſuos fuiſſe, ait, reges atque ſummos pontifices apud Judæos, non ignorans ex ſanguine Originario deducendum natalium hoc jus. Quod verò patri eximio r excidit de Herode magno, *eum ex matre fuiſſe Judæâ ſed ex patre alienigenâ*, id ſi verum fuiſſet, planè alienigena is non omninò civiliter fuiſſet. Id quod ita acclamatum eſt Agrippæ Juniori cum ratione acclamationis à Jurisconſultis Ebræorum redditâ, haud parum firmat ea quæ apud patres veteres toties habentur de vero Herodis magni ſtatu. Sine legitimâ Originarii ſanguinis commi-
r *D. Cyril. adverſus Julianum l. 1.*

Digitized by Google

commistione fratrem non agnoscebant Agrippam. Ex ea tantùm Israelitam ac fratrem agnoscunt. Jam verò majores ejus aut Proselyti Justitiæ fuere seu Libertini, aut minimè. Si non fuerint, cadit omninò quicquid de Patrum veterum sententia pridem novatum est. Si fuere, atque ideò alienigenæ nomen eis non tribuendum quis contendat, næ is à receptissima Ebræorum in jure suo civili Gentiumque discernendo sententiâ recedit. Nam illi, ut vides, nullâ Proselyti juris habitâ ratione, ad sanguinem tantum Israeliticum seu Originarium, quo alienigenæ nomen dilueretur, in quæstione de Agrippa confugerunt. Unde etiam factum est, ut in principibus & patribus Synedrii Magni habeant jugum unicum (uti vocant) eorum qui patre Proselyto, matre verò Israelitica nati. Semajah scilicet & Abtalionem. E posteris fuisse eos ajunt Senacheribi, quem Proselytum factum scribunt. Sed verò adjiciunt [f], חזרו להם רשות לשפוט ארץ ישראל להיות אמם ישראלית *potestatem eis* seu *jus fuisse judicandi Israelitas, quoniam mater eorum erat Israelitica.* Posterioribus Hasmonæorum temporibus simul floruere, decantatissimi illi Hilleli & Samæo præceptores.

[f] *R. Gedalia in* Shalsheleth *fol.* 25*b.* Iuchasin *f.* 18 *a* & 50 *a.* 67 *a.* & *Gem. Babylon. ad tit.* Sanhed. *cap.* 11.

Libri Quinti FINIS.

DE JURE NATURALI ET GENTIUM

Juxta Diſciplinam EBRÆORUM,

Liber Sextus.

Quintum Juris Noachidarum ſeu Naturalis, quod Illuſtrius eſt, caput ſeu *Furti Interdictum* complectitur; quà Originarios, quà Proſelytos ſive Juſtitiæ ſive Domicilii, aliosque ſpectat. Et de *Adquiſitione* & *Translatione Dominii* tum *Perſonarum* tum *Rerum*, cum *Modis* ſuis ac *Temperamentis*, tum ex *Jure Pacis* tum ex *Jure Belli* naſci ſolitis, Talmudicorum ſcita ſententiasque aperit. De rerum *Occupatione*; *Alienationum* item & *Contractuum formulis* atque *vi*. De Jure *Egenorum* ſeu *Mendicorum*; *Servitute*, *Uſuris*, Bonis *aleâ* lucrifactis; aliis ſelectis quæ ad *Dominium* & *obligationem permiſſionemque* circa illud ex jure Pacis verſantem attinent. De *Jure Bellico*, *Victoria*, *Deditione*, *Federibus*, *Tributis*; *Numiſmate Cenſus*, & *Didrachmi Penſitatione*, in Evangelio; *Captivis*.

Cap. I.

Quid Furti nomine *heic contineatur. De Hominum* conſenſu *& interpoſita*, circa *Rerum Perſonarumque* Dominium *ejusque* Temperamenta *&* Modos, fide ſervandâ, Præceptum *Interdicto hoc, ut* prævium, includi. Conſenſus *ejusmodi* uſus. *Supremum* Numinis *intereà* Dominium, *unde*, ſine intermedio, *interdum, cis* univerſalem *in rerum initiis* donationem, *homines* domini *facti.*

IUris Naturalis ſeu Noachidarum caput, juxta inſtituti rationem. Quintum eſt על הגזל *de Furto* ac *Rapina*; quod ſcilicet, juxta Magiſtros heic, eſt contrectatio, ſurreptio, detentio rei alienæ uti & damni qualiscunque (citra eâdem) alteri illatio contra quam jura, pro varietate ſeculorum locorumque, introducta præſtituunt ſinuntve. Jura nimirùm quæ ut neceſſario prævia, ſupponit & includit interdictum Furti. Nam dum Rem dicimus Alienam, fieri nequit quin & præcedere ſimùl innuamus jura, quibus introductum fuerit & firmatum Dominium, quo alteri ita addicatur illa res, ut alterius non ſit. Non alter atque, ubi (ut libro proximè ſuperiore) alienæ uxoris, viro ſuperſtite, uti & patris demortui uxoris, concubitus, in Capite Juris Naturalis quarto, vetitus eſt, neceſſariò ſequitur jura contractuum nuptialium, quibus conjuges legitimi fiant, in eodem capite pariter ut prævia includi ſupponique; adeoque etiam inde fidem conjugalem in contractu interpoſitam ab uxore neutiquam violandam; ſed ita ſervandam ut ſui corporis poteſtatem alicui præter maritum ſuperſtitem non permitteret citra divortium, ſeu contractûs nuptialis renuntiationem ſeu ἀπάλειψιν ſuam aut illius ἀπαγραφὴν, qui Termini etiam ſeu Modi ac Temperamenta, ut docent ibi Magiſtri ex jure ſimpliciter Naturali, erant fidei hujusmodi interpoſitioni. Jura autem illa Dominii, ſive Rerum ſive Perſonarum, ſeu ejusdem adquiſitionis prævia, aut à Numine ipſo præſtituta ſunt inſtaurataque, aut ab Hominibus inventa & conſtituta. Originarium Dominii adquiſitionis jus viſitur in Numinis omnium rerum perſonarumque domini ſupremi &

mi & universalis indultu, quo Tellus rerumque in corpore illo
[a] *Genes. 1. 28.* universitas humano generi primo [a] concessa est & permissa.
[b] *Ibid. 9. 2.* Ejusdem item instauratio totidem quasi verbis habetur Noacho [b] posterisque ejus. Quo & spectare volunt Ebræi illud in Mosis
[c] *Deut. 32. 8.* Cantico [c], *quando dividebat Altissimus Gentes, quando separabat filios Ada, constituit terminos populorum &c.* Sed & pro solo totius orbis terrarum hærede à Numine constituto à Christianis
[d] *Epiphan. in Ancorato.* nonnullis [d] sumitur Noachus, quem ut ejusdem dominum filiis partes eorum distribuisse volunt. Indulta à Numine & permissa hominibus ipsis inter se Libertas illa, quam Naturalem nuncupare solemus, cui pro vario ab ipsis jure superinducto diversimodè est postea derogatum. Jam vero del'opulorum, Regionum ac Insularum divisione paulo post Diluvium ex hominum dispositione ac invento, tum sacra historia, tum Iosephus, Eusebius, Epiphanius, Eustathius Antiochenus, Chronici Alexandrini autor, Cedrenus, alii tum Græcorum, tum Latinorum,
[e] *Gem. Hierosolym. ad tit.* Megilla *cap. 1. fol. 71. col. 4. §. 14.* etiam & Talmudici [e] affatim testantur. Et in seculis insequentibus passim id genus alia ex imperiorum ac dominii translationibus orta conspicimus. Quicquid enim sive antè sive post Diluvium sic à Numine de Dominio indultum est (modo singularia quædam ita à Numine ipso sine intermedio præstituta ut aliter atque præstituta sunt, se habere non deberent, excipias, de quibus statim etiam monemus) quicquid inquam sic indultum est, ita accipiendum & nunquam non ita à Magistris acceptum est, ut humano generi, pro morum juriumque sive Civilium sive Gentium, superinductorum, ac contractuum, aliarumque rerum quæ vitæ & actibus humanis accedere solent, diversitate ex eodem permitteretur indultu; singulares insuper Adquisitionum & Translationum Dominii inter se Formulas & tam universitatum seu corporum communionem & societatem quam singulorum dominium individuum qualecunque introducere, adeoque per contractum, occupationem, cessionem, donationem, successionem, emtionem, venditionem, deditionem, adquirere, mutare, transferre, propagare; cujus
[f] *Genes. 14. 20. 23. 11. & 16. 25. 26. & 21.* rei etiam exempla aliquot vetustissima habentur in sacra Abrahæ historia; [f] atque ita dein accipiendum ut tunc demum Furtum fieret, quoties quis alteri citra cædem damnum inferret,

aut

aut id quod alienum inter ſingulos ita factum eſt, ſurriperet; auferret, detineret, aut (quod idem potius eſt) ſive in ſocietate aut communione, qualis etiam in aureo ſeculo fingitur, ſocium ſuum ſeu qui pro indiviſo ſecum poſſidebat, ſive alium jure ſuo uti frui præpediret; id eſt, præter ipſam damni illationem, tum indultui quem diximus, ac permiſſioni divinæ actu reniteretur, tum Fidem ſuam violaret & Conſenſum quo ſive ex contractu ſeorſim ſuo, ſive ex moribus legibusque aut ab univerſitate ſeu parte aliqua humani generis cujus ipſe pars eſſet & propago, aut à gente ſeu Civitate ſua qua involveretut, ſuperinductis, ipſe obligaretur. Nimirum ubi de Humana heic Diſpoſitione ſimpliciter ac ſolum videmus, aliter fieri nequit quin hominum conſenſum ac Fidem interpoſitam (quâ ſive ex Contractu res aut perſonæ hujus, illius, alterius fierent, ſive ex decreto aut uſu Jura ac Mores, juxta quos adquireretur transferreturque Dominium, introducerentur) Interdicti hujus fundamentum eſſe primarium fateamur, ſeu quod in idem recidit, Dominii atque Obligationis Permiſſionisque quæ circa Dominium verſatur, cauſam eſſe Fidem illam ac Conſenſum diffuſiſſimam. In Pacis rebus ſeu adquiſitione & translatione Dominii tempore pacis, res ſatis eſt cuique, puto, manifeſta. Pacis enim tam Jura, quàm Contractus, ex Conſenſu, cui fides adjungitur, ſive Expreſſo & Naturali, ſive Tacito & Civili pendent. De Contractibus res eſt apertiſſima. Jura autem ſeu Sanctiones civiles conſenſu nituntur Expreſſo & Naturali, eorum qui præſentes agentesque ipſi legibus ferendis ac moribus in uſum admittendis interfuerint. Tacito & Civili eorum qui ſuffragia ſua ſuique poteſtatem ita ante aliis, juxta varios rerum publicarum ortus & conſtitutiones, ſive ex deditione ſui poſterorumque ſive aliter permiſerint, ut quicquid illi decreverint, eo ſe hi poſterosque ſuos, absque conſenſu in rem ſingularem expreſſo ac naturali, obligari voluerint. Quem quidem conſenſum ſic Civilem & Tacitum dictum, ex præeunte Naturali ſeu Expreſſo, tametſi non in res quæ ſequuntur ſingulares, naſci adeoque etiam Naturalem ſeu Expreſſum ex origine dici poſſe, nemo non videt. Non aliter fermè atque minoris univerſitatis ſeu corporis partis etiam Diſſenſus, non ſolùm civiliter in partis majoris Conſenſum

ſenſum plerunque tranſit, atque ita Conſenſus ſit Civilis & Tacitus, verum etiam & Naturalis & Expreſſus dici pariter poteſt, quatenus ſcilicet expreſſim univerſitas tota, tam ſcilicet minor quæ jam diſſentiat, quam major pars (idque tam poſterorum, quam ſui nomine) ante conſenſerat in perpetuam majoris partis ſuffragiorum, in rebus definiendis, præponderationem. Quale ſimiliter dicendum ubi in Principibus aliquot ſolis, legum de Dominio ferendarum qualiumcunque poteſtas legitima reperta fuerit. Nam tacitus & civilis ibi ſubditorum, ſive ex Contractu ſive ex Deditione aliterve ex uſu legitimo, Conſenſus eſt prævius, qui ex origine item naturalis & expreſſus non immerito nuncupandus. Quod vero ad tempora Belli attinet; tametſi vi geritur res, nihilominus ex moribus etiam hominum, Conſenſu introductis admitti videmus utrinque Jus victoriæ, Servitutis, Captivitatis, & quæ Belli aleam ſeqvuntur reliquorum. Etiam ex moribus Conſenſu utentium firmatis introductum eſt illud, ut cives reipublicæ alterius in altera ſive degentes ſive obiter agentes, id eſt civitate non donati, legibus moribusque ſubſint loci ubi ſive degunt, ſive agunt ipſi, utcunque legibus eis, quibus loci cives utantur, variatim diſparibus. Id quod paſſim obtinet ex Gentium ſcilicet quamplurium Conſenſu, quo uniuscujusque, in Gentibus illis, civis Conſenſus civiliter ſaltem includitur, introductum. Quod pariter de Legationum, id genus aliorum juribus aſſerendum. Hinc eſt quod primarium jam ante dixerim Conſenſum Fidemque interpoſitam Dominii atque Obligationis Permiſſionisque quæ circa illud verſatur, eſſe fundamentum, dum ſolùm & ſimpliciter Hominum heic diſpoſitionem intuemur. Sed vero altius eſt planè repetenda cauſa prima, primumque omnium, quo etiam jam dictum nitatur, fundamentum Dominii atque Obligationis. Id eſt ab ipſius Numinis præcepto de Contractu, Fide, Conſenſu ſervandis; quod palam viſitur in hoc Furti interdicto, eoque neceſſario includitur dum quod, ex Contractu aliove adquiſitionis ſeu alienationis genere è fide interpoſita ac conſenſu juxta jam dicta introducto, eſt alienum, id auferre contra quam jura ex Fide itidem ac Conſenſu interpoſito nata ſinunt, vetatur. Nam ut ejus qui homine ſuperior fuerit, autoritas obligationem reverà inducat, id eſt

autoritas

Digitized by Google

autoritas ac imperium ipsius Numinis, pluribus est libro primo g oſtensum. Et quod sic diximus de Juribus ac Contractibus ipsis hominibus in usu, idem dicendum de Modis ac Temperamentis atque id genus reliquis eisdem pro seculorum, locorum, populorum varietate adjici solitis; unde & Modi & Temperamenta atque id genus alia accedunt Dominio & Obligationi Permissionique quæ circa illud versatur, perquam varia; juxta quæ semper, ut juxta amusses singulares, observatio ac violatio interdicti hujus intelligenda. Nam & contractuum & jurium vim habent & ipsa, utpote eorundem partes. Neque sine eis rite perspectis, quid alienum fuerit aut in quantum alienum dignosci posse, luce clarius est; qua de re plura mox. Sed verò quemadmodum supremum Numinis imperium in præcepto de Consensu ac Fide servanda interdicto Furti incluso, Obligationem juxta ea in quæ ab hominibus ritè consensum est, inducit, ita etiam Numen ipsum ut supremus semper omnium Rerum Personarumque Obligationisque ac Permissionis qualiscunque Dominus, pro libitu suo non solum Dominium humano Consensu qualicunque rite adquisitum, invitis dominis, interdum alio jussu suo transtulit [ut in Terræ Sanctæ donatione, quâ septem populis ablatâ ditavit Ebræos] sed etiam, uti volunt Magistri, ipsis Ebræis ex indultu singulari permisit alienas subinde alias invadere regiones, unde nec contra jus fieri quibat, [quod alias interdicti hujus fuisset violatio manifesta,) quippe ab omnimodi juris domino expressim permissum, nec sine jussu supremo, ut fierent victores atque Rerum & Personarum subactarum Domini legitimi. Qua de re plura in sequentibus *. Huc spectant & singularia aliquot in corpore legis Mosaicæ, veluti Decimarum aliarumque rerum Sacerdotibus, Levitis, Pauperibus, assignatio divina, compensationes, & restitutiones quædam ita à Numine tantùm præstitutæ, ut nec hominum Consensui relictæ fuerint, id genus plura ibi notissima, quibus accedant si quæ sunt alia à Numine Dominis cujuscunque generis non permissa solùm, sed sic assignata ut arbitrio humano non subjaceant.

g Cap. 8.

* Cap. 10.

Cap. II.

Quomodo Noachidas *ſeu* Gentiles Interdicto Furti teneri *ſtatuant Talmudici.* Actus eorum *in ditione Ebraicâ aliquot* Furta fuiſſe, quales in Judæis liciti. *Undenam id. & diligenti* Temperamentorum & Modorum Dominii (*quorum exempla è vetuſtiſſimis apud Ebræos ſanctionibus ſingularia aliquot afferuntur*) conſideratione Furta *dignoſci.*

DE Interdicto Furti, quâ genus humanum illo teneri volunt, Talmudici ad hunc modum docent[h]. בן נח חייב ע"ר הגזל בין שגזל גוי בין שגזל ישראל ואחד הגזול או הגונב ממון או גונב נפש או כובש שכר שכיר וכיוצא בו אפילו פועל שאכל שלא בשעת מלאכה על הכל הוא חייב והרי הוא בכלל גזלן כו' שאין כן בישראל וכן חייב על פחות משוה פרוטה. *Noachides furti tenebatur, ſive res Gentilis ſive Iſraelitæ furatus eſſet. Neq; diſcrimen erat ſive palam ſive clàm ſurripuerat, ſive bona, ſive perſonam, aut mercenario mercedem detinuerat, aut quid ejuſmodi aliud fecerat. Quin ſi dum operarius eſſet, comederat* (fructus; veluti uvas, olivas) *alio tempore quam quo ipſe operabatur, reus item erat furti. Et in omnibus hiſce pro Fure habetur. Quod non ita obtinet in Iſraelita. Quin reus erat ſi tantillum furatus fuerat, ut nec Prutâ ſeu nummulo, quo minor nullus, id valeret.* Adjiciunt etiam בן נח שגזל פחות משוה פרוטה וכא אחר וגזלה שניהן נהרגין עליה *ſi Noachides tantillum furatus eſſet, alius que ab eo idem* [Noachides alius] *eripuiſſet, uterque gladio etiam ob tantillum pleſtendus.* Quod ſic dictum habet in ſe jus Naturale de Furto, & juris Gentium Ebræis aliisque Gentilibus Intervenientis aliquid commixtum. Nimirum ex Interdicti Naturalis vi, uterque ea in ſpecie fur habitus. Pœna vero capitalis, quæ ferè Gentilibus in ditione Ebraica quomodocunque reis præſtituta, ex Jure illo Gentium orta eſt. In verbis autem Talmudicorum prioribus tria ſunt inprimis animadvertenda; Primum, quænam in Furtivam cauſam heic cadant; Se-

[h] *Gem. Bab. ad tit.* Sanhed. *cap. 7. fol. 57 a. Maimon. halach.* Melachim *cap. 9.*

Digitized by Google

Secundum quam latè Furti nomen in Naturali hoc interdicto ſe extendat; Tertium, quodnam & unde inter Ebræos & Gentiles ſeu Noachidas diſcrimen, quod ibi innuitur. In Furtivam cadere cauſam videmus tam Perſonas quam Res. Atque ut ex jure Cæſareo i, ita & ex hoc Noachidarum, & ex Ebræorum itidem civili k, ut Rerum ita Hominum Furtum interdicitur, tum Servorum tum Liberorum. Furti autem nomen, & quod clam & quod palam, nec inſcio domino, fit, heic continet. Quod clam fit, peculiari magis vocabulo גניבה vocitant; quod palam גזל & גזלה. Sed quoties de Noachidarum furto ſeu rapina loquuntur, aliud quam גזל ſeu גזלה haud fere uſurpant. Cum vero Damnum cuiquam illatum, aut ſit in Bona ejus quod נזק ממונו, aut in Perſonam quod נזק גופו appellitant, atque Utrunque aut à Perſonis ipſis quomodocunque inferatur, aut à Quadrupedibus aliisve brutis quæ cuipiam in Bonis, juxta ea quæ in Jure Cæſareo habentur in eo quod eſt *ſi quadrupes pauperiem fecerit &c.* Quoties Damnum à Perſonis ipſis ſive rapiendo ſive detinendo ſive ſubtrahendo, ſive clam ſive palam id quod alienum eſt, ſeu quod alteri ex contractu, depoſito, aliterve debetur, contrà quam jura ſuperinducta ſinunt, à Noachide ſeu Gentili illatum fuerit, Furtum ab eo committi volunt, atque Interdictum hoc Naturale violari. Unde & ſub nomine גניבה ſeu *furti non manifeſti* complectuntur dolum malum qualis in Ponderibus & Menſuris falſis adhibendis, agrorum Terminis dimovendis, id genus aliis; & dum Jus Noachidarum docent, etiam ejusmodi dolum unico illo גזל *Rapinæ* ſeu *Furti* nomine comprehendunt. At vero Damni illati illam ſpeciem alteram, quæ Pauperies dici ſolet, à beſtiis quæ alicujus in bonis inferri ſolita, in Noachidarum ſeu Naturali hoc interdicto contineri nolunt. Scilicet leges ſibi habuiſſe aiunt civiles de bove cornupeta l, quas nec modo diſpari intelligunt de beſtiis aliis nocivis, ut & Jurisconſulti Cæſarei ſuas de quadrupedis pauperie. Et quamplurimas habent in eis explicandis ſubtilitates, quas & partim habes in titulo Talmudico *Baba Kama* pridem Latinitate donato & commentariis doctiſſimis explicato à V. CL. Conſtantino L' Empereur. Atqui inquiunt m, שור של ישראל שנגח שור של נכרי בין תם בין מועד פטור כפי שאין הגוים מזהירין את האדם על בהמתו שהזיקה *ſi ſimelita bos cornu feriret bovem Gentilis, (ſive bos ille ſic facere conſueſce-*

i *L. 37. & 60. ff. de Furtis.* k *Exod. 21. 16. Deut. 24. 17.* *ad quos locos Maimonides hal. Ganiba. c. 6.*

l *Exod. 21. 28.*

m *Maimon. halach. Nazaki Mammon cap. 8.*

conſueſceret, ſive non) lege non continebatur. Quoniam ſcilicet Gentiles haud reum habent hominum quempiam ex eo quod beſtia ejus damnum intulerit, id eſt Jure Noachidarum ſeu Naturali, ex pauperie ſic illata nemo tenetur aut reus fit. Accedit & rationis explicatio, והרי דנין להם כדיניהם *nam & nos* (hac in re) *judicamus eos juxta ipſorum leges* ſeu *judicia*. Nimirum, cum ex legibus illis, quibus ipſi, quatenus Gentiles ſunt, nec noſtro corpore Iſraelitico comprehenſi, utuntur, pauperiei ejusmodi ratio non habeatur, nec alias præter naturales ſeu Noachidarum leges ſibi ditione in noſtra, aliter atque nos permittimus, ſuperinducere queant, neque jure noſtro ea de re civili primitus inſtituto omnino contineantur, noluimus ita eis indulgere, ut commodum ex Iſraelitæ alicujus damno ſic perciperent. Ceterum ſi inverteretur ſpecies, ita ut Gentilis bos feriret bovem Iſraelitæ, ex pauperie ſic illata compenſatio ex ſententia forenſi ſequebatur; id eſt, damnum Iſraelitæ à Gentili reſarciri volebant. Quod, ut jus Gentilibus ipſisque interveniens, ab ipſis in ſui commodum introductum eſt. Aiunt enim, שור של נכרי שנגח שור של ישראל משלם נזק שלם קנס וחייב לנוים לפי שאינן זהירין במצות ואינן מסלקין היזק ואם לא החייב אותן ערב נוקי בהמתן אין משכרין אותן ומפסידין ממון הבריות *Si Gentilis bos ferìat bovem Iſmelitæ compenſatio damni ei præſtanda. Quod in hac ſpecie de Gentilibus introductum, quoniam nec præcepta* (noſtra; ſeu jura noſtra civilia) *adeos ſpectant, & frequentius damna inferunt. Et niſi reos hoc facias eos ob damna à beſtiis eorum illata, non coercebunt illas, & hominum bona plurimum nocebunt.* Et diverſa eſſe indigenarum jura ab alienigenarum, novum non eſt, nec infrequens. Et tum ex ſuperinducto ſic jure de compenſatione à Gentili, pauperiei nomine, præſtanda, juſtum erat, ut compenſatio ejusmodi Iſraelitæ petenti addiceretur, tum pariter juſtum, ut Gentili, qui eo jure non incluſus eſt, eadem, utpote nec debita, negaretur. Unde atque ex ſimilibus quamplurimis, de Tertio, quod hoc animadvertendum, conſtabit, Scilicet de eo quod eſt, quodnam & unde inter Ebræos & Gentiles diſcrimen illud, quod in verbis Talmudicis jam aptè adfertur, de Furti Interdicti violatione. Scilicet exceptio ibi duplex eſt qua hac in re Ebræi à Gentilibus diſcrepant. In altera habe-

tur

tur temperatum ex Jure civili Ebræorum eoque in Moſaico diſerte tradito, Dominium, quo id fieri permittitur, quod ex jure ſimpliciter Naturali ſeu Noachidarum plane Furtum eſſet. In altera, aliud ex majorum Traditionibus temperamentum itidem Dominii (quod ſemper ut capite ſuperiori diximus, vario hominum conſenſui ritè inito ſubjacet, atque ex eorum arbitratu modos recipit) in cauſa erat, ut id Furtum Ebræis non eſſet, quod ex jure ſimpliciter Naturali tamen eſſet Furtum. Et utriusque exceptionis exempla adducuntur, ad diſcrimina id genus alia, quæ innumera eſſe poſſent, innuenda. Prior eſt de operario fructus comedente, verbi gratiâ in vineto, oliveto. Vbi ſimpliciter Dominia ſunt diſtincta, operario comedere extra ipſum operæ tempus eſſe volunt idem quod furari. Sclicet alienum jus ſibi contra fas arrogare. Ipſo autem operæ tempore fas eſſe ex effectu Conductionis, quâ dominum quemlibet in tantum juri ſuo renuntiaſſe, velut in mercedis operarii partem, præſumebatur, niſi de contrario conſtaret. Ubi vero ſic ſunt diſtincta Dominia, ut temperamentum hoc ſeu modus eis inſuper adjiceretur ex jure loci civili, licere nimirum non ſolum in operæ ſuæ tempore, ſed etiam dum ipſa vindemia durat, uvas comedere, quis non videt, tam ipſarum, quas ita carpſerit operarius, ipſum etiam eſſe dominum adeoque eatenus velut partiarium uſufructuarium, ipſius vineæ, quam ejuſce quod his demtis reliquum eſt, Dominum eſſe vinitorem. Eadem ipſa eſt ariſtarum in coloni agro ratio. Nam ad operarios, videlicet cultores ſive vineæ ſive agri, conductos tantum, & ad vindemiæ ſeu meſſis tempora attinere volunt legem illam unde totum quod præ manibus eſt, de operarii jure diſcrimen oritur. *Ingreſſus* [n] *vineam proximi tui, comede uvas quantum tibi placuerit. Foras autem ne efferas tecum* [ut vulgata; ſi verbum verbo reddideris, *in vas tuum non repones*] *& ſi intraveris in ſegetem proximi tui, decerpes ſpicas manu tua. Falcem autem non levabis in ſegetem proximi tui*, ſeu ut vulgata, *falce non metes.* Ita igitur ex hac lege temperabatur tum vinitoris tum coloni Dominium, ut etiam toto vindemiæ ſeu meſſis tempore uvas aut ſpicas legere ad ſtatim comedendum operariis (juxta Magiſtrorum ſententiam) liceret inter Iſraelitas.

[n] *Deuter. 23. 24. ſed & videſis D. Matthæ, cap. 12. comm. 1 &c.*

Non item Noachidis seu Proselytis Domicilii aut inter eos, nisi tantum ipsis operæ momentis. Neque licentiæ furandi, sed modorum Dominii heic discrimen. Legem autem jam dictam sacram ita explicat Josephus o, ut τὰς ὁδῷ βαδίζοντας viatores ea contineri velit, nec ἐγχωρίους *indigenas* solum, sed etiam ξένους *exteros*. Adde quod occurrit in fœdere novo de discipulis Christi aristas in via carpentibus, & perpende. Posterior exceptio est de Valore rei surreptæ, qui sacris literis non omnino taxatur. Interdicitur quidem simpliciter Furtum nec semel; de quo cum ex ratione Dominii ejusque modorum & temperamentorum varia sit decernendum, apud Ebræos ipsos Dominium privatum rerum leviusculorum sic temperatum est atque veluti in communionem remigravit, ut ex veterum instituto, si eorum quis פרוטה משוה, *id quod minoris minimo nummulo* seu *Protâ valeret* p alteri surriperet, Furti nullo modo teneretur. Nummulus ille פרוטה dictus erat אחד משמנה באיסר האיטלקי *octava pars Aisara Italica* quod legitur in Misna q. Aisara heic Italica idem, puto, est nummi minutuli genus, quod in passerculorum pretio memoratur apud Evangelistas r ἀσσαρίῳ nomine. Et apud Magistros legitur è veterum esse receptum traditione s שהפרוטה משקלה וחצי שעורה על כפ נקי *Nummulum hunc Protæ dictum ponderare semidium grani argenti puri.* Ex tantillo seu quantulocunque surrepto, jure Naturali seu Noachidarum furtum commissum stabuebant, sed non ex suo seu sibi civili. Non omnino quod sibi furari indulgentius quam Noachidis licere velint. Sed quia tantilli singularis esset ipsis, ex majorum institutis, Dominii, ut diximus, atque alia ratio & temperamentum. Id quod si abfuisset. furtum in tantillo surripiendo æque commissum fuisse ab Ebræo censuissent, atque inde tam Numinis placationem quam proximi seu ejus cui damnum illatum est compensationem insequi debuisse. Sed neutri, ob tantillum surreptum, apud se locum esse voluere; neque esse potuisse palam est, cum nihil omnino sic committeretur adversus Dominii seu juris privati modum, quem ipsi sibi, nec interea Gentilibus in eorum ditione agentibus, præscripsissent, adeoque nihil ita surriperetur contra jura Dominii, quorum sibi usus.

o *Archæolog. lib. 4. cap. 8.*

p *Mos. Mikot Præcept. affirm. 123. &c.*

q *Tit.* Kidoschim *cap. 1. fol. 3 a. & Sidefis Baal Aruch in* איסר קי *& Isaac Sattin ad Mos. Mikotzi f. 296. col. 1.*

r *D. Matth. 10. 29. Luc. 12. 6.*

s *Mos. Mikotzi præc. affirm. 48. quem & vide præcept. affirm. 45. Adde hisce* Machzor *Jud. Germ. part. 1. fol. 116.*

Nam

Digitized by Google

Nam extra ditionem Israeliticam manifestum est ab Ebræo etiam furti interdictum surreptione quantulicunque violatum, nisi & ii quorum dicto esset, singularia, quemadmodum Ebræi, de quantitate jura superinduxissent. Quod sane dicendum de Lacedæmoniis & Ægyptiis, apud quos furta quædam licita fuisse traditur t. Nimirum quandam rerum, juxta eorum, quibus legum ferendarum potestas, placita, surreptionem licitam fuisse palam est. Sed in eo quod licitam eam esse voluere, plane dominio rerum apud suos temperamenta tantum adjecere, unde velut in communionem quandam eousque redigeretur. Adeo ut ex singulari jure Dominii id justè apud ipsos (non intereà alibi, prout dictum est) fieret, quod furti speciem quadamtenus imitaretur, Furtum autem non omnino esset. De quo quatenus crimen est, sine Modorum ac Temperamentorum quæ Dominio adjici solent, velut Lydio heic lapide, frustra nimis sæpe decernunt, qui de casibus Conscientiæ sollicitius disquirunt. Inde etiam erat juxta constitutionem reipublicæ illius legum ferendarum morumque introducendorum potestas, privata in rebus nonnullis Dominia, utcunque non sine jussu Numinis primo adquisita, diversimodè temperarant, furta dein esse actus aliquot definebant, qui aliàs interdicto hoc planè vetarentur. Illustria sunt exempla in decretis illis decem Josuæ ובות וינו *& Synedrii ejus* u (seu eorum penes quos summum sub introitum in terram Sanctam erat imperium] בשעת שחלק את הארץ *tempore quo Terram divisit.* I. שמרעין בהמת דקה ביערים שאילניהן גסין אבל אין מרעין שם בהמת גסה וביער שאילניהן דקין אין מרעין בו לא גסה ולא דקה אלא פרשת בעלין *ut minuta pecora* x *in sylvis pascerent, ubi crassiores essent arbores; non item pecora grandiora. Sylvâ autem cujus teneriores aut tenuiores arbores, non pascerent nec grandiora nec minuta citra domini consensum.* Consensum domini aut in locatione Sylvæ aut in ejusdem postmodum novatione seu mutatione, expressis verbis Conductori indultum. II. שיהיה כל אדם מותר ללקט עצים משדה חברו והיא שיהיו עצים פהותים וקרובים להיות קוצים כמו הזמי והיגי והוא שיהיו לחין ומחוברין ובלבד שלא ישרש אבל שאר עצים אסור *Unicuique hominum* (Ebræorum, in ditione Israelitica) *fas esse colligere*

t *Agellius l. 11. cap. 18. Plut. in Lycurgo.*

u *Gem. Bab. ad tit.* Baba Kama *cap. 7. fol. 80. & 81. Maimonid. halach.* Nazikî Mammon *cap. 5.*

x *Vide tit.* Baba Kama *cap. 7. §. ult. & ibi Constant. L'Empereur pag. 195.*

Digitized by Google

gere sibi frutices seu *arbuscula in agro alieno, minora scilicet & quæ pro lignis habita, veluti rubos & vepres adhuc viridescentes atque crescentes, modo illa non succidat. Arbuscula verò* שיחין *& arbores cetera ei vocantur.* III. שיחוה בכל ארם מוחר ללקט עשבים העולין מאליהם בכל מקום חוץ משדה תלתן שזרעה לבהמה *Vnicuique hominum fas esse colligere sibi herbas sponte nascentes quocunque locorum, præter agrum fœno græco, in jumentorum depastionem, satum.* IV. שיהיה ארם קוסם נטיעה בכל מקום חוץ מגרופיות של זית ואינו קוסם מן האילנית אלא כזית וכביצה ובקנים מן הפקק ולמעלה ובנפלים ובשאה האילן מחיבו של אין לא מחורו וכשהתיר לקטים לא התיר אלא מחדש שאינו עושה פירות אבל לא משן שעשה פירות ואינו קוסם אלא ממקום שאינו רואה פני חמה *Fas esse cuilibet plantarium quocunque locorum putare, exceptis olivarum termetibus. Ita ut non amplius amputet ex arboribus, quàm quod olivæ aut ovo par fuerit, nec ramos alibi putet quam sursum ab ea parte quâ diffundi cœpit. Nec vites aliasve arbores in loco, ubi rami pauci, sed tantùm ubi densi. Nec exscindat quid ex veteri arboris parte quæ fructum ferat, sed tantum exnova quæ nondum ferat fructum. Neque demum omnino ejusmodi quid faciat, nisi ubi solis radii non admittuntur.* V. שהמעין הרוצא בתחלה בני אותה העיר שיצא בגבולם מסתפקים ממנו אע"פ שאין עקרו בחלקה ואין לאחרים להסתפק עמהם ממנו *Vbi fons fuerit, è quo fluvius intra terminos alicujus urbis seu provinciæ labitur, ita ut antur fruantur illius urbis seu provinciæ incolæ fluvio illo (tametsi fons ejus non fuerit in parte ipsis assignata) ut nec alii cum illis eo utantur fruatur.* VI. שיהיה כל ארם מוחר לצוד דגים מים טבריה והוא שיצוד בחכה בלבד אבל לא יפרוש קלע ויעמיד ספתה שם או בני השבט שהניע איתו הים בחלקם *Fas sit cuivis hominum ubilibet* (semper de Ebræis intelligo) *pisces capere è mari Tiberiadis, modo scilicet hamis solummodo piscatus fuerit. Neque cum sepimentum* qualecunque piscibus capiendis plicatum, paxillis figendo ibi *expandet* [ita scilicet קלע explicat glossa Talmudica; nec aliud puto, est ab epochis illis, Tranis, seu remoris piscatoriis, quales in y *Novell.* 56. Leonis constitutione y memorantur) aut navi *piscatoriâ utetur*

alius

alius præter tribuum incolas, quarum partem assignatam mare illud alluit. Sic ex Gemara Maimonides. Verba autem Gemaræ [z] sunt. מחכין בימה של טבריה ובלבד שלא יפרוס קלעו ועמוד את חספינה *Hamis piscantur* (cuilibet piscari sic licet) *in mari Tiberiadis; ſ. d ita ſolùm ut ſepimentum*, quale diximus, *non expandat, nec navi piſcatoriâ utatur.* Adeo ut Maimonidi locus ille sic intelligatur, ut exceptio de sepimento & navi ad eos, qui Tiberiadi confines non essent, solum spectaret; hamorum autem & retium, quæ injici ut ἀναβλήσεσθαι solent, parilis haberetur [a] ratio. At vero existimant alii hoc Gemaram innuisse, omnino nemini quidem fas fuisse ex veteri illa constitutione sive naviculâ piscatoriâ. sive sepimento quale memoratur, uti; sed Tribui, quæ alluebatur, fas fuisse לצור ברשתות ומכמרות והשאר בחכה בלבד *piscari retibus & hamis, reliquis vero tantummodo hamis.* Vide, si placet, de piscationibus Apostolorum, in hoc mari, apud Evangelistas. Certè Petrus, Andreas, & Philippus ex urbe Bethsaida [b] fuere, quæ mari illi vicina. Sed ad decreta Josuæ redimus. VII. שכל אדם שצריך לנקביו מסתלק מן הדרך ונכנס אחורי הגדר שפגע בו ונפגרו שם ואפילו בשדה סלואה כרכום וגוטרל משם צרור ומקנח *Cuilibet fas fore quoties necesse ei fuerit ventrem exonerare, è via diverti & pone sepem quæ proximat illud facere, idque etiamſi locus fuerit croco* (aliisve quantivis pretii sationibus) *plenus, & fasciculum ad abstergendum ibi sumere.* VIII. שכל התועה בין חכרמים וכיוצא בהן מפסג ועולה מפסג ויורד עד שיצא לדרכו *Cuilibet per vineam aliumve ejusmodi locum erranti hinc inde pervagari licebit, usque dum in viam suam redierit.* IX. שבזמן שרבה הטיט בדרכי הכרכים או נקצים מים יש לעוברי דרכים להסתלק לצדדי הכרכים ומהלכין שם אע"פ שם מהלכין בדרך שיש לה בעלים *Tempore quo cœnosa nimis fuerint viæ publicæ aut aquis impeditæ, fas erit viatoribus, viis ipsis relictis, in vicina quæ adjacent loca ſe conferre atque ibi transire; tametsi transierit in via quæ suos habuerit Dominos.* X. שמת מצוה קונה מקומו ונקבר במקום שימצא בו והוא שלא יהא מוטל על המצר ולא בתוך תחום המרינה אבל אם נמצא על המצר או שהיה בתוך התחום מכאן לבית חקברות *Qui forte mortuus repertus fuerit, locum ſuum ſibi adquiret &*

[z] *Addit.* Baba Kama c. 7 *fol.* 81. a.

[a] Magid Miſna *fol.* 5 4 a.

[b] *D. Joann.* 1. 44. & 12. 21.

vet & ſepeliendus erit loco in ipſo, quo fuerit repertus, modo is non fuerit angiportus nec intra limites urbis. Tunc enim in locum mortuorum ſepulturæ deſtinatum avehendus erit. Accedit hiſce illud Salomonis; שזהיו עוברי דרכים מיתרין ביטורת החמרה להלך בשבילין שבשדות שיש להן בעלים עד שתרד רביעה שניה *Viatoribus fas eſſe tempore æſtivo tranſire per ſemitas quæ in agris aliorum, usque dum deſcenderit Pluvia ſecunda*. Id eſt quaſi initium menſis Octobris noſtri, qui fere cum Marcheſuan eorum reſpondet. In annis ſcilicet quibus citius evenit. Serotinam autem ſub initium menſis inſequentis [c] ſeu Kisleu ponunt. Accedat & illud Ezræ [d], *& omnis qui non venerit in tribus diebus juxta conſilium Principum & ſeniorum, auferetur univerſa ſubſtantia ejus, & ipſe adjicietur de cœtu transmigrationis.* Variatim heic Modi & Temperamenta Dominio præſcripta. Alia ſunt ejusmodi non pauca moribus Ebræorum reperta, eaque ſatis obvia; cujus generis quidem nulla forſan in republica ſanctiones deſunt. Ideo autem libentius ea heic memoravimus, ut inde præmitteretur ſpecimen Modorum ac Temperamentorum, penes Ebræos, Dominio privato publicis ſanctionibus adjiciendorum, ſine quorum conſideratione diligentius habita Obſervatio aliqua aut Violatio interdicti de Furto aut Damno cum Injuria illato omnino in obſcuro erat, nec ullo intelligi quibat pacto. Sed & eâ de re plura in mox ſequentibus.

[c] *Maimonid. hal.* Mithnoth Aniim *cap. 1.*
[d] *Cap. 10. 8.*

Cap. III.

Dominium *ex* diverſitate perſuaſionis *circa ſacra, apud Ebræos regulariter* non omnino pependiſſe. Furtum *etiam ab ipſis, tam* in Gentilis bonis *contrectandis, quam* in bonis Judæi, *commiſſum ſtatuebant. De* Fraude *&* Mendacio, *tum* circa damnum *quod Interdicto Furti innititur, tum* ſimplici, citra ejusmodi damnum. *Quod de* bonis Gentilis non invadendis *tenuit, ad* Jura Pacis *tantum attinere, non ad* Jura Belli. *De* Terminis *Confiniorum* non dimovendis.

Non

Digitized by Google

NOn ex aliqua Persuasionis, circa Sacra, discrepantiâ aut nudo religionis discrimine, pendere volebant Ebræi sive Rerum sive Personarum Dominium, seu damni alicujus (citra capitale supplicium atque ea quæ illuc necessario conduerent, & causam urbis apostasiæ reæ) illati rationem. Capitale supplicium & quæ illuc necessario conducerent ideo excepi, quia speciebus aliquot in singularibus, veluti ubi Gentilis suscipere in se præceptorum Noachidarum septem in ditione Israelitica observationem detrectaret, juxta libro secundo ostensa, & ubi apostasiæ quiquam ex Judæis seu Proselytis Justitiæ rei essent, religionis quidem nomine ultimum [e], idque diversimode, irrogandum erat supplicium. Sed vero nec comitabatur supplicium ejus modi bonorum ablatio aut fisci aut ærarii successio. Sed ad hæredes semper pertinuere, extra quam ubi universitas urbis apostasiæ rea. Ibi enim cum urbe etiam civium bona comburenda, qua de re alibi [f]. Sed vero eo simpliciter nomine quod Gentilis qualiscunque quis esset, etiam Idololatra, aut Judæis apostata, aut hæreticus, bonis non omnino, juxta eos, exuendus erat, aut Dominium ei inde minuendum. Unde & statuebant Furtum, contra sensum Interdicti, quod jam tractamus, ab ipsis committi non minus in Gentilis Bonis quam in Judæi contrectandis, quod & superius tetigimus. Talmudici [g] de Furto clam commisso verba facientes; כל הגונב ממון משוה פרוטה ולמעלה עבר על לא תעשה שנ' לא תגנוב ואין לוקין על לאו זה שהרי ניתן לתשלומין שהגנב חייבתו תורה לשלם ואחר הגונב ממון ישראל או הגונב ממין גוי עובד עבודה זרה ואחר הגונב את הגדול או את הקטן אסור לגניב כל שיהוא דין תורה ואסור לגנוב דרך שחוק או לגנב על מנת לשלם הכל שלא ירגיל עצמו בכך *Quisquis* (Judæorum) *clam surripuerit bona, quæ nummulo minimo, Prout dicto, aut pluris valent, interdictum de Furto violat. Nam & scriptum est, non furaberis. At vero non vapulabit hujus interdicti violati nomine. Quoniam scilicet, quod ablatum est restituere debet. Et Restitutio ei à Lege expressim præscribitur. Neq; is qui Israelitæ bona furatur, differt ab eo qui bona furatur Gentilis, etiamsi Idololatra fuerit. Par item jus, sive quis hominem majorem sive minorem furetur. Furtum nempe omnimo tum prohibetur à lege. Nec fas est joco furari, aut animo in integrũ restituendi, ne se sic furto quis assuescat.* Tantundem etiam aiunt [h] de dolo malo in ponderum & mensurarũ usu. אחד הגנשא והנותן עם ישראל או עם הגוי

[e] *Deut. 13. & Vide l. 4. c. 4. §. 3.*

[f] *De succeff. in Bona cap. 25.*

[g] *Maimonid. hal. Ganiba cap. 1. sed & videsis Constant. L'Empereur ad t. Baba Kama cap. 4. §. 3. p. 67.*

[h] *Idem ib. c. 7*

Digitized by Google

הגוי עובר עבודה זרה אם מדד או שקל בחכר עובד על לא תעשה
והיב להחזיר וכן אכור להכעות את הגוים בהשבון או ארקרק עמו

Dispar jus non est sive negotietur quis cum Israelita sive cum Gentili, etiam Idololatra, si aut pondere aut mensura minore quàm par est utatur. Violat enim Interdictum, & ad restituendum tenetur. Similiter nec fas est Gentiles calculis subducendu fallere, sed plane sunt pariande cum eo rationes. Quo adducunt & illud de Proselyto Domicilii qui se redemerit, *computumque i faciet cum emtore suo* &c. & demùm adjiciunt אע"פ שהוא כבוש תחת ידיך קלוחימר לגוי שאינו כבוש תחת ידיך rationes ex illa Lege pariandæ sunt, *tametsi Gentilis fuerit in potestatem tuam redactus*, id est ditionis Israeliticæ; *multò magis, ubi non fuerit in potestatem tuam redactus*, seu nondum ditionis Israeliticæ. Hoc scilicet velut singulare legis sacræ exemplum affertur, quo supponitur in negotiationibus ac contractibus Gentiles neutiquam fuisse defraudandos, aut dolo fallendos. Cujus tamen causam in Naturali Furti interdicto haberi volunt. Consona habent ubi de Furto palàm commisso loquuntur k; אפילו גוי עובד עבודה זרה אסור לגזלו או לעשקו ואם גזלו או עתקו יהזיר *Etiam & nefas est bona Gentilis palàm eripere, tametsi ipse Idololatra fuerit; uti & bona ejus, tametsi sponte ab eo penes te relicta, detinere cum restitui postulaverit*, veluti commodatum, mutuum, mercedem, depositum, creditum. Nam qui sic fecerit העושק vocitant, id est, qui violatà fide rem palàm restituendam deneget. Ita fidem fallere sui ipsorum cuique illicitum ducebant, Contractibus scilicet etiam cum Gentilibus, nedum Judæis, initis ritè interpositam; utpote ex interdicti quod tractamus vi naturali servandam. Adeoque in alterius sive Ebræi sive Gentilis damnum (quod scilicet Interdicti hujus sensu juxta jam dicta contineretur) mentiri illis nefas inde habitum. Dico in damnum quod interdicti hujus sensu contineretur; id est, sive in bona sive in personam, contra quàm jura præstituerent, illatũ. Quò spectat inprimis illud quod habent de verborum fraude in Contractibus non adhibendà, nec emtore in emtionem sive mercium laude, sive alio quocunque dolo pelliciendo. Tam de seipsis quàm de Gentilibus pronuntiant l, אסור לרמות את בני אדם: במקח וממכר או לגניב את דעתם ואת גוים ואת ישראל שוים בדבר זה

Nefas est decipere quemquam in emtione & venditione, uti & in consen-

sum

i *Lev. 25. 50.*

k *Maimon. hal.* Gazila Wabda *cap. 3.*

l *Tit.* Bàba Metzia *cap. 4. & Maimoni. hal.* Macira *cap. 18.*

Digitized by Google

sum arte pellicere. Quod pariter obtinet in Gentilibus atq; in Israelitis. Ita scilicet de fide circa Contractus & Obligationibus ubi σωαλλάγματα intervenirent. Sed verò quantum video, nudam verborum, cum fallendi ac mentiendi animo, prolationem ac promissa dolosa, citra Obligationem ex re contractam aut inde contrahendam illicita non existimabant, etiamsi actu, circa quem versarentur, damnum quidem alteri inferretur, sed non cum injuria; nedum ubi nullum ejusmodi damnum. Neque aliter legem illam suam [m] intellexêre, *Neq; mentiemini, neque fallaciter agetis, quisquam cum proximo suo.* Qualem Gentilem esse non sumunt. De Mendacii autem apud eos usu ejusmodi licito, adeoque fidei sic fallendæ exemplo consulas caput tertium libri quarti, ubi circumventio dolosa nec sine mendacio manifesto in exitium Ebræi apostatæ qui in puteum decideret, ejusmodi alia permittuntur. Animadvertendum autem inprimis heic est, id quod de Gentilium pariter atque Israelitarum bonis ab ipsis non invadendis, ex hoc interdicto naturali, tradunt, sic ab ipsis intelligi tantùm, ut Israelitarum nemini ex jure aliquo Pacis, aut citra Belli publicâ autoritate indicti rationem Gentilis bona surripere liceret, eive damnum contra vulgarem Justitiæ, quam vocamus commutativam, amussim inferre. Non item ex jure Belli. Hoc enim ejusmodi sibi, idque ex præstituto [n] Numinis, fuisse tradunt, ut ex supremo ipsius omnimodo rerum personarumque Dominio, ipsis non solùm juberetur septem populos & Amalekitas subigere ac delere, verùm etiam permitteretur, ad augendam, citra causam aliquam aliam, intervenientem majestatis Israelitæ amplitudinem, alienas quascunque terras, bello ritè atque ex sententia Synedrii septuaginta unius virûm, indicto, invadere adeoque Res ac Personas alieni juris in suum redigere. Quod planè, juxta illorum scita, temperamentum erat, atque modus insignis aliorum Dominio (quatenus arma Ebræorum respiciebat) ab eo, qui supremus omnium dominus est, superinductus. Unde nec Furti interdictum, nec id quod in Decalogo habetur de alienis bonis non concupiscendis, bello ejusmodi violari existimabant; idque consequenter satis, dum ex permissione ejusmodi Numinis (quâ & inclusum satis est de jure victoriæ mandatum, devictorum jura perimens) statuebant non minus

[m] *Lebit 19. 11.*

[n] *Deut. 20. 16.*

minus ipſis jus fuiſſe, ab Interdicti autore etiam præſcriptum, invadendi atque ſic belloadquirendi, quàm eis, quos invaderent, citra victoriam aut deditionem poſſidendi retinendique. Sed hac de re, uti & de ſententia Ebræorum de Belli jure, quatenus illo alii ſive in ipſos, ſive in alios uſi ſunt, vide infrà capita duodecimum, decimum ſextum & quæ ſequuntur. Furti nomine contineri etiam volunt, ſi quis vicini agri terminum ſeu metas intra confinii lineam aut angulum ſummoveret, qua de re expreſſim Lex ſacra o; quamtamen, quà de terminis ſimpliciter non ſummovendis loquitur, ad terram ſanctam ſignanter in lege memoratam terminosque in ea, cum tellus diſtribueretur, poſitos attinere ajunt, atque eum qui ibi ſummoveret p, tum interdictum Furti generale, tum hoc de Terminis ſingulare ſimul violâſſe, dupliciſque ita violationis fuiſſe reum, Pœnamque flagrorum duplicem ſubiiſſe. Rem autem ipſam etiam ſimpliciter Furtum fuiſſe. At verò Flavio Joſepho legis ipſius ſenſus videtur eſſe, perinde ac ſi ad jura etiam Gentium vicinarum planè ſpectaret. Verba ejus ſunt q Moſis perſonam induentis. Ὅρους γῆς μὴ ἐξέτω κινεῖν μήτε οἰκείας μὴ τὰ ἀλλοτρίας πρὸς ἃς ἔθνη ἡμῖν εἰρήνη· φυλαττέσθω δ' ὥσπερ θεοῦ ψῆφον βέβαιον εἰς αἰῶνα κεμψήλιον ἀναιρεῖν ὡς πολέμων ἐντεῦθεν καὶ στάσεων γενομένων ἐκ τῶν πλεονεκτούντας πρεσβυτέρων χωρεῖν βούλεσθαι τῶν ὁρων· μὴ δὲ μάχεσθαι εἶναι δὲ καὶ τοὺς νόμους ὑπερβαίνειν τοὺς τὸν ὅρον μεταχινοῦντας. *Terminos terræ movere nemini liceat, nec proprie, nec alienæ, quibuscum ſcilicet nobis pax eſt. Sed cavendum ne, quod ita velut dei decreto ſeu calculo ſigitur, auferatur. Nam cauſa bellorum & ſeditionum, ex eo quòd homines avari volunt terminos ulteriùs figere. Neque procul à legibus* (ceteris) *tranſiliendis abeſt quisquis terminos ſummoveat.* Dum ait, *quibuscum nobis pax eſt*, Gentes innuit, niſi fallor nimium, vicinas aliasque. Quod tamen, interpretationi Talmudicæ non ſatis eſt conſonum, niſi ſi interdictum Furti naturale quatenus in Terminis ſummovendis violatur atque ſingulare hoc de Terminis ſimul conjungas. Tunc enim ipſam ſanè Talmudicorum ſententiam (extra belli cauſam, ritè à Judæis ſuſcepti, juxta inferius oſtenſa) compendio aperit.

o *Deuter. 19. 14. 27. 17.*

p Sepher Siphri *col 184. Maimonid. hal.* Ganiba *cap. 7. Moſ. Mikot. Præcept. Negat. 133. Sid. Gloſſ Jarchii & Paul. Fagiũ ad Deut. 19. 14.*

q *Archæolog. 4. cap. 8.*

CAP.

Digitized by Google

Cap. IV.

Selecta quædam de Dominii Adquisitione & Translatione, *atq;* Obligatione & Permissione *quæ circa illud versatur. Quorum primum est de* Dominio ex *simplici* Rerum Occupatione *adquirendo. De* Rebus nondum Occupatis; *Rebus* Derelictis, & Deperditis. *De* Proselytorum Justitiæ, qui sine hærede morerentur, Bonis, *& de* Restitutione *rei ab eo ablatæ* Sacerdoti *Ephemeriæ tunc munus obeunti præstandâ. De* agro à Gentili *sine syngrapha* Israelitæ vendito. Occupationis titulli ortus.

IAm verò, ut magis perspectos habeamus Ebræorum mores & explicationem Talmudicorum sententiam circa Dominium Rerum & Personarum, ejusque Modos & Temperamenta (unde sensus interdicti de Furto penes ipsos eliciendus) idque quà ipsos quà Gentiles interdictum illud spectare voluere, intuenda exhibere visum est tum Selecta quædam de Dominii Adquisitione & Translatione, & de Obligatione & Permissione, quæ circa illud apud eos diversimodè versabatur ex Juribus Pacis, tum omnimoda ferè quæ Jure Belli apud eos nitebantur; nimirùm quà Gentes alias spectavit. Sic enim Jus illud totum & ea quæ inde pendent, veluti Indictio, Fœdera, Deditio, Captivitas, ad Gentium heic Jus sive Imperativum sive Interveniens attinet. Cujus quidem partes etiam nonnullæ, nec contemnendæ reperiuntur in Selectis illis è Jure Pacis capitibus. Sed in utroque genere, Talmudicorum sententiæ de quæstionibus aliquot circa Dominium, Furtum, Obligationem, Permissionem (quà comites heic sunt assidui) illustrioribus apud patres Christianos acriùs disputari solitis visuntur. Selecta heic ex Jure Pacis Ebræis in usu, generis sunt septemplicis.

I. De Rerum, ex Occupatione simplici, Dominio acquirendo.
II. De Alienationum & Contractuum formulis atque vi.
III. De Jure Egenorum.

IV. De

IV. De Perſonarum in pace acquiſitione.

V. De Uſuris.

VI. De Bonis aleâ ſeu certamine alio ludicro lucrifactis.

VII. De Beſtiis & Volucribus ſic nutritis inſtitutisque, ut comitatiores redirent, ac de Columbis capiendis & Columbariis.

Occupatione ſimplici Dominium juxta Talmudicos plurifariàm adqvirebatur. Ejus autem Jura maximè viſuntur in Bonis Nondum Occupatis, in rebus Deperditis ſeu Derelictis, in Proſelytorum qui ſine hæredibus obierant Bonis, in agro à Gentili Iſraelitæ ſine ſyngrapha vendito, & in Reliquiis eorum, quæ ex lege ſacra in agrorum proventu & frugibus Egenis relicta ſunt. Quod ad horum genus primum attinet ſeu Bona nondum omninò occupata, ea occupantis fieri volunt. Juxta mentem veterum Maimonides[r]; ההפקר כל המחזיק בו זכה וכן המרבות והנהרות והנחלים כל שבהן הפקר וכל הקודם בהן זכה כגון העשבים והעצים והפירות של אילנות של יער וכיוצא בהן חצר הגים מן הימים וכן הנהרות או שצד עופות או מיגי חיות חואיל ואין להם בעלים זכה ובלבד שלא יצוד בשורת הברו ואם צד שם קנה ואם היו הדגים בביברים של בעלים וכן חיה ועוף שבביברים אף על פי שהוא ביבר גדול והוא מהוסר צורה הרי זה של בעל ביברים וחצר משם הרי זה גזלן אבל הלוקח דגים מתוך מצודתו של חברו כשהוא בתוך הים או שלקח חוץ ממצודתו כשהיא פרוסה במדבר הרי זה אסור מדברי סופרים ואם היתה המצודה כלי ולקח מתוך המצודה הרי זה גזלן הפורס מצודה בשדה חברו וצדבה חיה או עוף אע"פי שאין לו רשות לעשות דבר זה קנה ואם היה עומר בעל השדה בתוך שדהו ואמר זכתה לי שדה קנה בעל חשדה ואין לבעל המצודה כלום דגים שקפצו לתוך הספינה קנה בעל הספינה שזו כחצר המשתמרת היא ואינה חצר המהלכת שהמים הן שמוליכין אותה ואינה הולכת מחמת עצמה

[r] *Halach. Zachia Wesmithna c. 1. Et Mina & Gemara utraque tit.* BabaMetzia *cap. 1. & tit.* Gittin *cap. 5. Gemar. Babylonia fol. 59a. & Tit.* Bitza *cap. 2. fol. 25. huc ſpectat* Shulcan Aruch *l.* Choſchen hamiſpat *c. 273.*

Quod nemini occupatum eſt, occupanti conceditur. Ita quicquid in locis habetur deſertis, fluminibus, ac torrentibus, nemini occupatum eſt. Et qui primò occupaverit, is ejusce fit dominus. Veluti graminis, Lignorum, Fructuum Arborum ſylvæ, & ſimilium. Qui piſces capit ex maribus aut ex fluminibus, uti & qui volucres aut feras capit, quandoquidem dominum antea non habebant, capientis fiunt.

Digitized by Google

fiunt. Excipiendum tamen est, ne venetur quis aut aucupio utatur in agro alieno, ubi nihilominùs si aut venetur, aut aucupetur, id quod capit, suum fit. Et de piscandi Jure in Tiberiade, vide quod suprà occurrit capite secundo. Pergit Maimonides. *At verò si aut pisces aut volucres aut feræ vivariis serventur quantulibet, modo liberam venationem, piscationem, seu aucupium prepediant, vivariorum Domini sunt; & qui inde capit, Furtum committit. Quin si quis pisces ex alieno rete, dum in mari est, capit, aut feram ex alieno rete, quod in loco deserto expansum est, hoc quidem illicitum habetur ex scitis scribarum.* (Neque aliter; quoniam nondum ab expandente actu occupantur) *Et si rete clausum fuerit* [quo sive pisces sive feræ includantur) *qui ex eo capit, fur est. Si quis rete expandit in agro alieno, & eo ibi ceperit, sive feram, sive volucrem, tametsi non licuit ei hoc facere, attamen capti dominus fit, nisi intervenerit antea agri dominus & jus suum ex agri proprietate fuerit professus. Tunc enim ei, sive venator fuerit sive auceps, non conceditur. Pisces qui in Navem subsilierint, Navis domini fiunt, quoniam Navis habetur pro custodia satis firma atque occlusa, non pro ea quæ Mobilis aut hinc inde transiens dicitur. Nam ab aquis est quod moveatur aut hinc inde transeat navis, non ex sui natura.* Non ita dissimile jus obtinuisse aiunt, ubi res Derelictæ seu Deperditæ in custodiæ locum aliquem stabilem & occlusum, veluti ædes, horrea, atria, antequam quis eas denuo occupaverat, devenerant. Tunc enim statim illius factas fuisse cujus locus ipse erat. Quod si locus non esset occlusus, nec stabilis sed transiens, veluti jumenti in via dorsum, aut rerum custodiæ non destinatus, veluti agri seu horti aperti, tunc ita demum domini loci fiebant res ejusmodi, si dictis verbis eas nomine agri hortive præsens vendicaret. Aliter nondum haberi pro occupatis. Sed כל הקודם זכה *quicunque priùs occupaverat, dominum factum esse.* Sic receptissima est Talmudicorum sententia. Ex Occupatione autem fundi, qui anteà nullius in Bonis, non sequutum volunt Dominium Occupantis [u] עד שיעשה מעשה בגוף הארץ או יעבור עבודה באילן *usque dum fundum ipsum opere aliquo coleret* (ut dominus) *aut arboribus ejusmodi quid faceret*; veluti pastinando,

s *Maimonid. halach.* Gazaila Wabida *cap.* 6.

t *Misna & Gemara utraque tit.* BabaMetzia *cap.* 1 & 2. *Maimonid. halach* GazelaWabida *cap.* 17. & *halach.* Macira *cap* 3.

u *Maimonhal* Zacia. Wemithna *cap.* 2.

abnodando, putando. Nam tametſi per plures annos fructus ſponte naſcentes ſibi carpſerat, inde citra culturam qualem diximus, Dominum Occupantem fieri nolunt. Hæc quidem ſic tradita de Bonis nondum omnino occupatis, ad Jus ſecundum ipſos tam Gentium aliarum, quam ſuum pariter attinere palam eſt. Neque aliter dicendum de rebus planè Derelictis, ſeu quarum Dominio domini renuntiaverant, ſive inter Ebræos, ſive inter Gentiles. Quod verò de rebus Deperditis ſeu caſu amiſſis affertur, quatenus illud Gentilium Bona ſpectat, &, quantum video, inter Gentiles ſeu Proſelytos Domicilii invicem ipſos, obtinuiſſe volunt quidem non aliter atque idem quod dictum eſt de Bonis nondum omnino occupatis. Nimirum ſimulac Bonis Gentilis deperdita quis in ſui poteſtatem, ut dictum eſt, occupatione redegerat, ea Occupantis facta eſſe. Nam dum tam Bona Gentilium quam Iſraelitarum contra recepta Dominii jura contrectare nefas fuiſſe, ut oſtenſum eſt, docent [x], fas tamen fuiſſe tradunt rem [y] Gentilem deperditam repertori plane ut ſuam detinere, אבידת הגוי מותרת *rem à Gentili deperditam fas eſt retinere*. Quin licet non magis Gentilem calculo fallere quàm Iſraelitam, fas ducerent (ut & monitum eſt ſupra) nihilominus ſi in calculis negotiationis ſubducendis hallucinaretur ipſe Gentilis adeoque nummos ab Iſraelita ſibi debitos putando prætermitteret, fas aiunt hoſce Iſraelitam retinere, nec pro reliquatore ſeu qui aris aliquod alieni dein retineret habendum. Talmudici; טעות הגוי כאבידתו ומותרת והוא שטעה מעצמו אבל להטעותו אסור *De eo quod ex errore Gentilis in rationibus putandis prætermiſſum eſt, idem jus obtinuit quod de re ab illo deperdita. Adeoque retinere illud fas eſt. Sed nefas in cauſa eſſe ut ſic erret, ſeu fallere eum*. Neque hæc ex alia ratione pendere, quantum didici, volunt præter eam quæ eſt, ex Jure Naturali, tùm rei deperditæ Dominium repertori patere, tum obligationem priſtinam definere in quantum creditor aut ſocius in rationibus putandis ipſe ſe, non debitor aut ſocius alter, fefellerit. Ipſis autem ſibi Jus heic aiunt fuiſſe ſingulare ſeu civile, ad Gentiles non attinens; videlicet, hoc quod in lege ſacra [z] præſcribitur. *Fratris tui Bovem aut pecus &c. reduces eos fratrem tuum &c.*

[x] *Et vide Exod. 22.21. Verſ. Munſteri.*

[y] *Maimon. halach.* Gazila Wabida *cap. 11. & vide Mikotzi. præcept. affirm. 74. &* Shulcan Aruch *lib.* Choſchen hamiſpat *cap. 259.*

[z] *Deut. 22. 1.*

Digitized by Google

&c. reſtituesque illi &c. ſic quoque facies de aſino ejus, & ſic agesque cum veſtimento ejus & ſimiliter facies לכל אבידת אחיך *cum omni re perdita fratris tui quam ille perdidit & tu inveniſti eam; non enim poteris occultare eam.* Hinc tradunt nefas fuiſſe Iſraelitæ retinere ut ſuum, quicquid Iſraelita alter perdiderat. Quod tamen ſic etiam temperant, ut, ſi palam deſperaret dominus ipſe rem ſic amiſſam ullibi reperire, pro derelicto res ea haberetur, neque ex lege reſtituenda. Diſtinguunt etiam inter res ita ſignatas, ut per ſigna ſibi ſingularia eas ſuas eſſe dominus probare poſſet [poſt præconium tertium & ſubinde quartum; nam ut etiam id fieret mos ſuperinductus eſt) atque eas, quibus nulla ejusmodi ſigna: De poſterioris generis omnibus, præſumebatur dominum deſperaſſe, non item de priori, niſi palam id profiteretur dominus; illas igitur ſine præconio retinuiſſe, non obſtante lege illa ſacra, nefas; non item has. Talmudici [a], כל דבר שיש לו סימנים הרי הוא בחזקת שיש לו תובעין וחייב להחזיר אבל דבר שאין לו תובעין אלא נתיאשו ממנו הבעלים הרי הוא של מוצאו אע"פ שיש בו סימנים זה הכלל באבידת כל דבר שאין בו סימן כיון שאבר וידעו חבעלים שאבר הר' זה בחזקת שנתאשו בעליו ממנו כגון מסמר אחד או מחט אחת או מטבע אחד שהרי אינן יכולין ליתן סימן להחזירו לחן ולפיכך הרי הוא לזה שמצאו וכל דבר שיש בו סימן כגון שמלה ובהמה הרי זה בחזקת שלא נתיאשו ממנו בעלין שהרי דעתן תלויין ליתן סימנין שיש בו ויחזיר להן לפיכך המוצאו חייב להכריז אלא אם כן ידע שנתייאשו הבעלים כגון ששמע איתם אומרים ווי לחסרון כוס וכיוצא ברבריס אלו שמכירין שנתיאשו הרי אותה האבידת של מוצאת *Quoties in de deperdita reperta fuerint ſigna, præſumendum erat non defore qui eam repeterent, & reddenda erat. Quod ſingulariter dictum ſic intelligendum ut etiam, ubi res haberet quidem ſigna, ſi domini deſperarent de ea* (ita ut plane ipſis pro derelicto haberetur) *reperientis fieret. Regula hæc eſt univerſalis de re deperdita. Quoties res non ſignata deperdita fuerit; eamque deperditam eſſe cognoverint domini, præſumendum erat de ea illos deſperaſſe; veluti clavus unicus, acus ſartoria unica, nummus unicus. Nam ſigna indicare nequibant unde ſic dignoſcerentur ut reddi deberent.*

[a] *Maimon. hal. Gazila Wabida cap. 14.*

Unde evenit rem ejusmodi reperientis fuisse. Quoties autem rei deperditæ esset signum, veluti tunicæ, aut jumento, præsumendum erat de ea dominos non desperasse. Nam palam est illos potuisse signa indicare, ut sic sibi restituerentur. Unde præconium facere tenebatur qui repererat, nisi certò sciret dominos de ea desperasse, veluti si audiret eos dixisse, væ mihi ob marsupium deperditum (nunquam denuo reperiendum) *aut similia quæ manifestum facerent eos desperasse. Nam tunc res illa deperdita etiam reperientis fiebat.* Saxum in suburbio Hierosolymitano excelsum suggestus erat præconi, qui hac formula utebatur, מי שאבד לו בהמה *quisnam est qui jumentum aut pecus perdidit?* Et sic de ceteris. Subtilitates habent hac de re plures, quas prætereo. De præcone quidem etiam loquitur heic Josephus [b], sed aliter multo atque Talmudici. Quorum interea neque omittenda hæc exceptio; Prævaricatorum [c] quos מינין nuncupant, seu Israelitarum qui in contemptum plane numinis legem violarent, & eorum ex eis qui legem & prophetias abnegarent, res deperditas non omnino fuisse ex jure sibi Ebræorum civili restituendas. Neque enim illis relictum satis nomen fratris, quod in lege [d] sacra usurpatur, adeoque non illis inde sublevamen. Ita demum non ex Jure Naturali seu Universali, sed ex suo sibi civili rerum Deperditarum Restitutionem pendere volebant. Quam quidem & locum habere debuisse interdum aiunt in rebus Gentilium deperditis & ab ipso Israelita repertis. Sed non ex jure quo obligarentur ipsi, sed ideo tantum ut per ejusmodi restitutionem inter Gentiles, quibus ullatenus subesset, humanius ipsi exciperentur. Aliter ne quidem licitam esse volebant ejusmodi restitutionem Gentili Idololatræ, ne scilicet liberalitate ejusmodi Idololatriæ opem ipsi subministrare viderentur. Summa est statuisse Talmudicos, in jure simpliciter Naturali de Furto, nihil haberi, quo minus res deperditæ pro derelictis planè haberentur, atque primo dein occupantis fierent, adeo ut Dominii earum jus simul cum ipsis pariter evanesceret. Cur vero Proselyti Justitiæ sine hæredibus obeuntis Bona Occupanti esse concessa tam signanter tradant, evenit ex ratione superius ostensa, ubi [e] de cognationis Proselyti recens facti pristinæ abolitione agitur.

[b] *Archæolog. lib. 4. cap. 8.*
[c] *Videsis lib. 4. cap. 3. & Gem Bab. ad tit.* Aboda Zara *cap. 2. fol 27b.*
[d] *Deut. 22. 2.*
[e] *Lib. 2. cap. 4. & lib. 3. cap. 18.*

Digitized by Google

agitur. Nam inde ſequebatur, ei nullos fuiſſe ex priſtina illa cognatione hæredes; ita ut Bonorum ejus dominus eſſet, poſt mortem ejus poſterorumve, nullus niſi qui poſtmodùm natus; unde rarum fortè non erat Proſelytos ſine hærede mòri. Sed ea de re nos alibi [f] fuſiùs. Neque actum heic agemus. Hoc intereâ monere liceat, ubi ex lege ſacra [g] præſtituitur, reſtituendam eſſe in ſpeciebus aliquot damni ſortem atque inſuper partem quintam, (quod intelligunt de hæredibus ejus, cui illatum eſt damnum, ſi is mortuus fuerit) & dein adjicitur, ואם אין לאיש גואל להשיב וגו׳ *& ſi non fuerit ei propinquus, cui reſtituatur delictum, reddatur delictum domino, eritque ſacerdotis &c.* Verba hæc quæ in vulgata; *ſin autem non fuerit qui recipiat &c.* capiunt Talmudici de Proſelyto, qualem diximus. Neque enim Iſraelitæ deeſſe poterat propinquus ſeu conſanguineus, qui ut hæres heic ſuccederet. Moſes Cotzenſes [h] על פי הקבלה דרשו רבו׳ על מה שנאמר בתורה אם אין לאיש גואל בגר שמת ואין לו יורשין הכתוב מדבר *Ex majorum traditionibus explicant Rabbini noſtri id quod in lege ſacra habetur* ſi non fuerit homini propinquus, *de Proſelyto cui deeſſent hæredes, eumque volunt à ſcriptura innui.* Sic alii [i]; unde fiebat, ut, quod à Proſelyto ſurreptum contra legem hanc ſic detinuiſſet quisquam, non fieret, eo mortuo, Occupantis, niſi rem ipſam aut pretium & quintam inſuper partem ſacerdotibus אל אותו המשמר *ejusdem quæ tunc munus obibat vicis* ſeu ἐφημερίας (ſic enim intelligunt legem) tribueret, inter eos æqualitèr diſtribuendam. Qua de re plura Magiſtri. Quod demum ad agrum a Gentili emtum attinet, idque ſine ſyngrapha quam שטר vocant, in ditione ſcilicet Iſraelitica; pro jure habent receptiſſimo, nec Iſraelitam ad Gentilem, neque hunc ſive ad Iſraelitam ſive ad Gentilem fundum, utcunque ex contractu pretium ſolveretur, ritè tranſtuliſſe, niſi etiam ſyngrapha interveniret. Neque igitur aut hic aut ille ex ejusmodi contractu fiebat [k] dominus. Iſraelitæ ſic vendenti manere volebant Dominium, uſque dum fieret ſyngrapha. Gentilis autem vendentis Dominium, poſt acceptum pretium planè deſiiſſe, ſed ementis, quia ſyngrapha deerat, non incepiſſe. Patuiſſe igitur fundum hujusmodi utpote domino jam carentem, Iſraelitæ occupanti, à quo tamen pretium ei qui Gentili ſolverat, refundendum erat. Adeoque jam

[f] *Lib. de ſucceſſ. in Bona cap. 16. adde* Shulcan Aruch *lib.* Choſchen hamiſpat *cap. 275.*

[g] *Num. 5. 8.*

[h] *Præcept. aff. 73. fol. 152. col. 1.*

[i] *Maimonid. hal.* Gazela Wabida *c. 8.*

[k] Shulcan Aruch. *lib. jam dicto c. 194. & 274.*

velut ex contractu inter Iſraelitas binos absque ſyngrapha inito (qualis inter Iſraelitas legitimus; ut capite dicemus proximo) adquirebatur. De Reliquiis autem eorum, quæ in agris ex lege ſacra Egenis relicta ſunt, quà huc ſpectant, vide inferiùs capite ſexto. Occupationis hic titulus, quo ſecluduntur ceteri univerſi ab eo quod pariter univerſis ante occupationem competebat (jus ſcilicet occupationis ejusmodi in univerſis æquale) ortum ſub initiis aut instauratione rerum ſub Noachidis primis, ut videtur, habuit. Nec ſine conſenſu & interpoſita fide, quæ ad poſteros propagata eſt, de eo admittendo quoties res aut nondum fuerint poſſeſſæ, aut nullius in bonis eſſe cœperint. Vide Gentium diviſionem in Geneſi & teſtamentum quod Noacho tribuitur apud Euſebium, alios. Et de Noachidis illis primævis Euſtathius Alexandrinus l ἑκας⊙, inquit, *τὴν πρωτογχάνουσαν γὴν καταλάμβανεν unusquisque terram ſibi primò obviam occupavit*; quemadmodum & Joſephus ubi de Japetidis loquitur & de Europa; ἣν ἔτυχον ait m, *καταλαμβάνοντες, καὶ μηδενὸς προκατοικήσαντος quam occuparunt etiam nemine ante ibi ſedes habente.* Sed niſi ſupponatur de occupationis titulo in poſterum admittendo Pactum, ac Conſenſus per genus humanum ex vetuſtis illis ſeculis propagatus ac retentus, qua ratione Occupatio ſimplex alios, cui pariter occupandi jus competiit, excluderet, non video. Et de Pacto & Conſenſu ejusmodi, nos pridem alibi n. Qua ratione autem illud Joſephi o, velut apud ſuos receptum, ſi quis ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται *quod non poſuerit ipſe abſtulerit* eum graviter puniendum, jam dictis de rerum deperditarum derelictarumque per occupationem Dominio adquirendo fuerit conſonum, viderint quorum intereſt.

l *In Hexaemero p.51.*

m *Archæolog. l. cap. 7.*

n *In Mari Clauſo lib. 1. cap. 4.*

o *Adverſ. Apionem l. 2. & ſide Sam. Petit. ad Leges Atticas pag. 534. ſeu lib. 7. tit. 5.*

Cap. V.

De Alienationum *&* Contractuum formulis *atq;* Obligationis vi *ex earum* apicibus *pendente. De* Pretio *rei mobilis venditæ vero valori,* ſexta parte *aut majori,* impari. Proſelyti *Injuſtitia* Teſtamentum, Donatio.

Secun-

SEcundum ex ſuperiùs Selectis caput eſt de Alienationum & Contractuum formulis, atque vi. Horum vim atque obligationem ita ex Formularum apicibus pependiſſe volunt Talmudici, ut his prætermiſſis illa planè nihili aut irrita eſſet. Vetuſtiſſima eſt ceſſionis formula illa in hiſtoria ſacra; *Obtinuit* p *olim in Iſrael in redemptione, & in permutatione ut firmaretur negotium; extrahebat homo calceum ſuum & dabat proximo ſuo, eratq; hoc Teſtimonium in Iſrael.* Quæ verba ſtatim ſequitur; *Dixit igitur propinquus* ſeu *redemptor ad Boaz poſſide tu, & extraxit calceum. Et ait Boaz ad Seniores & ad cunctum populum teſtes vos eſtis hodie quod poſſederim omnia quæ fuerunt Elimelech &c.* Neque verò mos ille ad legem ſacram q de fratria renuntianda omninò attinet, ut alibi r oſtendimus. Et mirum eſt, quod habet Joſephus ſ hac de re, quaſi ex lege illa de fratria, fœmina heic ipſa calceum exuiſſet. Ad locum hunc de calceo, Jarchius; זהו קנין כמו שאנו קונין בסודר במקום נעל *Inde adquiſitio quemadmodum & nos adquirimus ſeu emimus ſudario* ſeu *velo, vice calcei.* Recentior enim eſt in contractibus ſudarii uſus, de quo videſis in סודר Eliam Thisbitem. Sed diſcrepant Rabbini t de calcei heic exuendi more. Alii enim eum qui cederet, calceum adquirenti dediſſe; alii, adquirentem cedenti. Neque ſatis ex ſacro ſermone habetur, quod litem dirimat. Certè in vulgata legitur, *Dixit ergo propinquo Boaz; tolle calceamentum tuum. Quod ſtatim ſolvit de pede ſuo. At ille majoribus natu & univerſo populo &c.* Et conſulas u Joannem Druſium, alios qui obiter rem tractant. Paraphraſtes autem ibi Chaldæus ſubſtituit. טול גבר נרתק יד ימינה ואושט ביה קנין לחבריה *exuebat homo chirotecam manus ſuæ dextera emptionis causá proximo ſuo porrigebat.* id eſt emptor. Nam de Boazo ibi emptore ſtatim idem paraphraſtes, *Et dixit redemptor ad Boaz,* אושיט יך לקנינא וקני לך וטרע בועז ית נרתק יד ימינה וקני ליה *Extende manum tuam emtionis causá, & eme tibi. Et exuit Boaz chirothecam dextera ſuæ, & emit ſibi.* Sic exemplaria aliquot. Alia, ut in Bibliis Regis, habent נרתקה *chirotecam ſuam,* ſeu ut Arias vertit, *vaginam ſuam.* Secuſis autem ſequentibus Formularum aliarum etiam apicum, in Dominii, ex jure ſuo civili, Adquiſitione ſeu translatione erant tenaciſſim Ebræi. Ex nudo ver-

p *Ruth 4.7.*

q *Deut. 25.*

r *Lib. de ſuccesſionibus in bona c. 15.*

ſ *Origin. 5. cap. 31.*

t *Jarchius ad Ruth. 4.*

u *Queſt. & Reſp. Ebraic. 46. & in Ruth cap. 48*

do verborum Contractu nihil omninò transferebatur Prædia seu קרקעות Emtoris ita demũ fiebant x, si aut בכסף *numeris* datis, minimũ argenteo seu sicio, aut בשטר *syngraphæ testimonio*, aut בחזקה *corporali*, post Contractum aut sub ipso, *possessione*, ea adquisiret. Ubi horum nullum, irrita planè ibi venditio. Res mobiles, quas מטלטלין nuncupant, alienabantur fere aut Venditione, aut Permutatione, aut Donatione. Constituto, etiam soluto pretio, in emtoris Dominium res ejusmodi (nisi cum prædio ruta cæsa aut ejusmodi alia venderentur, quæ prædii jus sequebantur) non transibat, nisi aut בהגבהה *prehensione*, qua sustolleretur gestare-turve aut במשיכה *tractu, abactu*, aut *ductu*, ubi res commodè gestari aut sustolli nequiret, aut במסורה *Traditione*, ubi ejusmodi esset ut ita nec trahi posset abigi nec duci, in illius possessionem, idque ex sententia Venditoris, deveniret. Nam & antequam ex hisce aliquod fieret, יכול המוכר וכן יכול הלוקח לחזור בו לחזור בו *integrum erat & venditori & emptori à Contractu recedere*. Et redhibitoriâ cogebatur venditor, si alteruter recederet, pretium restituere. Atque hoc obtinebat, sive pretium ex nummis publica fide signatis, quos מטבע & מעורר appellitant, constitueretur, sive ex argento, aliove metallo non signato sed signari solito, quod פירות nuncupant. Permutatio verò erat tum metallorum ejusmodi sive signatorum sive non signatorum, tum aliarum rerum. Ubi in metallorum invicem non signatorum verbi gratiâ permutationem conventum erat, si alterutrinque possessio corporalis, qualem memoravimus, sequeretur, uterque Contractu, sed non alitèr, obligabatur. Ita etiam, ubi in aliarum rerum sive mobilium sive prædiorum y invicem permutationem, est conventum. Nec aliud voluêre in donationibus, ac in venditionibus, jus locum habere. Irrita scilicet erat donatio, saltem donator haut obligabatur, ante, qualem diximus, possessionem donatario habitam. Hæc nimirum stricti juris erant, & à majoribus introducta, ne alterutri contrahentium, sine corporali, idque ex alienantis sententia, possessione, ex nuda & temeraria, ut fieri amat, verborum emissione, fraus esset. Nam nihil obesse ajunt ex ipsa lege sacra, quin uterque contrahentium, vi, quæ interveniunt, verborum solà obligaretur. Etiam & tantùm non ex sen-

x *Misna tit.* BabaMetzia *c.4. ibidem. Gemara utraque, Maimonid. hal.* Macira *cap. 1.2. & seq. Misna tit.* Kidoschim *cap.1. Moses Mikotzi præcept. affirm. 82.*

y *Maimon. halach. Zacia Wemithna cap. 3. & Tal. locis citatis.*

Digitized by Google

ex ſententia fori, ſeu jure ſtricto, utrunque obligari, ſed interea non obligari. Unde, ubi Emtor redhibitoria actione, ut pretium, ante rem ſibi poſſeſſam, à Venditore refunderetur, uſus eſt, ſecundum eum quidem judicabatur, ſed non ſine hujuſmodi (quod ſanè inprimis animadvertendum eſt) dirarum, quibus מוסרין אותו למי שפרע *tradebant eum ei qui vindictam ſumeret*, formulâ[z] מי שפרע מרור המבול ומרור הפלגה ומאנשי סדום ועמורה ומן המצריים ששטפו בים הוא עתיד ליפרע ממי שאינו עומד בריבורן *Qui vindictam ſumſit ex ſeculo Diluvii, & ex ſeculo Diviſionis Linguarum, & ex hominibus Sodoma & Gomorra, & ex Aegyptiis, qui immerſi ſunt in mari, is ſumet olim vindictam ab eo, qui conventis ſuis non ſtat.* Id quod etiam alibi[a] obiter notavimus. At vero cautum eſt, ut[b], ubi in permutationem metallorum ſignatorum ſeu nummorum conventum eſſet, tum demùm utrinque obligarentur contrahentes, ſi id, quod ex ſui natura vilius erat, ex ſententia alienantis in alterius poſſeſſionem corporalem tranſierat; non item, ſi id tantùm quod carius. Hoc enim nummi ſignati adeoque pretii tantùm (juxta ante dicta) vicem heic præſtabat. Hinc regulam habebant, כל חירוד מחבירו קונה את הבירו *Quicquid ex binis vilius eſt*, (corporaliter poſſeſſum) *carioris Dominium etiam tranſfert.* Sed diſcrimen hac de re eſt inter Miſnam Hieroſolymitani Talmudis, & eam quæ Babylonii[c] eſt, de quo non eſt heic diſceptandi locus. In Alienationibus autem & Contractibus id inprimis advertendum eſt; qualem ſenſum faciant inter ſe legis hujus[d] ſacræ, *ſi venditione vendideris proximo tuo* (לַעֲמִיתֶךָ, *civi tuo* in vulgata) *aut emeris de manu proximi, tui* אַל־תּוֹנוּ אִישׁ אֶת־אָחִיו *non decipietis* aut *damnum inferetis quiſquam fratri ſuo.* Nimirum[e] verbum ינה accipiunt vi vel fraude alium lædere ſive in bonis, ſive in famâ. Heic autem capiunt de eo quod eſt pretio majori vendere, aut minori, quàm par eſt, emere, id eſt ipſo ſimpliciter pretio impari damnum inferre. Hinc aiunt ex more majorum atque legis interpretatione receptiſſima regularitèr inoleviſſe, ut ſi quis Judæus Judæo מטלטלין ſeu *bona mobilia* (nam agri & ædes ad leges redemtionis ſacras attinuere) utrinque bonâ fide vendiderat pretio, vero rei valore ſexta parte, majori,

z *Miſna & Gem. tit.* Baba Metzia *c. 4. ubi vide R. Obadiam Bartenorium.*

a *In prolegom. ad lib. de ſucceſſionibus in bona.*

b *Miſna Talmudis Hieroſolymitani tit.* Baba Metzia *cap. 4 & Gemara ibi fol. 9. col. 3.*

c *Vide Talm. Bab. tit.* Baba Metzia *fol. 44. a.*

d *Leſitic. 25. 14.*

e *Vide Paul. Fag. ad Exod. 22. 20*

f *Miſna tit.* Baba Metzia *cap. 4. Maimonid. hal.* Macira *cap. 12. &c. Moſ. Mikotz Præcept. Negat. 270 & ſide Moſem Bar Nachman in* Piruſh Tora *fol. 216 a.*

ſeu pretio tanto minori emerat, pars illa ſexta ei f. cui inde damnum ſic illatum, eſſet refundenda. Non vero quidquam omninò ſi ſextâ parte minus diſcrimen eſſet. Atqui ſi ſextâ diſcrimen majus eſſet, licuiſſe emtori ſtatim ſeu quamdiu nondum finita eſſet negotiatio, Contractum reſcindere & redhibitoria pretium ſibi integrum vindicare; Venditori autem (ſi in illius fuiſſet damnum) nunquam non licuiſſe rem ſuam poſteà repetere. Quod non ſolùm de Emtione & Venditione ubi pretium eſſet nummi, ſed etiam de Permutatione rerum fungibilium, veluti fructuum, granorum, ſeminum, id genus aliorum, quæ uſu conſumuntur, intelligendum. Non item ubi permutarentur inſtrumenta, vaſa, pecora, jumenta, quoniam ibi non tam valoris rerum quàm contrahentium rei alterius præ alterâ electionis ratio habita. Id quod ſic reſtituendum erat ſeu ſextam partem הונית *damnum ex impari pretio illatum* vocitant. Et hac de re ſubtilitates adjiciunt non paucas. Ita ſanè Obligationis atque Contractuum vis mira hinc, ut vides, recepit Temperamenta ac Modos. Sed inter Judæos ipſos tantùm & ex jure ad Proſelytorum Domicilii regimen ſuperinductum inter Judæum & Proſelytum, quoties Contractu hujuſmodi illi hic damnum intulerat. Non item, ſi huic ille. Talmudici; חגוי אין לו הונית שנאמר איש את אחיו וגוי שחונה את ישראל מחזיר הונית ברינין שלנו *Jus de damno ex impari pretio illato ad Gentilem non attinet. Nam & ſcriptum eſt* g *ea dere, quiſque fratri ſuo. At ſi impari ſic pretio damnum intulerat Iſraelitæ Gentilis, refundendum erat ex decretis forenſibus noſtris.* Ita in Obligatione ac Contractu heic Jus perquam impar Judæi tàm adſciti ſeu Proſelyti Juſtitiæ quàm Originarii, & Gentilis ſeu Proſelyti Domicilii. Quamvis enim legem illam alteram h גֵּר לֹא־תוֹנֶה *Proſelytum non moleſtabis, vexabis* ſeu *lades* (eodem vocabulo, quod habetur in lege hac de Emtione & Venditione, ibi uſurpato) juxta id quod libro monuimus ſecundo i, ad utriuſque generis Proſelytos quoad opprobria de priſtino vitæ genere eis non inferenda (quod הונית דברים ſeu *damnum* aut *moleſtiam per ejuſmodi opprobria illatam nuncupant*) quantùm video attinere volunt, nihilominùs dum pluribus legem hanc de Impari ſimplicitèr pretio ſimul cum illo, quod in altera illa ſequi-

g *Levitic. 25. 14.*

h *Exod. 22 20 & ſide Levit. 19. 33.*

i *Cap. 4.*

ſequitur וּלְא תְלַחֲצֵנּוּ [k] *neque expilabis eum* (quod de pretio impari etiam ſumunt) fuſiùs explicatum eunt, Proſelytum alium præter Juſtum in ea, quoad hanc rem, contineri nolunt. Quomodo transferretur apud Ebræos ex Succeſſione Dominium, explicavimus abundè Libro ſingulari de Succeſſionibus in Bona. Ubi etiam de Alienatione per Teſtamentum, & quâ exhæredatio fiebat liberorum, diximus, & de aliis ejusmodi. Recole heic ſi placet, quod capite ſuperiore traditur de Gentilis Alienatione fundi in ditione Iſraelitica irrita, ubi ſyngrapha non interveniret. Et alia Alienationibus ſingularia fuere, quâ Proſelytos Juſtitiæ ſpectabant, nec parùm ab Originariorum alienationibus diſcrepantia. E quibus id inprimis & ſolùm heic adjiciendum duximus, Proſelytum Juſtitiæ moribundum ſeu per Teſtamentum bona ſua diſtribuentem aut dantem proli ſuæ, antequam Proſelytus fieret ipſâ, ſive natæ ſive conceptæ, incaſſum planè feciſſe; neque teſtamentum aut donationem ejusmodi omninò vim obtinuiſſe. Ex moribus ſcilicet ſuperinductis, ne videretur proles illa pro herede inter Ebræos admitti. Aliqui etiam inde nec cuiquam quid ab eo rite donatum volunt moribundo, quod שכב מרע vocant, aut mortis causâ; nedum per teſtamentum; cui tamen locus, ubi ægrotaret quisquam ex Originariis, etiam ſine ſolennibus alienationum ſuperiùs traditis, quod ex eis etiam, quæ alibi [l] diximus, ſatis dignoſcitur. De his autem ante alios conſulas, ſi placet, Joſephum Caro in *Shulcan Aruch* [m]. Ex apicum autem & formularum ejusmodi obſervatione palàm eſt, ſic diſciplinam Ebræorum de Furti interdicto obtinuiſſe, ut nec dominum eſſe ibi agnoſcerent, ubi apices aut formulæ illæ multiplices (quarum ſpecimen tantùm heic indicavimus) deerant.

[k] *Exod. xxi, 5. 20.*

[l] *Lib. de ſucceſſ. in Bona, cap. 14.*

[m] *Lib.* Chomſchen hamiſpat *cap. 256.*

CAP. VI.

De Jure *apud Ebræos* Egenorum *ſingulari*; Angulo *ſegetis*, Spicilegio, Racematione, Uvis deciduis, frugibus *per* Oblivionem *in agro* relictis, Decima Pauperis; Eleemoſynis; *etiam ſententiâ forenſi exigendis. Mira in* erogandis *his atque tum* priſtinâ *tum* præſenti pauperum conditione *conſideranda, ratio.* E Gentilibus Pauperes (*niſi* Proſelyti Domicilii *eſſent*) juris Egenorum

norum *apud Ebræos* non omnino participes. Proſelyti Domicilii *participes* Eleemoſynarum; *non alicujus reliquorum quæ ſunt pauperibus* debita. Utrùm extremæ Pauperis Neceſſitati Dominium privatum ex Jure Naturali, *juxta Talmudicos*, cederet.

Quod ad ſuperiùs Selectorum Tertium, ſeu Jus Egenorum ſpectat; celebris eſt apud ſcriptores [n] quæſtio, utrùm extremæ Indigentium neceſſitati cedat ex jure Naturali Dominium privatum, adeoque utrûm inde ſimpliciter Dominium ſeu Furti interdictum ſic temperetur, ut furripienti, eo nomine, ſcelus ex Jure Naturali non fuerit tribuendum. Seu, ut breviter quæſtio hæc concipi ſolet, *utrùm furari liceat propter neceſſitatem.* Quid ea de re ſenſerint Talmudici manifeſtum ſatis fiet, ſi primò generatim oſtenderimus, qualia penes ipſos Egenorum ſeu pauperum jura heic fuerint, & dein adjecerimus, quid tradiderint de Gentilium penes itidem ipſos, tum indigentiâ, tum Eleemoſynæ ſive erogatione ſive receptione. Eorum quæ Pauperibus ex lege ſacra ſeu Ebræis civili debebantur, genus [o] faciunt ſeptemplex. Primum eſt פאה *Angulus*; II לקט *ſpicilegium.* III עוללה *Racematio* IV פרט *Acini decidui.* V שכחה *quod per oblivionem relinquitur.* VI מעשר עני מתנות *Decima pauperis.* VII צדקה *Eleemoſyna.* Quæ cuncta nomine עניים *munera quæ pauperibus danda* veniunt. Primum habetur in lege illa [p] *cum meſſueritis meſſem terræ veſtræ*, לא תכלה פאת שדך לקצר *non conſummabis metendo angulum agri tui.* Redditur in vulgata, *non tondebis uſque ad ſolum ſuperficiem terræ.* uti & alibi [q]; *non ſecabitis eam uſque ad ſolum.* Sed Ebræa quæ attulimus, ſunt loci utriuſque. Græci ibi ὁ συντελέσετε τὸν θερισμὸν ὑμῶν ἕως ἀγροῦ σου ἐκθερίσαι, *non perficietis meſſem veſtram agri tui metendo.* Quæ velut dicta non minùs de agro frugibus conſito, quàm de arboribus frugiferis, adeoque de proventu telluris omnimodo annuo capiunt magiſtri. Quantitas Anguli ſeu partis frugum ſic relinquendæ nullibi in lege ſacra præſtituitur. Sed ex ſcitis Scribarum ſeu eorum, quibus permiſſa eſt Sanctionum ſuperinducendarum pote-

[n] *Dominicus Soto de Iuſtitia & Iure lib. 5. quæſt. 3. art 4. S. Thom. 2. ſecundæ quæſt. 66. art. 7. alii.*

[o] *Maimonid. hal. Mithnoth Aanim cap. 1. 2. &c. Moſ. Mikotz. Præcept. Neg. affirm. 161. &c. 284. &c. Miſna tit. Pea & tit. Maigſher Shena.*

[p] *Lebit. 19. 9.*

[q] *Ibid. 23. 22.*

poteſtas, pars erat minimùm ſexageſima. Talmudici; כמה הוא שיעור הפאה מן התורה אין לה שיעור אפילו הניח שבולת אחת יצא ידי חובתו אבל מדבריהם אין פחות מאחד מששים בין בארץ בין בחוצה לארץ ומוכף על האחר מששים לפי גידל השדה ולפי רוב העניים ולפי ברכת הזרע *Quantitas Anguli à lege ſacra determinata nõ eſt, unde qui reliquerit ſpicã unicã, etiam is præſtabat id ad quod ſic obligabatur. Sed verò ex ſcribarũ ſcitis ita præſtituta eſt pars ſexageſima, ut minor non ſufficeret, idque tum intra terram ſanctam tum extra* (nam & extrà ex eorum ſcitis obtinuit mos hic.) *Et quidem inolevit, ut adjicerent aliquid coloni, vinitores, & frugum collectores reliqui, parti ſexageſimæ pro varia ſive agri area, ſive pauperum multitudinis, ſive proventus ubertatis quantitate.* Secundum genus ſeu לקט id eſt Spicilegium, ſacris illis quæ ſequuntur nititur verbis, וְלֶקֶט קְצִירְךָ לֹא תְלַקֵּט *& collectionem* (ſpicarum ſeu fruguṃ remanentium) *ſeu ſpicilegium non colliges.* Vulgata; *nec remanentes ſpicas colliges.* Quod ad fruges ſeu proventus manipulatim falce ſuccidi aut evelli ſolitos attinere volunt. Si ſpica unica aut duæ inter ſuccidendum, evellendum, aut colligendum, extra manipulos aut ſub falce deciderent, hac lege continebantur, idque quotcunque & quotieſcunque ſic deciderent. Non item ſi tres ſimul, nedum plures. Talmudici; אם נפלו שלש באחת הרי שלשתן לבעל השדה *ſi tres ſimùl deciderent, ad dominum agri attinebant.* Genus tertium ſeu Racematio in lege ſacra ſequitur וכרמך לא תעולל *& vineam tuam non racemabis.* Hoc de racemulis dictum volunt, quotquot ſcilicet nec כתף haberent nec נטף id eſt nec ſcapulos denſiores, nec uvas conjunctiores, ſed tàm has, quàm illos, ita invicẽ diſperſas & diſtantes, ut reliquorum ubertatem denſiorem haud imitarentur. Quartum item in ſacra lege ſubjungitnr genus וּפֶרֶט כַּרְמְךָ לֹא תְלַקֵּט *neque grana decidentia*, acinos deciduos *colliges.* Qui ſcilicet in vindemia inter colligendum è racemis deciderent. De quibus, ut de ſpicis, aiunt Magiſtri, ſi unus ſeu bini deciderent, eos hac lege contineri, quotcunque ſic deciderent; non item ſi tres ſimul conjuncti, nedum plures. Lex ſacra [r], quæ ad genus heic quintum ſeu rem per Oblivionem in agro relictam ſpectat, hæc eſt, *cum meſſueris meſſem tuam in agro tuo,* וְשָׁכַחְתָּ עֹמֶר בַּשָּׂדֶה לֹא תָשׁוּב לְקַחְתּוֹ *& oblitus*

[r] *Deut. 24. 19.*

fueris manipulum in agro, non reverteris ut tollas illum. Qua de re Talmudici, העומר ששכחוהו פועלים ולא שכחו בעל הבית שכחו בעל השדה ולא שכחוהי פועלים שכחוהו אלו ואלו והיו שם אחרים עוברים ורואין אותם בעל ששכחוהו אינה שכחה עד שישכחוהו כל אדם ואפילו עומר הטמון אם נשכח חרי זה שכחה *si manipuli oblivisceretur operarii, cujus tamen non oblitus esset paterfamilias, aut si oblitus esset paterfamilias nec tamen operarii, imò sitàm bi quàm ille obliti essent, alii tamen ibi transeuntes ipso, quo obliti essent illi, tempore viderent* & indicarent, *pro derelicto per oblivionem censendus non erat. Quod nec obtinuit, nisi quilibet hominum* (ad quos aliàs pertinere poterat) *oblivisceretur. Etiam si reconditus esset manipulus & per oblivionem derelictus, pro derelicto in hac lege habebatur.* Neque solùm ad manipulos agri seu messem, sed pariter ad vindemiam & arborum qualiumcunque fructus spectasse docent hanc legem. Quod Sextum heic est, seu Decimam pauperis habent ex illo [s] מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים *à fine trium annorum* seu *anni tertii proferes omnem decimam frugum tuarum pro illo anno & repones intra portas tuas, venietque* Levites *&c. Et peregrinus, pupillus atque vidua qui sunt intra portas tuas & comedent, & saturabuntur.* Spectare volunt hoc ad tertium & sextum (qui tertius est iteratus) cujuslibet hebdomadis, juxta annorum remissionis computum, revertentis. Ita ut decima prima & secunda anno 4 & 5 solverentur, tertio vero & sexto nulla decima secunda, sed hæc velut vice ejus, idque domi non Hierosolymis sic solveretur. Ad Septimum heic genus spectat lex illa [t], *si fuerit in te pauper unus ex fratribus tuis intra aliquam portarum tuarum in terra tua, quam Dominus Deus tuus dat tibi, non obfirmabis cor tuum, neque contrahes manum tuam à fratre tuo paupere. Sed aperiendo aperies illi manum tuam, & mutuum dabis illi quod sufficiat pro penuria ejus, qua ille laborat*, id est די מחסורו אשר יחסר לו quod vertit vulgata, *quo eum indigere prospexeris.* Et quæ sequuntur de anno remissionis, faciunt, ut non mutuum sed donatum habendum esset, quod indigenti sic subministrandum; juxta magistros. Paulo item post, *Non deficiet pauper*, seu *non deerit pauper de medio terræ.*

[s] *Deut. 14. 28.*

[t] *Deut. 15. 7.*

Ideò

Ideò præcipio tibi dicens, aperiendo aperies manum tuam fratri tuo, pauperi tuo atque inopi tuo in terra tua. Accedit & illa [u], *ſi attenuatus fuerit frater tuus & mutaverit manus ejus juxta te* (ſeu *infirmus fallus fuerit*) וְהֶחֱזַקְתָּ בּוֹ גֵּר וְתוֹשָׁב וְחַי עִמָּךְ *etiam ſublevabis* ſeu *ſuſtentabis eum, peregrinus item & inquilinus etiam vivat tecum.* Ita intelligunt magiſtri. Sed vulgata, *& ſuſceperis eum quaſi advenam & peregrinum & vixerit tecum, ne accipias uſuras ab eo &c.* & proximum ita comma, ut ex duabus unica lex fiat, adjicit. Sed de Uſuris, mox, capite nono. Poſteriora autem jam citatæ legis verba ſic capiunt Magiſtri, ut non ſolùm Proſelytis tàm Domicilii, quàm Juſtitiæ incolatûs permiſſio in terra ſancta ſic præſtituatur, (nam qui ibi תושב dicitur pro Proſelyto Domicilii ſumunt [x]) verùm ut etiam utrorunque inopiæ ſublevamen, ex eleemoſynis, fuerit erogandum. Quod ſi de Gentilibus aliis ſeu qui Idololatriæ nondum renuntiaverant, ſumi nolunt, ut infra dicemus. Verba autem illa in codice Samaritano ſic ſe habent וחוקרת בו גר וחושב וחי אחיך עמך quæ verti poſſent *& ſi vis* ſeu *robur peregrini & inquilini in eum* invaluerit, *etiam vivat frater tuus tecum.* Quæ poſtrema in fine proximi commatis, etiam in codicibus tam Judaicis quàm Samaritanis occurrunt. Legitur item [y] Hyrcanum *inſtituiſſe primum Xenodochia, quibus adventum ſuſciperet pauperum peregrinorum.* De eo quidem Joſephus [z], πρῶτος Ἰουδαίων ξενοτροφεῖν ἤρξατο, quod vertitur Gelenio, *primus omnium cæpit militem externum alere*; Ruffino autem *peregrinos alere.* Sed ex jam antè allatis legibus, quemlibet aiunt Magiſtri a Judæum obligari ליתן צדקה לעניים *eleemoſynam dare pauperibus.* Unde & inquiunt, כל הרואה עני מבקש והעלים עינו ממנו ולא נתן לו צדקה עבר בלא תעשה [a] *quiſquis viderit egenum rogantem, & oculos ab eo divertens ei eleemoſynam non dederit, violat præceptum negativum.* Opulentiæ alterius atq; alterius indigentiæ ratione ſemper habitâ. Sed mirũ eſt quod tradunt de Eleemoſynæ heic, tum Qualitate, tum Quantitate. Neque enim ſuffeciſſe volunt, ut quis opulentus inopibus rogantibus vitæ ſimpliciter neceſſaria donaret, compararetve, veluti veſtitum & alimenta. Etiam utenſilia domeſtica, uxorem item

[u] *Levit. 25. 35.*

[x] *Iarchius ibi; Abarbinel in Piruſh Tora f. 270. col. 3. alii.*

[y] *Egeſippus lib. 1. cap. 1.*

[z] *Lib. 13. cap. 16.*

[a] *Maimonid. hal. Mithnoth ainim cap. 7. Moſes Mikotz prec. affirm. 162.*

rem item & maritum (cœlebibus qui indigerent, pauperum nomine heic venientes) quin & ea insuper, quæ ad pristinæ unde deciderant vitæ sortisque splendorem spectarent, ex legibus hisce sacris docent fuisse subministranda. Talmudicorum verba sunt; אפילו היה דרכו של זה העני לרכוב על הסוס ועבד רץ לפניו והעני ירד מנכסיו קונין לו סוס לרכוב עליו ועבד לרוץ לפניו *Etiam si pro dignitate pauperis, unde jam deciderat, pristinâ, mos ei esset equo vehi nec sine servo præcurrente, comparandus erat ei equus quo veheretur, & servus qui præcurreret.* Et si vestitum rogaret indigus מכסין אותו לפי כבודו מיד *vestiendus erat juxta dignitatem suam propediem.* Si nempè inopia ejus satis nota. Aliter ea de re inquisitum prius ibant. Quod tamen ubi inops alimenta poscebat, non faciendum, sed statim ea subministranda. De Dignitate autem & Splendore pristino, rationem subjungunt ex eo quod in lege habetur, *quod sufficiat pro penuria* seu *indigentia ejus quâ ille laborat*, ומצווה אתה להשלים חסרונו ואין אתה מצווה לעשרו *unde ex præcepto obligaris supplere quibus indiget, minimè verò eum ditare.* Atque etiam quemlibet rogatum כפי משגת ידו *juxta facultatum suarum amplitudinem*, obligatum aiunt ita quibus indiguerat suppleviſſe. Quantitatem item eleemosynæ singulorum sic taxant, ut, qui largiùs & maximâ cum laude daret, Quintam opum suarum partem, si res posceret, subministraret; qui mediocrius, minorem usque ad decimam; quâ si minorem quis, ubi scilicet majorem res poscebat, daret, donum עין רעה *oculi mali* seu ejus qui tenacioris nomen mereretur, vocabant. Addunt ואסור להחזיר את העני ששאל ריקם ואפילו אותה נותן לו גרוגרת אחת *nefas esse dimittere inopem, qui rogaverit, omninò vacuum, & unicum potiùs granulum ei donandum.* Si scilicet rogatus haberet. Si quis autem eleemosynam erogare, juxta quod oportuit, detrectaret sententiâ forensi coercendus erat in id præstandum quod foro placeret, idq; non sine plagarum Pœna nisi pareret. Quod si demum non faceret, è bonis suis id quod erat præstandum in pignus subſtulere judices. Maimonides; מי שאינו רוצה ליתן צדקה או שיתן מעט ממה שראוי לו ב"ד כופין אותו ומכין אותו מכת מרדות עד שיתן מה שאמדוהו ליתן ויורדין

ויורדין לנכסיו בפנינו ולוקחין ממנו מה שראוי לו ליתן וממשכנין עד הצדקה *Qui non voluit eleemoſynam dare, aut minorem dederat, quam erat ei par, cogebant eum Iudices fori* ſeu *ſynedrium, irrogata etiam Pœnâ verberum, qua contumacibus debita, usque dum id præſtaret, quod ipſi æſtimarent. Quin & irruebant in bona ejus eoque præſente quantum oportuit eum erogare, ut in pignus eleemoſynæ, eripiebant.* Quamvis autem ſic ex lege ſacra primitus obligatos volunt ſingulos ſingulis, pro horum inopiâ ac illorum opulentia, eleemoſynam obiter præſtare, nihilominus res eo tandem ex maiorum inſtitutis rediit, ut, quemadmodum non ſatò videmus apud Chriſtianos, inſtituerentur qualibet in urbe ac oppido גבאי צדקה *exactores Eleemoſynæ* ſeu ejus, quod in pauperum ſublevamen erogandum, qui hebdomatim ſeu à veſpera Sabbati in veſperam eo nomine diligentius colligerent erogarentque nummos, alimenta, id genus alia. Locus in quo reponebantur nummi, קופה *arca* vocabatur, in quo alimenta, תמחוי *ſcutella*. Unde evenit, ut dein obligatio non tam pauperes ipſos, quam exactores hoſce immediatè ſpectaret, extrà quam ubi quis exactorum munùs rite erogando juxta facultates ſuas anteverteret. Nam id nunquam non illicitum. Scilicet עבד שחוטא קרובו קודם לכרת אדם עני ביתו קודמין לעני עירו ועני עיר קודמין לעני עיר אחרת שנ׳ לאחיך לעניך ולאבינך בארצך *Inops qui fuerit cuiquam propinquus, præferendus aliis quibuscunque; inopes domeſtici, inopibus urbis; urbis ſuæ, inopibus urbis alienæ; juxta quod in lege ſcriptum eſt* b, *Fratri tuo, pauperi tuo, inopi tuo in Terra tua.* Exceptio autem intervenit de Captivis redimendis, quam inferius dabimus. Collectam Eleemoſynam erogabant exactores illi, etiam & de aliorum inopia atque erogationis modo, juxta mores ſuperinductos, decernentes. Verbi gratiâ; מי שיש לו מזון שתי סעודות אסור לו ליטול מן התמחוי היו לו מזון ארבעה עשר סעודות לא יטול מן הקופה *Qui haberet* [veſpera Sabbati) *duo prandia, ei non licuit ex ſcutella erogari. Qui haberet quatuor ordecim, ei non licuit erogari ex arca* non ſcilicet in alimenta. Id genus alia ad hunc modum occurrunt; unde haud parum dignoſcas, quinam apud eos pauperum nomine (quantum ad facultatum

b Deut. 15. 11.

fatum quantitatem attinet) heic venirent.

היו לו כאתים זו אעפ שאינו נושא ונותן בהם או שהיו לו חמשים וזו ונושא ונותן בהם הרי זה לא יטול וקט שכחה ופאה ומעשר עני היו לו מאתים חכר דינר אפילו אין נותנין לו כאחד הרי זו מותר ליקח היו בידו מעות ודרי הן עליו חוב או שהיו ממשכנים וכתובת אשתו הרי זה מותר ליקח עני שצריך ויש לו רצר וכלי בית אפילו היו לו כלי כסף וכלי זהב אין מהיבין אותו למכור את ביתו ואת כלי תשמישו אוא מותר ליקח ומצוה ליתן לו בר"א בכלי אכילה ושתיה ומלבוש מצוע וכיוצא בהן אבל אם היו כלי כסף וכלי זהב כגון מגרדה או עלי וכיוצא בהן מוכרין וזוקח פחות מהן בר"א קודם שיגיע לגבות מן החם אכל אחר שגבו הצדקה מחייבם אותו למכור כליו וליקח אחרים מחותים מהם וא"ת בערי חבית שהיו מהלך מעיר לעיר וחמומו המעות ברוך ואין לו עתו מה יאכל הרי זה מותר ליקח לקט שכחה ופאה ומעשר עני וליהנות מן הצדקה ולכשיגיע לביתו אינו חייב לשלם שהרי עני היה באותה השעה *Qui haberet in bonis ducentos Zuzos*, (id eſt quinquaginta ſiclos ſacros] *licet cum eis non negotiaretur, aut qui haberet quinquaginta & cum eis negotiaretur, is in eis non erat habendus, quibus licuit Spicilegio, frugibus per Oblivionem in agro relictis, Angulo & Decimâ pauperis gaudere. Si cui pauciores quam ducenti eſſent* (nec in negotiationibus eis uteretur) *etiamſi mille homines ſimul eum donum præberent, nihilominus ei jam dictis gaudere fas erat. Si Pecuniam ſeu opes quidem haberet, quæ tamen æri alieno aut doti uxoriæ eſſent obnoxiæ, fas erat ei ſibi ea etiam ſumere. Si egenus eſſet qui villulam, & ædes inſtructas haberet etiam rebus argenteis & aureis, mos non erat ut is cogendus eſſet vendere ædes ſuas & res ei inſervientes* (ut ſcilicet inde viveret & à jam dictis arceſeretur, ſed) *ea accipiebat, & ex præcepto eis gaudere debuit. Quod intelligendum de utenſilibus vitæ eſſet & potui neceſſariis, & de vilioris pretii veſtimentis & ſimilibus. At vero ſi eſſent utenſilia aurea vel argentea, qualia ſtrigiles aut piſtillum & quæ ſunt ſimilia* (lautioris & ſplendidioris vitæ inſtrumenta) *vendenda ea erant atque id genus minoris pretii alia ei inde ſuppleanda. Quæ tamen exceptio locum tantum habuit antequam ex eleemoſynis publicis ſeu elee-*

mo-

Digitized by Google

moſynarum anurio ali inciperet. Simulac enim incipiebat inde ali (ſeu alimenta inde petebat) *cogendus erat vendere res illas pretioſas & viliores accipere. Et dein fortuna anguſtiori contentus eſſe debuit. Si Patrifamilias per urbes aliquot & oppida proficiſcenti commeatus primo ſuffecerat & dein* (ante reditum) *indiguerat ille, quod comederet, ei competebat ſumere ſpicilegium, fruges per oblivionem relictas, Angulum & decimam Pauperis atque etiam ex erario eleemoſynarum ali. Neque poſtquam domum redierat, obligatus erat ad reſtituendum. Nam tunc temporis* [quo acciperet] *pauper ſeu pauperum numero cenſendus erat.* Ceterum tametſi priſtini ſplendoris & anteactæ vitæ unde inops deciderat, ratio erat, ut paulò ante dictum eſt, habenda, & juxta eam eleemoſynæ ſubminiſtrandæ, attamen in mandatis dederunt ſapientes, ut, qualiscunque fuiſſet ante dignitatis inops, artificio alicui jam ſedulo incumberet, ut inde minus eſſet aliis ſeu eleemoſynarum ærario oneri; quod & ita feciſſe aliquot viros aiunt inſigniores aut paupertatem alias ſummam redactos, ut לא שאלו מן הציבור ולא קיבלו מהם כשנתנו להם *nec rogarent ab univerſitate* ſeu *populo* (id eſt ab exactoribus illis qui populi eleemoſynam corrogarent erogarentque) *nec acciperent ab eo quando ipſis donare volebant.* Quod vero dicitur de Arca & Scutella, ſic capiendum eſt, ut hæc pro vario locorum more aut haberetur aut omitteretur, illa vero nullibi deeſſet. Maimonides; לא ראינו ולא שמענו בקהל מישראל שאין להם קופה של צדקה אבל תמחוי יש מקומות שהנהגו בו ויש מקומות שאין נהגו בו *Neque vidimus neque audivimus in Eccleſia aliqua ſeu univerſitate Iſraelitarum, defuiſſe Arcam Eleemoſyna. Sed Scutellam quidem loci alii habent, alii non habent pro moris diverſitate.* Atque arcam hujusmodi ſeu inopum ærarium publicum reſpicit puto illud in Evangeliis: *Vende &c. & da pauperibus, & dimidium bonorum meorum da pauperibus*, & ſimilia. Et facile hinc intelligitur, puto, unde viverent liberi quorum aliquibus tantum pro varia patris opum quantitate, ex ipſo jure, oſtiatim erat mendicandum; qua de re nos alibi d. Prioribus jam dictorum Quinque adjicitur in lege ſacra *pauperi e & peregrino ea relinques*; nam & quod de manipulo per oblivionem derelicto dicitur, *non reverteris ut tollas illum,*

c *Matth.19. 21. Marc.10. 21. Luc.18. 22.19 &*

d *De ſucceſſ. in Bona cap. 9.*

e *Lebit 19.9. 23 22. Deut.24.19.*

lum, ſed peregrini, pupilli & vidua erit, velut paupetum paraphraſis habetur, quemadmodum & ſimile illud in lege de paupertum decima. Eleemoſyna autem, qualem oſtendimus, exigenda ex ſui natura pauperibus erat debita. Et cuncta ſanè ita debita, ex Magiſtrorum ſententiâ, ut non omnino eorum aliqua è Charitatis ſive fervore ſive arbitrio, ſed ex juris ſtricti ejusque à numine præſtituti Obligatione penderent, Eleemoſyna, dico, nolenti exigenda, juxta jam præmiſſa. Nam & alias, quæ ex abundantia charitatis jure exigendam excedunt, tum ſummopere laudant [g], tum apud viros pietate inſignores, in uſu fuiſſe non infrequenti, tradunt. Sed ex huc non ſpectant. De prioribus item quinque docent [h]; כל מתנות עניים אלו אין בהן משום חנינה לבעלים אלא העניים באין ונוטלין אותן ע"י כרחן של בעלים ואפילו עני שבישראל מוציאין אותן מיד *Nullum ex biſce pauperum donis in dominorum* (agrorum, arborum, vinearum) *commodum percipiendum* (aliter ac jam ſtatim dicitur) *ſed mos erat, ut advenientes pauperes ea tollerent, etiam invitis dominis; quin etiam ſi dominus eſſet ipſe pauper ex Iſraelitis, eripere ea fas erat eis è poteſtate ejus.* Quod ut commodius facerent, ab agri domino eis velut horum dominis reliquenda erant. Temperamenta autem heic bina adjecta. Alterum ubi partem hujusmodi bonorum auferrent pauperes, quod reliquum erat negligentes. Alterum ubi agri, vineæ, arboris (in quibus eorum hujusmodi jus) alicujus derelicta ſic dona plane negligerent, nec omnino peterent intra tempus, quo ex more loci fruges ejusmodi colligendæ. Priori in ſpecie quod ſic pauperes relinquebant, nemini hominum non dein patebat. Adeoque Occupatione adquirebatur. Talmudici; פסקו העניים לבקש ולחזור עליהן הרי הנשאר מהן מותר לכולי אדם ואינו חייב ליתן להם דמיהן שלא נאמר בהן ונתן לעניי' אלא תעזוב אותם ואינו מצוה לעזוב אותן לחזה ולשפות אלא לעניים והרי אין עניים *Quoties deſinerent pauperes petere & redire ut peterent; id quod reliquum erat occupanti conceſſum eſt. Nec qui occuparet, obligatus eſt pretium eis ſolvere. Nam neque ex lege quidem inſtitutum eſt, ut donaret colonus, ſed ut relinqueret ea* (utcunque donorum pauperum nomine inſignita fuerint hæc omnia.) *Neque præceptum*

[g] *Maimon. hal Mithnoth Aniim cap. 10.*
[h] *Idem ibid. cap. 5.*

Digitized by Google

ceptum eſt relinquere eas beſtiis & volucribus, ſed pauperibus, qui jam quidem eſſe deſiere. Cum ſcilicet repetere deſinerent. Tunc autem Spicilegii partem ſic neglexiſſe pauperes, ut dein occupanti pateret, cenſebatur ſimulac alii poſt alios pauperes ſpicas legerant, ſeu legerant pauperes iteratò. Acinos autem ſeu uvas Deciduas & racemationem, ſimulac ſemel in vineam ad colligendum venerant pauperes ac redierant. Quod reliquum erat Olivarum per Oblivionem in arbore relictarum, ſi non ſumerent pauperes ante novilunium menſis Kisleu, qui fere Novembri noſtro reſpondet. Sub arbore ſeu in terra relictas, ſimulac deſierant pauperes eas petere; quod puto ſic intelligendum, ut quod de ſpicis jam dictum. Et ſua cetera habuere heic tempora. Ubi autem omninò negligerent, nec intra Tempus fruges ex more colligendi eorum, quæ ſic eis derelicta ſunt, aliquid ſumerent, הרי הן שלו בערל השדה *eadem ad agri Dominum attinebant.* Accedant hiſce Tria inprimis animadvertenda. I. Quemnam nomine גר ſeu *peregrini*, in legibus jam dictis ſacris pauperi conjungi ſoliti, venire velint Talmudici. II. Utrùm in Pauperum hiſce donis, juris aliquod eſſe Pauperi Gentili admitterent. III. Utrùm à Gentilibus donorum, quæ diximus, aliqua, juxta eos, præſtanda. Ex vi ac ſenſu legum, quæ huc attinent, Sacrarum haud alium nomine גר *peregrini* ſeu *Proſelyti* contineri volunt præter Proſelytum Juſtitiæ ac Libertinum qui juris parilis. Verba ſunt. כל גר האמור במתנת עניים אינו אלא גר צדק שהרי הוא אומר במעשר עני ובא הלוי והגר מה ת הלוי בן בריה הגר בן בריה *Peregrinus cujus mentio in legibus de Pauperum donis haud alius eſt quàm Proſelytus Juſtitiæ. Nam & in lege* i *de Decima pauperum memorantur ſimul Levita & Peregrinus. Levita autem ibi planè filius eſt fœderis. Talis igitur & Peregrinus cum eo conjunctus.* Ex lege itaque Sacra Proſelyto domicilii, quantumlibet pauperi (nomine גר Proſelyti ſeu Peregrini) in hiſce ſortem voluere eſſe nullam, nedum Gentili alicui qui nondum idololatriæ renuntiaverat. Sed verò nomine תושב ſeu *inquilini* in lege illa ſuperiùs ex Levitico citata, Eleemoſynas tantum ex illius legis vi ſumebat Proſelytus domicilii, non item reliquorum donorum pauperum quidquam. At verò tum Proſelytis domicilii, tum aliis Gentilibus ex jure ſuperinducto permiſerunt (quod ſecun-

i Deuter. 14. ult.

dò heic animadvertendum) in omnibus jam dictis ſortem, ſi pauperum, qui è Judæis, turbæ ſe commiſceret. Temperamentum jàm proximè ante dictis ſubiungunt; עניי נכרים מניעין א"עם גוים ממתנות אדו אלא באין בכלל עניי ישראל ונוטלין איתן *Ceterum tametſi ex ipſa lege ſe res ita habebat, nihilominus non arcebant pauperes Gentilium à Donis jam dictis* ex illis ſcilicet prioribus. *Sed ii commiſti turbæ pauperum ex Iſraelitis ea acceperunt.* Cauſa redditur מפני דרכי שלום *obviæ pacis*, id eſt, *officioſæ humanitatis* ſeu *charitatis* causà. Ita jus planè pauperibus, qui non Judæi, in omnibus denegant. Excepto quod dicitur de Eleemoſynis Proſelyto Domicilii erogandis. Rem autem Gentilibus omnimodis, qui Judæorum pauperibus in rogando, ſumendo, ſe commiſcerent, concedunt. Quod ad Tertium demum heic attinet; neque Dona illa Pauperum priora ſex aut eorum aliquod quidem permittebantur Gentiles in ditione Iſraelitica præſtare, nedum obligabantur. De Gentilibus non permiſſis ejuſmodi quid ibi præſtare, ſatis dictum eſt libro tertio [k]. Quin de Proſelyto Juſtitiæ recens facto ſcribunt [l]; נכרי שקצר שדהו ואחר כך נתגייר חרי זו פטורה מן הפאה ומן חלקט ומן השכחה אע"פ שאין השכחה אלא בשעה העימור *Si Gentilis* in ditione Iſraelitica *poſtquam ſegetem meſſuerat, Proſelytus Juſtitiæ factus fuiſſet, ex ſegete illa neq; Angulus neq; ſpicilegium neq; manipulus per oblivionem derelictus, pauperibus relinquendus; tametſi manipulus jus non inciperet ante tempus quo manipuli avehi ſolent.* Id eſt etiam poſtquam Proſelytus eſſet factus. Item [m], ישראל וגוי שהיו שותפים בכרם חלקו של ישראל חייב ושל גוי פטור *Ubi Iſraelita & Gentilis Socii erant vineæ, in parte Iſraelitæ* (diviſa) *relinquendi erant acini decidui & racematio. Sed pars Gentilis immunis erat.* Quale pariter de reliquis jam dictorum Sex dicendum. Quod verò ad Eleemoſynas attinet, cum eæ fuerint aut ex juſtitia ſeu ſtricto jure debitæ adeoque pro arbitrio forenſi exigendæ ut eſt oſtenſum, aut ex charitatis abundantia inſuper acceſſerint (quale quidem diſcrimen Eleemoſynarum dum eo nomine eæ quæ pauperibus præbentur, innuitur, nullibi locorum forſan abeſt) tantum abfuit, ut à Gentilibus exigerentur aliquæ omninò, ut nec palàm ab eis libenter offerentibus, ex more majorum deberet Judæus Eleemoſynam aliquam accipere, niſi ita eveniret, ut neque neceſſitati ſuæ extremæ ſubvenire quirent Eleemoſynæ ſuis

k *Cap. 4.*

l *Maimonid. hal.* Mithnoth Aniim *cap. 2.*

m *Idem. ib. cap. 4.*

Digitized by Google

à ſuis ſubminiſtratæ, neque clàm poſſet à Gentili accipere. Talmudici n, אסור לישראל ליטול צדקה מן הגויים בפרהסיא ואם אינו יכול לחיות בצדקה של ישראל ואיפוכול ליטלה בצנעה הרי זה מותר ומלך או שר מן הגוים ששלח ממון לישראל לצדקה אין מחזירים אותו לו משום שלום מלכות אלא נוטלין ממנו ונותן לעניי גוים בסתר כדי שלא ישמע המלך *Fas non erat Iſraelitæ accipere Eleemoſynam à Gentilibus palàm ac in aperto. Adjectâ tamen exceptione hac. Si Eleemoſynæ ſuorum vitæ ſuæ neceſſariis non ſufficerent, nec Gentilium Eleemoſynam clam accipere poſſet, tunc quidem licuiſſe. Quin, ſi Rex aut Princeps è Gentilibus pecuniam in Eleemoſynam ad Iſraelitas mitteret, eam ſanè rejicere mos non fuit, propter regia dignitatis obſervantiam. Recipiebant ergo, ſed clanculum erogabant Pauperibus Gentilium, adeoque ut Rex neſciret.* Atque hinc ritè intelligendum videtur, quod de mendicantibus Judæis controverti ſolet. Joſephus Scaliger o; *Veri Judæi non mendicabant, neque mendicant hodie propter τὸ Φιλαλληλον eorum, quòd divites non patiuntur tenuiores mendicare aut eſurire, & multa præcepta de Eleemoſynis etiam antiquiſſima habent.* Qua de re plura apud Nicolaum Serrarium p, Joannem Druſium, id genus alios. Non quidem mendicabant, inſtar aliorum, aut tàm miſerè efflagitando victum quærebant, quoniam ex diſciplina avita à lautioribus pauperes, etiam ſubinde lautiùs erant ſuſtinendi. Sed interea mendicabant. Nec mendicabant, aut hodie ex diſciplina mendicant, ab aliis quàm à contribulibus rogando, niſi ubi contribulium Eleemoſynæ non ſufficerent. Aliter, vides, ab aliis rogari licitè potuiſſe. Quod & factum ab illis fuiſſe ſcimus, tùm ex Juvenale q, tùm ex Martiale r, ubi ad Sparſum inter urbis incommoda recenſet frequentiam Judæorum mendicantium.

n *Idem Ibid. cap. 8.*

o *In Ebrach Tribarſ. 28.*

p *De Rabbinis lib. 2. Scrup. 8. & 39. & ſibi lib. noſt. de Succeſſionibus cap. 9.*

q *Satyr. 6.*

r *Lib. 2. Epig. 57.*

Nec turba ceſſat entheata Bellonæ,
Nec ſciſciato naufragus loquax truncо,
A matre doctus nec Rogare Judæus.

Ex-

Ex hiſce demùm animadverſis haud ita difficile videtur elicere, quid ſenſerint Talmudici de quæſtione illa, utrùm dominium privatum extremæ alterius neceſſitati ex Jure Naturali cederet. Certè penes Ebræos ab ipſo juris Naturalis autore ita jura pauperum præſtitui ſingularia ſeu civilia volunt Talmudici, ut ea neutiquam omninò ad pauperes è Gentilibus idololatris ſpectaſſe ſtatuant. Nec quidem ad Proſelytos Domicilii, excepto quòd is Eleemoſynis ſuſtentandus, ut dictum eſt. Utcunque omnia dona pauperum jam memorata æquè ſpectàſſe ſcribat, idque ex præcepto, Joſephus ſ, ad peregrinos è Gentibus quoscunque, unde & ea ξένια ſeu *munera hoſpitalia* nuncupat. Nam quod adjiciunt, inter Iſraeliticam pauperum turbam admiſſos etiam pauperes è Gentilibus, id planè ajunt tantùm factum מפני דרכי שלום *humanitatis causâ* ſeu charitatis ſuæ, non omninò ex ſacra lege; quâ pauperes ejusmodi aut peregrinos alios, præter Proſelytos Juſtitiæ, contineri nolunt. Neque injuria pauperibus ex Iſraelitis (quibus ex lege ſacra, uti volunt, Dona illa ab origine propria fuere) inde fiebat. Nam mos ſuperinductus eſt ille, uti & alii non pauci, ab iis qui rebus cum ſumma legum ferendarum rerumq; circa dominium ſeu jura ejusmodi liberè adminiſtrandarum poteſtate præerant, quorum conſenſu juxta capite ſuperiùs primo dicta, civiliter ſaltem involuti etiam & ipſi ex Iſraelitis pauperes. Quin nec pauperibus ſuis, utcunque in neceſſitatem redactis extremam, quidquam ex alieno ſibi ſumere permiſere, ſed rogando tantùm accipere aut à privatis aut à publicis Eleemoſynæ exactoribus. Accedente ſemper, non pauperis vi aut arbitrio ſed ſententiâ forenſi, quæ cogeret, quoties quis id quod ſibi præſtandum, denegaret. Adeò nec ſuorum, nedum è Gentilibus pauperum, neceſſitati alicui patuiſſe ſtatuerunt privatũ cujusquam dominium, citra ſententiam fori. Hæc autem legibus eorum civilibus planè nitebatur, neq; aliter aut aliunde (ſi poteſtatem legitimam reſpicias) in Eleemoſynam denegantis ſic irruebat dominium, quàm cum ſive pignus capiendo ſive in poſſeſſionem mittendo aliterve, pro multiplici executionis forenſis diſcrimine, aliis in actionibus in cujuſpiam dominium, veluti ob Siclum dimidium non præſtitum, Dotem, Furti reſtitutionem deno-

Archæolog. lib. 4. cap. 8. & Vitæſis Philonem apud Euſeb. Præpar. Evangelic. l. 8. cap. 7.

denegatam, id genus reliqua, ritè irrueret. Ita actus ille, planè civilis erat. Et tantum abest, ut quid faciat ad adstruendum ex jure Naturalis pauperis cujusquam necessitati extremæ dominium alterius privatum patere, ut contrarium potius innuat. Imo contrarium manifestò, ni fallor, innuitur in eo, quod negant à Gentilibus Eleemosynas palam accipere fas fuisse Israelitis, nisi tum in extrema necessitate cui subvenire nequirent Israelitarum Eleemosynæ, tum quoties clam accipere nequirent, Quodperquam absonum foret, si ex Jure Naturali dominium necessitati cedere privatum voluissent. Tunc enim licuisset necessitate adacto, in Bona alterius inviti, vi involare, quæ interim à Domino libentèr offerente non licuisset accipere. Extrema igitur necessitas non fuit quo minus alieni inde surreptio, ex Jure Naturali, pro Furti seu rapinæ scelere apud Ebræos haberetur. Et, quantum ad extremam paupertatem, vide etiam quæ capite proximo sequuntur, de Egeni venditione tum sui tum liberorum ut pretio posset sustentari; idque tam Proselyto ac Gentili, quam Ebræo.

Cap. VII.

De acquirendo Personarum *juxta Ebræos, in Pace*, Dominio. Servi Ebræi, *tum ex* sui venditione, *tum ex* addictione Fori. *De* Filia, *Patris addictione*, ancillâ factâ. Ebræus *addictus* in servitutem Proselyti *seu* Gentilis, *ex venditione sui. Et de horum* libertate *seu* Dominio sui *redeunte.*

DE Rerum Occupatione, Cessione, & Dominio, etiam quà Egenorum necessitatem spectet, hactenus actum est. Sequitur ut de Personarum in Pace seu ex Pacis Jure (quod solùm hucusque heic tractamus) Adquisitione juxta institutum videamus. Personarum, cum aliæ essent Liberi, aliæ Servi; liberis verò, dum liberi manebant, ejusmodi sui potestas esset & Dominium, ut aliis servire non cogerentur, nec libertatem seu Dominium sui

amitterent ante illatam ſervitutem, quâ aliena in bona tranſirent; unde nata fuerit illa in Pace ſervitus, diſpiciendum. Ea aut in Ebræis reperitur, aut in Cananæis aliisve Gentibus. In Ebræis, Servitus triplici ex cauſa oriebatur; aut cum ſe quis alteri in ſervitutem mancipabat, aut ex Fori, aut ex Patris addictione. De primo genere capitur illud Legis t, *ſi paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus &c.* quod obtinere nolebant, niſi ubi extremâ, adeo ut nihil omninò ſupereſſet in Bonis, paupertate quis adactus eſſet, pretioque tantùm vitam ſuſtentaret. Maimonides u; אנו רשאי למכור את עצמו להצניע את רמיו או לקנות בהם סחורה או כלים או ליתנם לבעל חובו אלא אם כן צריך לאכלן בלבד אין אדם רשאי למכור את עצמו עד שלא ישאר לו כלום ואפילו בסורת לא תשאר ואחר כך ימכור את עצמו *Fas non eſt cuiquam vendere ſeipſum, ut pretium abſcondat, aut ut merces ſibi aut vaſa inde emat, aut* ut creditori debitum *ſolvat, ſed duntaxat ut habeat quod comedat. Neque fas eſt cuiquam ſeipſum vendere quamdiu quidquam omnino, etiam veſtis, ſuperfuerit. Sed poſtea poteſtas ei eſt vendere ſeipſum.* Romæ olim ita homines liberi ſe venales poſtulabant, ut memorat Ulpianus x. Fori addictionem, ad alias de hujusmodi ſervitute leges, attinere volunt. *Si y emeris ſervum Ebraeum, ſex annis ſerviet tibi. Et z, cum tibi venditus fuerit frater tuus Ebraeus aut Ebraea & ſex annis ſervierit tibi &c.* Qui ſcilicet ſolvendo non erat, furti reus, actori in ſervitutem ex fori ſententia a addicebatur, usque dum miniſterium ejus furti pretium duntaxat, non duplum b, nedum quadruplum quintuplumve æquaret. Duplum, quadruplum, aut quintuplum, quorum in legibus de Furto mentio, ex hujusmodi ſervitute non præſtanda c; ſed ex beatiore rei poſt finitam ſervitutem fortuna expectanda erant. Ita vero ad haſce leges attinere volunt Fori addictionem, ut, quæ de tempore aliisque ſervitutis circumſtantiis adjiciuntur, de ſic addicto capienda; non tamen, ut aut ad utrumque ſexum, licet uterque in legum altera memoretur, fori addictio ſpectaret, aut leges illæ tantum ad Fori addictionem, ut mox liquebit. Etenim ex perpetua Majorum traditione d, האיש נמכר בגניבתו אבל לא האשה *vir ob furtum ſuum venditur, ſed non fœmina.* Et ſingulare etiam erat heic aliàs fœminarum jus, ut nec ipſæ ſe in ſervitutem poſſent addicere, nec ſer-

t *Levit.* 25. 39.

u *Hal.* Aibdim *cap.* 1. *in* Gem. *Bab.* 2. Baba Mezzia *fol.* 71. *Moſes Mikotzi Precept. affirmat.* 83. *&c.*

x *L.* 17. § 1. *ff. tit. de Actiis edicto, & videſis Exc. Rabardum. Conjectan. l.* 2. *cap.* 8. *præter D. Ambroſium lib. de Nabutho c.* 5. *& l. de Tobia c.* 8.

y *Exod.* 21. 2.

z *Deut.* 15. 12.

a *Exod.* 22. 3.

b *Maimon. halach.* Ganiba *cap.* 3.

c *Maimon. halach.* Ganiba *cap.* 3.

d *Idem ibid. Jarch. ad Deut.* 15. 12.

Digitized by Google

ſervos ſive Ebræos ſive Cananæos ſibi jure emere. Maimonides e: אין האשה נמכרת בגניבתה וכן אינה מוכרת את עצמה ואינה קונה לא עבר עברי ולא עבר כנעני משני החשד *Ut fœmina non venditur ob furtum ſuum, ita nec ſeipſam vendere poteſt, nec ſibi emere ſervum ſive Ebræum ſive Cananæum, ſuſpicionis causâ*; ne ſcilicet exiſtimationi ſuæ ſeu pudicitiæ fraus fiet. Quin & Ebræo tantum, non Proſelyto Juſto, nedum Domicilii aut Gentili, reum furti addicebat forum. At ſi Ebræus ipſum ſe ſive Proſelyto ſive Gentili vendiderat [quod tamen ne faceret in monitis habebatur) Emtor dominus illorum f legitimus erat. Qui ſe ita vendiderat Gentili, ſemel atque iterùm ſive à propinquis ſive à populo redimendus erat. Qui tertio, redemtione indignus niſi ut morte tantum eriperetur, habebatur ipſe; non item liberi poſterive qui inde Gentili ſervi fierent. Addictiones autem ſeu venditiones ejusmodi, ex more patrio, non fiebant in publico לא בצנעה ודרך כבוד *ſed occultè*, ſeu *privatim, atque ita ut* venditi ſeu addicti *dignitas conſervaretur*. Neque Ebræo cui addictus ita ſervus, ſive Ebræus, ſive Proſelytus, fas erat dominari בפרך g *cum duritia* aut ita ſævire, ut in ſervos aliarum gentium fieri aſſolebat; ſed leniter tantum ejuſce miniſteriis uti, atque illis quæ libero homine, ſi ſervitus ipſa abeſſet, non eſſent indigna. Addicto, Uxori ejus, ac liberis ex ea ſuſceptis, Victum, Veſtitum, ac Domicilium præſtabat dominus, cui tamen neque hi neque illa ſerviebant. Servitus ex addictione fori ſexennio perimebatur. Jubilæo verò tum hæc tum ea quæ ex venditione in quotcunque annos ſui, tametſi intra ſexennium aut aliter quomodocunque accideret. Ex ultroneæ item Manumiſſionis ſyngrapha evanuit, ex Redemptione, ex domini Morte ubi ſive Gentilis is eſſet, ſive Proſelytus, atque ex h Morte domini, ubi Ebræus eſſet, niſi filium qui ſuccederet (quæ exceptio non obtinuit, ſi, aure perforata, ſervitus prorogaretur) relinqueret. Nam nec filia i, nec hæredum alius quis in mancipia hæc ſuccedebat. Addicto ex ſententia fori, fas erat domino (ut ſupra k tetigimus) ancillam Cananæam ſeu ejusmodi aliam (cujus proles, uti & cuncti ſervi & ancillæ è Gentilibus adquiſitæ, ei perpetuò graviorem atque aliam ab ea quæ ab Ebræis exigenda erat, ſerviret ſervitutem) thoro conjungere, ut

e *Hal. Abdim. c. 1. & Videſis lib. de ſucceſſionibus in bona cap. 20.*

f *Videſis Levit. 25 47. & Munam tit. Gittin c. 4. §. ult. & Gemar. Bab. ibi f. 46b. Deuteron. 24. 6. Maimonid. hal.* Mithnoth Anim. *cap. 8.*

g *Leviti. 25. 43. quæ de re Videſis* Thorath Cohenim *fol. 55b. & de aliis hoc adductis uti & Maimonid. hal.* Aibdim *c. 2. §. & ſeq.*

h *Miſna & Gemar Bab. ad tit.* Kidoſchim *cap. 1. fol. 17 b. & Gem. Hieroſolymit. ad eundem tit. fol. 59a. §. 2.*

i *Videſis lib. de ſucceſſionibus in bona cap. 20.*

k *Lib. 5. c. 4. & 12.*

ita ſervos ex ea ſuſciperet, eisque dominum ditaret. Atque ſic intelligunt illud l legis, *ſi cum corpore ſuo* (ipſe ſolus; nam de veſte, quam habet vulgata nihil m in origine) *venerit, cum corpore ſuo egredietur; & ſi uxorem habuerit* (id eſt, אם בעל אשה הוא) *ſi maritus uxoris* ſeu *maritus fœminæ fuerit*) *egredietur uxor ejus ſecum*. Sin *vero dominus* יתן לו אדניו id eſt *dederit ei fœminam* (uxorem, in vulgata) *quæ ei peperit filios* aut *filias, fœmina & liberi ejus erunt domini ſui; ipſe vero exibit ſolus.* Si uxorem nempe haberet legitimè conjunctam, alenda erat & ipſa & liberi ejus à domino, ut dictum eſt, cui tamen neque hi neque illa ſervitium hinc præſtabat; nedum, finitâ patris ac mariti ſervitute, ſervi manebant, uti & alibi eſt n ſtatutum. At fœminam illam, cujus proles, veluti in ſervi fructu, domino heic conceditur, non pro uxore omnino ſumunt o, ſed pro ancilla, qualem diximus, quæ ex ſervi Ebræi, durante ſingularis illius ſervitutis tempore, concubitu familiam mancipiis, matrem ſemper ſequentibus, auctitaret. Et ſpecies hæc earum una eſt, quibus ex majorum traditione, non obtinuit vim interdictum de innuptarum, quæ Gentiles erant, concubitu, qua de re etiam libro proximè ſuperiori p. Temperamenta autem adjiciunt; neutiquam hoc aut domino aut ſervo Ebræo licuiſſe, niſi & uxor anteà ſervo fuiſſet legitima & liberi ex ea ſuſcepti (adeo ut præcepto multiplicationis humani generis ſatisfeciſſet) neque licuiſſe domino ſervum ejusmodi ab uxore aut liberis ſejungere, ut mancipiis gignendis operam cum ancilla commodius daret, neque plusquam unicam ancillam ſervo unico nec binis ſervis unam ancillam, ad hanc legem, conjungere. Neque demum ei, qui venditione ſeipſum addixerat ancilla ita conjungenda. Scilicet, המוכר עצמו אסור בשפחת כנעניה כיוצא בו מיני כל ישראל *Qui ſeipſum vendiderit, ei non minus eſt interdicta hujusmodi ancillæ Cananæa, ac cuique alii Ebræo.* Neque Legem illam de aure q perforanda, ad eum qui ſe vendiderat, attinere volunt, ſed tantum ad addictum ex ſententia fori, qui aure ita perforatâ, ſervus eſſe deſiit aut Jubilæi, qui proximè ſequebatur, adventu aut morte Domini. Nam ne ad filium quidem transmittebatur ejusmodi ſervus. Nec ei qui ſe vendiderat, munera, finitâ ſervitute, ſed ei qui à foro addicebatur, ex lege r donanda quæ triginta ſiclis, ex veterum more, taxabantur.

l *Exod.* 21 3.
m *Vid. Sixt. Amam. in Cenſura, Exod.* 21.
n *Lebit.* 25. 41.
o *Gem. Bab. ad tit.* Kidoſchim *cap.* 1. *fol.* 14 *b. &c.* 3. *fol.* 68 *b. Gem. Hieroſolymit. ad eund. tit. fol.* 59 *a. Maimonid. halach.* Abdim. *c.* 3. *& halach.* Iſuri Bia *cap.* 12 *Iarh. ad Exod.* 21.
p *Cap.* 4. *&* 12.
q *Exod.* 21. 6. *& Deut.* 15. 7.
r *Deut.* 15. 14.

Ex

Ex patris denique addictione, ſingulare ſervitutis temporariæ genus habebatur, ſecundum legem illam, *ſi quis vendiderit filiam ſuam in ancillam, non egredietur ſicut egrediuntur ſervi. Si diſplicuerit oculis domini ſui* אשר לא יעדה (quod vertunt aliqui, *& non deſpondit eam*; ſed Ebræi legunt אשר לו תעדה *quod eam ſibi deſponderet*, neque alitèr ferè Paraphraſtæ Chaldæi, nec in Arabica ſua Saadias, nec vulgatæ autor qui habet ibi, *cui tradita fuerit*; tametſi tam Judæorum quam Samaritanorum codicibus לא *non*, non לו *ſibi* ſcribatur, quam etiam negationis lectionem retinuiſſe palam eſt Arabem Erpenianum ſeu Judæos Mauritanienſes, Tawaſium in verſione Perſica, atque Helleniſtas) *ſui redimendi poteſtatem ei non deneget. Populo extraneo* (alteri cuiquam) *poteſtatem non habet eam vendendi, cum ipſe fefellerit eam. Si autem filio ſuo deſponderit eam, juxta morem filiarum aget cum ea. Victum ejus, veſtitum ejus, & debitum conjugale ei non minuet. Et ſi tria hæc non fecerit ei, egredietur illa gratis abſq; pecunia.* Filia ante expletum annum duodecimum & diem inſuper unicum, niſi pubertatis ſigna ante comparerent, קטנה ſeu Minor dicebatur. Exacto dein ſemeſtri tempore, modò pubertatis ſigna adeſſent, de quibus[t] alibi, נערה ſeu *Iuvencula*, & poſtmodum בוגרת ſeu *puella plena pubertatis*, qua finiebatur patria apud eos poteſtas. Legem jam allatam, de filia tantùm minori, à patre in ſummam, adeo ut nihil in bonis ei omninò ſupereſſet, paupertatem redacto, in ſervitutem Ebræo duntaxat venditâ intelligunt[u]. Si verò pater in ejusmodi paupertatem non redactus filiam vendidiſſet, redimere eam, ne familiam ſuam ſervitute dehoneſtaret, à foro cogendus erat. Neque venditio hæc fiebat, niſi, per leges patrias ancillæ ſpes ſaltem dubia eſſet nubendi aut emtori aut filio ſuo. Verbi gratiâ, filio ſuo, filiam ſic quenquam addicere contra fas erat. Nam neque emtor ipſe, utpote ſororem, neque ejus filius utpote amitam, ducere potuit. Præſumebatur enim emtionem hujusmodi in nuptias fieri; adeoque Patris venditioni, ejusmodi in eas prævius inerat conſenſus, ut ſi poſteà deſponderet eam emtor ſive ſibi, ſive filio ſuo, ritè ſatis ſponſalia cum minore, quæ in patria erat poteſtate, (modo & ipſa aſſentiret) inirentur. Et ſponſalibus ejusmodi initis, è ſervitute in uxoris dignitatem planè abibat. Quæ ſpecies eſt ſingularis ſponſaliorum

[f] *Exod.* 21. 7.

[t] *Lib. de Succeſſionibus cap. 9.*

[u] *Gem. Hieroſolymitana ad tit.* Kidoſchim *cap. 1. fol. 59. col. 3. Babylon. ad eund. t. fol. 18b. & 19. Maimonid. halach.* Aibdim *c. 4. & 3. Moſes Kotzenſis præcept. Affirm.*

rum, quæ apud Ebræos, inter ſubditos, ſine dote ac ſolennibus aliis, ut ritè ſatis inita admittebantur. Qua de re fuſiùs in Uxore Ebraica. Quod ſi ſponſalia detrectaret emtor, minor ejusmodi pro ancilla per ſexennium habebatur, ſi in tot annos vendita fuiſſet, niſi interceſſiſſet aut Redemtio, aut ultroneæ Manumiſſionis ſyngrapha, aut Jubilæus, aut Mors Domini (nam ad hæredem nunquam tranſibat hujusmodi ancilla) aut demùm (quod ſingulare heic eſt, nec pro more aliorum ſervorum qui egrediuntur,) Pubertatis ſigna, quibus è minoribus eximeretur. Nam hiſce omnibus perimebatur hæc ſervitus, tametſi patria poteſtas usque ad pubertatis plenæ ætatem, ſeu duodecimum præter tempus ſemeſtre annum, ex jure receptiſſimo prorogaretur. Et verba illa legis poſtrema, *ſi tria hæc non fecerit ei, egredietur illa gratis absq; pecunia*, interpretantur per, אם שלש אלה לא יעשה לה לא יעדה לו ולא יעדה לבנו ולא נפרה בגרעון כסף ויצאה חנם בהבאת סימנין *Si tria hæc non fecerit ei; nec ſibi ipſam deſpondeat, nec deſpondeat eam filio ſuo, nec deducto præteritæ ſervitutis pretio, ut minori redimatur permittat, ſed egrediatur*, ſeu *nanciſcatur libertatem gratis, quamprimùm nempe pubertatis ſigna comparuerint.* Etiam lex x muneribus, cum libertate, donandis, ad hanc ſpectat. Quod verò ſubjungitur Legi illi de muneribus cum libertate donandis & de aure, ubi ſuam velit ſervus prorogari ſervitutem, perforandâ, ואף אלמתך תעשה כן *Etiamy & ancillæ tuæ ſic facias*, id non omnino de perforanda ancillæ aure capiunt, nec perforari ejuſce aurem aut ſervitutem ejus prorogari, ut ſervi, volunt. Verbis autem illis innui munerum dationem antea ibi memoratam ac cetera quæ ſunt perforato beneficia (veluti morte Domini atque Jubilæo libertatem nanciſci) ad ancillas Ebræas itidem ſpectare volunt; neutiquam autem ſervitutis prorogationem,

x Deut. 15. 14.

y Ib. comm. 17.

CAP.

CAP. VIII.

De Servis è Gentilibus in Pace apud Ebræos adquiſitis; *eorum* diſcrimine, miniſterii natura, manumiſſione, poſteris, Bonis. *Obiter de Munere ſingulari* Calceum *domini* Solvendi, *ſeu* Exuendi.

SErvorum Cananæorum, aliorumve, qui ex aliis gentibus in ſervitutem redacti ſunt, Dominium in pace acquirebatur. Venditione [a] (idque, ſive dominus ſervum, ſive Gentilis liber ſeipſum in ſervitutem vendiderat, ſive ſuam alterutrius ſexus prolem) Permutatione, Syngrapha, ut ferè prædiorum, adeo ut, quemadmodum in aliarum rerum alienationibus, corporalis poſſeſſio plerunque, ſecundum ea quæ ſuperiùs dicta ſunt, erat neceſſaria ad contractum firmandum, ita & in horum, ex jure eorum civili, alienatione. Apud Gentiles autem regiam (pro more ferè vicini eis Orientis) ejusmodi fuiſſe poteſtatem, ajunt, ut ſi quis ſubditorum tributum denegaret, aliudve à Rege juſſum facere detrectaret (ubi in edicto Pœna venditionis in ſervitutem adjiceretur) libertas ei planè ex ejusmodi venditione adimeretur, adeoque emtoris ſervus fieret. Corporalitèr autem in ditione Iſraelitica poſſideri ſervum maximè volebant, ſi emtori, ex venditoris ſententia, ſervilia aliqua præſtitiſſet opera, in quibus id inprimis memorant quod eſt שהתיר מנעל לרבו או הנעילו *ut ſolvat domino calceamentum ſuum aut illud induat*, à quo more manâſſe videtur loquendi illa, ad ſummam Diſcipuli loquentis humilitatem, Magiſtrique dignitatem exprimendam, formula *cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti*, quâ in Evangeliis [b] D. Joannes aliique uſi ſunt. Id quod ex eo item firmatur, quod ajunt [c]; כל מלאכות שחעבד עשה לרבו תלמיד עשה לרבו חוץ מהתרת לו מנעל אלא במקום שאין מכירין אותו אבל במקום שמכירין אותו לית לן בה *Omne genus operis* (perſonalis) *quod à ſervo domino ſuo præſtandum eſt, id etiam à Diſcipulo Magiſtro ſuo eſt præſtandum præter ſolutionem calcei ejus. Qua tamen exceptio obtinet tantùm, ubi diſcipuli conditio non ſatis dignoſcitur. Namſi ea ſatis dignoſcatur, etiam & munus illud præſtandum.*

a *Miſna & Gemar. tit.* Kidoſchim *cap. Maimonid. hal.* Macira *cap. 2. & halach.* Aibdim *cap. 5. & 9.*

a *Rab. Seſith in Gem. Bab. ad tit.* Iabimoth *cap. 3. f. 46. a. Maimonid. hal.* Aibdim *c. 1. & 9. & hal.* Melovva Welovva *c. 5. ad finem. Moſ. Mikot. Præcept. Aff. 3.*

b *D. Ioann. cap. 1. 27. D. Marc. 1. 7. D. Luc. 3. 16. Act. Apoſt. 13. 25.*

c *Gem. Bab. ad tit.* Cethuboth *c. 5. fol. 96. a. & ſide Maimonid. hal.* Macira *cap. 2. ſub initium*

præſtandum. Diſtinctio illa, de diſcipuli notitia, adhibetur, ne aliàs ſervus eſſe, ex ipſo opere, diſcipulus exiſtimaretur. Et quod de ſolutione calcei heic dicitur, intelligitur [c] itidem de calceo ſive exuendo ſive induendo. De ſervis Cananæis (quo nomine ceteros id genus denotant) diſertè Lex [d]; *ſervus tuus & ancilla tua ſint tibi de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt. Ex his acquiretis ſervum & ancillam & de advenis, qui peregrinantur apud vos, & de familiâ eorum, qui vobiſcum ſunt, vel qui ex his nati ſunt in terra veſtra. Hos habebitis in poſſeſſionem, & hereditario jure transmittetis ad poſteros, ut ſuccedant in poſſeſſionem. In perpetuum, veluti ſervos, eos habebitis.* Ex hiſce ſcilicet, non ex ſervis Ebræis, exigenda erant opera merè Servilia, ut ſupra eſt etiam oſtenſum. Horum alii erant, שמלו ומבלו *qui circumciſi erant & baptizati*, id eſt, Judaiſmum in ſe ſuſceperant, alii שהיו בגויתן *qui Gentiliſmum nondum exuerant.* ſeu velut Proſelyti Domicilii tantùm erant, de quo diſcrimine, quà tam ad liberos etiam quàm ad ſervos attinebat, ſatis libro ſecundo [e] ubi de Proſelytorum diſtinctione, Baptiſmo, & capitibus juris Noachidarum nomine dando agitur. Ex hiſce qui primi erant generis, cauſa [f] triplici יוצאין בחירות *libertatem*, ſeu *Dominium ſui plerunque nanciſcebantur.* Pretio domino dato; ſive ab ipſo, qui manumittendus erat, ſive ab alio aliquo, ita ut argenteus illud ſeu ſiclus minimum eſſet. Syngraphâ ultrò ei traditâ à domino; quam גט שחרור *libellum manumiſſionis* vocabant, verbis ad hunc ſenſum inſcriptis הרי את בן חורין *ecce Libertas* ſeu *ingenuus es*; הרי את של עצמך *ecce tua es poteſtatis.* tui dominus. Sed verbis ejusmodi, ſine pretio accepto aut ſine ſyngrapha tradita, manumiſſio non fiebat. Tertia heic cauſa erat ex lege ſacra [g], *ſi quisquam percuſſerit oculum ſervi ſui vel oculum ancillæ ſuæ,* ושחתה *& corrumpat eum* (vulgata, *& luſcos eos fecerit*, Helleniſtæ καὶ ἐκτυφλώσῃ *& cæcos reddiderit*) *dimittet eum liberum pro oculo ſuo. Et ſi dentem ſervo ſuo ſeu dentem ancillæ ſuæ excuſſerit, liberum dimittet illum pro dente ſuo.* Duobus hiſce, ita expreſſis, quorum alterum exemplum habent partis quâcum naſcimur, alterum partis ſine qua naſcimur, innui etiam volunt cetera membra præcipua exteriora quæ nec, ſi mutilata ſint, redintegrari queunt.

[c] *Maimon. hal.* Thalmud Thora *cap. 5.*

[d] *Levit. 25. 44.*

[e] *Cap. 3. &c.*

[f] *Mina & Gem. Bab. & Hieroſolym. tit.* Kidoſchim *cap. 1. Maimonid. hal.* Aibdim *cap. 5. & ſeqq. Moſ. Mikot præcept. aff. 87.*

[g] *Exod. 21. 26.*

queunt. Hæc numero viginti quatuor [h] denotant. Manuum & Pedum digiti viginti ſunt. Auris utraque locum occupat heic unicum, uti & alterum ancillæ papilla utraque. Ut numerus compleatur, adjiciunt Naſum & Veretrum. Dominus qui ſervo aut ancillæ horum viginti quatuor aliquod ſponte mutilaret, cogebatur ex ſententia fori, manumiſſionis libello (nam neque heic ſine libello fieri quibat) libertatem ei donare quæ adquiri dicebatur בראש אבריו *ob præcipua membrorum*. Servi vero ſecundi generis ſeu qui Gentilismum nondum exuerant, ex hac cauſa libertatem minime adipiſcebantur, ſed ex duabus prioribus; adjectis aliquot aliis præter eam quæ ſuperius oſtenditur [i] ubi libertatis nomine ſervus ejusmodi Judaismi lavacro ſuſceptus eſt; unde & quoties ſponte nollet libellum manumiſſionis (qui ſemper neceſſarius) dare dominus, ex ſententia forenſi cogendus erat. Si Gentili qualicunque vendiderat Ebræus ſervum Gentilem ex ſententia forenſi [k] redimendus domino erat, adjecto decima pretii parte, & libertate donandus; ſi nempe Gentilis redhibere velit. Nam eum heic, tametſi jurisdictioni Iſraeliticæ ſubeſſet, non cogebant. At ſi Iſraelitæ extra terram ſanctam degenti, vendiderat quis ſervum, emptor, quatenus foro patrio ſuberat, iibertate eum donare, etiam cum pretii damno, cogendus erat. Pœnæ ratio erat, ne ſervi alienas migrarent in terras. Unde item ſi ſedes in alienas terras transferret dominus, exuto in terram Sanctam revertendi animo, libertatem inde in foro Iſraelitico nanciſcebatur ſervus, quem ſibi habitandi comitem eſſe volebat dominus. Servus etiam qui illuc redire voluit, id invito domino, etiamſi rediturus, rite faciebat. Neque licuit domino ſervum invitum in alienas terras comitem ſibi adhibere, nec fugitivum inde è terra Sancta, ſi Judaismum ſuſcepe-rat, reducere. Sic intelligunt illud legis [l]; *Non trades ſervum domino ſuo, qui apud te eripi cupit à domino ſuo. Tecum manebit in medio tui, ubicunque elegerit locum in una civitatum tuarum, ut ſibi placuerit; nec contriſtabis eum.* Qui locus etiam de ſervo, qui à Domino Gentili in terram Iſraeliticam fugerat, capitur m. Tutum nempe erat ſervo ejusmodi terra illa perfugium. Unde Onkelus ibi; *Non trades ſervum Gentium in Manum domini ſui.*

h *Præterci-tatos locos, vide ſis R. Salom. Iarchi ad Exod. 21. 7. & 26 R. Alpheſium, tom. 2. fol. 529 a. & ib. Kabbenu Neſſim.*

i *Lib. 2. c. 3.*

k *Mina & Gem. Bab. tit.* Gittin *c. 4. fol. 44. & 45. Maimon. halach.* Aibdim *cap. 8. Gem. Hieroſolymit. c.* Gittin *fol. 46 a. col. 1. §. 6*

l *Deut. 23. 15. ad quem locum, præter jam citatos, vide R. Moſem Mikotzi præcept. Neg. 109. in Iarch. ad Deut. 23. 15.*

fuit. Ex hiſce pendere videtur, quod apud Joſephum n notatur; Herodis magni tempore, ſub Hasmonæorum finem, legem fuiſſe apud Judæos latam, quâ licuit murorum perfoſſores in ſervitutem vendere *ἐπ' ἐξαγωγὴ τῆς βασιλείας extra regni terminos*, quod quidem ait ille non ſolum factum eſt in graviorem facinoroſorum Pœnam, ſed etiam *εἰς τὴν κατάλυσιν τῶν πατρίων ἐθῶν in diſſolutionem conſuetudinum patriarum*, ſeu morum majorum. Si autem dominus puellam ingenuam ſervo o in uxorem duxiſſet, או שאמר לו רבו לקרואי שלש פסוקין בספר תורה בפני ציבור וכן כל כיוצא באלו הדברים שאינו חייב בהן אלא בן חורין יוצא לחירות וכופין את רבו לכתוב לו גט שחרור *aut eum juſſiſſet tres verſus Pentateuchi in ſynagoga legere, aut aliorum id genus quid facere, ad quæ præſtanda dumtaxat liberi & ingenui obſtringebantur, libertate donandus erat, adeoque dominum manumiſſionis cogebant libellum ei ſcribere.* Ancillam etiam libidini ſe palam proſtituentem, niſi caſtigaret ſatis dominus, ea ex fori ſententia ſic manumittenda p erat, ut ſcilicet nuptiarum capax ad caſtiorem libentius mentem rediret, nec amplius ſtuprandi Iſraelitis eſſet in cauſa. Hujusmodi ſervorum ancillarumque proles poſterique etiam ſervi erant. Ita tamen, ut, licet ancillæ proles undecunque prognata matris ſequeretur conditionem ſervi nihilominus libera eſſet, niſi ex ancilla ſuſcepta fuiſſet. Nam ſi ex Iſraelitide filium forte ſuſceperat, ob gentis dignitatem, liber, utpote plane Ebræus, is erat. Si ex Gentili, quæ libera erat, etiam & filius liber; nec patris conditionem ſequebatur, quoniam עבר אין לן יחס *ſervo non erat agnationis jus*, ſeu per virilem ſexum conjunctio. Attamen regulam habent, quod proles q באימורי הלך אחר הזכר *apud Gentiles ſequitur marem*. Sed eam juriſconſulti præſtantiores r intelligunt de Gentilibus matrimonio conjunctis, ſaltem qui conjungi poſſent; non de eis, quorum altera pars non conjugii, ſed, ut in Romano etiam jure veteri, contubernii tantum, veluti ſervus, capax erat. Inmonitis habuêre, fœminis ancillas, non ſervos poſſidendos, מפני החשד *ſuſpicionis* ſeu *infamiæ cauſâ*. At ſi etiam ipſæ adquirerent ſervos, Dominium in eas ſatis transferrebatur. Nec ſane manumiſ-

n *Lib. 16. cap. 1.*

o *Maimon. hal.* Aibdim *cap. 8.*

p *Maimon. ibid. cap. 9.*

q *Gem Bab. ad tit.* Iabimoth, *cap. 8. fol. 78 b.*

r *Videſis adnotationes R. Abrahæ Ben Dauid & Tom. Tob ad Maimonid. hal.* Aibdim *cap. 9.*

numiſſionem ſine peccato fieri, monebant aliqui, extra quam ubi exigerent rationes quas memoravimus, tametſi factæ, ex majorum inſtituto, ſatis valerent. Monitum autem hoc ex verbis illis legis f, *In perpetuum, veluti ſervos, illos habebitis*, ſeu *operis eorum perpetuo utemini*, ſumebant; quod ſane idem videtur cum eo quod eſt, pro libitu veſtro ſervi ſint in perpetuum homines illi, ita tamen ut pro libitu etiam manumittat dominus, ut ſolent ſervorum domini, quemadmodum certè in foro etiam intellectum eſt. Veſtitum victumve eis minime præſtare cogebatur dominus; tametſi operas omnigenâ ſævitiâ, modo à præcipuis, quæ diximus, membrorum abſtineret, exigere nefas non haberetur. Sive aufugerent ſive morerentur frigore famevè, ſusque deque rem habebant in foro, quod tamen de ſervis majorum natu capiendum eſt. Nam minorum fuere, ut bona alia, ita & ſervi in Fori tutela, quâ cautum eſt ut publicis eleemoſynis ad id deſtinatis alerentur usque ad plenam dominorum pubertatem, ſeu annum ætatis decimum tertium, adjecto inſuper die unico. Sed vero manſuetos heic majorum ſuorum mores laudant & clementiam ejusmodi in ſervos, ut non ſolum benignius victum præberent, ſed & libere in qualescunque diſceptationes ac colloquia eos admitterent audirentque. Atque ad ejusmodi etiam manſuetudinis morem attinere volunt illud Jobi g, *Si contemſi ſubire judicium cum ſervo meo & ancilla mea, cum diſceptarent adverſum me*. Prætermitti autem non debet, tametſi pretio etiam à ſe dato libertatem adquirere potuit ſervus, (ut ſupra dictum eſt) adeo ut Bona ei ſeu ipſum bonorum dominium fuiſſe inde videatur; id nihilominus ſic intelligendum, ut ex clementiori tantum domini ejus admiſſione pretii illa datio acceptioque penderet; quæ ſcilicet manumiſſioni ex more ſufficeret. Regulariter enim ut in jure Cæſareo, ſervus poſſidebatur, nihil ex ſuo poſſidebat ſed jure domini. Maimonides u הרב שלוה מעבת ואחר כך שחררו א) לו עליו כרום שכל מה שקנח עבר קנה רבו *ſi dominus mutuo quid acceperit à ſervo, quem poſtea manumiſerit. Nil omnino huic debetur. Nam quicquid ſervus poſſidet aut acquirit, acquiritur domino.*

f *Leviticus*, 25. 46.

g *Cap.* 31. 13.

u *Hal.* Melo vva Welo vva *cap.* 2.

Cap. IX.

Leges Sacræ de Uſuris. *Talmudicorum de eis* ſententiæ. Uſura præſtituta *ſeu propriè dicta.* Pulvis Uſuræ. Quaſi Uſura. Uſura præcedens, ſubſequens. *Quælibet* Uſura *ex ſententia fori* reſtituenda; *qualis non.* Actus *aliquot ex Jure ſuperinducto* vetiti, ne ſubdolè Fœnus diſſimularent. Alii permiſſi, *qui* Fœnoris *accepti* inſtar. *Exceptio* de Bonis Orphanorum, pauperum, id genus aliis. Uſura incerta.

QUod ad Uſuras ſeu Quintum ſuprà Selectorum caput attinet; juxta Talmudicos, leges ſunt Sacræ ſex Negativæ, quarum violatio mutuum fœnore dantem comitabatur. I, *Si pecuniam commodato dederis* x *populo meo qui eſt tecum* לא תהיה לו כנושה *Non eris illi quaſi exactor.* II. לא תתן לו בנשך כספך *Pecuniam* y *tuam non dabis illi ad Uſuram.* III. ובמרבית לא תתן אכלך *Neque* * *pro incremento dabis illi frumentum tuum,* ſeu *cibum* aut *annonam tuam.* Vulgata; *& frugum ſuperabundantiam non exiges.* IV. *Non* z *accipies ab illo* נשך ותרבית *uſuram vel incrementum.* Cujus paraphraſis eſt illa altera a, *non inferes morſum fratri tuo per Uſuram pecuniæ, & per Uſuram frumenti, & per Uſuram cujuſcunq; rei, quæ mordere poteſt.* V. לא תשימון עליו נתך *Neque* b *impones illi Uſuram.* Ubi codex Samaritanus habet לא תשכנו *non imponetis.* VI. לפני עור לא תתן מכשול *nec* c *coram cæco pones offendiculum,* Binas etiam ajunt eſſe leges, in quas, qui mutuum fœnore accipit, committit. Alteram ex jam dictis ſextam, alteram illam לא תשיך לאחיך quæ d vulgo vertitur *non fœnerabis fratri tuo, uti & non morſum inferes fratri tuo* aut *non mordebis fratrem tuum, per uſuram &c.* Sed ita eam accipiunt Magiſtri e perinde acſi paſſivè etiam dictum eſſet non mordeberis à fratre tuo per Uſuram, unde & gloſſa ibi ordinaria, אזהרה ללוה שלא יתן רבית למלוה *Interdictū eſt quo cavetur ne is, qui mutuò accipit, uſuram ſeu incrementum det mutuo danti.* Quo ſpectat illud de Rabbinis aliquot Romanen-

x *Exod.22.25.*

y *Levit 25.37*
* *Ibidem.*

z *Ibidem 36.*
a *Deut.23.19.*
b *Exod.22.25*
c *Lev.19.14.*
d *Deut.23.19.*
e *Maimonid. halach.* Melovva Welovva *c.4.& c. Moſ.Mikot. Prac. Neg.* 15. *Muna & Gemara til.* Baba Metzia *cap.5. Shulcan Aruch ibi.* Iore Dea *cap.159.160. &c.*

manenſibus apud Sixtum Medicem, *Annis*, inquit ille f, *Proximis ab eruditiſſimo Antiſtite Philippo Archinto tum Romæ vicario, nonnulli Hebræorum Rabyni peritiſſimi ſub juramento requiſiti, declaraverunt verbum ipſum* נשך *paſſivum eſſe & tranſitivum atque ita interpretandum, non fœneraberis à fratre tuo.* Actuarios ac ſcribas etiam & teſtes contractûs, quo de uſura convenitur, teneri volunt Talmudici lege quintâ. Et demùm proxenetas in ſextam committere. Vocabula illa נשך *morſus*, & תרבית מרבית quæ *incrementum* ſeu multiplicationem denotant, non volunt ſic diſcriminari, quin idem ipſum paritèr denotent. Id eſt, fœnus ſeu uſuram ex contractu natam, quæ interſolvendum, utpote plus quàm mutuo acceptum eſt, mordet ſeu cruciat mutuo accipientem; dem, inquam, quantum ad quantitatem; tametſi ſubinde Morſum ſignantiùs de uſura pecuniaria, Multiplicationem de frumentaria aut id genus alia ſumant. Bina autem Fœnoris genera faciunt. Alterum eſt רבית קצוצה *Uſura determinata, præſtituta*, ſeu שקצץ בשעה הלואה *quæ ſive accepta ſive conſtituta eſt tempore contractus mutui* aut dum agitatur ac pendet contractus. Alterum אבק רבית quod verbo tenus reddas *Pulvis Uſuræ*. Senſus autem Magiſtrorum eſt hoc genus ita à priori diſtare, ut, cùm illud ſit palam conſtitutum & propriè Fœnus, hoc ſit potius Fœnus ſimulatum ſeu quaſi Fœnus. Quo nomine illud deinceps nuncupabimus. Genus Prius Uſuram in lege ſacra prohibitam continere volunt. Secundum eam quæ ex ſcitis majorum ſuperinductis tantùm interdicta eſt. Prioris exempla dant & regulam; המלוה את חברו סלע בחמשה דינרים או סאתים חטים בשלשה או סלע בסלע וסאה או שלשה סאין בשלשה סאין ודינר כולו של דבר כל הלואה בתוספת כל שהוא זו רבית שיוצאין ברוינין וכן המלוה את חברו והתנה עמו שיחזר בחצרו חכם ער שיחזיר לו הלואתו או ששכר ממנו בפחות וקצב הדבר שפורעת לי מן חשבר ער שיחזיר לו הלואתו או שמשכן בידו מקום שפירותיו מצויין בעת הלואה כגון שמשכן חצרו ער מנרת שידור בו בחנם הרי זה רבית של תורה ויוצאין ברוינין וכן המוכר שדה או חצר באמצתא הואיל ולא קנת הנוף הרי כל הפירות שאכל רבית ומחזיר איתן ידוע הדין לכל מי שרא קנה קנין גמור מתחלה שהוא מחזיר את הפירות מפני שאם אכל את הפירות הרי זה רבית של תורה *ubi quis mutuo aut proximo ſuo ſiclum, ut redeat cum*

f *De fœnore Iudæorum l. 2. cap. 3.*

quinq; denariis, aut duo frumenti ſata, ut redeat cum tribus, aut ſiclum, ut reddatur ſimul cum ſato, aut tria ſata, ut rependatur cum ipſis denarius, ſeu, ut in univerſum dicam, quoties aliquid mutuo datur, ut redeat cum quantulocunq; incremento, uſura erat cujus cognitio ad forum attinebat (qua de re plura ſtatim.) *Ita ſi quis mutuo conditionem adjecerit, ut habitet in accipientis villa gratis usq; dum refundatur mutuum, aut ut conducat eam minori, quàm valet villa, pretio (valoris diſcrimine tunc indicato) atq; retineat usq; dum mutuum refundat, aut ut in pignus accipiat locum è quo, tempore contractus, commodum percipi poſſet, veluti ut oppigneret ſibi villam ſuam, ut eo nomine in ea gratis habitet, uſura huic ex lege erat, adeoq; cognitio ejus ad forum ſpectabat. Sic etiam ſi quis agrum emerit nec tamen per defectum apicum aliquot juris qui alienationibus neceſſarii, contractus abſolutus fuerit ac integer, quoniam ipſum agrum nondum rite adquiſivit, quicquid ex ejusdem uſufructu commodi ei cecſſerit, uſura erat, atq; reſtituenda. Quale jus obtinuit, ubicunq; emtori integrum dominium non transferebatur* (uſusfructus enim ejusmodi, fœnus habebatur pecuniæ pretii nomine ſolvendæ) *ut ſcilicet reſtituendum eſſet quod perceperat commodum, quoniam uſusfructus ejusmodi uſura erat ex lege.* Nimirum nemo uſuræ nomine vapulabat ſeu plagarum pœnas violationi legis ſacræ ſæpiſſimè ex more gentis aliàs debitas luebat, quoniam ex Judicum ſeu Fori ſententia fœnerator uſuram, veluti rem furto ſurreptam, reddere cogebatur. Qualis ratio in aliis id genus judiciis obtinuit. Talmudici, אף על פי שהמלוה עובין על כל אלו לאוין אין לוקין עליו מפני שניתק לחשבון שכל המלוה ברבית אם היתה רבית קצוצה שהיא אסורה מן התורה הרי זו יוצאה ביניהן ומוציאין אותה מן המלוה ומחזירין ללוה *Tametſi, tum mutuo dans, tum accipiens fœnore violabat tot leges negativas,* (ut in paulò antè dictis) *nihilominùs plagarum pœna eis minimè irroganda erat. Quoniam reſtitutio faciendа erat. Etenim ſi quis mutuo dederat, fœnore in ipſo contractu conſtituto, quale ſcilicet à lege Sacra vetitum eſt, ad cognitionem forenſem res attinuit, & judices ablato fœnore à creditore qui*

re qui acceperat, reſtituebant debitori qui dederat. Ita generatim de reſtitutione ſtatuunt, quoties fœnus ipſum non eſſet כמחזי משוה פרוטה *minus g nummuli minimi* ſeu *Prota valore* h (nec aliter) & quamdiu fœnerator ipſe ſuperſtes. Si is mortuus eſſet, אין מוציאין מיד הבנים *non auferebat forum uſuram à prole* ſeu hæredibus quod ſic generatim dictum temperamenta habet. Nimirùm hæredes pecuniam fœnore lucrifactam reſtituere neutiquam cogendos, quod & de rebus fungibilibus puto intelligunt; cogendum verò liberos reſtituere vaſa, veſtes, inſtrumenta, animalia quæ reſtarent ipſa à patre fœnore accepta idque מפני כבוד אביהן *propter patris honorem.* Quod tamen & ad hunc modum temperant. במה דברים אמורים בשעשה תשובה ולא הספיק להחזיר עד שמת אבל אם לא עשה תשובה אין חששין לכבודו *Id de ratione honoris paterni ſic dictum ita ſumendum, ut tunc duntaxat locum haberet, quando pater ritè pœnituerat, adeoque nec dubitaret reſtituere ante mortem. Cæterùm ſi non ritè pœnituerat, nulla honoris ejus ratio hoc habita,* qualecunque lucrum ex Fœnore in Bonis ejus reperiretur. Etiam de Perſonis inter ſuos exceptionem ſubjungunt. Omne ſcilicet incrementum à mutuo dante ſive tempore contractûs qualitercunque, ſive poſtmodum ex conſtitutione tempore contractûs, acceptum, nomine Fœnoris, inter vulgus hominum ſeu qui ſingulari juris prudentiæ dignitate non eminerent, lege interdicti contineri; non item munuſculum quod, ubi חכמים *Sapientes* ſeu Jurisprudentiæ dignitate eminentes, mutuo darent & acciperent, fortè interveniret. Id enim pro munuſculo ſimplici ſumendum, non omninò pro Fœnore ſeu mutui causâ; idque ex præſumtione, eos qui ſic Jurisprudentiâ eminerent, interdictum nequiquam inde violare voluiſſe i. Talmudici; חכמים שהלוו זה את זה ונתן לו יתר על מה שלוה ממנו הרי זה מותר שהדבר ידוע שלא נתן לו אלא מתורת שהרי הן יודעין חומר איסור הרבית *Si è Sapientibus invicem mutuo dantibus accipientibus quid alteri plus dederat quàm acceperat, illicitum non erat. Nam pro manifeſto habebatur hoc non aliter ibi datum quàm nomine muneris, cum & ipſi tam bene ſcirent quàm grave peccatum eſſet uſuram exercere.* Et de Uſura ex lege ſacra juxta illos interdicta ſeu ea quam קצוצה nuncupant, ſic ſtatuunt k. Nam quisquilias, quas & habent ſubtiliores, circa etiam genus hoc, non paucas prætermittimus.

g Schulcan Aruch *lib.* Iore Dea *cap.* 161, h *Vide ſupra cap.* 3.

Genus

Genus autem illud alterum אבק רבית dictum, id eſt. *Fœnoris pulvis*, quem Quaſi Fœnus appellamus, non ex lege vetitum ajunt, ſed tantum ut quamplurima alia סרברי סופרים *Ex ſcitis ſcribarum*, ſeu eorum qui rebus præeſſent, nec juris ſuperinducendi poteſtate carerent. Hoc nomine vetitum eſt omnimodum fermè non ſolùm commodum, ſed & beneficii agnitio quæcunq; extra mutui contractum ſeu tempus ejusdem, qualicunque mutui reſpectu, creditori poſſet præter ſortem, intra diem ſolvendi, evenire; licet Fœnus illud, ex ſacrorum verborum vi, juxta Talmudicos, non fuerit. Duplex fere faciunt hujus genus; alterum quod ad temporis, quo incrementi aut commodi nomine à debitore præſtatur, diſcrimen attinet, alterum quod ad contractûs diverſitatem. Prioris generis etiam ſpecies binas. Alteram[i] רבית מוקדמת *uſuram precedentem* ſeu *antevertentem*; alteram רבית מאוחרת *uſuram ſubſequentem*. Priore ſpecie continetur quicquid ab eo cui in animo erat mutuum petere, ei à quo pòſt petierit, ſpe facilius in mutui dationem eum conciliandi donatum. Specie poſteriore, quicquid poſteaquam acceperit debitor muneris nomine miſerit aut donaverit creditori, ut dies ei ſolvendi antè præſtitutus omninò comperendinaretur. Breviter ajunt; אסור להקדים הרבית או לאחר אותן *vetitum eſt tum præcedentem tum ſubſequentem uſuram exercere*. Nec de muneribus ſolùm heic loquuntur. Nec quidem humanitatis ex more inter homines uſurpari ſolita officia aliqua voluere creditori poſtmodùm à debitore præſtanda, niſi ante mutui dationem fuiſſent inter eos in uſu. Verba ſunt; מי שלוה מהברו ולא הודה רגיל מקודם להקדים לו שלום אסור להקדים לו שלום ואין צריך לומר שיקדמו בדברים או ישבים להתרן *Qui a proximo ſuo mutuum acceperit, neque ex more antea cum ſalutatione antevertere ſolitus fuerit, illi creditorem ſalutatione jam antevertere vetitum, nedum eum laudare aut adulari.* Quod tametſi ex ſcribarum ſcitis manaverit, nihilominùs non ſine legis ſacræ verborum alluſione firmari volunt. Huc igitur illud trahunt[k]. *Non morſum inferes fratri tuo, per uſuram pecuniæ, aut per uſuram frumenti* לא תשיך לאחיך נשך כסף נשך כל דבר אשר ישך *aut per uſuram cujuscunque rei quæ momorderit.* Vocabulum autem דבר tàm *verbum* ſignificans quàm *rem* in cau-

i *Præter citatos vide* Sepher Siphri *fol.* 51, *col.* 1.

k *Deut.* 23. 19.

in cauſa eſt, ut ludentes heic aiant אפילו דבריכם אסורים *Etiam ipſa verba* ſalutationis, gratiamque conciliandi, niſi in uſu inter debitorem & creditorem antea fuiſſent, *vetita eſſe.* Quo modo tamen ipſam non interpretantur legem. Sed vocabuli homonymiâ libenter ad ſcita ſcribarum firmanda, ut diximus, utuntur. Unde & pariter vetitum volunt debitorem creditori, כל זמן שמעותיו בידו *quamdiu pecuniam mutuo acceptam retinuerit* docendi munus præſtare aliquod, niſi id etiam anteà inter eos in more. Sub hac ſpecie collocant pecuniæ ob mercedem locationem, quæ à mutui datione ſic diſcrepat, ut eadem ipſa, quæ locatur, ac conducitur pecunia, non ſimilis, ut in mutuo, quantitas reddatur. Quaſi autem Uſuræ hujuſmodi genus alterum ſeu quod in diverſitate contractus habetur, viſitur, ubi venditor dixerit, ſi hodie emeris, vendam tibi nonaginta ſiclis, ſin nolis ante diem craſtinum emere, minori centum non vendam. In contractu enim hujuſmodi adjectio moræ ſimul cum pretii incremento viſa eſt, quaſi innuere decem velut fœnoris nomine ſolvendos. Similiter de ejuſmodi aliis. Accedat actus aliquot uſuræ cognatos, ex jure item ſuperinducto veritos eſſe (quos tamen nec ſub jam explicato genere collocant) idque מפני הערמת חרבית *propter æſtutiam incrementi* ſeu ne tum legis ſacræ tum ſcribarum ſenſus ſubdolè heic deluderetur. Exempla ponunt; petit mutuo Simeon à Rubene ſiclos centum, negat hic ſibi centum eſſe, ſed frumentum, quod tanti valet. Id Simeoni mutuo dat. Is autem poſtmodum pro frumento hoc nonaginta rependit. Nihil heic aiunt in legem ſacram commiſſum, nec quidem uſuram aut אבק רבית *pulverem uſuræ*, quam quaſi uſuram nuncupamus, ibi reperiri. Causâ autem jam dicta, Simeonis obligationem ex nonagintâ repenſis non ſolvi ſtatuêre. Sed ad decem ultrà ſolvendos (ut ita centum redderentur) ex ſententia forenſi etiam cogendus erat. Quale tamen in iis, quæ Quaſi uſuræ nomine veniunt, nolunt obtinuiſſe. Reſtituendum erat, idque ex ſententia forenſi, ut oſtenſum eſt, fœnus contra legem ſacram acceptum. Non item quod fœnoris pulverem vocant. Nimirùm nec actione, quâ Pulvis ille ritè peti poſſet, uti licuit creditori, nec ſi ſponte ſolveretur, redhibitoriæ locus. Talmudici אבק רבית

שהוא מרבריהם אינו גובה מן הלוה למלוה ואין מחזירין אותו מן המלוה ללוה *Pulverem fœnoris cujus jus ex majorum more superinducto pendet, à debitore exigere nequibat creditor. Nec tamen creditorem eum debitori rependere cogebat forum.* Contractus interea erat illicitus, atque, ut id quod contra majorum instituta fieret, plagis aliterve puniendus. Ad jam dictorum rationem attinet etiam, quod nec ex jure superinducto, permiserint ei qui fundum pignore acceperat illum Domino sub censu locare, quoniam census ille fœnus pro debito, cujus causâ pignus acceptum, nimis imitaretur fortè & locum ejus suppleret. At verò fuere actus aliqui שהן כמו רבית *qui fuere fœnoris instar* nec tamen sive ex lege sive ex moribus superinductis illiciti. Veluti si quis syngraphas alterius minori quàm ex eis deberetur emeret. Quin & fas esse duxere Rubeno nummos Simeoni dare, ut is mutuo daret alios Judæ. Rationem subjungunt, שלא אסרה תורה אלא רבית הבאה מן הלוה למלוה *quia non vetuit lex sacra aliud fœnoris aut incrementi genus præter id, quod transit à mutuo accipiente ad dantem.* Exceptionem demum habent de Orphanorum Bonis, quæ mutuo à tutoribus dari licitè potuisse volunt, nec jus de Quasi Usura superinductum ad ea attinuisse. Verba sunt Maimonidis; נכסי יתומים מותר ליתן איתם לאדם נאמן שיש לו נכסים טובים קרוב לשכר ורחוק מהפסד כיצד אומר לו תהיה נושא ונותן בהן אם יש שם ריוח תן להם חלקן מן הריוח ואם יש שם הפסד הפסיד אתה לברך שזה אבק רבית הוא וכל אבק רבית אינה אסורה אלא מרבריהם ובנכסי יתומים לא גזרו *Fas erat Orphanorum bona mutuò tradere viro probo & fideli &* opulento, de cujus bonis spes aperta esset, ex eis lucrum potiùs multò quàm damnum eventurum; *ad hunc scilicet modum. Bonis hisce negotiator tu. Si inde lucrum eveniat, reddes orphanis partem suam etiam è lucro. Sin verò damnum, tibi illud sit totum. Nam hoc etiam Pulvis est Usura. Et Pulvis non prohibetur nisi ex jure superinducto, in quo de Orphanorum bonis nihil præstitutum est.* Unde constat etiam sub incerto hujusmodi, nihilo scilicet de quantitate Usuræ constituto, neque utrùm quid omninò eo nomine rependeretur convento, fas fuisse ex legis sacræ, juxta

juxta illos, permiſſione, fœnori tradere mutuum; modò id quod ſic rependendum eſſet, ſed non pro certo conſtitutum, è mutuo ut lucrum oriretur. Nam quicquid nomine Pulveris venit, citra ſcita ſeu mores ſuperinductos, licitum habebatur. Superinducto autem jure, qvod pulverē vetuit, Orphanorum bona non continebantur, uti nec ea[l], quæ aut pauperum ſuſtentationi, aut ſynagogarum uſui, aut diſciplinæ legis ediſcendæ ſeponebantur. Scilicet hæc omnia pro poſſidentium ſeu curatorum arbitrio fœnori, quod Pulvis dictum, dari accipique ritè potuere.

l Shulcan Aruch *Lib.* Iore Dea c. *160, §. 18.*

CAP. X.

De Uſurarum jure, *apud Ebræos, quà* Proſelytos Domicilii *alioſque* Gentiles *reſpexit; etiam &* Judæos Apoſtatas. *De Gentili*, Proſelyto Juſtitiæ *facto, poſtquam fœnori* ſive dederat ſive acceperat *ab* Iſraelita *mutuum, nondum redditum. Quid* Mahumedes *de Uſura.*

QUæ verò capite ſuperiore de Uſurarum interdictis ſive ſacris ſive ſuperindictis occurrunt, ſpectant tantùm, juxta Talmudicos, ad Ebræos ipſos, id eſt, Judæos ſive originarios ſive adſcititios ſeu Proſelytos Juſtitiæ, & qui parili cum eis hoc jure, id eſt, qui ullo modo nomen fratris tui, ſive retinerent ſatis, ſive ad hanc rem induerent. Lex ſacra[m]: *non morſum inferes fratri tuo per uſuram &c.* Ebraica ſunt לא תשיך לאחיך quibus commate proximo, ut antitheſi, reſpondent לנכרי תשיך ולאחיך לא תשיך וגו *Alienum* ſeu *peregrinum* aut *exterum uſura mordebis, fratrem autem tuum non mordebis, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni &c.* Vulgata ibi; *Non fœnerabis* (ἐπικόκεις) *fratri tuo &c. Sed alieno. Fratri autem tuo abſque uſura id quod indiget commodabis &c.* Joſephus[n] item, δανείζειν, inquit, Ἑβραίων μὴ τοῖς ὁμοίοις μηδενὶ *mutuum dare ad uſuram, Ebræorum nemini liceat.* Ebræos addit, ut ceteris non interdici ſe velle oſtendat. Sed etiam Philo[o] ἀπαγορεύει ἀδελφῷ δανείζειν, ἀδελφὸν ὀνομάζων οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύσει γονέων ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν ἀξίᾳ ἢ ἐπιτηδεύμασιν ἢ ἔθεσι *vetat fratri fœnerari; fratrē nominans non*

m Deut. 23. 19.

n Archæolog. 4. cap. 8.

o Lib. de Charitate.

solùm ex iisdem natum parentibus, verum & quemcunque civem tribulemve, non item alios seu Gentiles. Jam verò à Magistris, legis allatæ verba non ut permissiva simpliciter, sed ut obligativa etiam sumuntur; adeò ut velint aliqui saltem, tàm præcipi, quam permitti, ut quoties mutuo quid darent Judæi, sive Gentilibus, qui nondum Idololatriæ renuntiarint, sive Proselytis Domicilii, id fœnori daretur. Legitur quidem in Misna P; אין מקבלין צאן ברזל מישראל מפני שהוא רבית אבל מקבלין צאן ברזל מן הגוים ולווין מהן ומלוין אותן ברבית וכן בנר הושב *Haud conducendum erat pecus ferreum* (sic nomine solenni vocant gregem sic conductum, ut locatori à conductore, qui periculum omne in se suscepérat, integer denuò præstaretur) *ab Israelita, quoniam inde nascitur fenus* (de Pulvere fœnoris, juxta superiore capite ostensa, puto loquuntur.) *At verò à Gentilibus conducere licuit* seu *mutuo accipere pecus ferreum. Etiam & mutuo dare illis & ab illis accipere fœnori, quod pariter dicendum de Proselyto Domicilii.* Maimonides q autem; הגוי ונר תושב לוין מהן ומלוין אותן ברבית שנאמר לא תשיך לאחיך אשור ולשאר העולם מותר ומצות עשה להשיך לגוי שנאמר לנכרי תשיך ספי השמועה למדו שזה מצות תעשה וזה וזה תורה *Ea erat tum mutuo dare, tum accipere fœnore à Gentili aut Proselyto Domicilii; nam & scriptum est, non mordebis fratrem tuum. Illicitum est fratrem tuum mordere; quodtamen fas, quantum ad reliquum genus humanum. Quin & accedit præceptum affirmativum de mordendo extero seu Gentili. Nam & scriptum est, Exterum seu Gentilem mordebis, seu ei mutuum fœnori dabis; unde observandum est præceptum ea de re ibi reperiri affirmativum. Atque ita se habet hoc lex sacra.* Sic quidem ille; uti & alii passim, excepto quòd submde nolint verba illa sacra de Gentili esse præceptum affirmativum seu singulare, sed explicativum tantum r prioris Interdicti, quo fœnus inter Israelitas veritum, adeoque velint permissum tantùm non præceptum fœnus cum Gentilibus. Et errasse aiunt Maimonidem non sine autore vetusto. Nam in *Sefer Sipri* s legitur etiam, לנכרי תשיך מצות עשה ולאחיך לא תשיך מצות לא תעשה *fœnori mutuum dabis Gentili præceptum est affirmativum*,

P *Tit.* Baba Metzia *cap. 5.*

q *Hal.* Melovva Welovva *cap. 5. & prac. negat. Mikotz. 153.*

r *Vide comment. in Maimonid. loc. citat. & Nachmanid.* Pirush Tora *fol. 323 a. alios ad Deuter. 23. 19. Fol 51. col. 1.*

NI NON

ut non dabis fratri tuo eſt negativum. Etiam rationem reddunt, quare ſignantiùs hæc permiſſio adjecta ſit legi ſacræ de Fœnore, non item legibus de Rapina & Furto. Quoniam ſcilicet Furtum & Rapina nunquam & nullibi, juxta ſuperiùs dicta, non illicita. Nec minùs vetitum Gentilis bona furari aut ſurripere, quàm Iſraelitæ. Scilicet, ex Jure Univerſali & omnium communi, cui derogari noluit heic numen. Sed verò fœnus contrahitur tàm ex conſenſu pariter accipientis, quàm dantis, adeoque ita contractu hominum nititur libero, ut ex jure univerſali ſeu Naturali nihil omninò ei obſtare velint. Moſes Bar Nachman [t] de eo quod eſt, fas eſſe mutuum fœnori dare Gentili, verba faciens; לא הזכיר כן בגזל ובגניבה כמו שאמרו גזל גוי אסור אבל הרבית שהוא נעשה לדעת שביחם וברצונם לא נאסר אלא מצד אחות *Non ita dicitur de Furto & Rapina, de quibus receptum eſt illud: Bona Gentilis ſurripere nefas eſſe. Sed verò uſura, cujus contractus ex utriuſque tam accipientis quàm dantis conſenſu & arbitrio naſcitur, minimè vetita eſt alibi, quàm inter fratres*, ſeu nos, qui fratres invicem ſumus, id eſt, Judæos. Quo etiam tradunt pleraque in ſacra lege occurrentia de officiis humanioribus. Atque extra juris ſtricti obligationem paſſim fermè admittunt illud [u] ut monitum generale את הנכרי תגש *à peregrino* ſeu *Gentili exiges.* Quantumvis autem ex lege ſacra ſic permiſſum volunt fœnori Gentilibus mutuum dare, atque ab eis accipere, ex jure tamen ſuperinducto ſeu ſapientum decretis, illicitum habitum eſt Judæo mutuum quid dare Gentili ברבית נשוכה *fœnori propriè dicto*, ac ſic conſtituto ut ſimilè inter Judæos eſſet illicitum, אלא בכדי חיין *niſi tantùm vitæ ſuæ proſpiciendo*, id eſt, niſi ideo id fieret, ut tutiùs vitâ ſuâ inter Gentiles gauderet. Ratio adjungitur; גזרו שמא ילמוד ממעשיו ברוב ישיבתו עמו *Id decreverunt, ne Iudæus ex moribus Gentilis & frequentiori ejus inde conſuetudine malè doctus evaderet.* Exiſtimabant nempè, tum ex ſacri ſpe lucri, tùm è crebris, quæ fieri ſolent, mutui efflagitationibus, Judæum Gentilis familiaritate nimis ſic uſurum. At verò ſic non vetari volebant omnino, quicquid Pulveris uſuræ nomine, quod capite explicatur ſuperiori, venerit; uti nec mutuum fœnori quomodo libetcunque

[t] Piruſh Tora *fol. 323 d.*

[u] *Deut. xv. 3. & Gudeſis ſupra lib. 4. cap. 3.*

à Gentili accipere. Subjiciunt & hujus rationem, שהרי הוא בורח מלפניו ואינו רגיל אצלו *quoniam Iudæus* ſic debitor, *fugiet præſentiam Gentilis nec conſuetudine ejus utetur.* Ceterum excipiunt תלמיד חכם *diſcipulum ſapientis* ſeu ſapientem aut Juriſconſultum qui, legis Judaicæ ſtudioſior Gentilium palàm aſpernator eſſet. Ei enim, quoniam nihil mali ex Gentilium conſuetudine viro ſcientiori imminere cenſebant מותר להלות לגוי ברבית אפילו להרויח *fas erat mutuum Gentili fœnori dare, etiam ideò tantùm ut lucrifaceret.* Nec verò Gentili tantùm ſtatuunt fas fuiſſe ſibi ipſis fœnori pecunias tradere, verùm & Judæo × apoſtatæ, quia fratris nomen exuerat. Ita ſcilicet occurrit opinio velut receptiſſima, in quam tamen alii non conſentiunt, ne qui ſic fœneraretur, ſextam interea legem de offendiculo coram cœco non ponendo violaret, cum ſcilicet in cauſa eſſet, ut apoſtata fœnori acciperet, quod nefas item eſſe Judæo ex lege ſacra volunt. De Proſelyto demùm Juſtitiæ qui ſivè dederat ſive acceperat fœnori ab Iſraelita, dum Gentilis adhuc erat, ad hunc modum tradunt ɣ. Si accepiſſet à Gentili pecunias Judæus fœnori וקפץ עליו במלוה *& novatione contractus tam fœnus quàm ſortem in corpus mutuum unicum conjeciſſet* Gentilis & poſtmodùm Judaiſmo, ut Proſelytus Juſtitiæ, dediſſet nomen גובה את הקרן והרבית *actio ei competierat tam pro fœnore quàm pro ſorte*, ſic conjunctis. Nam citra novationem ejuſmodi, fœnus ſuo nomine ſeu ſolùm heic peti nolebant. Adeoque ſi contractûs illa novatio poſt Judaiſmi ſuſceptionem facta fuiſſet גובה את הקרן ולא הרבית *actione pro ſorte, non pro fœnore uti potuiſſet.* Si verò Gentilis à Judæo mutuum fœnori accepiſſet, etiamſi poſt Proſelytus factus eſſet quàm novatio ejuſmodi acceſſiſſet, tam in fœnus quàm in ſortem actione uti potuit Judæus. Id eſt quicquid fœnoris in creditoris Gentiliſmo Judæo debebatur, ſive in mutui corpus, ſic conjectum, ſive minimè, ei ſolvendum erat. Poſt exutum autem Gentiliſmum, tam Proſelytos Juſtitiæ, quàm Originarios, utpote fratrum nomine rebus in hujuſmodi ſatis comprehenſos, legibus ſacris de Uſura, teneri volunt. Sed manifeſtum ex his eſt, Talmudicos cenſere nihil omninò in jure Naturali ſeu quod omnes obliget,

× *Gem. Hieroſolymitana ad tit.* Aboda Zara *cap. 5. fol. 44. col. 4.* Shulcan Aruch *lib.* Iore Dea *c. 159. Reſponſa ad Maimonidis lib.* Miſpatim *dictum 36.*

ɣ *Maimonid. lib.* Melovva Welovva *cap. 5.* Shulcan Aruch *lib. citat. cap. 171.*

liget, reniti quo minùs quis mutuum fœnori tradat, neque inde ſimplicitèr, furtum committi. Neque rationem video in eo, quod memorat Sixtus Medices de Rabbinorum Romanenſium aliquot ſententia, non licuiſſe ex lege ſacra ipſis omninò fœnerari. *Subinde, concluſerunt* (ſic ille poſt verba illa de נשך capite proximè ſuperiori ex eo citata) *nullo modo licere Hebræis, neq; in ſuos, neq; in alienos exercere uſuras. Id quod ab eodem antiſtite* (Archinto tunc Romæ vicario) *per ſententiam ſolennem confirmatum eſt.* Chriſtianorum hac de re ſcita in ſcriptis eorum obvia ſunt. Sed ante alios conſulas opus incomparabile Claudii Salmaſii de Uſuris, pridem editum. Mahumedes autem [z], الذين ياكلون الربو لا يقومون الا كما يقوم الذي يتخبطه الشيطان من المس ذلك بانهم قالوا انما البيع مثل الربو وحل الله البيع

Quod rectè ſatis vertit Retinenſis. *De Fœnore viventes, nonniſi qui ſi: damoniaci reſurgent, cum ipſi fœnerari, quod Deus nefas & illicitum ſtatuit, licitis annectant, dicentes fanus eſſe qualis eſt mercatura.* Sed inter ſuos non alienos [a] hoc habent illicitum Mahumedani.

[z] *Alcoran Azoar. 2. Arab. 4 lat.*

[a] *Vide Cl. Salmaſium de Uſuris c. 21. p. 666.*

CAP. XI.

De bonis Aleâ, aliove quovis certaminis genere *lucrifactis; ac de* Luſibus *ejuſmodi. De* Avibus *aliiſve* animalibus *ſic inſtituendis, ut exeuntes* redirent, *in domini commodum*, illicum more, comitatiora. *De retibus* Columbarum Capturæ *tendendis, &* Columbariis *extruendis.*

Sextum demùm & Septimum eorum quæ ad Talmudicorum ſententiam de Dominio atque Obligatione circa illud, verſante adeoquè de Furto oſtendendam ſuprà ſelegimus, Capita ſunt de Bonis Aleâ ſeu Certamine alio ludicro lucrifactis, & beſtiis & volucribus ſic nutritis inſtituti ſq; ut comitatiores redirent, & de columbis capiendis atq; columbariis. De hiſce uti & de aliis conſimilibus [b] aiunt, דברים הרבה

[b] *Maimonid. bal. Gazila Waibda cap. 6. Moſis Mikotzi Prac. aff. 73. fol. 154. col. 3.*

וחברין אסרו חכמים משום גזל והעובר עליהן גזלן

Sunt res non pauca, quas vetuere ſapientes, nomine furti. Et qui interdictum illorum in eis violaret, fur erat. Bina quæ diximus afferunt exempla, veluti reliquis multùm inſigniora. De Priori aiunt; eum qui Aleâ, Talis, id genus aliis lucri quid ſibi feciſſet, reum fuiſſe גזל מדבריהם *furti* ſeu *rapinæ*, quæ quidem non ex lege ſacra ſeu civili ſuo, à Numine ipſis præſtituto, nedum ex jure Naturali, ſed *ex ſcitis majorum*, ſeu qui rebus cum imperio ac poteſtate juris ſuperinducendi præerant, ſic dicenda. Scilicet tametſi certaminibus ejuſmodi non deerat, tàm victi, quam victoris aſſenſus prævius, adeoque invicem contractus interveniebat, unde, quantum ad jus ſive Naturale, ſive eorum in corpore Moſaico Civile ſpectat, ex victoria licitè ut in alienationibus ceſſionibuſque juris naturalis permiſſivi aliis, lucrum adquirebatur; ita nihilominus Certaminum ludicrorum mos ille diſplicuit eorum majoribus (qui rebus præeſſent, & quorum ſuffragiis & conſenſu involuta ſunt totius populi, juxta modum & rationem illius reipublicæ, adeoque Ebræorum omnium, qui certarent pariter ſuffragia & conſenſus) ut ex victoria ejuſmodi ludicra nihil poſtmodùm adquirere fas eſſet, furtumque ab adquirente committeretur. Nam ex dominii obligationiſque temperamento civili ſic adjecto, id furtum fiebat, quod citra ejuſmodi temperamentum omninò licitum. Binas autem ob rationes hoc ſuperinductum. Tum ut doli mali, quo certamina ejuſmodi minimè carere ſolent, anſa præriperetur; tum ut artibus bonis, & quæ Societati humanæ conducibiliores eſſent, non ludicris homines ſe exercerent, qua de re conſulas jam dicta libro [c] quarto. Addunt,

[c] *Cap. 5.*

וכן המשחקים בבהמה או בחיה או בעופות ועושים תנאי שכל שתנצח בהמתו או חרגן יותר יקח מחברו כך וכך יכל כיוצא בדברים אלו הכל אסור וגזל מדבריהם הוא

Similiter ſi qui inſtituerant pecorum, ferarum, aut volucrum certamina ludicra, adjecta conditione, verbi gratiâ, ut cujus pecus ſive pugnâ ſive curſu vinceret, is ſummam aliquam ab altero acciperet, & ſi quid aliud ejuſmodi fieret, id illicitum; & furtum, ex majorum ſcitis, inde committebatur. Nec quidem contractum illum ſeu ſtipulationem, quæ inter certantes haberi ſolet, conſonam ſatis

ſatis fuiſſe ſtatuunt contractuum ſeu ceſſionum formulis, quibus penes ipſos dominium ritè transferebatur, de quibus ſupra capite quinto. Atque inde intelligendum Talmudicum[d] illud de aleæ luſu; אסמכתא הוא ואסמכתא לא קניא *contractus imperfectus eſt & qui ex fortuna pendet, quaſi res non ritè adquiritur.* Quod ſumendum ſemper de Ebræis ſolùm ipſis & eis qui in eorum tranſierant ritus. Nam non ſolùm Gentilibus in ditione Iſraelitica, nedum alibi, fas fuiſſe ludicris ejuſmodi certaminibus (niſi etiam ſuperinduceretur, quod vetaret, jus aliquod civile) uti volunt atque inde, juxta pignora quibus certarent, ſine furto lucrifacere, verùm etiam nec furtum fuiſſe, ſi Judæus cum Gentili certans pignus lucrifaceret, licet interea alio nomine certamina ei hæc etiam ſine pignore, pro interdictis haberentur; quoniam nimirum inter ea, quæ Societati humanæ plane inutilia haberentur, cenſita ſunt. Talmudici; המשחק בקוביא עם הגוי אין בו איסור גזל אבל יש בו איסור עוסק בדברים בטלים שאין ראוי לארם שיעסוק כל ימיו אלא בדברי חכמה ובישובו של עולם *Qui verò alea luſerat cum Gentili, non violârat interdictum* (hoc à majoribus ſuperinductum) *de furto* (cujus tamen interdictum naturale tàm ad Gentiles, quàm Ebræos, atque ad utroſque pariter invicem attinuiſſe docent, ut in ſuperioribus non ſemel eſt oſtenſum) *Sed aliud interdictum de rebus inanibus non incumbendo. Neque enim hominem decet ullo vitæ ſuæ tempore rebus aliis incumbere præter eas, quæ aut Sapientiæ ſtudium ſpectant, aut commodum publicum.* Certè & alea atque id genus ludi interdicuntur, nec ſemel, in Mahumedis[e] Alcorano. Claudat hic agmen illud de beſtiis ac volucribus ſic inſtituendis, ut exeuntes comitatiores in domini commodum redirent, ac de Columbis capiendis nutriendiſque. Capite quinto libri quarti diximus quidem de eis, quinutrirent columbas & animalia alia in certamina, jura ſuperinducta, ut jam oſtenſum eſt, violantes. מפריחי יונים nuncupantur, quod denotat tum *qui columbas volare docerent* in certamen, tum qui ſic inſtituerent, ut evolando comitatiores domum redirent, aliiſque ita columbis dominos ditarent; ſub quo nomine ſignantiùs uſurpato eos pariter indicari volunt, qui in ſimiles artes alia quæcunque inſtituerent animalia.

[d] *Gemar. Babyloh. ad tit.* Sanhedrin *cap. 3. fol. 24. b. & Videſis I. Cochium in Tit. Talmud.* Sanhedrin *pag. 27.*

[e] *Azoar. 3. lat. 2. Arab. & 13. lat. 5. Arab.*

Hoc igitur facere ex majorum ſcitis vetitum [f] eſt, furtumque ſic committi conſtitutum. Maimonides; מפריחי יונים כיצד לא יפריח אדם יונים בתוך היישוב שחרי לוקח ממון אחרים שלא כדין מפני שמשלח זכר ויביא נקבה משובך אחר או נקבה וחביא זכר ולא יונים בלבד אלא כל העושה כזה בשאר עופות או חיה או בהמה הרי זה גזלן מרבריתם וכן אסרו חכמים לצור יונים בתוך היישוב מפני שחן של אחרים *Quod de eis qui Columbas volare docebant aut volatum emittebant, ſuperinductum eſt, ſic intelligendum ut non liceret quis columbas volare docere in loco habitato* (ubi ſcilicet incolæ circùm ſive columbaria ſive alia loca haberent, quibus juxta morem, de quo ſtatim, columbas in ſui ſimpliciter commodum domeſticum nutrirent) *Nempè bona aliorum, contra quam debuit, furripiebat. Quoniam ſcilicet emittebat maſculum, qui ſecum adduceret fœminam, uti & fœminam, qua ſecum redeunte maſculum adduceret ex columbario alterius. Neque jus hujuſmodi ſolùm in columbis obtinuit. Nam ſi quis alias ſive aves ſive feras ſive pecora ſic inſtituerit, pariter & is fur erat ex majorum ſcitis*, non ex lege ſacra ipſis civili aut naturali. *Quin & vetarunt ſapientes aucupio ſectari columbas in loco habitato, quoniam in bonis fuere alienis.* Nimirum citra jus hujuſmodi ſuperinductum neutiquam cenſebant furtum committi in animalibus, quæ illices redeuntes ſic comitarentur. Sed per Occupationem illa, aut ut Feræ naturæ, aut ut res ſive Deperditas nec lege de rebus ejuſmodi ſacra (de qua ſupra) comprehenſas aut Derelictas ritè ſatis ei, ad quem advenirent, adquiri. Cui libertati derogatum, ut oſtenſum eſt, ibant qui rebus præerant, idque inprimis מפני דרכי שלום *Charitatis* ſeu *humanioris invicem officii cauſa.* Inde etiam eſt quod de retibus laqueiſve aliis columbis capiendis adjiciunt. Miſhnag אין פורסין ניטוביתם ליונים אלא אם כן רחוק מן היישוב שלשים ריס *retia columbis capiendis non ſunt expandenda intra triginta ſtadia à loco habitato.* Triginta ſtadia ſunt Magiſtris heic quatuor milliaria. Alia tradunt de retibus columbarum capturæ non pendendis intra ſpatia multò ampliora, ubi [h] ſive vineta eſſent ſive columbaria; idque ſive columbaria illa Ebræi alicujus eſſent, etiam ipſius qui tenderet, ſive Gentilis ſive publica. Nimirum nefas

[f] *Hal. Gazila Wabida cap. 6. Moſes Mi-Rotzi Præcept. aff. 73. & gloſſ. Talmud. Babylon. tit.* Sanhedrin, *fol. 25. a.*

[g] *Tit.* Baba *cap. 7. §. ult.*

[h] *Videſis Conſtant. L. Empereur ad tit.* Baba Kama *cap. 7. p 183. &c.*

nefas erat, ex jure quod diximus ſuperinducto, retibus ſeu laqueis capi columbas, quæ ſive in ſacrificia ſive in victum aut villis, aut ædibus aut columbariis, ſive privatim ſive puplicè nutrirentur, ne quis ſic captando, in commodum ſui ſingulare eas alios atque aliorum in uſus, utcunque naturæ feræ, ita deſtinatas interverteret. Quod verò adjiciunt, juxta columbaria ne quidem ſua cuiquam retia tetendiſſe licitum; id ex eo pendebat, ne alienorum columbariorum columbas ad ſua, ut fieri ſolet, advolantes fortè caperet. Horum tamen nihil abſque ejuſmodi jure ſuperinducto, illicitum habebant. Columbaria autem extruere nemini habebant illicitum; neque ex jure naturali neque ex eo quod ipſis erat civile ac ſacrum ſeu à Numine datum. Scilicet inter volucres naturæ feræ eas ita cenſebant, ut nihil inde exiſtimarent contra dominii alicujus privati committi jus ex eo quòd circùm volitando agros in vicinia ſatos expilarent. Nec leges de pauperie per animalia illata huc attinere volebant. Scilicet eas tum ſibi tantùm civiles fuiſſe, nec ad Gentiles inter ſe ex jure ſuo Naturali ſeu Noachidarum ſpectaſſe (ut capite ſupra ſecundo oſtenſum eſt) tum animalia undiquaque in domini poteſtatem ac proprietatem redacta, nec ita circumvagantia dominoſque (quadantenus tantum ita dicendos) ex ſoli ædiumque mutatione toties mutantia, duntaxat in ſe continuiſſe. Præſcripta nihilominùs ex jure illo ſuperinducto habebant ſpatia intra quæ nec columbaria extruere licuit; nempè columbis nutriendis. Talmudici; מרחיקין את השובך מן העיר חמשים אמה ולא יעשה אדם שובך בתוך שדהו אלא אם כן יש לו חמשים אמה לכל רוח כדי שלא ימשכו הגוזלות ויפסידו בשדות ויבכלו משל אחרים *Cubitorum quinquaginta ſpatio diſtare debuit ab urbe columbarium. Nec extruendum cuiquam erat columbarium in agro ſuo, niſi in quamlibet plagam ſolum haberet circumjacens cubitorum totidem. Ne ſcilicet pulli columbini exeuntes agro alieno, qui proprior eſſet, comedendo aliterve damnum inferrent.* Sic de columbario extruendo ſtatuêre. At verò אבל לקחו מאחר אפי הודין ביניו ובין תחילת שדות חביריו בורת רובע בלבד הרי זה בחזקתו ואין מחייבין אותו להרחיק *Si quis columbarium emeret ab alio, etiam ſi eſſet ſpatium inter columbarium illud & terminum agri vicini*

non majus quàm cubitorum dictorum pars quarta, ita illud sufficiebat, ut cogendus non esset ulteriùs illud movere. Quæ sic tradita ommittas jam licet cum obitèr disputatis tum apud Theolo-;os tum Juriſconſultos Chriſtianos de columbariis atque jure :a conſtruendi. Uti & reliqua ſuperiùs oſtenſa, cum eis, quæ le rebus non diſſimilibus apud Scriptores Chriſtianos paſſim occurrunt. Ex hiſce demùm cunctis, quæ ſic ſelegimus, ut ſpecimina ſingularia de Dominio atque Obligatione Permiſſioneque circa illud ex jure Pacis verſante, non obſcurè patet, quomodo atque unde Talmudici quæſtiones de Furto, ex illo jure, diſcerni voluerint. Interdictum quidem ejus Naturale eſſe non dubitarunt. Sed objectum ejus ac materiem, id eſt, Dominium, atque Obligationem Permiſſionemque circa illud verſantem, aliter atque aliter tum pro civilis ſui, quod ſacrum erat, tum pro ſuperinducti juris diſcrimine vario, ſe ſemper habuiſſe ſtatuerunt. Nec citra horum, quæ pro ingenti Perſonarum, Locorum, Temporum, Rerumpublicarum varietate adeò diverſa ſunt, apices diligentiùs exploratos, poſſe Interdicti violationem obſervationemve ſatis omninò dignoſci. Et de Selectis ex jure Pacis hactenus.

CAP. XII.

De Rerum & Perſonarum, ex jure Belli, Dominio adquirendo. *Et primò de* Juſtis, *tum juxta* Ebræos, *tum alios* Orientis *populos, Belli cauſis.*

i *Miſna. tit.* Sota *cap.* 8. *& Gemara & commentarii ibidem. & videſis Petrum Cunæum de Repub. Hebræorum lib.* 2. *c.* 19 *& Guil. Schikard. lib. de Iure Regio cap.* 5.

k *Deut.* 7. 1. *&* 20. 17.

BEllum, cujus jure Ebræi ſibi Dominium adquiſitum decernebant (nam quid ipſi ſenſerint de aliorum ejuſmodi jure, ſeorſim mox) duplicis erat generis. Alterum quod[i] מלחמת מצוה ſeu *Bellum ad quod ex præcepto divino ipſi obſtringerentur* מלחמת א"י item dictum, id eſt, *Bellum Terræ Iſraelis.* Alterum quod מלחמת הרשות *Bellum ultroneum* ſeu pro eorum, qui Reges præeſſent, arbitratu ſive gerendum ſive prætermittendum ſiniendumve, vocitant. Primum genus erat maximè adverſus ſeptemillos populos[k] Hitthæos, Gergeſæos, Amor-

Amorræos, Cananæos, Pherizæos, Hivæos & Jebusæos præter Amaleckitas [l], terræ utpote Sanctæ pristinos dominos. Secundum, adversus finitimos, pro re nata, alios; id quod suscipiendum fuisse, aut gerendum nolunt citra [m] decretum Synedrii Magni seu septuaginta-unius-viralis. Et utriusque etiam generis, alia illatas anteà injurias ulciscendi animo gesta, alia tantùm ad adquirendum, firmandum, augendum sibi Dominium & Imperium. Ubi in ultionem, veluti in Pœnam injustitiæ gesta sunt, non solùm subactorum hostium res in victorum Dominium transibant, sed etiam capti pro libitu idque sine sexûs ætatisve discrimine cædi soliti. Neque ita rara sunt ea de re in Federe veteri [n] exempla. Ad utrunque verò genus quod diximus (sed tantùm quoties sine ultionis causâ bellum susceptum est) attinere volunt leges illas, de militiâ, sacras; *Si* [o] *quando accesseris ad expugnandam civitatem, primò offeres ei pacem, quam si acceperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est* יהיו לך למס ועבדוך *sint tibi sub tributo & serviant tibi. Sin autem fœdus inire noluerit, & fecerit contra te bellum, oppugnabis eam. Et cum Dominus Deus tuus tradiderit eam in manum tuam, percuties in ea omnem masculum acie gladii. Mulieres tantùm & parvulos, jumenta & quicquid fuerit in civitate & omnem prædam tibi diripies* (ubi malè vulgata, *Exercitui dividés*) *& comedes de spoliis inimicorum tuorum, quos tradidit Dominus Deus tuus tibi. Sic nimirùm facies cunctis civitatibus, quæ à te longiùs dissitæ fuerint, quæ non sunt de urbibus istarum gentium. Sed de civitatibus populorum istorum, quos dederit Dominus Deus tuus tibi in possessionem seu hæreditatem, non permittes vivere ullum qui spirat. Quin exterminando exterminabis eos, nempè Hittæum, Amorræum, Cananæum, Pherizæum, Hivæum & Iebusæum* (Gergæus adjicitur apud Hellenistas; uti etiam in codice Samaritano) *sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. Ne scilicet doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi fecerunt diis suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum. Cum obsederis civitatem multis diebus & pugnaveris contra eam, ut capias eam* (לא תשחית) *non perdes arbores ejus, ut impellas securim in eas, sed comedes de eis & non succides. An lignum agri homo est, ut abeat à facie tua in obsidione?* (quod proximat

[l] *Ibid. 25. 19.*
[m] *Misna & Gemar. tit. Sanhed. cap. 1. & 2. Babyl. fol. 16, 4. Hierosolym. fol. 19. col. 2. & 20. col. 2.*
[n] *Deut. 2. 34. Num. 31. 17. 1. Sam. 30. 17.*
[o] *Deut. 20. 10.*

ximat veritati Ebraicæ; ſatis adſtipulantibus etiam vulgatæ, Græcæ, Arabicarum & Chaldaicarum paraphraſium autoribus, quorum pleriſque negatio etiam heic adjicitur, *lignum* ſeu *arborem eſſe non hominem, ut abeat &c.* p, eodem ſenſu.) *Tantùm illam arborem, quam agnoveris eſſe arborem infructuoſam* (vulgata, *ſi qua autem ligna non ſunt pomifera, ſed agreſtia & in ceteros aptæ uſus*) *illam perdes & ſuccides, ut obſidionis machinas extruas in civitatem illam, quæ contra te dimicat.* Ut ritè dignoſcatur, qui fuerit Ebræis ſenſus harum legum militarium, & quomodo ex jure belli tum Res tum Perſonæ in eorum tranſirent ſive Dominium ſive Poteſtatem, videndum eſt, primò de Belli heic eis intellecti Cauſis, ſecundò de eo Indicendo, tertiò de Federe & Deditione, quarto de Federis & Deditionis Averſatione belloque inde inferendo, quinto de Urbibus Regionibus ac Perſonis ſubactis & Præda. Alia erat cauſa belli in ſeptem, quos diximus, populos & Amalekitas, ex præcepto gerendi, alia ultronei in alios. Quod ex præcepto gerebatur, ex oraculo ſupremi omnium rerum & perſonarum domini de quo dubitare nefas pendebat. Et ad hancrem D. Auguſtinus, *Hoc genus belli*, inquit q, *ſine dubitatione juſtum eſt, quod Deus imperat, apud quem non eſt iniquitas, & qui novit, quid cuique fieri debeat, in quo exercitu non tam auctor belli quàm miniſter judicandus.* Ultronei in alias gentes belli cauſam neceſſariam non comperio obtendi apud Magiſtros aliam quàm להרחיב גבול ישראל גלהרבות גדולתו *ut r dilatarentur fines Imperii Iſraelitici, & ut ampliaretur majeſtas ejus.* Nec injuriam ſeu qualecunque vindictæ meritum aut tutelæ ſuæ rationem neceſſariò præcedere debuiſſe (ut ferè ſcriptores Chriſtiani) ſtatuunt. Adeo ut nulla gens eſſet, terræ nullæ in quas injuſtum cenſerent bellum, decretum nempè à Synedrio Magno LXXI virorum (quod heic ſemper fundum fieri volebant) neque, ut ipſum decerneret, alia præter prolationem imperii, cauſa haberetur neceſſaria. Quin tametſi toties interdicere-tur ſ aliàs in Ægyptum reditus, nihilominùs fas habebant t etiam illuc ad bellum inferendum & ſubigendam ſibi terram populumque reverti. Certè & in Concione ad milites Phineeſus apud Philonem u Midianitas adgreſſurus, [illegible]

p *Et ſide Iosephum Archæolog. lib. 4. cap. 8.*

q *In Teſtam. quæſt. 10. & ſideſis Petr. Abælard. in Heloiſſæ Problemate 8.*

r *Maimonid. halach.* Melakim *cap. 5. adde Gemar. & R. Obadiam Bartenor. ad finem cap. 8. Miſna tit.* Sota *Moſ. Mikotz. Præcept. aff. 116.*

ſ *Exod. 14. 13. Deut. 17. 16. & 24. 68.*

t *R. Eliezer apud R. Alphesium in extremo capitis ult. tit.* Sanhedrin *& Maimonid. halach.* Melakim *c. 5.*

u *De Vita Moſis lib. 1.*

Digitized by Google

τὰ ἑτέρων, inquit, ἢ μόνα ἢ μάλιστά εἰσιν αἱ πόλεμοι, *ut occupentur aliena, est sola causa belli aut præcipua.* Atque ex lege sacra paulò antè allata jus sibi hoc eliciunt; *si quando accesseris ad expugnandam civitatem &c.* Perinde ac si illâ satis innueretur civitatem aliquam atque gentes alias quascunque expugnare eis, tum ritè decreto tum indicto, ut ibi præstituitur, bello, fas esse. Qua de re videsis etiam quæ sub finem capitis superiùs tertii occurrunt. Sed modestiùs multò de gentis hujus suæ armis, Flavius Josephus[x]; οὐδὲ τῷ ἀνδρίας ἠσκήσαμεν ἵνα τοῖς πολέμοις ἄδικος χάριν πλεονεξίας, ἀλλ' ἵνα τῷ τοὺς νόμους διαφυλάττειν *Nec fortitudinem exercuimus, ut bella avaritiæ causâ susciperemus, sed ut leges servaremus.* Quibus verbis tamen non omninò negatur jus eis fuisse alienas, extra causam ejusmodi, armis invadendi terras. Nec sanè desunt obtensi illius Juris ut aviti fortè vestigia in eo, quod legimus de Judæis Europæis Monarchiam universalem sub annis abhinc quadringentis, summoperè affectantibus. Matthæus Parisiensis anno salutis 1241. *Labentibus illorum dierum curriculis, multi Judæorum de partibus transmarinis, præcipuè autem de Imperio credentes quod plebs Tartarorum & Cumanorum essent de genere eorum, quos Deus in montibus Caspiis precibus Alexandri magni quondam inclusit, convenerunt in loco secretissimo, ex communi conducto. Quos, qui sapientissimus eorum & potentissimus videbatur, sic alloquitur; Fratres qui estis semen Abrahæ præclari, vinea domini Sabaoth, Deus noster Adonai nos diu sub potestate Christianorum permisit affligi. Sed nunc venit tempus quo liberamur, ut ipsos vice versâ Dei judicio opprimamus, ut salvi fiant reliquiæ Israel. Exierunt namque fratres nostri, tribus scilicet Israel, quondam inclusæ ut subdant sibi & nobis universum mundum.* Alia ibi sequuntur quæ illuc rendunt. Neque verò apud Judæos solùm hujusmodi de bello sententia obtinuit, sed etiam apud alias in Oriente gentes *una ea & vetus causa bellandi, profunda libido imperii & divitiarum* (quæ verba sunt Sallustii [y]) maximè *semper obtinuit*, idque apertè, sine aliarum prætextu, perinde acsi eorum sensa de jure belli inferendi ad amussim explicasset Tiridates Armeniâ pulsus, cum Vologesem Parthorum Regem in arma adversus Roma-

[x] *Lib. 2. adverſ. Apionem.*

[y] *In Catilina.*

Romanos excitans, *non ignaviâ*, monuit, [z], *magna imperia conti-*
[z] *Tacit. Annal. 15.* *neri; virorum armorumque faciendum certamen. Id in ſumma fortuna æquius quod validius. Et ſua retinere, privata domus; de alienis certare, Regiam laudem eſſe.* Et de Nino Aſſyriorum Re-
[a] *Hiſt. 1.* ge, Juſtinus [a]; *domitis proximis, cum acceſſione virium fortior ad alios tranſiret, & proxima quaque victoria inſtrumentum ſequentis*
[b] *Dipnoſoph. lib. 12.* *eſſet, totius orientis populos ſubegit.* Et de Syris & Medis Athenæus [b]; hos ſcribit illorum regnum armis ademiſſe, ut & horum Perſas *οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἢ διὰ κυριεύειν τῆς αὐτῶν ἐξουσίας non aliam ob cauſam, niſi ſola dominandi cupidine.* Et plura legas apud Platonem in Gorgia, de ſententia illa Orientalium, qua ex ſuperiorum ſolummodò viribus juſtitia inter principes alioſve bellum gerentes decernitur. Id genus alia ſatis ſunt obvia. Atque Mahumedes, cui tot Orientis Auſtrique populi nomina dederunt, de bello aliis inferendo, ac ſubjugatis tributo imponendo, ut demum nullum eſſet præter Mahumedanum omninò imperium, ad hunc modum in Alcorano [c] præcepit
[c] *Alcor. 9. 29.*

قاتلوا الذين لا يؤمنون بالله ولا باليوم الاخر
ولا يحرمون ما حرم الله ورسوله ولا يدينون
دين الحق الذين اوتوا الكتاب حتي يعطوا الجزية

عن يد وهم صاغرون *Bellum inferte in eos, qui non credunt in Deum atque in Diem futurum, aut non pro interdicto habent, quicquid interdixit Deus & legatus ejus, aut non recto judicio judicant eos, qui acceperunt ſcripta* [ſeu inſtrumenta federis] *adeo ut tributum præſtò pendant & ſubjugentur.* Judæos innuit & Chriſtianos, per eos qui acceperunt inſtrumenta Federis, ſeu Federatos, ut diſertè explicat ibi Mahumedes Ben Achmed. Et de federe illo luculentum eſt, quod locum hunc aperiat & τὸ الكتاب *inſtrumenta federis* ibi denotare probet, teſtimonium, tum apud Mahumedem Abugiafarem ſeu Georgium Elmacinum, ſub initio Hiſtoriæ Saracenicæ, ubi de Judæis, Chriſtianis, aliiſque in fidem receptis

Digitized by Google

ceptis verba fiunt, adjecto illo وكتبنا لهم كتبا *& scripsi eis instrumentum*, quod de fœdere planè intelligendum, tum ex ipso fœderis à Mahumede cum Christianis initi instrumento pridem ex Oriente allato, & Parisiis publici juris facto; quo tutelam fœderatis pollicetur. Miserè locum illum vertit, uti & alios non paucos, Rubertus Retinensis. *Non credentes*, inquit, *in Deum, dieique futura, & non facientes Haram qui suo legato Deus Haram constituit, & non rectè litigantes velut ceterarum legum homines, usque quo vestri tributarii subjectique fiant, expugnate.* Impostor Italus [q], qui ex Arabico transtulisse se simulat, Retinensem heic, ut ferè alibi, sequitur, excepto quod portenta illa verborum *& non facientes Haram qui suo legato Deus Haram constituit*, cum ne ariolari quis posset, sine Arabici exemplaris aut sermonis ope, quid ibi foret substituendum, prudenter quidem ac omninò prætermisit. *Haram* verò ipsum est حرم vocabulum scilicet Arabicum inter Latina, admodum etiam ipsa invicem incongrua, heic retentum, *& quod interdictum est*, seu *illicitum*, atque *interdicere* tum ibi tum sexcenties alibi in Alcorano significat. Unde & Achmetides exponit illud ما حرم الله ورسوله *quicquid interdixerit Deus & propheta ejus*, per كالخمر *quemadmodum vinum* atque id genus alia in Alcorano [e] interdicta. Præceptum autem illud Mahumedis de bello aliis inferendo, ne quis fortè autumet non tam ad dilatandos, nudo jure belli, imperii fines attinere, quàm ad aliarum religionum libertatem adimendam & Mahumedicæ propagandam; animadvertendum est, tum bellum, ex præcepto illo, ut simpliciter subjugentur ii, in quos geritur, & sub tributo libertatem retineant, inferendum esse [f], tum alibi ipsum Mahumedem tanti cetera qualiumcunque religionum genera & tam indiscriminatim habuisse, ut, sive Judæus, sive Christianus, sive neuter quis esset, modo in Deum ut Creatorem & remuneratorem & in magnum futuri judicii diem vitæ integer crederet, eum amplam justitiæ & pietatis mercedem admitteret adsequuturum. Verba ejus sunt [g] ان الذين امنوا والذين هادوا والنصارى

[q] *Arribaben. Alcor. lib. 2. pag. 48. b.*

[e] *Azoar.*

[f] *Vid. Claud. Salmas. Lib. de Usuris c. 21. p. 666.*

[g] *Alcoran. in Azoar. 2.*

والنصاوي والصابين من امن بالله واليوم الاخر وعمل صالحا فلهم اجرهم عند ربهم ولا خوف عليهم ولا هم يحزنون *Rectè credentes* seu Elmumnim, *Iudæi item, & Christiani, qualescunque demum sectarii, modo credant in Deum & diem futurum, & faciant, quod justum est, mercedem suam nanciscentur apud Dominum suum, nec timore nec mœrore afficientur.* Quod sectarios vertimus, in Arabico scilicet الصابين id Retinensi *lege sua relicta in aliam tendentes* ibi significat. Sed Mahumedes Ben Achmed hoc interpretatur per طايفة من اليهود او النصاري *sectam sive ex Iudæis sive ex Christianis*, atque illud بيوم الاخر *in diem futurum* per في زمن تبينا *in tempus præfinitum à prophetâ nostro*, quod aliud à die Resurrectionis ultimique Judicii, Musulmanis denotare nondum didici. Mercedem autem ibi memoratam nuncupat ille ثوابهن لاعمالهم *compensationes operum suorum.* Ne autem quis à Mahumedismo ad aliam transeat religionem, non sine comminatione gravissima in eadem Azoara interdicitur. Sed de bello, ob imperii tantùm cupidinem ita illato, D. Augustinus [h], quem scriptores Christiani plerunque hoc sequuntur, *Inferre*, inquit, *bella finitimis & inde in cetera procedere, ac populos sibi non molestos solâ regni cupiditate conterere & subdere, quid aliud quàm grande latrocinium nominandum est?* Et vetus sane est apud scriptores Christianos; traditio, ex Oriente recepta, Noachum, cum orbem terrarum filiis ac nepotibus distribueret, eos jurejurando adegisse, ne quis eorum alterius terminos transgrederetur; [i] τὸν δὲ ὑπερβαίνοντα τὴν ὡρισμένην διαταγὴν. ἐξολοθρεύεσθαι ἐκ τοῦ ὅρκου καὶ πᾶν τὸ σπέρμα αὐτοῦ, *qui verò jusjurandum præscriptum violaret, ipsum ac universum semen ejus ex conceptis jurisjurandi verbis iri funditus disperditum.* Quod sanè, Orientalium de bello, imperii tantùm

[h] *De Civitate Dei lib. 4. cap. 6.*

[i] *Epiphanius in Ancorato, Euseb. alii.*

tantùm cupidinis causâ, rite nec contra fas inferendo sententiæ est satis dissonum,

CAP. XIII.

De Belli, *ex Jure Ebræis aliisque Gentibus interveniente*, Indictione.

QUm igitur nec injuria præcedens, nec tutela sui necessaria heic esset, sed augendæ imperii amplitudinis ratio tantùm, ex Magistrorum (quibus & Orientis vicini adsenserunt) recepta sententia, justa belli suscipiendi causa haberetur, ad ejusce denuntiationem seu indicendi formulam, rerum repetendarum seu Clarigationis jus, quod ferè in Occidente, saltem olim, obtinuit, semper attinere non potuisse nemo non videt. At verò nisi nuntiatum, nisi indictum, geri nolebant, disertis etiam Legis supra allatæ verbis satis moniti. Bellum autem indicere eis erat, deditionem ac fœdus solùm, ab hostibus (nam illud nomen satis attinebat ad eos, in quos bellum decernebatur, modo superiùs memorato) deposcere, quod לִקְרוֹא לָהֶם שָׁלוֹם *offerre eis* seu *invitare eos ad pacem* nuncupant. Maimonides k; אֵין עוֹשִׂין מִלְחָמָה עִם אָדָם בָּעוֹלָם עַד שֶׁקּוֹרִאִין לוֹ שָׁלוֹם אַחַר מִלְחֶמֶת הָרִאשׁוֹנָה וְאַחַר מִלְחֶמֶת מִצְוָה *Minimè inferre licuit bellum adversus quemcunque omnino antequam ad pacem invitassent; idque tam in bello, quod ex præcepto gerebatur, quàm quod erat ultroneum, obtinuit.* Hunc sequitur etiam Moses Kotzensis l, de utroque belli genere heic indiscriminatim sumto. Ita tamen ut singulare ad vicinos Ammonitas & Moabitas jus attineret, idque ex sacræ legis verbis לֹא תִדְרוֹשׁ שְׁלוֹמָם וְטוֹבָתָם כָּל יָמֶיךָ *non quæres* m, *non rogabis pacem eorum aut bonum eorum cunctis diebus tuis.* Hellenistæ ibi, οὐ προσαγορεύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς *non salutabis eos Pace*, & vulgatæ autor, *Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona.* Sed intelligunt Ebræi n tantùm non ultro invitandos hosce, ut alios, ad Pacem; at si anticiparent ipsi pacem poscentes aut merentes gratiam, libenter amplexandos; qua de re etiam exemplum afferunt Davidis Regis & Hanunis Ammonitarum principis o. Sed de Septem populis atque Amale-

k *Hal. Melachim cap. 6.* Consonum satis est quod habet de bello ab Ebræis indicendo *Philo lib.* περὶ Φιλανθρωπίας.

l *Præcept. affirmativ. 18.*

m *Deut. 23. 6. & Ede R. Dabid. Kimchi Iosua cap. 9.*

n Sepher Sivpini *col. 199. Maimonid. loco citato, Moses Mikot. præcept. Neg. 228.*

o *2. Samuel. 10. 3.*

Amalekitis heic alii aliter. Neque denuntiationem hujusmodi neceſſariam aut locum ex jure habuiſſe volunt in bellis adverſos eos ex præcepto ſcilicet gerendis, ſed in eis tantum, quæ ultronea erant. Ita Salomon Jarchius [p], ita tributa Uzielidi [q] paraphraſis. Et *Sepher Siphri*, ad leges illas militares [r] כי תקרב אל עיר במלחמה הרשות הכתוב מדבר אל עיר ולא לכרך לעיר ולא לכפר להלחם עליה ולא להרעיבה ולא להצמיאה ולא להמיתה מיתה תהלואים *ſi quando acceſſeris ad civitatem &c. de bello ultroneo hoc dictum eſt. Ad civitatem etiam dicitur, ſeu ad Urbem, non ad oppidum ſeu vicum. Etiam dicitur ad expugnandam eam, ſeu ad bellum ei inferendum, non ad eam fame aut ſiti ſubigendam, aut aegritudinibus interimendam.* Quin denuntiationem belli ad illud, quod ultroneum erat, duntaxat attinere ideo etiam volunt, quia in Lege dicitur, *ſic facies cunctis civitatibus, quæ à te longius diſſitæ fuerint, & quæ non ſunt de urbibus iſtarum gentium*; quibus verbis excludi aiunt nonnulli eas, quæ in ipſa terra Iſraelitica, ubi bellum ex præcepto omne, poſt Joſuæ initia, gerendum, Cum intereà in vetuſtis eorum commentariis memoretur, Joſuam bellum ex præcepto ſuſcepturum antequam populorum ſeptem ullum armis invaderet, etiam denuntiatione triplici bellum illis indixiſſe. Rabbi Samuel Ben Nachman [*], שלש פרסטיגיות שילח יהושע לארץ ישראל עד שלא יבנסו לארץ מי שהוא רוצה להפנות יפנה להשלים ישלים לעשות מלחמה יעשה גרגשי פינה והאמין לו להקבה והלך לו לאפריקי עד בואי ולקחתי אתכם אל ארץ כארצכם זו אפריקי גבעונים השלימו וכי השלמו יושבי גבעון את ישראל שלשים ואחד מלך עשן מלחמה ונפלו *Trinas præmiſit Joſua epiſtolas in terram Iſraeliticam, antequam eam invaderent Iſraelitæ*, ſeu *potius literis tria propoſuit; qui fugam mallent, aufugerent; qui pacem, in fœdus venirent; qui bellum, arma ſuſciperent. Unde Gergeſæi credentes in Deum O. M. aufugerunt in Africam ſe conferentes, ac ſi eis dictum etiam fuiſſet, donec ſ ipſe venero & vos duxero in terram terræ veſtræ ſimilium. Nam ejuſmodi eſt Africa. Gibeonitæ in fœdus t veniebant, adeoque terræ Iſraelitica incolæ manebant. Reges triginta u ac unus bellum ſuſceperunt & cecidere.* Et mirè ſanè convenit,

p *Ad Deut. 20. 10.*

q *Chald. Paraphraſ. ibidem.*

r Siphri *col. 187. adde R. Iom Tob Bar Abraham in* Migdol oz *fol. 761 a. Idem Fl. Joſephum Archeolog. lib. 4. cap. 8.*

* *Gem. Hieroſolymit. ad tit.* Shebiith *ſeu de Iuribus anni ſeptimi cap. 6. fol. 35. col. 3*

ſ *Iſaiæ 36. 7.*

t *Joſuæ. 9. 3.*

u *Ibid. 12. 8.*

Digitized by Google

venit, quod heic de fuga in Africam habetur, non modò cum historiola Talmudica, quâ Africani apud Alexandrum Magnum, hoc nomine, possessiones suas avitas, velut [x] actione, repeterent (qua de re etiam infra fusiùs) sed etiam cum veteri illa apud Procopium [y] inscriptione in Mauritania Tingitana repertâ, quâ indicatum est, incolas priscos illuc à facie Josuæ F. Nun aufugisse. Quod tamen de Gergesæis universis minimè intelligendum, cum etiam & eorum nomen non solùm in ceteris, qui bello capti, populis in sacro sermone reperiatur, sed etiam in Evangelio [a], ut nondum in terra Israelitica deletum occurrat. Qui verò tam bello, quod expræcepto gerebatur, quàm ei, quod ultroneum erat, denuntiationem necessariam fuisse volunt, præceptum illud de excidendis populis septem singulare ita obtinuisse etiam volunt, si in fedus, quale statim dicetur, venire aversarentur; aliter æquè ac alios federis beneficio gaudere debuisse itidem ipsos, ad quod facit Gibeonitarum exemplum. Atque ita intelligi interdicta [b] de federe cum eis, scilicet federe non ineundo aliusmodi quàm quod in Ebræorum eos redigeret potestatem, nec cultui sacro detrimento esset. Sed de omnibus præter Gibeonitas & quos memoravimus, si eos excipi velis, Gergesæos Domini sententia [c] erat, *ut indurarentur corda eorum & pugnarent contra Israel, & illi delerent eos, & nullam eis exhiberent misericordiam, sed eos disperderent sicut præceperat dominus Mosi.* Et hac de re, alia mox.

x *Gem. Bab. tit.* Sanhed. *cap. 11. fol. 91. a.*

y *Lib. 2. de Rebus Vandalicis. & hinc hoc lib. 7. cap. 8.*

a *D. Matth. 8. 29.* Gergeseni *in Græco, Gerasseni in Latino codice.*

b *Exod. 34. 12. & seqq. Deut. 7. 2. Iosuæ cap. 11. 15. videsis Alberic. Gentilem de Iure Belli lib. 3. cap. 19. Iosuæ 11. 20.*

Cap. XIV.

De Federis ineundi *ratione &* capitibus, *ubi* hostes se *dederent.*

Federis capita seu conditiones, quæ deposcebantur, & sine quibus pacem non inibant Ebræi, cum ad eam hostes invitarentur, trinæ ferè [q] erant, I. לקבול שבע מצות שנצטוו בני נח עליהן *Ut septem præceptorum, quibus obstricti sunt Noachidæ, professione se obligarent*, quoties scilicet Judaismo nomina, uti sub Joanne Hyrcano Idumæi, non darent. II. לקבול עליהן חמס *ut ad tributum præstandum se obstringerent.* III. לקבול עליהן העבודת

q Sepher Siphri *Col. 187. Maimonid. Melachim cap. 6. Moses Mikotzi præc. Affirmat. 18. videsis R. David. Kimchi ad Iosua cap. 9.*

העבדות *ut ſervilem in ſe ſuſciperent, erga Imperium Iſraeliticum, cultum.* Neque enim עבדות per *ſervitutem* (quod etiam planè ſignificat) heic transferendum, niſi eo nomine ejuſmodi ſervitutem intelligas, quâ homines, ſi ſtatum reſpicias, etiam liberi eos, in quorum poteſtatem ut ſubditi redacti ſunt, pro vario populorum more, ſolent obſervare, ut clariùs ſtatim liquebit. Primi capitis ſenſus ex eis ſatis dignoſcitur, quæ libro ſecundo, de Proſelyti Domicilii profeſſione, oſtenduntur. Cum enim jam Ditionis eſſent federati Iſraeliticæ, uti & ipſum territorium, non magis ſine hac profeſſione ſive ſedibus ſive vitâ ibi ulteriùs frui permittebantur illi ac Gentiles ſive liberi, ſive ſervi, qui, florente Ebræorum Imperio, domicilio apud eos gaudere vellent. Secundum & Tertium federis caput ſubnititur ſacris illis verbis in Legibus militaribus antè[c] allatis, *ſint tibi ſub tributo & ſerviant tibi.* Servitus autem illa ſeu cultus ſervilis non ſolùm ejuſmodi erat, ut imperii Iſraelitici majeſtatem perpetuò comitèr atque cum obſequio obſervarent, ſed etiam ut ſe planè dederent, & ſub illius ditione ſe degere agnoſcerent, & שיהיו נבזים ושפלים למטה ולא ירימו ראש בישראל אלא יהיו מבושים תחת ידם וכא יחמנו על ישראל לשום דבר שבעולם quæ verba ſunt Maimonidis, id eſt, *ut humiliter ſe gererent, nec caput levarent inter Iſraelitas, ſed eorum poteſtati ſubjecti nullam ob eam ſam omninò in præfecturam aliquam, qua coercerentur Iſraelitæ, evaherentur.* Tributi autem nomine non ſolùm pecuniarum ſummæ quotannis pendendæ, ſed obligatio tum ad pecunias, tum ad operas (quod עבודת בגופם וממונם *miniſterium corporale & opum ſubſidium* nuncupant) in publicum commodum, Principis juſſu præſtandas, continebatur. Veluti in extruendo reficiendove ſive Templo ſive Palatio Regis, civitatibus, earumve muris, id genus aliis. Et de hiſce *Sepher Siphri*; אמרו מקבלים עלינו מסים ולא שיעבוד שיעבוד ולא מסים אין שומעין להם עד שיקבלו עליהם זו וזו *ſi conſentirent in Tributum non vero in obſequium illud ſervile, aut in hoc, non verò in illud, in fœdus non recipiebantur; niſi ſcilicet in utrunque ſe obligarent.* Scimus quidem להיות למס *eſſe in tributum*, ita in Fœdere Veteri uſurpari aliaſque ejuſmodi locutiones, qui-

c *Cap. 20.*

f *Col. 187.*

g *Judic. 1. 30. adde Comm. 28. 33. 35. Thren. 1. 1.*

nes, quibus מס id est *tributum* denotatur, ita verti solere, ut vulgatam Tributi, id est, census pendendi tantùm significationem retinere, non operæ personalis præstationem includere videatur, unde ὁ Φόρος, *Tributum, Tributarii, & vectigales* vetustis interpretibus, ubi מס occurrit, plerunque substituuntur. Sed verò non modò tributum vulgò ita dictum, sed etiam ministeria corporalia eo nomine innui tùm probant receptæ hac de re Magistrorum sententiæ, tum firmant etiam versiones aliquot priscæ ipsius vocabuli. Nam להיות למס עבד *esse* h *in tributum* seu *ut tributarius serviens* vertitur nunc fieri αὐτὸς γεωργὸς *homo agricola*, nunc γεωργὸς ὑπηρετῶν *agricola, qui ministeria præstet.* Atque alibi ὑποφόροι δοῦλοι *servi* i *tributarii*, atque ὑπήκοοι *subjugati* k (quibus vocibus personale etiam obsequium, nec solum tributum ita vulgò dictum indicatur (pro eis usurpantur, qui, ex vi vocabuli מס, tributarii in versionibus Latinis appellitantur. Et demùm expressè מס שלשים אלף איש *Tributum triginta millium virorum*, quod Φόρος & *Indictio* vertitur, in libris Regum l occurrit; unde manifestius nihil est, quàm ministeria corporalia seu personalia eo nomine rectè satis designari, uti ex aliis etiam, quæ mox insequentur. Exactionem ab hujusmodi federatis tàm personalis, quale diximus, quàm pecuniarii Tributi intelligi volunt, ubi David Rex præcepit m, *ut congregarentur omnes Proselyti de terra Israel, & constituit ex eis Latomos ad cædendos lapides & poliendos, ut ædificaretur Domus Dei.* Proselyti, qui in ejusmodi fedus temporibus retroactis subinde venerant. Simile, sed quod illustrius est, exemplum habent in magnifico illo apparatu Salomonis Regis templum civitatesque aliquot condituri. In historia sacra de illo apparatu dicitur primò n זה דבר המס אשר העלה וגו׳ quod vulgato est, *hæc est summa expensarum, quam obtulit Rex Salomon ad ædificandam domum Domini &c.* Dein sequuntur urbes ædificandæ reficiendæve. Et statim subjungitur; *Omnem populum* o *reliquum ex Amorrhæis, Hittbæis, Pharizæis, Hivæis & Iebusæis, qui scilicet non fuere ex filiis Israel, filios nempè eorum, qui residui manserunt post eos in terra & quos filii Israel non potuerunt delere,* ויעלם שלמה למס עבד עד היום הזה *fecit Salomon tributarios*

h *Gen. 49. 15.*
i *Iosue. 16. 10.*
k *Ios. 17. 13.*
l *1 Regum. 5. 13. & Iosephus Arch. eolog. lib. 8. cap. 2.*
m *1 Paral. 22. 2.*
n *Regum 9. 15.*
o *Sic etiam 2. Paral. 8. 7.*

Digitized by Google

butarios ad operas præſtandas uſque in diem hunc. De filiis autem Iſrael לא נתן שלמה עבד *in miniſterium* [hujusmodi] *neminem ſumſit, quoniam ii erant viri militares, miniſtri ejus, principes ejus, Duces ejus, & principes curruum atque equitum ejus.*

Proſelytos illos ſeu reliquias ſeptem gentium ex illo de publicis miniſteriis obeundis federis ſolennis capite heic accitas fuiſſe volunt[p] ad opera, quæ præ manibus erant. Et præcedentia illa vocabula זה הכר המס וגו quæ vulgato ſunt *hæc eſt ſumma expenſarum, &c.* interpretanda volunt: *Hæc eſt ratio Tributi* (eo ſenſu, quo diximus, intellecti) *quod exegit Salomon Rex ad ædificandum Templum &c.* eamque, poſt interjecta, quorum apparatus erat, opera, id eſt, Templum & civitates ibi memoratas, denotari per illos, qui ex federis, in quod veniſſent, jure ad tributum hujuſmodi obſtringerentur. Atque ex jam dictis, intelligenda, ad mentem Ebræorum, loca quibus memoratur ſive ſub Joſua[q], ſive ſub Juda[r], ſive ſub Davide* devictos populos tributarios factos. Nam & quos devicit hic, ac vivere permiſit, πάντας φόρῳ ὑποτελεῖς ἐποίησεν *omnes Tributo ſubjectos fecit.* Quod verò adjicitur ſuprà de Iſraelitis in ejusmodi miniſterium non ſumtis, id (quod obiter eſt animadvertendum) non ita accipiendum, ac ſi planè ipſi tributo immunes, ſeu miniſteriis publicis liberi. Placuit, ut aſſidua Proſelytorum ac dedititiorum, veluti Nethinæorum ſic ſignantiùs dictorum, in extruendo Templo urbibuſque ibi memoratis opera adhiberetur; qualis indigenas non gravaret, causâ ibi adjectâ. At verò & φόρον ἐργάτας τρισμυρίους *tributum quod erat operariorum triginta millium* (ut ait Joſephus[t]) idem Rex ab Iſraelitis etiam exegit, ut legitur etiam in libris* Regum; non verò, qui aſſiduis aſſueſcerent in Libano monte (nam ad materiandum ibi ſelecti ſunt) laboribus, ſed ita vacationibus gauderent, ut viginta millia binis ſemper menſibus otio uterentur, ac decem millia quolibet menſe tantùm adeſſent. Vicium autem & vacationum inde ratio orta, ne gravius, aut quale Proſelytorum ac dedititiorum, onus Iſraelitis imponeretur. Ita ſanè Gerſomides[u]; הבאתם באופן שלא יכבד מאד עליהם *Ideò per vices redibant, ne grave nimis onus eis imponeretur.* Atque alia ſunt in ſacra hiſtoria[x], unde de Tributo, cui populus Iſraeliticus ſubjacebat,

[p] *R. Lebi Ben Gerſom. ad 1. Reg. 5. 15. K. Dabid Kimchi ad 1. Reg. 9. 20. & 2. Paral. 2. 17. Maimonides Hal. Melakim. cap. 6. Moſes Mikotzi præcept. Affirm. 118.*

[q] *Joſu. 9. 23.*

[r] *Judic. 1. 28. & ſeqq. 2. Sam 8.*

* *Epiſt. Salomonis ad Hiromum R. ex Annal. & Archivis apud Joſephum Archaolog. lib. 8. cap. 2.*

[t] *Archaolog. lib. 8. cap. 2.*

* *1. Reg. 5. 13.*

[u] *Ad 1. Reg. 5. 15.*

21 Reg. cap. 4. 7. & ſeqq. & cap. 11. 28.

Digitized by Google

cebat, satis liquet. Hinc est etiam forte quod legitur Israelitas uno ferè ore dixisse de Golia, *Virum* y *qui percusserit eum ditabit Rex divitiis magnis & filiam suam ei dabit* ואת בתו יתן לו ואת בית אבין יעשה חפשי בישראל *ei & filiam patris ejus faciet* חפשי *liberam* (ut Helleniſtæ) *in Israel*; ubi vulgatus & *Domum patris ejus faciet absque tributo in Israel*, & Chaldæus חורין רברבין *Liberos principes in Israel.* Et de Tributo hujusmodi Magistri z fusiùs, quos consulat, si volet, lector. Quod vero ad caput hoc de Tributo in fedus subeundo attinet; ita, pro Principis arbitratu, variatim concipi potuit, ut, pro conventionis ac modi adjectione, sive fundi tantum sive bona tantum mobilia sive horum sive illorum pars aliqua Tributo subjaceret; & quod reliquum esset eo omnino foret liberum. Maimonides a; ויש למלך רשות עמהם שיקח חצי ממונם או הקרקעות ויניח כל המטלטלין או המטלטלין ויניח הקרקעות כפי מה שיתנה *Et Rex pro libitu suo, ita cum receptis in fedus convenire potuit, ut rerum eorum partem caperet, veluti fundos, & abstineret omnino à bonis mobilibus, aut hæc, & ab illis abstineret, secundum id in quod fuerit conventum.* Inito demum federe, nefas ait fuisse fidem eo datam fallere, aut pactis religiosè non stare, modò nempe statim קבלו שבע מצות *susciperent in se præceptorum septem observationem*, id est eorum quæ Noachidarum nomine toties indigitavimus, seu Juris omnium hominum communis ac Naturalis capita septem. Nec defuerunt qui tridui inducias seu tempus ejusmodi deliberandi, sive post bellum indictum sive post castra in bellum posita, hostibus concedendum voluere; quo de invitatione in fedus seu deditionem libere consulerent. Neque ante id elapsum, bellum fuisse inferendum. Ad illud legum militarium *cum* b *obsederis civitatem multis diebus & pugnaveris contra eam*, Autor c *Sipbri* מגיד שתובע שלום שנים שלשה ימים עד שילחם בה *verba illa indicant hostes ad pacem seu in Fœdus biduo, etiam triduo, invitandos, antequam bellum in eos inferatur.* Quo etiam spectare aiunt illud de Davide Rege, & d *mansit seu expectavit in Ziklag per biduum.* Sed hoc etiam ad belli ultronei jura, non ejus quod ex præcepto gerendum erat, attinuisse voluit Salomon Jarchius,

y 1 Sam. 17.

z Maimonides halach. Melakim cap. 4 & Moses Mikotzi præc. affirm. 115. itẽ Maimonides halach. Gazela Wabda cap. 5. & Bide. Guil. Schickard. de Iur. Regio cap. 4. theor. 15. Baal Aruch. in verb. אפסניא Ezechiel 45. 7. & 9. & ibi R. David Kimchi.

a Halach, Melakim cap. 6.

b Deut. 20. 19.

c Col. 187.

d 2 Sam. 1. 1.

e Ad Deut. 20. 19.

Cap. XV.

De Fœderis & Deditionis aversatione, belloque *inde* inferendo. *Disciplinæ militaris de* arboribus frugiferis *in hostico non succidendis. Temperamentum Dominii*, ne quis rem suam plane destrueret. *Et de* loco fugæ *in obsidione hosti relinquendo.*

SI Fœdus & Deditionem, qualis ostensa est, renuerent Hostes, bellum inferebatur. Ubi nempè victoriæ spes alliceret. Nam alioquin fœdus tum omnino æquale tum quo ipsi inferiores fierent, cum populis quibuscunque (exceptis septem quos diximus atque Amalekitis) inire & fas eis & pro re nata, quemadmodum aliis nationibus, mos erat, quod in Salomonis & Hirami Tyriorum Regis, Romanorum atque aliorum, quorum amicitiam amplexi sunt, fœderibus videmus. In belli autem ita illati disciplina (quantum ad legitimam dominii, ex jure belli eis recepto, acquisitionem pertinet) animadvertendum inprimis est, quænam in obsidione ac locis in castrorum vicinia res eis interdictæ, & quænam ita permissæ, ut libere uterentur fruerentur. In Obsidione & castrametatione tum singularis arborum, quæ circum crescebant, habenda erat ratio, tum loci fugæ hostibus (ita sane inolevit opinio) relinquendi. Arborum nempe cum infructuosarum (quibus pro libitu, militi uti frui licuit) tum fructiferarum. Has à milite succidi aliterve disperdi, contra fas fuisse ex sacro sermone superius allato [f] constat, *si fructus esui esset idoneus*, seu עץ מאכל *arbor quæ esculenta tulerit*, quo nomine arborem fructiferam ibi denotat Moses. Veluti Olivam, Palmam, Pomum. Fructus licitè comedebatur; arbore, ut in humanos usus fructum postea itidem ferret, servanda. At si arbor esset omnino sterilis, aut si fructum ferret plerunque nocivum aut irritilem, aut adeo intempestivum [g] seu inopem, ut culturæ labores neutiquam compensaret, aut arboribus vicinis agrorvs, in quo sata est, esset detrimento, aut pretio eximio venundari posset ejus materies, ex majorum dictæ legis interpretatione, etiam in qualescunque usus bellicos excidere seu radicitus

[f] Cap. 11.

[g] Maimon. hal. Melakim c. 6. Gem Bab. ad. tit. Baba Kama cap. 8. fol. 71. & 72. Sepher Siphri col. 187.

Digitized by Google

tûs evellere licuit. Addit inde Josephus h nec in hosticum ignem qui vastaret, injiciendum ex lege Mosaica, alia item i ἔτι γὰρ (inquit, Moses) τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν ἐᾶν κέλευεν ἥμερα δένδρα συγκεχώρηκεν ἀλλὰ καὶ σκυλεύειν ἀπείρηκε τοὺς ἐν μάχῃ κατασόντας, καὶ τῶν αἰχμαλώτων φροντίσαι, ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῇ μάλιστα ἢ γυναικῶν *Neque permisit terram eorum* (hostium) *igne devastari, neque arbores fertiles incidi. Etiam spoliari eos qui in bello cecidere interdixit. Et captivis prospexit quatenus nec eis inferretur injuria, maximè fœminis.* Libentius forsan quam par erat suorum mores, ut humaniores erga Gentiles, exhibere contendit ibi Josephus. De captivis Talmudica doctrina est, qualem diximus. Et de fœminis, quarum sors non dispar, præter ea quæ hoc capite occurrunt, conlulas libri quinti caput decimum tertium, ubi singulare de fœmina bello captâ ducique adamata jus aperitur. Atque ut ex lege sacra interdicebatur, ut dictum est, militi in Obsidione, arboribus frugiferis, ita, ex majorum interpretatione civibus etiam ceteris ubicunque in Imperio Israelitico degentibus, similis interdictio. Adeo ut nemini impune liceret arborem frugiferam cædere דרך השחתה *ita ut inde corrumperetur* aut *periret.* Nonnullas autem mentiras adhibitas video quibus frugiferæ heic arbores an infructuosæ fuerint dignoscerentur. Olivam quæ quartam redderet olivarum cabi partem, aut palmam quæ Dactylorum cabum, ne domino quidem succidere permissum est. Si minor fuisse annuus proventus, permissum. Et interdictum de non succidendo æque ad eos spectabat, qui aquas inhibendo arbores frugiferas arefacerent aliove modo infœcundas ultrò redderent. Atque ex notissimo hoc apud Ebræos, in ipsis juris sui capitibus, arborum frugiferarum, earumque fructus salubres ferentium, & earum quæ aut steriles essent aut insalubres aut inutiles, discrimine, ortum fortè est quod in Evangeliis k de hujusmodi arboribus atque carum fructu, eisque quæ bonum non ferrent succidendis, veluti parœmia maximè obvia, toties occurrit. Nec minus, ex decretis majorum divini de arboribus frugiferis præcepti bellici ratione nixis, illicitum erat vasa diffringere, vestes dilacerare, demoliri ædes, fontes occludere, aut aliud quid ejusmodi facere, דרך השחתה *ita ut inde res periret* usibusve prorsus eximeretur, hu-

h *Lib. 2. adv. Apion.* i *Philo Iudæus de Archæolog. lib. 4. cap. 8.*

k *D. Matth. 3. 10. 7. 17 12. & D. Luc 3. 9.*

humanis; aliter atque aut militiæ in prælio atque hostibus adoriendis subjugandisque, k, aut futuri, in pace, commodi ratio ac prudentia exigeret. Intererat nempe reipublicæ, ne quis re suâ sic male uteretur. Adeoque Dominium & facultas alias ejusdem libera, sic temperabatur modumque recepit. Qui contra heic quid committerent, verberibus plectebantur. Arbores frugiferas succidentes, veluti ex lege sacra rei. Ceteri, ex decretis majorum. De loco autem Fugæ relinquendo ita ex veterum traditione plerunque statuunt, ut urbis obsessæ plaga, è quatuor; unica ita sine milite relinqueretur ut libera illac hostibus fuga maneret, atque integrum esset unicuique לחמלט ער נפשו *vitæ suæ consulere*. Maimonides l בשצרין ער עיר להפשה אין מקיפין אותה מד׳ רוחותיה אלא משלש רוחותיה ומניחין מקום לברוח ולכל מי שירצה להמלט על נפשו צוה ה׳׳ארז שנאמר ויצבאו ער מדין כאשר משה מפי השמועה למדו שכבר צותה *Quando oppugnabant seu obsidebant urbem ut eam caperent, minimè eam à quatuor plagis circumcingebant, sed tantum à tribus, loco fugæ relicto, ut qui vellet vitæ suæ consuleret, secundum id quod dictum est* m, *& castrametati sunt* (seu παρεταξατο *aciem instruebant*, ut Helleniſtæ locum illum) *adversus Midian, secundum id quod Dominus præceperat Mosi. Unde discimus rem ita fieri ex præcepto.* Id quod vult est, innui ibi, ex præcepto singularem quam diximus aciei in obsidione instructionem præscriptam fuisse. Maximè in Bello ultroneo. Nam in eo quod ex præcepto, adversus septem Populos gerebatur, aliter se rem, saltem interdum, idque ex divino præcepto habuisse videtur ex Hiericuntis n historia. Modo autem, quo diximus, castra adversus Midianitas posita fuisse antiquitus receptum est, unde jus ejusmodi castrametandi voluere emanasse. Moses Mikotzi p, ad locum illum Numerorum, תניא בספרי כשצרין ער העיר להפשה נצטוו שלא יקיפו אותה מארבע רוחותיה אלא משלשה רוחות ומניחין מקום לברוח *Traditio est ex libro Siphri, imperatum esse ut qui in urbem castra, ut eam caperent, locarent, eam à quatuor plagis minime circumcingere, sed à tribus tantum, ut locus fugæ relinqueretur.* Ita ille. Sed in SepherSiphri q quo utor, hoc tantum de hac re lego, ויצבאו על מדין הקיפו׳ מארבעה׳ רוחותיה רבי נתן אומר נתן לחם רוח רביעית כדי שיברח

k *Num. 31. 10.*

l *Halach. Melakim cap. 6.*

m *Num. 31. 7.*

n *Josu. 6. 3. & 7.*

o *Num. 31.*

p *Prec. affir. 118.*

q *Col. 206.*

Et

Digitized by Google

Et caſtrametati ſunt adverſus Midian. Circumcingebant eam à quatuor plagis. Sed tradit Rabbi Nathan plagam quartam liberam fuiſſe relictam, fugæ causâ. In vulgata autem *ſecundum id quod Dominus præceperat Moſi*, heic prætermittitur. Sed & obſervandum eſt in paraphraſi Uzielidi tributa ita reddi verba illa de Caſtrametatione in Midian. ואתיחלון מדין אקפוה מהלת טריגונהא והיכמא דפקיד יהוה ית משה וקטלו כל דכורא *& caſtrametati ſunt in Midian circumcingendo eam à plagis trinis juxta id quod præceperat Dominus Moſi, & occiderunt omnes maſculos.*

Cap. XVI.

De Urbibus, Regionibus, Perſonis ſubactis, Captivis, Hoſtibus *cæſis* ſepeliendis, Prædâ, *hujusque* Diſtributione; *ex Jure belli Ebræis in* uſu. Quid nomine Terræ Iſrael *reverâ venerit.*

PArtâ Victoriâ, alia erat ratio Septem populorũ ſeu Amalekitarum, id eſt belli ex præcepto geſti, alia ejuſce quod ultroneum erat. Septem populos (quibus pari cenſent jure Amalekitas ex eo quod delendam eſſe legimus [r] eorum memoriam) poſt victoriam ad internecionem univerſos cædi vult lex ſacra ſuperius [s] allata. Ratio adjicitur, *ne doceant [t] vos facere cunctas illas abominationes, quas ipſi fecerunt diis ſuis.* Quod ſic interpretantur veteres aliqui, ut fas quidem eſſet, ex præſcripta lege militari univerſos, ſine ſexus aut ætatis diſcrimine, interficere, ſed tamen pro libitu eos ſervare qui pœnitentiâ ducti Proſelytos ſive juſtos ſive (pro eorum, quorum in poteſtate eſſent, arbitratu] Domicilii ſe fieri volebant, perinde ac ſi non tam præceptum cædis, quam permiſſio aut licentia lege comprehenderetur, qua de re nonnihil ſupra [u]. Autor Siphri ad illud *Ne doceant vos*, מלמד שאם עשים תשובה אין נהרגים *Illinc [x] obſervandum eſt, ſi pœniteant, à cæde poſſe abſtineri.* Et Salomon Jarchius ibi, הא אם עשן תשובה ומתגיירין אתו רשאי לקבלם *intelligendum, ſi pœnitentiam fecerint & proſelyti fiant, fas eſſe etiam eos recipere.* Alii verò ex ipſâ præcepti vi, ad unum omnes illorum, qui anteà ſe in-

[r] *Exod. 17. 16. Deut. 25. 17.*
[s] *Cap. 12.*
[t] *Deut. 20. 18.*
[u] *Cap. 13.*
[x] *Col. 187.*

deditionem ac fedus non obtuliſſent, perimendos fuiſſe ſtatuunt. Sed prior, ut videtur, ſententia magis etiam antiquitùs invaluit, quod ex ſeptem populorum reliquiis toties in ſacris literis memoratis nemini non eliciendum. Atqui de Amalekitis hoc ſingulare memorant aliqui [z]. Nullo pacto ſcilicet eos in ſocietatem, quæ aliis gentibus univerſis ut Proſelytis ſive Juſtitiæ ſive Domicilii non eſt negata, admittendos, ejusque rationem itidem habuiſſe Davidem, cum juvenem qui Saulem occiderat, utpote ex Amalekitis Proſelytum [a], interfici juſſit. Ceterorum verò Hoſtium, ex bello ultroneo, devictorum in cæde excipi vides [b] Mulieres & parvulos; quod ſic capiunt, ut Mulierum nomine univerſus ille ſexus; parvulorum, etiam & maſculi qui minores eſſent comprehenderentur, adeo ut præcedentia de maſculis cunctis cædendis verba de majoribus, ætate ſolùm interpretentur. Sed verò ut ex interpretatione legis de ſeptem populis omnino necandis, obtinuit opinio poteſtatem univerſos necandi expreſsè à Numine potiùs indultam eſſe, quàm, ex præcepti vi aut ſententiâ, ipſos neceſſariò fuiſſe necandos (adeò ut integrum eſſet etiam ſervare eorum quotquot Proſelyti, ut dictum eſt, fieri vellent) ita videtur quidem, ſimili modo fas fuiſſe Captis quibuscunque, in bello ultroneo, parcere, uſq; dum ſaltem victori ſatis conſtaret (ſecundum ea quæ ſuperius dicta ſunt) eos fieri Proſelytos ſaltem Domicilii nolle. Cum Syros aliquot in Samaria haberet captivos, miraculo illùc ductos, Jehoramus rex Iſraelis, rogavit [d] Eliſæum prophetam, an eos percuteret, ſeu interimeret, cui Propheta, לא תכה אשר שבית בחרבך ובקשתך אתה מכה *Non percuties*, inquit. *quos cepiſti gladio tuo & arcu tuo, tu percutis.* Quæ verba poſteriora cum interrogatione nonnullis leguntur, acſi reſpondiſſet; *Hiſce parcendum. Nam & captos bello parcere ſoles, etiam & invitum debes. Captivi hi ſiunt tibi ex Numinis beneficio. Si quosquam ideo tantùm occideres, quod bello capti eſſent* אין זה ראוי וכל שכן שאין ראוי זה באשר שבה אותם חשוי *ſanè indignares eſſet, & multo magis indigna, ſi ejusmodi quid committeretur in eos, qui à Numine benedicto tibi ſiunt captivi,* quæ verba ſunt Gerſomidis. Neque ſenſu alio Jarchius. Sed vulgata ibi; *Non percuties, neque enim cepiſti eos gladio*

[y] *Maimon. halach.* Melakim *cap. 5. Moſes Mikotzi Præcept. Negatiſ. 225 & Sidiſis 1. Sam. 27. 9.*

[z] *Mechilta fol. 21. col. 4.*

[a] *2 Sam. 1. 13.*

[b] *Decaptorũ cæde, videſis Alb. Gentilem de Iure Belli lib. 2. c. 16. & Hug. Grotium de Iure Belli ac Pacis lib. 3. cap. 7. & 11.*

[c] Sepher Siphti *loco indicato, Maimon. halach.* Melakim *cap. 6. Iarchius ad Deut. 20. 14.*

[d] *2 Reg. 6. 21.*

Digitized by Google

gladio & arcu tuo ut perentias. Et versio apud D. Ambrosium c, *Non percuties quos non captivasti in lancea & in gladio tuo.* Locum verò ita explicat Josephus f, ut vetaret hosce occidi Propheta; τοὺς δὲ νόμῳ ληφθέντας πολέμιους, ἀποκτείνειν δίκαιον, *Captos verò jure belli, injustum non esse occidere,* verbis illis innueret. Ceterum idem Josephus, ubi sensa legum sacrarum de militia tradit g; κρατήσαντες τῇ μάχῃ τοὺς ἀντιπαταξαμένους κλείσατε, τοὺς δ' ἄλλους εἰς τὸ πολεῖν ὑμῖν φόρους σώζετε, πλὴν ἓξ καταναίων ἐθνῶν. τούτους γὰρ παντὶ χρῆναι ἀφανίσαι. *Victores in prælio factis eos, qui in adversa acie steterunt* (qui se dedere noluerunt) *cædite. Ceteros ut Tributa vobis solvant servate, Exceptâ Cananæorum* (id est, septem populorum cum Amalekitis) *gente. Hi enim cum totis familiis sunt delendi.* Inter leges etiam Mosaicas habet is h illam de hostibus sepeliendis; θαπτέσθωσαν δὲ καὶ οἱ πολέμιοι, καὶ νεκρὸς εἷς μηδὲ γῆς ἄμοιρος κείσθω πρὸς τῷ δικαίᾳ ἡμωρίαν λυτῶν *Quin & hostes sepeliantur, nec mortuus quisquam expers terræ jaceat, ultrà quàm justum est pœnas exsolvens,* quo spectat ejusdem illud i ἄταφον μὴ περιορᾶν *insepultum non spernere,* velut Mosaicum. Quod unde hauserit nisi ex interpretatione sua prioris partis capitis vigesimi primi Deuteronomii, planè nescio. Postquam verò in devictos sive prælio sive obsidione hostes esset sævitum, personæ, quibus parcitum est, ut captivi, in servitutem k (non qualis ex fœdere ac deditione, juxta superiùs dicta, nascebatur, sed quæ statum liberum in servilem planè conditionem mutaret) redacti pars prædæ erant, quæ tota in victorum dominium ita jure belli transibat. Atque ut pace emti, sic bello capti, servi fiebant, & pro dominantium libitu vitæ genere in posterum gaudebant. Et passim tam in Oriente quàm in Occidente invaluit mos ille, bello, non civili, captos, quibus parcitum est, in servitutem abducere. Sed inter Christianos diu est quod, charitatis causâ, desiit; pretio tamen Redemtionis præstitui solito, uti etiam apud Mahumedanos, ubi Mahumedanum ceperint. In Præda autem alia erant bona quæ אוצרות המלכים *Thesauri Regum*, nempè devictorum, dicti (quo nomine contineri puto quicquid regio fastui & splendori proprium esset) alia quæ reliquorum in Opibus. Primi generis Regis omnia, ex recepto jure, fuere. Secundi,

c *De officiis lib. 1. cap. 29.*

f *Archæolog. lib. 9. cap. 2.*

g *Ibid. lib. 4. cap. 8.*

h *Ibidem.*

i *Lib. 2. ad. Vers. Apionem.*

k *Deut. 21. 10. Num. 31. 26. Videsis Josephum Archæolog. lib. 4. c. 7.*

Digitized by Google

cundi, universis bipartitò divisis, alteram etiam sibi totam eligebat Rex partem. Altera verò partitione æquali distribuenda erat singulis qui militârant; quorum in numero non minus habebantur impedimenta ac sarcinas curantes, quàm prælio dimicantes. Gemara Babylonia l; תנו רבנן אנצורת מלכים למלך ושאר ביזה שבזזין מחצרת למלך ומחצה לעם *Tradunt Rabbini nostri, thesauros regios* (in bello captos) *ad Regem spectare; prædæ verò reliquæ partem dimidiam etiam Regis esse, dimidiam populi.* Populi nomine heic designantur tantùm m qui aut prælio dimicarant aut impedimenta curarant. Diversâ autem prædæ à Midianitis captæ distributio n ex singulari Dei jussu, cui omnia cedunt jura, pendet. Atque ad hunc modum interpretati sunt iliud *æqua pars erit descendentis ad prælium & remanentis ad sarcinas; & similiter dividetur.* Parte nempè totius prædæ dimidia tantum eis distributa, ut dictum est. Quod verò ibi sequitur, *Factumque est à die illa* ומעלה (quod plerunque *& deinceps* vertitur) *ut & istud poneretur statutum o & jus in Israel, usque in hunc diem*, etiam ad anteriorum seculorum usum respicere ajunt; ita ut מעלה ibi non *deinceps* seu tempus futurum denotet (quod nec denotare solet,) sed *ab olim* & ævi mores præteriti ejusque vetustissimi. Hinc ad illud Abrahæ, ubi prædæ suæ partem Beræ Regi Sodomæ munificè reddit, nec quid se retenturum profitetur, *exceptis* p *tantùm his quæ comederunt juvenes, & parte eorum qui mecum jerunt. Aner, Escol & Mamre etiam & ipsi accipient partem suam*, morem hunc prædæ distribuendæ tunc in usu fuisse observant. Sensus autem verborum illis, est qualem heic reddidimus, & diversus ab eo, qui in versionibus Occidentalium habetur. Juvenes & qui cum eo jerant, sumunt pro eis, qui prælio dimicarant, & hostes usque ad Dan q fuerant insecuti. Aner autem, Escol & Mamre apud impedimenta mansisse ajunt. Unde Salomon Jarchius r; ממנו למד דר שאמר כחלק היורד למלחמה וכחלק היושב על הכלים יחדיו יחלוקו ולכך נאמר וידו מהיום ההוא ומעלה וישימה לחוק ולמשפט ולא נאמר והלאה לפי שכבר נתן החוק ביום אברהם. *Ab eo didicit David id quod dixit, partem descendentis ad prælium & ejus qui apud impedimenta manserit, similem fore, & utrique æquam distributionem faciendam. Ideo etiam dicitur,* & fa-

l *Ad tit. Sanhedrin ca. 2. fol. 21. & Fidesis Sadom. Iarch. ad 1 Paral. 29 22.*

m *Maimon. halach. Melakim c. 4.*

n *Num. 31 27. & seqq. &* Josephus Archæol. 4 c. 7.

o *1. Sam. 30. 24. & 25.*

p *Genes. 14. 24.*

q *Ib. comm. 14.*

r *Ad Genes. 14. 24. & 1. Samuel 30. 25.* Atq; hoc est quod de hac re obiter meminit *R. Mose Alschich in Sepher Meraoth. hatzobaoth. fol. 39. col. 4.*

Digitized by Google

& factum est ab eo die & ab olim ut poneretur in statutum & jus. Neque verò dicitur & deinceps, *ideo quod olim traditum est statutum in diebus Abrahæ.* Quod ipsum etiam monuit Rabbi Jodan in Beresith [f] Rabba. Sed Josephus ἐξ ἐκείνου, inquit [t] νόμος ἔτι ἐκεῖνος ἐκράτησε παρ' αὐτοῖς, *Ab eo tempore* (Davidis) *Lex illa obtinuit apud eos*, de Prædæ scilicet ejusmodi distributione. De Agris demum, Urbibus atque Regionibus subactis Maimonides agens, decimam tertiam eorum partem Regis fieri ait. Verba sunt [u], המלך המשיח נוטל מכל הארצות שכובשין ישראל חלק אחד מי"ג וכבר זה חוק לו ולבניו לעולם *Rex unctus sibi habere debet decimam tertiam partem ex omnibus terris quas subegerint Israelitæ. Hoc quidem statutum est ei & posteris ejus in perpetuum*; quod à viris doctis [x] accipi video pro jure, quod in usu erat, regio. Sed verò illud, de Rege uncto signantiùs à Maimonide dictum ad Messiam (quem *Regum unctum* rectè semper appellant) attinere puto, atque ex distributione in Ezechielis [y] prophetia descriptâ planè sumi. Nam ibi cuilibet tribui sua portio, & sua Principi tribuitur, portioni tribûs æqualis. Et R. David Kimchi disertè ad eum locum, לישראל והיו שנים עשר חלקים ולנשיא החלק השלשה עשר חלק הנשיא כחלק אחד משבטי ישראל בארך וברחב אלא שבתוך נחלת הנשיא תהוה תרומה *Israelitis* XII *erunt portiones. Principi* (quem expressè pro מלך משיח *Rege Messia* seu Christo quem expectant, ibi capit) *portio decima tertia. Scilicet portio ejus æqualis erit portioni unius tribus, tam longitudine quàm latitudine. Excepto, quod in Principis portione erit etiam Oblatio* seu *Tributum*, quod ibi [z] etiam, in sacros usus, præstituitur. Terras verò bello ultroneo à Rege tantùm, sine Synedrii Magni decreto, suscepto (quale tamen ritè suscipi [a] negabant) subactas, totas ex jure regis, dum floruit imperium Israeliticum, ipsi cessisse, ni fallor, indicat paulò post ipse Maimonides. Verbis sic ille [b] disertis, כל הארץ שכובש והרי היא שלו נותן לעבדיו ולאנשי המלחמה כפי מה שירצה ומניח לעצמו כפי מה שירצה *Totam terram quam subjugaverit* (de Rege heic manifestò loquitur sine Messiæ adjectione) *ipse sibi habet. Ministris suis & militibus, pro arbitratu suo, eam donat, quantum sibi visum fuerit retinens.* Idem dein, ex

[f] *Parasch. 28. in extremo.*

[t] *Archæolog. lib. 6. cap. 15. De Prædæ jure, ubi mos aut lex singularis non interfenit, vide Hugonem Grotium de Iure Pacis & Belli lib. 3. cap. 6.*

[u] *Hal.* Melakim *cap. 4.*

[x] *Guil. Schikart. de Iure Regio cap. 4. theor. 14.*

[y] *Cap. 45. 6. & 7.*

[z] *Comm. 13.*

[a] *Misna & Gemar. tit.* Sanhed. *cap. 1.*

[b] *Hal.* Melakim. *cap. 4.*

autoritate veterum, subactas bello ultroneo, à Synedrio Magno decreto, sed à Rege gesto, terras eodem omninò titulo, eàdem ratione possideri ait, quà ipsa terra Promissa quam subjugavit atque Israelitis distribuit Josua. Sic enim sequitur[c], כל הארצות שכובשין ישראל במלך על פי בית דין הרי זו כבוש ובזמן שהיו והרי היא כארץ ישראל שכבש יהושע לכל דבר *Quascunque terras subjugaverint Israelitæ, Imperatore Rege, idque ex decreto Synedrii, victoria & adquisitio publica est. Neque ullatenus discrepat terra ita subacta ab Israelitica terra, quam subjugavit Iosua.* Quod tamen sic rotundè dictum ritè intelligendum est ex distinctione. Nimirum statuebant Jurisconsulti Talmudici terram qualemcunque sic adquisitam, post terram Canaan totam subactam, non aliter habendam fuisse, atque ipsam terram tribubus primò distributam. At verò etiam quæ sic adquisita est, ante terram Canaan subactam totam, non usquequaque, seu לכל דבר instar Terræ Israeliticæ seu Tribubus distributæ habitam esse, sed nec interim pro ea quæ usquequaque extra ejusdem limites esset; aut planè exteræ nomine nuncupandam; sed mediam quandam ex majorum placitis induisse naturam. Quam ad rem egregius est locus alius Maimonidis, cui præiverant veteres & secuti sunt recentiores. De Oblationibus & Decimis agens ille[d] התרומות inquit, ומעשרות אינן נוהגין מן התורה אלא בארץ ישראל מן בפני הבירה בין שלא בפני הבירה ונביאים התקינו שיהיו נוהגות אפילו בארץ שנער מפני שהיא סמוכה לארץ ישראל ורוב ישראל הולכין ושבין שם והחכמים הראשונים התקינו שיהיו נוהגות אף בארץ מצרים ובארץ עמון ומואב מפני שהם סביבות לארץ ישראל ארץ ישראל האמורה בכל מקום חיא ארצות שכובשן מלך ישראל או נביא מדעת רובו ישראל וזהו הנקרא כבוש רבים אבל יהיר מישראל או משפחה או שופט שהלכו וכבשו לעצמן מקום אפילו מן הארץ שניתנה לאברהם אינו נקרא ארץ ישראל כולו שינהגו בו כל המצות ומפני זה חלק יהושע וביזה דינו כל ארץ ישראל לשבטים אף על פי שלא נכבשה כדי שלא היה כיבוש יחיד כשיעלה כל שבט ושבט ויכבש חלקו הארצות שכבש דור חוץ לארץ כנען כגון ארם נהרים וארם צובה וא"ח חלב וכיוצא בהן אע"פ שמלך ישראל הוא ועל פי בית דין הגדול הוא עושה אינו כארץ ישראל לכל דבר ולא כחוצה

[c] *Ibid. cap. 5.*

[d] *Hal.* Therumoth *cap. 1. Mos. Mikotz. Prac. affirm. 133. Shulcan Aruch lib. Iore Dea cap. 331.*

כחוצה לארץ לכל רבר כגון בכל ומצרים אלא יצאו
סכלל חוצה לארץ ולהיותן כארץ ישראל לא הגיעו
ומפני מה ירדו ממעלת ארץ ישראל מפני שכבש אותן
קודם שיכבוש כל ארץ ישראל אלא נשאר משבעה
עממים ואלו תפס כל ארץ כנען לגבולותיה ואחר כך
כבש ארצות אחרות היה כבושו כולו כארץ ישראל
לכל רבר והארצות שכבש דוד הן הנקראין סוריא
סוריא יש רברים שהיא בהן כארץ ישראל ויש רברים
שהיא בהן כחוצה לארץ והקונה בה קרקע כקונה
בארץ ישראל לענין התומות ומעשרות ושביעית והכל
בסוריא מרברי סופרים *Ex ipsa lege sacra solvi non solent O-*
blationes & Decima alibi quàm in Terra Israel, nec stante templo, nec
post ejus excidium. Sed Prophetæ ordinârunt ut præstarentur in terra
Senaar, utpote quæ terra Israel vicina fuit, & quia Israelitæ plurimi
illuc ibinc redibantque. Quin & sapientes veteres ordinârunt ut præ-
starentur etiam in Ægypto & in Ammonitarum & Moabitarum regio-
nibus, quippe quæ terra Israel circumjacent. Iam verò Terræ Israel
nomine, ubicunque occurrit, veniunt Terræ seu regiones quas subjugat
Rex Israel seu propheta ex sententia seu *assensu universitatis Israel*
(quam suppleri ab assensu seu decreto Synedrii Magni velle
videtur) *atque hujusmodi acquisitio seu victoria dicitur adquisitio seu*
victoria publica. At verò si Privatus quispiam ex Israelitis, seu fa-
milia aliqua, aut Iudex (fortè legendum potius שבט, non שופט,
id est *tribus*) *locum aliquem sibi armis subegerit, etiamsi fuerit ex*
ipsis terris Abrahæ datis, locus ille terræ Israelis nomen neutiquam eo-
usque induit, ut inde universa præcepta sacra in eo observari debe-
ant. Vnde factum est, ut Iosua & Synedrium ejus totam Terram
Israel Tribubus distribuerent etiam cum nondum subacta esset, ne sci-
licet aliter adquisitio seu victoria privata fuisset, si ascenderat si-
gillatim, quælibet tribus & suam sibi partem subjugaverat. Terræ
quas subjugavit David extra Terram Canaan velut Aram Nabo-
rim, & Aram Zoba, & quæ fuere id genus aliæ, tametsi tum is Rex
Israel esset, tum id faceret ex decreto Synedrii magni, nihilominus
usquequaque non fuere ut terræ Israel, nec sane usquequaque ut ter-
ræ extera, sicuti Babylon aut Ægyptus. Sed verò desiere esse ex uni-
versitate terrarum exterarum, nec tamen nomen aut naturam Ter-

re Israelis induêre. Ratio autem quare tantam non adepta sunt dignitatem, inde pendet, quod subjugavit eas antequam subjugárat totam terram Israel. Nam reliquiæ tunc erant in ea Septem populorum; si verò possedisset totam terram Canaan usque ad limites ejus & postea subjugasset terras alias, terra sic subjugata universa fuissent usquequaque ac omnimodò instar Terræ Israel. Terræ autem à Davide sic subjugatæ Syriæ nomine dictæ sunt. Atque alia fuere in eis observanda perinde atque in Terra Israel; alia autem non aliter atque in terris planè exteris. Qui prædium in iis acquisivit, quantum ad Oblationes, Decimas, & Septimi anni observationem, non minùs tenebatur quàm si acquisiverat in terra Israel. Quicquid verò sic observandum in Syria, ex sanctis scribarum manavit. Sic ille. De urbibus autem Galilææ viginti, partim subactis, partim alitèr adquisitis, quas Salomon Rex Hiramo Tyriorum Regi e donavit, disputant viri magni, Christiani, tam Jurisconsulti f quàm Theologi, quos videris, uti & Davidem Kimchium ad Paralipomena g.

e 1. Reg. 9. 11.

f *Francisc. Hotoman. Quæst. Illustr.* 1. *Hugo Grot. de Iure Pacis & Belli lib.* 1. *c.* 3. §. 12.

g 2 Paralip. 8. 2. & vide *Ioseph. lib.* 8. *c.* 8. & *contra Apionem l.* 1.

CAP. XVII.

Ebræorum, de aliarum Gentium jure bellico, *sententia.* Gentilium commilitio se, *ex contractu publico, seu fœdere atque aliàs immiscebant.* Ad Tributorum *ex* jure Victoriæ Deditionis, Federis *præstationem se obligatos professi sunt*; Refragantibus *subinde eorum* nonnullis. *De* Numismate Census *in Evangeliis. Quid* Cæsaris & Augusti *nomina denotarent lingua Hierosolymitana.*

DE Belli atque Dominii inde adquirendi jure, quo erga Gentes alias usi sunt Ebræi, hactenus dictum est. Restat ut etiam quid ipsi de aliarum Gentium jure in ipsos, adeoque alios, belliço semerint, paucis videamus. Non ita obscurè id quidem cernitur in Babyloniorum, Persarum, Græcorum, Romanorum imperio, cui ipsi subinde ex victoria, fœdere, seu deditione subditi. De Babyloniis & Persis eorumque potestate agnita h, post victorias & deditiones, retentis intereà sive ex indultu sive ex fœdere ritibus patriis, sacræ literæ affatim. De Græcis, id est de

h *Videsis Ezram* 7. 24. & *Nehemiam* 5. 4. & 6.

Digitized by Google

de Alexandri Magni postquam Darium vicerat, Orientis adeoque ditionis Judaicæ Imperium nacti jure, apertè Josephus. Ὁ δ' ἀρχιερέως, inquit illei, αἰτησαμένου χρήσασθαι τοῖς πατρίοις νόμοις, καὶ τὸ ἔβδομον ἔτος ἀνεῖσθαι φόρου εἶναι, συνεχώρησε πάντα. *Pontifice* (Jaddo) *petente ut patriis legibus uti eis liceret, & septimo quoque anno tributorum immunitate gaudere, omnia concessit.* Reliquis igitur sex annis, tributa ex fœdere illo seu deditionis formula pendenda. Quin & cum indulserat, ut, quotquot vellent, salvis sibi ritibus suis patriis pristinoque vivendi genere, ejus militiam sequerentur, πολλοὶ τοῦ σὺν αὐτῷ στρατεύσασθαι ἠξίωσαν. *multi in eam expeditionem dederunt nomina.* Quod non est cur autumemus factum absque eorum, qui rebus tunc præessent jura avita interpretantes, permissu, si non hortatu; seu non ut id quod Israeliticæ disciplinæ omninò tunc refragaretur. Ita non solùm armis Alexandri se, ex jure quod ei competiit bellico, subdidere, sed imperio ejus dilatando Stipendiarios se libenter tunc præbuere. Nec intereà de belli causa aut religione dispari solliciti. Qua de re etiam sunt exempla postmodùm illustriora, ut videre est maximè in fœdere illo inter Judam Maccabæum seu Judæos & Romanos jcto [k] (quo συμμαχία invicem contrahitur, adeò ut quoties armis lacesserentur, Romani Judæis è seipsis copias subministrarent auxiliares, uti & Romani paritèr, quoties Judæi ab hoste aliquo petiti) tum in Hyrcano Alexandri filio Pontifice [l], qui copiis militaribus insignem Julio Cæsari in Syria & Ægypto agenti opem tulit. Nam de Romanorum juris in gentem hanc bellici seu armis parti agnitione publicâ, ex fœderibus ac principum indultis quæ tum Josephus tum Philo in libro de legatione exhibent, liquidò constat. Cum autem sive Victoriæ sive Deditionis jura circa Res versarentur & circa Personas, atque ad utrasque tum Libertatis Personalis diminutio seu qualiscunque Servitus, tum Tributorum præstatio inde pertinere soleret; si quid senserint tum de servitute illa, tum de tributis sibi (sive Capitationis sive agri) impositis, diligentiùs advertamus, difficilè minùs erit sententiam eorum de aliarum Gentium Jure belli, etiam in reliquis inde elicere. Quod ad Tributa attinet; manifestum quidem est Judæos tum Alexandri Magni successori-

i *Archæolog. lib. 11. cap. 8.*

k *1 Maccab. 8. 15. Joseph. lib. 12. cap. 17.*

l *Joseph. lib. 14. cap. 14. 15, 16, 17. Vide etiam lib. 12. cap. 3.*

bus m variatim tum Romanis ea pependisse. Pompejus horum primus Hierosolymis Φόρου τέλη *indicit tributum* seu τὴν Ἱεροσόλυμα ὑποτελῆ Φόρῳ Ῥωμαίοις ἐποίησεν, *Hierosolymam Romanis fecit tributariam* ut scribit Josephus n, atque ex eo Eusebius, qui tamen de Judæa tota rem alibi capit, uti & alii. Quemadmodum etiam apud Josephum alibi de tributo, à o Julio Cæsare impositio, civitas Hierosolymitana pro Judaica ditione tota, accipitur. *Caius Cæsar Imperator*, inquit, ἔφησε καθ' ἑκάστου ἔτους πλῶσι ἐπὶ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, ἐπὶ τοῖς ὑπαρξάσης χωρὶς τοῦ ἑβδόμου ἔτους *statuit ut quotannis tributa penderent ob civitatem Hierosolymitanorum, excepta Joppe, absque anno septimo.* Quid est exceptio Joppes, nisi & sine illa exceptione, ipsâ Joppe, ut ditionis Israeliticæ urbs, in civitatis Hierosolymitanæ, id est, heic imperii Israelitici, nomine veniisset? Tributa autem Joppes assignata sunt Hyrcano Alexandri filio ut ibi videre est. Quâ verò ratione inde ad Augusti descriptionum tempora, tributum à Judæis aut solutum fuerit aut agnitum, non satis liquet. Res perquam turbidæ inde ibi mansere. Herodem autem Magnum, Regem eis à Romanis impositum p nemo nescit, quem utcunque primò immane quantum plerique respuerent ut alienigenam, postmodùm tamen, ut victoriæ jure impositum admisere; quod tributorum præstatione majus multò erat. De Vectigalibus autem & Tributis ibi tunc temporis consulas U. CL. Samuelem Petitum q. Postmodùm sub Augusto in tabulas consuales Judæam redactam expressim scimus & tributo etiam onustam. Quâ de re affatim Annalium Ecclesiasticorum conditores, & qui in eos Exercitationes conscripsere. Etiam & tributa Romanis soluta à Judæis esse velut ex Jure gentium & Victoriæ à se agnito liquet. Interea nihilominus, id verum est non defuisse inter eos qui gentem suam utcunque à Romanis sic devictam seu deditione aut fœdere inæquali (nam ejusmodi fœdus jam, si aliquod, intelligendum) receptam & demum tributo onustam, ab illo nihilominus eam liberam esse debere armisque etiam privatorum liberandam acriter inclamarent. Egregium est ad hanc rem illud de Juda Gaulanite (Galilæo, in Actis Apostolorum, dicto) & Sadoco qui, cum

m *Vide Maccab. 10. 29. & 11 34. & Josephb. lib. 12. cap. 3. & lib. 3. cap. 5. &c.*

n *Halosecol. 1. cap. 5. & Archeolog. lib. 14. cap. 8. & Vide S. Hieronymum in Chronic. Eusebii & ad D. Matth. c. 22.*

o *Lib. 14. cap. 17.*

p *Joseph. lib. 14. cap. 26. & lib. 15. cap. 1. & Halos. lib. 3. cap. 13.*

q *Var. lect. lib. 2. cap. 1.*

Digitized by Google

cum missus esset Quirinus ad Judæam in censum describendam, sollicitabant ad defectionem populum, τὴν [r] δοκοτίμησιν ἀδεῶς ἄλλο ἢ αὐτοῖς ἀφελείας πρόφασιν λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' αὐτῇ λήψει παραιτοῦντες, τὸ ἔθνος *censum dicitantes nil aliud quàm apertam servitutem inferre, & gentem ad tuendam libertatem adhortantes.* Nec omninò frustrà. Miræ enim inde seditiones, cædes, calamitates aliæ. At verò quid de hisce senserit celeberrimus ille Jurisconsultus Gamaliel, ostenditur in Actis Apostolorum. Synedrio de Apostolis eorumque doctrinâ habito, (in quo eos morti tradendos voluere plerique) is ad hunc modum; *Viri* [f] *Israelitæ, attendite vobis hominibus istis quid acturi sitis; Ante hos enim dies extitit Theudas dicens se esse aliquem &c. & omnes qui credebant ei, dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus* (is ipse quem Gaulanitem nominat Josephus) *in diebus descriptionis*, seu *professionis* (ut vulgata) id est censûs, *& avertit populum post se & ipse periit, & omnes quotquot consenserunt ei dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis discedite ab hominibus istis & sinite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur. Si verò ex Deo est, non poteritis dissolvere &c.* Atque in hujus sententiam ibant reliqui omnes. Palàm autem est seditionem Judæ illius, Tributi nomine, ab Augusto ex jure Victoriæ & Deditionis impositi, eos interim damnàsse, velut ex hominis turbulentioris commentò, non ex Deo, id est ex jure quod genti à Numine datum est, omninò ortam. Nam quod ex jure illo etiam est permissum אורחא דאלהא τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ *Viam Dei* nuncupabant [t]. Id genus quidem alia apud Josephum etiam occurrunt, quibus scilicet libertatem seditiosorum apud ipsos hominum, in aliorum Belli seu Deditionis jura effrænem, planè illicitam fuisse decernunt. Veruntamen, ut fieri assolet, subinde aliàs orti sunt qui libertatis avitæ vindictam adamantes, nunc arma [u], hoc nomine, sumerent, nunc de Tributis quæ Romanis victoribus pendi solita, controversiam moverent; nec solùm an ad illud pendendum obligarentur, verùm etiam an Cæsari, Regi scilicet non ex eorum fratribus aut sanguine [x], pendere eis esset licitum. Notissimum est illud in Evangeliis [y], *Abeuntes Pharisæi*

[r] *Ioseph. lib. 18. cap. 1. qui & videsis l. 2. de bell. Iudaico cap. 7.*

[f] *Act. 5. 35.*

[t] *D. Matth. 22. 16. Marc. 12. 14. Luc. 20. 21.*

[u] *Appian. in Syriacis.*

[x] *Deut. 17. 15.*

[y] *Ibidem.*

consi-

Matth. 22. 15. &c. *consiliuminierunt ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes Magister scimus te veracem esse & viam Dei in Veritate docere, & non esse tibi curam de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet censum dare (ἔξεστι δοῦναι κῆνσον) Cæsari an non? Cognita autem Iesus nequitiâ eorum, ait, quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus, Cujus est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei Cæsaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et audientes mirati sunt &, relicto eo, abierunt.* Sic D. Matthæus. Additur apud Marcum *δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν; dabimusne, an non?* Lucas, *licetne φόρον Cæsari dare an non?* id est *tributum.* Atque horum uterque pro eo quod est apud Matthæum *numisma census* (quæ vocabula bina ibi etiam Græcè usurpantur) habet Denarium, vocabulum item in Græcismum seu linguam Hellenisticam uti in Syrismum, Rabbinismum & linguam Talmudicam etiam receptum. Et D. Marcus, *afferte mihi denarium ut videam &c.* Lucas autem, *ostendite mihi denarium. τίνα ἔχει cujus habet imaginem & inscriptionem?* Captiosam nemo non videt tàm blandè loquentium Pharisæorum quæstionem fuisse, cujus in utramvis partem responso illaqueandum, ut aliàs sæpenumerò, sperabant Jesum Christum. Cui sic, aut Cæsarem & Præsidem Romanum, si negaret, aut eam populi partem qui libertati suæ, ex titulo Belli aut Deditionis nondum reverà aut jure derogatum existimarent, si affirmaret, infensiorem reddere non dubitabant. Huc imprimis spectat illa Baronii Cardinalis disquisitio de ratione, quâ nixus Judæus Galilæus aliive contribules affererent, Judæos non debere pendere tributum alienigenis. *An ea nimirum*, inquit[z], *ex causa quod scriptum esset in Deuteronomio*[a]. *Non erit vectigal perdens ex filiis Israel, qua verba in vulgata editione desiderari valde miramur, cum apud septuaginta interpretes eadem verba legantur; ex quibus Tertullianus*[b] *citat dictum locum, nec non ex eodem autore Hieronymus*[c] *scribens ad Damasum. Vel quod scriptum esset*[d]; *Dominum Deum adorabis & illi soli servies, ea ratione Deum tantum Dominum*

z *Annal. tom. 1. ann. 1. Christ. 1.*
a *Cap. 23.*
b *Lib. de Pudicitia.*
c *Epist. 146.*
d *Deut. 6. &c.*

Digitized by Google

num, & non Herodem vel Cæsarem esse dicendum Iudas Galilæus in populo prædicabat, avertere eum studens ne censu Cæsaris describerentur, quo se illi esse subditos declararent? Heic ita subdubitando. Sed fidentius alibi dum de Publicanis, inter infames alios, à Judicandi functione ex doctrina Talmudica quam Cainino ita debet, arcendis agit. *Cur eo nomine*, ait e, *notati essent, nulla alia subest causa, nisi quod Iudæi, genus Abraham, ex libera liberos se esse profiterentur, nec quicquam aliis debere, nisi decimas Deo, legeque statutum esse ne esset vectigal pendens ex filia Ismel.* Sed illud quod velut ex Mosis Deuteronomio affertur f de vectigal pendente, non omnino habetur in veritate Ebraica. Nec apud Ebræos puto huc attinere potuit, quod & rectè animadvertunt in Baronium viri docti g. Jam verò quæstionis illius de Tributo Cæsari solvendo sensus pulchrè à V. C. Marquardo Frehero I. C. (nam Theologorum heic, extra rem historicam & juridicam, doctrinam omnino tangere nolo) à Frehero h inquam qui, ut Historicus simul & Jurisconsultus, rem penitius introspiciendam opusculo singulari explicare conatus est, hujusmodi paraphrasi exhibetur. *Qui ergo tot alia domisti, dic etiam hoc, quid tibi videtur? Ex animi tui sententia, Fasne est dare censum Cæsari an non? Nobis nimirum, qui liberi sumus, soboles & posteritas Abrahæ, non ex Agare ancillâ, sed Sara matrefamilias, qui liberi fuerunt, nec ullum unquam tributum dederunt Regibus terræ, sed ipsi potius ab illis donati sunt eximiis muneribus, non sponte sed impulsu Dei nostri. Nobis qui populus Dei sacer sumus, divinæ & unicæ religioni deditus, quique promissiones habemus perpetuæ libertatis, & si quando premamur ad tempus ad Infidelibus, venturi Messiæ qui jugum oneris & virgam exactoris confracturus & regnum suum à Mari ad Mare propagaturus sit, sub quo læta pace securi fruamur. Nobis ergo an fas sit, per legem potissimum Dei, quâ Decimæ, primitiæ, obligationes, didrachmum annuum Templo & sacerdotio conferre jubemur, dare Cæsari, homini profano & peregrino qualem nullum agnoscere, sed eligere regem è nostro populo i, nostræ nationis, nostri sanguinis, nostræ religionis jubemur. Cæsari autem magistratui nostro non ordinario & legitimo, sed violento qui jure belli (si jus dicendum) nos tenet, libertate nostra armis oppressâ, & à nobis extorquet quæ vult, & forte plura & graviora deinceps extorquebit;*

c *Annal. tom. Eodem ann. Christ. 31.*

f *Vide supra lib. 2. cap. 5. pag. 183.*

g *Isaac Casaubon. Exercit. 2. §. 19.*

h *Libello de Numismate Census; Heidelberga 1599.*

i *Deut. 17.*

nec tam extorquet ipse, quam extorquenda locat publicanis & mancipibus suis generi hominum (vel tuopte judicio) pessimo & iniquissimo. Huic ergo an dare liceat censum, id est capitis redemtionem annuam, ipsissimam servitutis confessionem. Et paulò post. *Neque elabi illum posse putabant quin ex proposito bivio alterum partem eligeret, ut sive affirmaret dandum, tanquam principibus impiis adulatus & cum eis colludens, populi circumfusi & patulis auribus responsum expectantis odium incurreret, nec tantum redemtoris & Messiæ opinionem tot concionibus & miraculis collectam uno momento amitteret, sed forte etiam tumultu popular aliquando opprimi posset: sive negaret, ut hostis Cæsaris motorque seditionis præsenti crimine teneretur, daturus pœnas quas ante Theudas & Iudas dedissent; & tamen ipsis voto potitis, intereà vindictæ invidia in Cæsarem ejusque præfectos & Herodem derivaretur, causâ nihil ad Phariseos attinente. Et sperabant utique ipsi magis fore, ut Christus morè suo religioni favens potius quàm Cæsari profano aut Herodi inviso, solita libertate pronuntiaret adversus Herodianos* (qui ut exactores tributi simul, sic ille, inhiarent) *pro patria & gente sua atque ita paratam perniciem non effugeret.* Sic ille de quæstione Phariseorum. De Christi etiam responsione idem; *Neque præcipitanter respondit, neque in alteram partem simpliciter, neque sine causa, neque denique ad id tantum quod querebant. Itaque nec Dominus simplici affirmativo aut abnutivo se absolvit. Sed ut ante omnia ostendat, se non fallere illorum insidiosam blandiloquentiam & quo res tendat, cognitâ penitus nequitiâ eorum (inquit Evangelista) consultores suos primùm intentionis suæ coarguit. Quid me tentatis, inquit, Hypocritæ? Illo enim texuerant proœmium alicujus quæstionis ad pietatem & religionem pertinentis, dicendo; Viam Dei in veritate doces: & tamen quæstio ipsa non pertinebat ex divino*

institu-

Digitized by Google

institute ad viam Dei. Ideo vocat eos hypocritas, & mox è re ipsa ostendit illos confundere rationes divinas cum humanis, quando de censu solvendo tanquam de præcepti alicujus divini violatione agunt: cum numen allatus nummus de quo agitur, nil planè sacrum aut religiosum redoleat, atque adeo illius solutio non tangat aut offendat Deum, nec pietatem ladat; imò debeatur Cæsari tanquam victori, legum & moneta conditori, & qui non petat violari religionem, sacra deseri, idola adorari, sed ex communi monetæ reddi sibi numisma in usu promiscuos cursum & merè Romanum. Damnum autem in ejusmodi rebus non tangere animum, & pauperiorem reddere non impium. Si quid peteret Cæsar contra viam Dei, id esse negandum, quod jam non Cæsaris tributum sit, sed Diaboli. Illum petere quod principes omnes (pro vario Victoriæ, Federum inæqualium & Deditionis jure atque rerumpublicarum Constitutionis discrimine multiplici) *petunt; quod ante Ægyptii, quod Seleucus ab eis petierat, quod Pompeius: imo quod vicissim David aliquando victor à Gentibus Moabiticis accepisset, quodque adeo semper ei, in cujus manus Deus Victoriam dederit, vel ex ipsa Dei* k *ordinatione & lege expressa debeatur, nimirum tributum ad Reipublicæ ordinationem. Reddi igitur debere tributum, quod ex ipsa materia & forma manifestè ostendit nihil pertinere ad religionem violandam: & posse sine damno pietatis etiam Deo dicatum hominem dare tributum profano principi, etiam non debitum, malentem obsequi quam provocare. At verò pietatem, invocationem, animi fiduciam, vota, oblationesque sacras Deo soli reddi oportere; ut & ipse Dominus Deo dedit quæ Dei sunt, faciendo voluntatem patris mittentis.* Hoc summam esse ait ille & medullam responsi. Singula dein ejusdem excutere adgreditur. Atque illud, *ostendite mihi numisma census*, sic explicatum it. *Antequam sententiam dicam, tamus in rem præsentem; videamus quid sit de quo agitur. Captiosa est quæstio quævis, ni termini probè discernantur. Quis scit* (quantum ex verbis vestris liquet) *an de tributo illo agatur quod pater meus lege sua à populo suo in Templum suum quotannis deferri voluit, quodque vos integrâ conscientiâ inde avertere non potestis? Facile primo intuitu id viderimus.* Quasi ex ipsa dimidii sicli inspectione (is enim erat tributi illius sacri modus; de quo antè l etiam obiter dictum est & posthac m nonnihil) dignosci potuit an Cæsari reddendum fuisset

k Deut. 20.

l Lib. 4. c. 5.

m Cap. 18.

tributum. Quod, pace viri tanti, rationi nimis est dissonum. Nam siclorum dimidiorum uti & integrorum inscriptiones & figuræ fuere quales libro secundo [n] exhibemus. Nec quid inde de tributi sive debitione sive immunitate dignosci poterat, nedum quid de annuæ Templo præstationis aversione. Et quidnam omninò vetâsset, quantum ad nummi speciem, quo minus tam siclis seu dimidiis siclis id est nummis Ebraicis pendendum, pro dominantium libitu, fuisset tributum quàm monetâ Romanâ. Cum igitur quod Numisma census D. Matthæo heic vocatur, simplicitèr atque eâdem ipsâ notione Denarius nuncupetur Marco & Lucæ, adeò ut *ostendite mihi numisma census & ostendite mihi denarium*, idem ipsum planè significent, nec דינרא *denarius* linguâ Syriacâ aut Hellenisticâ aut Talmudicâ solum certam nummi, ut interdum, speciem (id est quartam Rabbinis [o] sicli partem seu drachmam Atticam) denotet, sed pro pecuniæ seu monetæ qualicunque genere, ut & nummi Latinis, non rarò Ebræis usurpetur (unde דינרא וערבא *pro Denario* seu *nummo Arabico*, & דינרא הדריינא pro *nummo* seu *moneta Hadriani*, דינרא טריינא pro *nummo* seu *moneta Trajani* in Talmude Babylonio [p] occurrit & illud [q] רב דינרי הוי ליה pro eo quod est *multum pecuniæ* ei erat atque id genus alia plurima) cum inquam hæc sè ita habeant, non videtur dubitandum, quin id, quod ostendi sibi rogavit Dominus de solvendo tributo interrogatus, non aliud omninò significaret præter ipsũ monetæ genus, quodcunque illud esset, quo tunc tributum Romanis solvi soleret. Nam & diu antè, post Pompeji victoriam, & tunc solutum Romanis à Judæis tributum idque diversimodè non est cur ambigamus. Perinde ac si fuisset dictum, ex eo quod vobismet etiam ipsis captiosè interrogantibus, ex ipso numismate censûs seu, quod idem est, ex denariorum genere quod tributo, de quo quæritis, Cæsari solvendo adhiberi solet, satis manifestum esse possit, respondebo. Ostendite igitur mihi numisma ejusmodi aliquod seu denarium. Nam inde quæstioni vestræ satisfiet. Numismate igitur ostenso, cujus est inquit imago hæc atque inscriptio? Cum respondissent illi, Cæsaris, *Date igitur*, inquit, *Cæsari quæ sunt Cæsaris &c.* Qualisnam autem fuerit imago

[n] Cap. 6. pag.

[o] *Videsis Maimonid. hal.* Siklim *cap.* 1. §. 3.

[p] *Gem Bab. ad tit.* Bechorotb *c.* 8. *fol.* 49. & 50.

[q] *Gem. Bab. ad tit.* Baba Metzia *cap.* 4. *fol.* 44 b.

Digitized by Google

imago ac inſcriptio illa, è quarum forma verbisque, ſequeretur quidquam Cæſaris heic ſic fuiſſe ut ei eſſet dandum, ſaltem non illicitum eſſet ei dare, à viris doctis diverſimodè eſt diſputatum. Atque inde ſane haud parum pendet reſponſionis hujus & quæſtionis connexio genuina. Præivit, ni fallor heic, inter doctiores ſeculi nuperi Cæſar Baronius Cardinalis; qui Numiſma Cenſus heic peculiare vult fuiſſe monetæ genus, non tantùm quo Tributa ritè ſolvi quibant, ſed quo tantùm ita ſolvi debebant, ut in Tributi ſolutionem, nec alios uſus, duntaxat eſſet cuſum. Verba ejus ſunt, dum in Annalibus[r] Evangelii locum allatum explicat, *Moris fuit apud Romanos, ut numiſmata pro ratione tributi vel cenſus ab imperatoribus cuderentur nec uno ſemper modo eadem permanerent. Sed numiſmata tributorum à cæteris uſualis pecuniæ nummis in eo differrent, quòd iſtorum pretium ſemper idem eſſet: Numiſmata vero Cenſus vel Tributi, cum mutaretur tributi quantitas, eadem ad rationem tributi noviter formarentur.* Unde & nonnulli[s], ejus ſequaces, denarium fuiſſe ipſum tributi capitationis Judaici tunc modum colligunt. Commentum autem illud ſuum ex inſtituto Alexandri Severi, id eſt ævi multò recentioris, quod legitur apud Lampridium de vectigalibus contrahendis, uti etiam ex tributorum ſolvendorum ratione ſub Nicephoro Phoca[t], apud Cedrenum & Curopalatem, elicuit. Certè & in nummis Britannorum reperiuntur qui τῷ TASCIA inſigniti, eo nomine Cenſui ſeu Tributo ſe cuſos eſſe oſtendere à nonnullis creduntur. De eis & Britannorum tributis Cæſaribus penſitatis, vir doctiſſimus Guilielmus Camdenus[u]; *Ad hoc olim*, inquit, *percuſſum certum genus nummi putavi, cum in ſacris literis Numiſma cenſus diſertè appellatur, & Heſychius* Κλῶτος εἶδος νομίσματος ἐπικεφαλαίου *interpretetur. Firmiusq; hoc credo quòd in nonnullis Monetarius pecuniam ſignans exprimitur cum* TASCIA *quod apud Britannos Denarium Tributi ſignificat.* Et Taſgu *taxare* & *cenſere* uti & Taſg & Taſgiad (unde facile factum *Taſcia*) pro cenſu & Taxatione habetur in lexico Cambro-Latino Joannis Daviſii S. Theologiæ Doctoris, linguæ illius, utpote patriæ, vetuſtatis callentiſſimi. Etiam & affert in rem ſuam Camdenus illud Baronii, jam citatum. Quod ſane

[r] *Tom. 1. ann. Chriſt. 34.*

[s] *Lucas Burgenſis ad D. Matth. 22.*

[t] *Baron. tom. 10. ann. 964.*

[u] *In Britannia pag. 72.*

x *De Magnitud. Romana lib. 2. cap. 3.*
y *Lib. de Numism. cens.*
z *Exercit. 16. §. 6.*
a *Ad Lampridium, p. 216.*
b *Variar. lib. 12.*

aliis viris summis planè displicuit, Justo Lipsio x, Marquardo Frehero y, Isaaco Casaubono z, Claudio Salmasio a, aliis. Et *quod si quis pertendit*, inquit Lipsius, *nummos pro modo Tributi ita cusos, ubi igitur illi sunt? cur pragrandes aliqui non extant? Denique statim infinitos cusos oportuit ad pensiones totius orbis. Nihil est: & Hesychii aut Christi verba hoc modo volunt, ipsum illud quod ex censu in Tributum darent, censum appellatum, atque adeo pecuniam sive grandis ea sive pauca esset.* Et Claudius Salmasius, *quod ad certum nummi genus attinet, praestationi tributorum destinatum, ut voluit vir summus, haud scio quo pacto possit fidem mereri.* Dein ea de re pluribus disputat ad locum illum quo semisses & tremisses, cum vectigalia contraheret Alexander, cusos scribit Lampridius. Nec aliud vult Salmasius numisma census denotare quàm id nummi genus, quo capitationis exactio celebraretur; non certum & tributi solutionibus singulare, sed omne quod tributi nomine, id est, Romanum qualecunque ritè solvi posset. Nec aliter inquit, *as publicus & as tributarius* usurpatur apud Cassiodorum b pro tributo assibus soluto; quorum tamen usus tributorum solutioni non solus, sed aliàs promiscuus, ut hodieque in functionibus censualibus monetæ genus omne, quod ex moribus & sanctioni busloci ab exactoribus fiscalibus recipi debet, census numisma vocari possit. Sic Isaacus Casaubonus; *Quod igitur Domino petenti*, inquit, *sibi ostendi numisma census, exhibetur denarius; non ita accipiendum, ut factum est à Baronio. Nam quum vario & multiplici genere nummorum Judæi tum uterentur; propriorum gentis suæ, vicinarum regionum, & Romanorum: nullum est dubium, quin tributum quod Cæsari pendebatur, in pecunia Romana exigeretur, non Judaica aut quavis alia. Dominus igitur Numisma Census appellat; non certum genus numismatis, quo solo tributa solverentur: sed pecuniam Romanam, qua sola ab exactoribus ejus tributi accipiebatur. Denarius autem Christo ostenditur, velut in exemplum pecuniæ Romanæ: neque id fuit peculiare aliquod monetæ genus ad tributi solutionem cusa: verùm omnes denarii erant pecuniæ Romanæ, & tam denarii quàm alii nummi Romani dici poterant*

Numisma

Numisma Census. Tametsi & ipse anteà ad locum illum Lampridii notâsset, inde posse colligi, vectigalis non modum solum lege definitum fuisse, *sed etiam certum pecunia genus præstationi vectigalis destinatum.* Freherus autem ; *certè peculiare pro modo indictionum nummi genus, modò gravius, modo levius, subinde fabricatum nusquam adhuc legi, & hoc ipso nostro loco dicitur prolatus Denarius pro Numismate Census, vulgatum & tritum nummi genus quod drachmam Atticam pondere æquaret —— non igitur ratione ponderis & valoris sed formæ potius certum quendam nummum Cæsar in tributo exigebat, nimirum, ut rem tandem aperiam, vultus & nomine suo insignitum.* Atque dein existimat formam altera parte fuisse hanc ipsam, quæ superiùs [c], ubi de imaginum apud Judæos usu egimus, exhibetur. *Jam aversâ parte*, inquit, *quid? forte illud ipsum quod in aureis argenteisq; frequens conspicimus* PONTIFEX MAXIMUS, *vel aliud quidpiam elogii*, CLEMENTIÆ, MODERATIONI, PROVIDENTIÆ AUG. *item* PERPETUÆ PACI AUG. *aut tale quid adulatorium &c.* Quæ plane transcribit etiam & adprobat Gaspar Waserus [d], de nummis Ebræis in usu scriptor diligentissimus doctissimusq;. Ex vultu ergo & nomine Cæsaris in numismate viso atque à Pharisæis agnito, responsi sensum ad hunc modum se habuisse volunt hi. Quæ Cæsaris sunt, ita ut Dei jus nihil attingant, danda sunt Cæsari, ut generaliter suum cuique. Hujusmodi est Census seu Tributum ab eo jure victoriæ ac Gentium victis impositum, ut ex nummo hoc signato ejusdem scilicet vultu atque inscriptione liquet; juxta quam solùm rationem, etiam nonnulli necessariò ex nummo illo ostenso concluſum ajunt, Aliquid [e] deberi Cæsari, utpote qui nummos ex singulari, quod jam nactus ibi esset, jure Majestatis, idque ex deditione libenter permittentibus Judæis, percussérat, adeoque inde satis, tum Princeps eorum, tum victor agnosceretur. Certè sive Tributi nomine singulari cusum esset, ut voluit Baronius ejusque sequaces, numismatis hoc genus, adeò ut alius non esset ejusdem usus præter ipsam tributi

[c] *Lib. 2. cap. 8. pag. 225.*

[d] *De Antiquis Nummis Hebræorum lib. 2. c. 20.*

[e] *Tostatus ad D. Matth. 22.*

tributi præſtationem, ſive fortè in faciliorem, ſed non ſolam tributi præſtationem (ut interpretatur vir præſtantiſſimus illud Alexandri Severi apud Lampridium) idque in Judæa atque Judaicæ ditionis ſeu territorii reſpectu ac notâ ſingulari cuderetur, ſive nummus eſſet tantummodò Romanus qualiscunque promiſcuus, quo ſolo, nec alio genere tributa ſolvenda, ut plerique autumant; palàm intereà eſt, ex Imagine ſimul & Inſcriptione inſpectâ argumentum ſuum ſumere voluiſſe Dominum. Quatenus ſcilicet ab interrogantibus utraque Cæſaris eſſe agnoſcitur. Imago autem Cæſaris, quantum video tam Auguſti aut Julii eſſe potuit, quàm Tiberii. Nam Cæſaris nomen hiſce omnibus, ut ſucceſſoribus, pariter tributum. Nec quid obſtat quò minùs, qualecunque intereà genus admiſeris, tam ab illis, quibus etiam ſuberat Judæa, quàm à Tiberio, cujus tempore hoc factum eſt, numiſma illud percuti potuiſſet; id eſt, à Cæſarum ſeu Imperatorum Romanorum, qui tunc regnaverant, ſive primo ſive ſecundo. Nam Tiberii & deceſſorum idem jus; & in horum jus ille ſucceſſerat. Adeo nec quæſtio tam de Tiberio, quàm de Cæſare ſeu Imperatore orbis Romani quisquis ille fuerit, facta eſt, tametſi Temporis ratio rem ad Tiberium planè trahat, cujus quidem diffiteri nequeo (maximè cum octodecim jam imperaſſet is annis) quin numiſma oſtenſum fuiſſe ſit probabilius, inſcriptionem autem ſeu epigraphen nummorum duplicem eſſe nemo neſcit. Obverſam & Averſam. Obverſa in Nummis Cæſareis Principis iconi plerunq; circumdatur. Averſa nunc figuram aliam, parte alterâ poſitam, explicat, nunc aliud quid officii, pro eorum qui rei monetariæ præerant, præſtat. Si Julii fuit hoc numiſma, Inſcriptionem obverſam æquum eſt ut exiſtimemus fuiſſe aut CÆSAR IMPERATOR ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ aut ejusmodi quid, ut in illius nummis. Si Auguſti, CÆSAR AUGUSTUS, aut CÆSAR IMPERATOR aut quid ſimile juxta hujus Numiſmatum, quæ paſſim viſuntur, inſcriptionum obverſarum diſcrimen. Si demùm Tiberii (ut libentiùs crediderim) inſcriptio obverſa forte fuit, ut in illo ſuperiùs depicto; id eſt TIBERIUS CÆSAR AUGUSTI F. PONTIFEX MAXIMUS, IMPERATOR, aut TI. CÆSAR, DIVI AUG. F. AUGUSTUS (qua

Digitized by Google

(qua inſcriptione uſus eſt ſub id ipſum tempus, quo nummus hic à Phariſæis oſtenſus eſt) aut ejusmodi quid nomina dignitatis ac imperii continens. Ut temporum characteres ſeu conſulatuum & tribunitiæ poteſtatis adjectionem atque alia Romanæ reipublicæ magis peculiaria prætermittam. Averſæ autem inſcriptiones perquã diverſimode ſe habuere. Sed non ita raro regiones ac provinciæ captæ aut receptæ in eis memorantur. Ut, ARMENIA CAPTA, ÆGYPTO CAPTA, PARTHIS RECEPTIS, id genus alia habentur in Nummis Auguſti. Etiam Captis à Soſio ſub annum ante Chriſtum XXXV. Hieroſolymis, ab Auguſto nummus (ſi Adolpho Occoni [f] fides) ad hunc modum eſt cuſus; [f] *Pag. 52.*

ΚΑΙCΑΡ ΑΥΓΟΥCΤ. *caput Auguſti.*
ΙΟΥΔΑΙΑC ΕΑΛΩΚΥΙΑC. *Victoria.*
Palmæ innitens cernua in clypeo hæc ſcribens.

Ita pars averſa oſtendit Judæam captam, ſeu Romanis ſubactam, receptam, quemadmodum & poſtmodum in nummis Veſpaſiani [g] non raro occurrit JUDÆA, & JUDÆA CAPTA, JUDÆA DEVICTA, cum captivæ interdum typo humi ad trophæum ſeu ad palmam deſidentis; interdum captivi. Sed Auguſti quale deſcribit Occo numiſma, nullibi hactenus mihi viſum, nec apud alios, qui ectypa chartis diligentius exhibent, repertum. Veſpaſiani autem compluria vidi quæ & paſſim occurrunt [h]. Jam vero, ſi inſcriptio aliqua inerat averſa (nam tam averſam quam obverſam ſimplicis inſcriptionis nomine contineri poſſe palam eſt) ejusmodi quid de Judæa capta, ſubacta, recepta, continens unde imperium Cæſarianum atque victoriæ Romanæ jus neceſſario agnoſcendum fuiſſet, nil apertius foret quàm ex ipſo quod interrogantes exhiberent agnoſcerentque numiſmate, devictos, captos, ſubactos à Romano ſe ſatis affirmarent, adeoque ei obedientiæ & ſubjectionis præſtationes debitas. Nam ex jure Victoriæ & Gentium ejusdem uſu tributa [i] deberi paſſim agnitum eſt. Quid quod etiam dum Tributum, Numiſma Cenſus & Denarius modo jam dicto intellectus, ita ſimul memorantur, liquidò admittitur inoleviſſe jam morem ſolvendi, id eſt tum deditionem præceſſiſſe

[g] *Idem pag. 149. &c.*

[h] *Vide Baron. tom. 1 ad an. Chriſti 73. & Franciſc. Quareſmiũ in ſimulachrã Terræ Sãctæ elucidatione pag. 15.*

[i] *Vide Alberic. Gentil. de Iure Belli lib. 3. cap. 4.*

tùm ſolutionem ex victoris juſſu non ſolu n imperatam ſed & velut jure à ſolventibus admiſſam. Unde enim alias nomen illud Numismatis Cenſus, niſi ex eo quod quocunque vis modo Cenſus ſeu Tributum ejusmodi Numismate antè ibi ſolvi conſvetum ? quod & diſcimus ex hiſtoriis aliis. Sed heic ſacram Evangelii hac de re tantùm conſideramus. Oſtenſo igitur numismate, ſimultaque agnoverunt imaginem & inſcriptionem fuiſſe Cæſaris, atque numismata hujusmodi imagine & inſcriptione ſignata Census Numismata eſſe (cujus ſolutio licita ne eſſet, non utrùm ad eam obligarentur, quæſiere) tum ipſum Cæſarem ſibi Principem, Regem, Imperatorem utcunque eſſe, ut ex ore ſuo pariter agnoſcerent neceſſe eſt, tum ſive ex victoria, ſive ex federe inæquali, ſive ex deditione, aliterve, tributa ei pendi ſolere. Perinde ac ſi dixiſſent, En tibi numisma censûs, quale præſtare ſolemus Cæſari, Auguſto, Imperatori Orbis Romani, cujus pars nos ſumus. Principis ejus, cui præſtare ſoliti ſumus, eſt hæc imago atque hæc inſcriptio. Licetne tamen hoc facere nobis, qui libertati nati, nec Regem alium nobis adſciscere debemus niſi ex fratribus[k] noſtris? Nam & animadvertendum eſt non ſolum Principem Romani Orbis, Cæſarem, Auguſtum, Imperatorem in ipſa inſcriptione (quæ Cæſaris quidem erat ipſius, non Judæorum) dici & agnoſci, ſed etiam à Judæis ipſis eum ſatis ſic ac ſæpiſſime civiliter ſalutari, dum toties præſtito ante tributo (cujus in nummis toties imago & inſcriptio ejusmodi) tum imperium ejus tum obedientiam ſuam ac deditionem, ut devicti, profitebantur. Id verum quidem eſt, Romæ eo in ævo Cæſaris, Auguſti, Imperatoris, nomina ex vi ſimpliciter ſua Principem ſeu Regem neutiquam omnino denotâſſe. Eorum Origines & Notiones pueri ſciunt. Atqui in lingvam Hieroſolymitanam, etiam tunc priora duo ex Romanorum conſuetudine recepta, nil aliud, velut ex vi ſimpliciter ſua, ſignificabant præter τὸν Βασιλέα ſeu *Regem* aut Principem per excellentiam, & ſignantius de eo qui orbi Romano præeſſet, dictum. Nam Baſileus. Cæſar. Auguſtus, pro eodem ipſo, ut ria merè Synonyma, Hieroſolymitanis ſub id ævi ſumuntur. Legitur in Gemara Hieroſolymitana[l]; המינין שאלו את רבי שמלאי מה ההן רכתיב את אלהים ירא את

[k] Deut. 17. 15.

[l] Bal tit. Beracoth c. 5. fol. 11. col. 4. & Baal Aruch in בסוליאס

אל אלהים ה' הוא יודע אמר להן הם יודעים אין כתיב כאן אלא הוא יודע כתיב אמרו לו תלמידיו רבי לאלו דהוית בקנרי לנו מר אתה משיב אמר להן שלשתן שם אחד כאינש ואמר בסריינס קיסד אגנשתיש *Hæretici quidam rogarunt Rabbi Semlai quid illud effet quod scriptum est* m, *El, Elohim, Iehova, Deus, Dii, Dominus, Deus, Dii, Dominus, ipse novit. Respondit ille, non scriptum est tibi ipsi noverunt, sed ipse novit; quod rem explicat, cui discipuli ejus; eos calamo, refutasti. Sed quid nobis, ut rectè locum illum intelligamus respondes? Respondet ille. Tria illa simul sunt nomen unum, ut si quis dicat* Βασιλεύς, *Cæsar, Augustus.* Unde plane corrigendus est codex *Bereshith Rabba* n, ubi de nomine illo triplici ac velut ex hoc Gemaræ loco, habetur, פאיניש דאתר בסליגוס קיסר אוגוסטום קיסר *ut si quis dicat Basilicus Cæsar, Augustus Cæsar.* Manifesto tum legendum בסיליוס Βασιλεύς, tum קיסר quod postremum est delendum, ut sic Synonymum, quod triplex, remaneat. Et de eisdem vocabulis paulò post incitata Gemara R. Semlai, שלשתן שם אחד כאינש ראמר אומנין בניין ארכיטקטנן *Tria illa simul sunt nomen unum ut Opifices, ædificatores, architectones.* Plane τὸν Βασιλέα seu מלך id est Regi, Cæsarem & Augustum Synonyma, ex vi sua simplici & notione Ebræis receptissima, etiam & ipsis velut originaria, fuisse apertè indicat hic Rabbi Semlai. Nemo enim nescit, rem se non ita usque adeo habere ex origine aut usu Latino. Hinc & apud magistros Babylonios o קיסר ופליג קיסר aut ופלגי קיסר pro Rege *& qui Regi secundus est occurrit.* Et in Novo federe simplex Cæsaris nomen, ut & subinde Augusti, velut appellativùm pro Principe cui utcunque tunc suberant, aliquoties alias usurpatur p. Unde & clamarunt Judæi se non habere Regem q præter Regem illum quem signantius Cæsarem vocabant, id est Principem seu Regem orbis Romani cujus & Judæa ipsique pars. Et Lexicographus r nuperus באסילאוס ארון וקיסר Βασιλεὺς *seu Rex idem est ipsum quod Dominus & Cæsar.* Ex scriptis Ebræorum scilicet loquitur. Cum igitur, ex tributo numismatis ejusmodi inscriptione signati, ad morem qui diù etiam tunc obtinuerat, præstito palam professi essent Pharisæi, Principem Romanum, Cæsarem esse atque Augustum;

m *Iosua. cap. 22. 22.*

n *Parash. 8.*

o *Ad tit. Sanhed. cap. 11. fol. 98 b.*

p *D. Ioann. 19. 12. Act. 17. 7. 25. 8. & 25. &c.*

q *D. Ioann. 19. 15.*

r *Philippus Aquinas.*

Digitized by Google

id eſt ipſis, ut vides, plane Regem, adeoque deditionis ſuæ ejusque imperii ac victoriæ teſtes eſſent jam tum luculentiſſimi ipſi, tum qui ante tributum illud numismate ejusmodi toties præſtitiſſent; ſtatim appoſitiſſime evictum eſt, ex Victoriæ, Gentium, Armorum, Deditionis, Obedientiæ ſive inde ſive ex Fedære præſtari ſolitæ jure, id ab eis Cæſari ſeu Regi ſuo, quem ſic agnoſcerent, præſtandum, quidquid ex ejusmodi juris ratione ei deberi ſic fuiſſet agnitum; non Iconem aut inſcriptionem illam ipſiſſimam numismatis oſtenſi, aut ipſum neceſſario illud numisma ſeu denarium oſtenſum. Nam ita nullum ejusmodi numisma Tributi nomine ſolvi non debuiſſet. Et quis non crediderit ipſum denarium oſtenſum omnium eorum, qui adſtantes rogarent & quibus reſponſum eſt, capitationi (nam ſic puto locus capiendus; atque ea de re plura mox) tum valdè fuiſſe imparem, tum nec plurium fuiſſe, ſed unius alicujus qui è ſacculo aut zona præſto exhiberet? Ideo nec ab omnibus illis, quibus reſponſum eſt, tunc ſolvi aut debuit, aut rite quibat ille denarius ſic inſcriptus. Sed ex inſcriptione & imagine argumentum ſumitur irrefragabile. Quæcunque juxta Victoriæ, Deditionis, Federis, Subjectionis, Agnitionis apices, ſunt Cæſaris (tametſi Principis alieni & cui armis Imperium Iſraeliticum adquiſitum) ea ei ritè deberi & jure ſic præſtanda, ut nihil ex jure divino ſeu Civili Ebræorum, præſtationi ejusmodi obſtaret. Ita nihilominus ut quæ intereà Dei eſſent, Deo tribuerentur. Atque hic ſenſus eſt plane Nicolai Oresmii Epiſcopi ante annos circiter CCCXL Lexovienſis; *Inſpicienti*, inquit [f], *ſeriem Evangelii patet facilè quod non ideo dicitur Cæſari deberi denarius quia erat Cæſaris imagine ſuperſcriptus, ſed quoniam erat tributum. Nam, ut ait Apoſtolus: cui tributum, tributum; & cui vectigal, vectigal &c.* Non ſimpliciter quia Cæſaris imagine ſuperſcriptus; ſed quia tributum inde debitum eſſe atque ejusmodi numismatis genere ſolvendum, ex ipſa icone, inſcriptione, & interrogantium agnitione liquebat.

[f] *Lib. de Monetæ mutatione cap. 6. t. Ad Romanos cap. 13. & vide M. Freber. l. de Numismate cenſus pag. 26. & 28;*

CAP.

Digitized by Google

Cap. XVIII.

De Didrachmi *penſitatione in Evangelio. Illud fuiſſe* Tributum Cæſarianum. Reges Terræ *quinam ibi. Univerſi* Iſraelitæ Filii Regum, *diverbio ſolenni dicti. Quid ibi* Filii *ſeu* liberi Regum. Semiſicli *ſeu* Didrachmi ſacri *penſitatio annua usq; ad* Veſpaſianum, Hieroſolymis *in ſacros usus præſtita.* Objectiones *diluuntur.*

AD Tributum, de quo dictum eſt, attinet illud Flavii Joſephi in Oratione ſua ad Hieroſolymitanos u; Ῥωμαῖοι τὰ συνήθη δασμὸν αἰτοῦσιν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ἐκείνων πατράσι παρεῖχον, καὶ τοῦτο τυχόντες ὅτε βούλονται τῷ πόλει ὅτε ψαύουσι τῶν ἁγίων *Poſcunt Romani ſolennem tributum quod patribus eorum patres noſtri præſtiterunt, quod ſi receperint, nec civitatem populantur, nec ſancta omnino tangunt.* Ita ſolvi conſuevit & à cordatioribus ut debitum ex jure agnoſci; utcunque intervenirent non rarò qui ſeditione liberandos ſe vellent. Quin & ob reſponſum proculdubio ſic ex Inſcriptionis & Imaginis oſtenſæ argumento (qua de re capite ſuperiori) nec verbis diſertioribus à Chriſto, Phariſæis de Tributo interrogantibus, datum, falsò eum etiam accuſarunt ſeniores plebis, principes ſacerdotum & ſcribæ,, *dicentes* x, *hunc invenimus ſubvertentem gentem* (*noſtram*) & prohibentem Καίσαρι φόρους διδόναι *Cæſari dari tributa.* Cum interim eum non prohibuiſſe palàm ſit tum ex reſponſo illo Phariſæis dato, tum etiam ex eo quod ipſe ſimul & Petrus, ni fallor, idem ſolverit. Legitur apud D. Matthæum y; *& cum veniſſent Capernaum, acceſſerunt* (οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες) *ii qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magiſter veſter non ſolvit didrachma? Ait, etiam. Et cum intraſſet in domum, prævenit eum Ieſus dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus* (λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων;) *accipiunt Tributum aut cenſum? à filiis ſuis an ab alienis? Et ille dixit ab alienis. Dixit ille Ieſus ergo* (ἄλα ἐλεύθεροι) *liberi ſunt filii; ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle. Et aperto ore ejus invenies*

u Hiſtoſeus l. 6. cap. 26. ſect. 11. Lat.

x D. Luc. 23. 2.

y Cap. 17. 24.

Digitized by Google

venies ſtaterem. Illum ſumens da ei pro me & te. Palam eſt Chriſtum ipſum heic Tributum ſolviſſe. Sed verum quidem eſt, viros ſummos exiſtimare ac contendere locum hunc nihil ad Tributum Cæſarianum pertinere, ſed ad capitationem illam ſacram juxta quam ſemiſiclus quotannis ex lege Moſaica[z] Templo pendendus erat, ſecundum illud quod ſuperiùs[a] diximus. Sic Cardinalis Baronius, Juſtus Lipſius[b], Theodorus Beza, Franciſcus Hotomanus[c], J Baptiſta Villalpandus[d], Iſaacus Caſaubonus, Johannes Cameron, alii; quemadmodum & inter veteres S. Hilarius. Et tam ex eo de quo quæſtio heic ab exactoribus inſtituitur, quàm ex eo quod Chriſtus fieri ſolvique vult, ipſum, quoad quantitatem ſeu valorem, Tributum penditur idem quod ſic ex origine ſacrum erat, id eſt pro capite tàm ſuo quàm Petri ſemiſiclus. Pro utroque ſcilicet ſtater, id eſt, quatuor drachmæ, ſeu bini ſemiſicli, quos ex qualibet regione Judæi diſperſi Hieroſolymam capitatim quotannis mittebant, τετραδράχμων χρημάτων ſeu *pecuniæ ſacræ* nomine non ſemel Joſepho[e] dictos. At verò libentiùs ego aſſenſum illis præbeo, qui non didrachmum ſacrum ſeu ſemiſiclum ibi innui volunt, ſed ipſum Tributum Cæſarianum cujus tunc modus erat didrachmum, nec tributo ſacro omninò diſpar[f]. Ab hac parte in veteribus S. Hieronymus[f] aliique ſequaces. In recentioribus, tum Scriptores in commentariis perpetuis obvii, tum alii[g]. Quæ afferuntur pro parte priore argumentis præcipuis ſtatim reſpondebimus. Sed primò de eo quod hiſtoricum eſt & verbis Domini ibi adhibitis, paucis videamus. Rogarant Petrum exactores ſeu qui didrachma acciperent, annon Magiſter ejus illa penderet? Is cum adnuerat & domum intraverat Dominus ibi eum prævenions. *Quid tibi,* inquit, *videtur, Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum?* Qui de tributo ſacro locum capiunt, Regum heic nomine etiam Deum O. M. ita contineri volunt, perinde ac ſi dictum fuiſſet. Rex cœli, Reges terræ à quibus tributum accipiunt vel cenſum? à filiis ſuis, an alienis? adeoque id quod ſequitur *ergo liberi ſunt filii* ad ipſum Chriſtum attinere volunt, ut Regis æterni filium ibi indicatum. At verò cum οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς *Reges terræ* ſignanter ibi dicti ſint, & quæſtio proculdubio adhibeatur juxta vulgarem verborum uſum, non omninò video, qua-

ratione

[z] *Exod. 30.*
[a] *Lib. 4. c. 5.*
[b] *De Magnitudine Romana lib. 3. cap. 3.*
[c] *Lib. de Re Nummaria.*
[d] *Tom. 3. Explan. In Ezechiel. part 2. lib. 5. diſp. 3. cap. 57*
[e] *Archeolog. 16. cap 10. Idem ibi cap. 4.*
[f] *Ad D. Matth. cap. 17.*
[g] *Vide Samuelem Petitum Variar. lect. lib. 2. cap. 1.*

Digitized by Google

ratione de Rege æterno, qui מלך העולם *Rex mundi* & מלך השמים *Rex cælorum* paſſim nuncupari ab Ebræis nec anguſtiis terræ ſic includi ſolet, locus omnino capiatur. Plerunque quidem cum Regem æternum à Rege mortali in locutionibus Talmudicis (ut ſæpè) diſtingvunt, id eſt Regem Cœli, adeoque totius univerſi à Rege aliquo Terræ, hunc מלך בשר ודם [h] *Regem carnis & ſanguinis* appellitant, illum ſive הק' ב"ה *Sanctum, Benedictum illum*, ſive מלך השמים ſeu העולם *regem Cœli* aut *mundi*. Adeo ut par ſit admittere de Regibus tantùm mortalibus quæſtionem illam inſtitutam. At verò de quibus? an de Regibus univerſim Terræ? an de Regibus Terræ Iſraeliticæ? Certè locutione illâ *Reges Terræ* Reges per orbem terrarum regnantes multoties deſignari à Pſalmographo verum eſt. Atqui & ſexcenties occurrere, ſciunt qui Talmudica ſcripta ſalutarunt, nomen ſimpliciter הארץ *terræ* pro *Terra Iſraelitica*, unde חוצה לארץ (cujus abbreviatura ח"ל eſt frequentiſſima) *extra terram* pro eo quod eſt *extra terram Iſraeliticam*, quemadmodum בארץ *intra terram* pro eo quod eſt *intra terram Iſraeliticam*. Etiam in lingua Evangeliſtarum aliàs palàm hæc terræ notio. D. Marcus [i], *Tenebræ factæ ſunt per totam Terram uſque in horam nonam*. Et D. Lucas [k], *cum facta eſt fames magna in omni terra*. Nec ſanè ita ad rem attinuiſſe videatur de aliarum terrarum more interrogare, ut de Tributo ibi ſolvendo quid omninò conſequeretur. Neque enim regni aut reipublicæ Iſraeliticæ jura, ad aliorum [l] regnorum neque horum ad illius amuſſim omnino videtur fuiſſe exigenda, ſed ad eam quæ tunc temporis ſibi, qualis ſcilicet per victoriam & deditionem tunc reliqua fuit, erat propria; cum avito interea jure comparanda. Jam vero ſic quæſtione de Tributo ſeu Cenſu, id eſt Didrachmorum capitatione inſtitutâ, & undenam quæſo Censûs vocabulum Ebræis exoticum & Romanos mores planè redolens, ita ſignanter adhibetur, ſi de Tributo ſacro facta fuiſſet) ut quæreretur an à filiis ἀπὸ τῶν υἱῶν ſeu *à liberis ſuis* an ab alienis acciperent Reges Terræ Tributum vel Cenſum, reſponſoque dato à Simone, ab alienis, unde ſequitur illud ἄρα ergo filii ſeu liberi immunes ſunt, id eſt ἐλεύθεροι: Quid illud de Filiis & Alienis? Quinam illic filii, quinam Alieni?

[h] *Gem. Hieroſolymitan. t.* Beracoth *cap. 9. p. 12. col. 3. & alibi*

[i] *Cap. 15. 33.*
[k] *Cap. 4. 25.*

[l] *Videſis S. Auguſtin. Quæſt. Evangelic. 23. & Sixt. Senenſ. Biblioth. Sanct. lib. 6. annot. 76.*

ni? Viderint perſpicaciores, utrumne quæſtio ſit capienda de regno Iſraelitico ejusque more antè integro & veteri, utcunque nunc acciſæ ejusdem res Romanorum dominatui ſervirent. Nihil ſolennius eſt in ſcriptis Talmudicis, adeoque lingua etiam Chriſti ſecuti in uſu, quàm de ſeculis vetuſtiſſimis ita præſenti tempore loqui & diſputare perinde ac ſi ipſa res, de qua loquuntur, jam ageretur, tametſi ad priora multo ſecula attineat. Inde eſt quod millies occurrit עושין מוסיפין מוציאין מקבלין דנין *faciunt, adjiciunt, exeunt, accipiunt, judicant* (participio verbi locum ſortiente) in Scriptis dictisque diu poſtquam ejusmodi quid, de quo verba fiunt, natis, pro eo quod eſt *facere, adjicere, accipere, judicare* aut *exire moris erat* aut *facultas*: non aliter ſanè atque hodiè non pauci viri doctiſſimi, veterum ſive Romanorum ſive Græcorum leges, etiam quæ in deſuetudinem multis retrò ſeculis abiêre, diligentiùs & politè enarrentes, de iis ex præſenti tempore loquuntur, perinde ac ſi jam nunc tum ipſæ obtinerent, tum reſpublicæ ad quas olim ſpectarunt, etiamnum florerent. Quod neminem fallit, cum res ipſa ex uſu loquendi ſatis apertè intelligatur. Verbi gratiâ, Talmudici qui diu poſt exciſas Ebræorum res ſcripſere ajunt [m], אין דנין לא את השבט ולא את הנביא שקר ולא את כהן גדול אלא עד פי ב"ד של ע"א ואין מוציאין למלחמת הרשות אלא על פי ב"ד של ע"א ואין מוסיפין על העיר ועל העזרות אלא על פי ב"ד של ע"א על פי בית דין של ע"א *Non judicant tribum, nec pſeudo-Prophetam, nec Pontificem maximum, niſi ex ſententia Synedrii ſeptuagintaviri-viralis. Neque exeunt ad bellum ultroneum niſi ex decreto Synedrii* LXXI-*viralis. Neque adjiciunt quid urbi aut atriis* (Templi) *niſi ex decreto ejuſdem Synedrii.* Ubi quod præſenti tempore profertur, ex uſu locutionis receptiſſimo ad morem ſeculorum multò ſuperiorum, ſeu quibus florebant res Ebræorum, attinere nemo non videt. Et ejusmodi occurrunt non pauca in eis quæ hoc opere è Talmudicis antè citavimus. Ita *judicant* & *non judicant, adjiciunt* & *non adjiciunt* pro eo quod eſt *judicare ſoliti ſunt, adjicere ſoliti ſunt*, aut *non ſunt* ſumenda. Quale pariter de ceteris dicendum. Et cum de penſitatione ſemificli loquuntur [n], ajunt de menſariis תובעין בנתרת כל מי שיתן להם יקבלו ממנו *cum reſcuto flagitant & ab omnibus qui dare accipiunt*

[m] *Mišn. tit. Sanhedrin c. 1. & poſteriores paſſim.*

[n] *Maimonid hal. Siklim. cap. 1. §. 8.*

Digitized by Google

cipiunt ſeu *accipient* quod tamen, uti & alia o ejusmodi non ra- o *Vide ſupra*
rò, nos in tempora præterita, quo planè ſpectent, vertimus. Hæc *lib. 4. cap. 6.*
cum ita ſint, anne admittendum heic, verba illa *à quibus accipiunt Reges terræ* quod à Syro vertitur מן מן נסבין *à quo accipiunt*, & quod מן מי מקבלין *à quo* ſeu *à quibus accipiunt*, ſic intelligi poſſe ut de more Regum veterum ditionis Judaicæ quæſtio fieret? Qui ſcilicet alienis in ſuam ditionem redactis tributa pro libitu, juxta ſuperius p oſtenſa, ſemper impoſuere; non item, niſi extra ordinem q, ſubditis ſuis originariis. Nec fiebat quæſtio ut dubitantis; ſed ut reſponſum elicientis. A quibus ex more accipere ſoliti olim Reges terræ hujus tributum aut cenſum, qualis hic eſt, ſcilicet annuum ſeu perpetuum & pro libitu impoſitum; à filiis ſuis an ab alienis? At objectio obvia eſt; ſi hoc admittatur, Iſraelitici regni vetuſti ſeu ſimpliciter ſine Romanorum dominatu ſumti, cives ſeu ſubditi omnes, Filii ſeu Liberi Regum nuncupabuntur. Qua illud ratione toleranda? Certè non ita abſonum eſt credere, eos fuiſſe velut diverbio ſeu gentis idiotismo ob ſingularem generis & reipublicæ ſanctioris dignitatem nobilitatemque, ab Ebræis ipſis ſic dictos. Neque enim ſemel occurrit in Talmudibus illud R. Simeonis, velut vulgari uſu atque exiſtimatione notiſſimum. כל ישראל בני מלכים הם *univerſi Iſraelitæ ſunt filii* ſeu *liberi regum*. Sic in Misna r, ſic in Gemara Babylonia s. Ratio ſeu anſa uſûs diverbii hujusmodi eſt. Ubi diſputatur de obſervatione Sabbati, quæſtio intervenit, utrumne Judæo liceat eo die liquoribus aut oleo ſe perfundere ſeu tingere? Scilicet utrùm inde quietis præceptum violaretur? Ea de re Misna jam memorata; החושש במתניו לא יסוך יין וחומץ אבל סך הוא את השמן ולא שמן ורך בני מלכים סכין שמן ורך עור מכותיו שכן דרכם לסוך בחורי רבי שמעון אומר כל ישראל בני מלכים הם *Cui dolent lumbi, ei nec infundere licet* (ſabbato) *vinum aut acetum, at vero oleum licet. Modò nempe minimè oleum illud ſit roſaceum. Filii ſeu liberi Regum in vulneribus* ſeu *plagis ſuis infundere ſolent etiam oleum roſaceum* (in Sabbato) *quoniam ſimiliter* (deliciarum ſeu voluptatis causâ) *ſe oleo illo diebus profeſtis imbuere ſolent. At vero reſpondit R. Simeon, Vniverſos Iſraelitas eſſe Filios ſeu Liberos Regum*. Ita ſcilicet haberi, nuncu-

p Cap. 14.

q Vide Guil. Sthikart. de Iure Regio c. 4. theorem. 15.

r Tit. Sabbath cap. 14. §. ult.

s Ad tit. Baba Metzia c. 9. fol. 113. b. & ad tit. Sabbath. c. 18. fol. 128. a & Vide ſis Maimonid. hal. Sabbath cap. 21. fol. 118. 4.

pari. Quod & admittitur omnino in Gemaris; tametsi de olei rosacei in Sabbato usu omnes cum R. Simeone non conveniant. Sed ut ut se res de diverbio hoc habuerit, palam est, liberorum seu filiorum nomine ipsum populum, cives, subditos regni Judaici venisse. Nam licet primario dicti sint universi filii seu liberi Israel id est בני ישראל ex natalibus, adeoque parentis & posterorum in locutione illa ratio ex ipsâ origine habeatur; nihilominùs ex usu, qui sequentibus seculis inolevit, dicendi, *filii* seu *liberi Israel* ut *filii* seu *liberi* Ammon, id genus alia, non tam natalium originem quam ipsum populum Israeliticum, Ammoniticum, seu populi qua populi simpliciter, universitatem denotarunt. Et sane apud Helleniſtas בני ישראל quod *filios & liberos Israel* plerunque sonat, nunc etiam vertitur οἶκος Ἰσραὴλ *domus t Israel*, nunc ἄνδρες Ἰσραὴλ[u] *Homines* seu *populus Israel*. Et pro eo quod est [x] *Excelluit Sapientia Salomonis Sapientiam* כל בני קדם *omnium filiorum Orientis*, habent illi πάντων ἀρχαίων ἀνθρώπων *omnium antiquorum hominum*; קדם notione illâ sumto, qua item significat *antiquum*. Quin etiam pro בני singulariter id est *filius meus*, occurrit[y] apud eos λαός μου *populus meus*. Accedit locutiones illas בני בריתי *filios foederis*. בני קדושים *filios sponsaliorum*, id genus alia, passim usurpari pro *hominibus*, nullâ natalium ratione habitâ, *foedere Iudaico comprehensis* seu in Judaismum qualitercunque cooptatis *& hominibus qui ritè sponsalia inire possent*. Quæ cum ita sint, quid vetat quo minus illud à filiis suis etiam hinc sumatur pro eo, quod est *à populo suo* seu *hominibus suis*, id est Judæis, quemadmodum & *an ab alienis*, pro populis alienis & in Judæorum potestatem victoria seu deditione redactis. Quin & cum Reges patres patriæ dicantur, facilè evenit, ut populus filiorum seu liberorum nomen indueret. Respondum est igitur, si hoc admittatur; ergo immunes sunt Filii, immunes scilicet Judæi seu populus Judaicus avito & singulari privilegio gaudentes. Si morem scilicet qui hac in terra obtinuit, avitum respiciamus, immunes sunt. Nunc vero, ne offendiculo nos simus hisce, qui novo apud nos jure, Victoriæ scilicet, Deditionis, aut quocunque alio superinducto, Tributum vel Censum perpetuum exigunt (utcunque more avito & qui olim in

Psal. 10 Jerem. 16. 14. & 23. 7. Ezechiel 2. 3. &c.

u 1. Sam. 17. 55.

x 1. Reg. 4. 30.

y Exod. 4. 23.

Digitized by Google

in usu, liberi seu immunes Israelitæ cuncti fuerimus) missâ de jure aut more nunc quæstione, solvamus. Ideoque staterem, id est bina didrachma, pro te & pro me solve tu. Nec puto paraphrastem Syrum aliud omnino præter tributum Cæsarianum heic intellexisse. Nam eodem ipso nomine quo Tributum seu Censum tum in Gamalielis oratione, ubi Judas Galilæus memoratur, tum in altero illo Evangeliorum loco de Numismate Censûs indigetat, etiam didrachma hæc vocat; scilicet כסף רישא *argentum capitationis.* Quæ alii heic habent obvia sunt. Et quod nos jam afferimus potius in Disquisitionem quàm Assertionem congessimus. Quod si *Reges Terræ* de Regibus per orbem Terrarum regnantibus ibi capiatur, adeoque morem innuatur fuisse, à filiis Regum generatim Tributa non accipi, conclusio de filiorum, ex jure avito, libertate ad Christum solum spectabit, utpote Davidicæ stirpis Regum filium. Nam de Petri libertate ibi nil dictum, nisi modo jam ex locutionis formula, qua Omnes Israelitæ Filii seu liberi adeoque populus Regum dicti, admisso. Neque enim aliter Petrus Regum filiorum nomine contineri quibat. Sed vero objiciunt qui de sacra semisicli pensitatione annua locum capi volunt; Tributum illud Judæis impositum fuisse centesimam partem bonorum uniuscujusque patrisfamiliâs; non ergo fuisse dimidium sicli seu didrachmum, sed varium pro ratâ cujusque bonorum parte. Et pro centesima citant Appianum. Item Tributum didrachmi heic fuisse voluntarium, nec ad cujus solutionem quis cogendus esset. Quod dici nequit de Tributo Cæsariano. Alia afferuntur, sed quæ hisce dilutis, planè nihili sunt aut rationi satis dissona, Quod ad priorem objectionem attinet; ea nata est ex Appiano perperam intellecto. Ἔστι, inquit ille z, Ἰουδαίοις ἅπασι ὁ Φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος ἢ ἄλλης οὐσίας. ἔστι καὶ Συρίοις καὶ Κιλίξιν ἐπίσης ἑκατοστὴ ἢ ἡμιματος ἑκάστῳ *Judæis cunctis tributum capitis gravius est quàm reliquarum facultatum. Est etiam Syris & Cilicibus annuum centesimum pro modo cujusque census.* Allatis his Justus Lipsius a dubitanter subjicit, *efficiatur ex sermonis nexu Judæos centesimam dare, sicut & Syros & Cilices pro capitis tributo. Quo sensu? inquies. Vt magis capias: solvere quidem illos & pro agris*

z *In Syriacis*

a *De Magnitud. Romana lib. 2. c. 1.*

& pro opibus; ſed æſtimatione omnium factâ etiam Centeſimam pro ipſo capite dare. *Hoc tale eſt, ut ſi decem millia aureorum in cenſu habeam, ſolvam ex eis annua centena*. Atque hinc alii viri docti Centeſimam eliciunt tributum Judæis impoſitum. Sed verò nihil ejusmodi ait Appianus, Capitationem Judæorum ut ſingularem & graviſſimam memorat. Centeſimum ad Cilices & Syros tantùm ſpectat. Nec quomodo trahi poſſint ad centeſimum Judæi ibi; omnino video. Et graviſſimam illam capitationem exiſtimo fuiſſe ipſam didrachmi Cæſariani præſtationem per capita annuam. Quam ſcilicet ex imitatione parilis penſitationis ſemiſicli ſeu didrachmi ſacri inductam, iniquum non eſt ut autumemus. Nempe cum in Judaicis rationibus ac inſtitutis viderant Romani, didrachmi capitationem ſacram non ſolum in ditione Iſraelitica, ſed paſſim per orbem terrarum inter Judæos obtinere, inde puto menſuram tributi Cæſariani utpote æqualis, imponendi ſumpſere; non dubitantes quin nemo magis imparem, ob cenſus ſeu opulentiæ inopiæve diſcrimen, ſolutionem ejusdem quam ſacri didrachmi cauſaretur, utcunque cuilibet præſtatio annua jam dupla eſſet, tam Cæſari, quàm in Sacros uſus. Nam nec illud prætereundum, didrachmi ſacri ſolutionem ſeorſim manſiſſe usque in Veſpaſiani tempora, cum item ad Romanos etiam ipſum transferebatur. Joſephus[b] de eo: Φόρον ἦ τοῖς ὅπου δήποθ' ὑπῆρ Ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἑκάστου κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρόσθεν εἰς τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συντελεῖν, *Tributum, ubicunque degerent Iudæis indixit, binas drachmas jubens quotannis deferre eos in Capitolium, quemadmodum antea in Templum contulerant Hieroſolymitanum.* Hinc tantundem Zonaras & Xiphilinus. Quod & inprimis advertendum, quoniam doctorum aliquot hallucinatio habetur ingens, dum didrachma illa in Evangelio ipſiſſimos quidem fuiſſe ſemiſiclos ſacros volunt, ſed à Romanis in Tributum Cæſarianum ſub Tiberio interverſos. Cum manifeſtum ſit ante hoc Veſpaſiani edictum, ſemiſiclos illos templo Hieroſolymitano pendi ex lege ſacra ſolitos; quod & ex Joſepho alibi non ſemel licet elicere. Objectio vero altera, de eo quod eſt didrachmi ſolutionem

[b] *Halloſeos l. 7. cap. 27. Bidefis l. Baptiſt. Villalpãd. Tom. 2. explan. in Ezech. part. 3. lib. 5. diſp. 3. cap. 37.*

Digitized by Google

nem fuiſſe voluntariam, non item Tributi Cæſariani, error eſt manifeſtus & inſtitutorum morumque Ebræorum inſcitia inſignis. Certè nihil video in verbis Evangelii unde voluntariam fuiſſe quis eam omninè autumet. Neque certe λαμβάνοντες *accipientes* aliud ibi denotat, quàm qui ſolvere detrectantes tandem cogere poſſent. Nam & idem vocabulum uſurpatur de Regibus Terræ. *A quibus Reges Terræ accipiunt &c.* Dubitandumne de Regibus tam cogentibus quàm accipientibus illud dictum? Ergo pariter ſanè utrobique. Sed reverà palam eſt, ex inſtitutis ac more Ebræorum in didrachmi ſacri ſeu penſitationem ſemiſicli annuam in ſacros uſus, poſt viceſimum quintum menſis, Adar neminem invitum non, pignore capto aliterve, fuiſſe quotannis adigendum. Quod videre eſt tum in eis quæ ſupra [c] de ſemiſiclis his obiter è Talmudicis attulimus, tum apud Samuelem Petitum [d], qui cum primis hac de re conſulendus. Ita evaneſcit plane objectionis illius vis. Atque cetera quæ impugnare ſolent ſententiam hanc de Tributo Cæſariano illic intelligendo, ex eis quæ ſupra memoravimus ſatis puto diſſolui poſſunt.

[c] *Lib. 4. c. 5.*
[d] *Var. Lect. lib. 2. cap.*

Cap. XIX.

De Servitute Perſonali *ſeu* Libertatis naturalis deminutione, *quatenus ex* Jure Gentium aliarum Bellico, *juxta Ebræorum diſciplinam, ea ſequeretur. Diſcrimen inter* Servitutem perſonæ inhærentem, *ſeu* intrinſecam *& eam, quæ in* miniſteriis *tantùm* ſervilibus *cernitur ſeu* extrinſecam. *De illo Judæorum, in Evangelio,* Nemini ſervivimus unquam. De Captivis *& more eorum, apud Ebræos,* redimendorum.

DE Tributis, ex Belli, Victoriæ, Deditionis, Federis jure, ab Ebræis, aliarum Gentium Principibus, agnitis præſtitisque hactenus actum eſt. Sequitur, ex inſtituto, ut de Libertatis Perſonalis deminutione ſeu Servitute perſonali, quatenus ex ejuſmodi Jure, eam ipſi in Captivis alienis in bello ab aliis captis admiſerint, videa-

mus. De Perſonis ſive ex aliis ſive ex ipſis bello captis teſtimonia luculenta. Maimonides e ad mentem veterum; מלך נוי שעשה מלחמה והביא שביה ומכרה ומן אם הרשה לכל מי שירצה שילך ויגנוב מאומה שהוא עושה עמה מלחמה שיביא ויכוה לעצמו וכן אם היו דיניו שכל מי שלא יתן המס ימכר או מי שעשה כך וכך או לא יעשה ימכר הרי דיניו דין ועבר הנלקח בדינין אלו הרי הוא בעבר כנעני לכל דבר גוי שקנה גוי לעברות לא קנה גופו ואין לו בו אלא מעשה וידיו אע"פ כן אם מכרו לישראל הרי גופו קנוי לישראל *Ubi Rex quispiam Gentilis captam bello abduxerit eamq́, vendiderit, aut cuilibet qui voluerit edicto indulſerit, ut ſi quem ex Hoſtibus captum adducat, eum ei venditum fore, atq́, ita ſi decreverit Rex Gentilis, quemlibet tributi* (pro jure ac moribus variis) *præſtationem derrectantem, vendendum, aut quid aliud facientem aut non facientem,* id eſt juſſis Regiis non parentem, *vendendum; quod ſic decreverit vim habet. Et ſervi empti ex hujusmodi decretis & Servi Cananæi par omninò eſt ratio; ita tamen ut ubi Gentilis acquiritur Gentili Servus, Perſona ejus non fiat dominus, ſed tantùm Operæ Manuum ſeu miniſterii ejus. Cum nihilominùs, ſi vendiderit eum Iſraelitæ, etiam Perſona ejus tunc fiat emtoris.* Diſtinctionis de Opera & Perſona ſenſus eſt; ſingulare heic jus fuiſſe Ebræorum, quo Servitus ſeu ſtatus ſervilis Perſonæ etiam ſervi inhæſiſſe cenſebatur, adeo etiam ut ſine libello manumiſſionis (de quo, ſatis ſupra f) perſonæ veluti naturam mutante, libertatem nanciſci nequiret, id eſt, ut ſervitus neutiquam deleri poſſet ulla formula, ſimplici ſive verborum ſive actuum ſine libello manumiſſionis; quem dare cogebatur à foro dominus, quoties cauſa eſſet manumiſſionis legitimæ. Ejusmodi verò fuiſſe ſervitutis g apud Gentes alias jus, ut perſonæ ipſi non inhæreret, ſed ut citra libellum manumiſſionis libertatem ritè poſſet ſervus earum adipiſci, idq; interdum ex actu nudo, quocum ſervitutem ipſi conſtare Ebræi non agnoſcerent; idque domino invito. Veluti ſi ſervus ejusmodi, nondum ab Iſraelita adquiſitus, nomine libertatis fieret Proſelytus. Nam dein pro ingenuo habebant Ebræi. Et ſcimus ſatis ex jure Cæſareo, idque vetuſtiſſimo, leviculis ex cauſis, ſine libello, libertatem ritè acquiri veluti ex vindicta quâ una Quiritem h vertigo faciebat. Et ſi ſervi domini funus apud Romanos, anteceſſiſſent pileati i vel ipſo lectulo ſtantes cadaver, ventilare

e *Hal.* Aibdim *cap.* 1.

f *Cap.* 3.

g *Gem. Bab. & Glaſſ. ad tit.* Gittin *c.* 4. *fol* 38. *& Side ad tit.* Iabimoth *cap.* 4. *fol.* 45. *&* 46.

h *Perſius Satyr.* 5.

i *C. de Latina Libertate tollenda l.* 1.

Digitized by Google

ventilare viderentur, atque hoc ex voluntate fieret vel teſtatoris vel hæredis, fiebant illico cives Romani. Alia fuere ejusmodi non pauca tum Romæ tum alibi, unde ſervitus deſinebat. Cujus rei apud Ebræos ratio eſt quoniam, ut ajunt k, לא הם קונים זה מזה לגופן *Gentilium alter alterius non acquirit perſonam ipſam,* ſed למעשה ידין *in quantum miniſterium & operæ ejus ei poſſit eſſe uſui.* Summa eſt, Servitutem Ebræos admiſiſſe ex jure Captivitatis tam inter Gentes alias quâm apud ſe ipſos; ita tamen ut rem ſic diſtinctione interpretarentur; nullibi haberi Servitutem merè Perſonalem ſeu ſtatum Perſonæ inhærentem ſervilem apud Gentiles; ſed tantummodò velut liberorum hominum Captorum ſeu Poſſeſſorum Operam & Miniſteria eſſe id, quod nomine Servitutis apud illos veniret. Quemadmodum & inter deditione à ſe ſeu fœdere inæquali receptos, juxta ſuperiùs oſtenſa. Apud ſeipſos autem, Servitutem etiam (velut ex jure atque prærogativa ſingulari) fuiſſe tum in bello captis tum ſervis Gentilibus emtis, merè Perſonalem, ſeu Perſonæ ipſi, ut characterem Libertatis omnimodæ amiſſæ naturalis, inhærentẽ. Nimirùm intrinſecam illam Servitutẽ (quam tum ipſi tum Romani dicere ſolent cognatione omnimodâ ſeu jure omnimodo ſanguinis carere; cujusque effectum primarium faciunt ut poſſideretur ipſe potius velut jumentum quàm quid poſſideret ſervus, nec jure nuptiali ſed contubernio tantùm frueretur) non omninò voluere obtinuiſſe alibi quam in ſervis Gentilibus à ſeipſis adquiſitis. Aliarum autem Gentium ſervos qualeſcunque adeoque ſeipſos ab aliis Gentibus captos emtosve (& ſui tantùm puto gratia diſcrimen hoc commenti ſunt) Extrinſecam tantùm ſerviiſſe Servitutem ſeu eam quæ libertatis cum civili interim obedientia conjunctæ dignitati (quacum & jura ſanguinis & Dominii, & Nuptiarum, alia quæ hominum ſunt undiquaque liberorum, manent) non omninò opponitur. Quod quidem ſatis mirum. Sed ea de re non diſputo Sic igitur intellexere illud de Ebræis ipſis captis apud Ezram; *ſervi ſumus*, inquit m, *& in ſervitute noſtra nos non derelinquit Deus noſter*, ſic alia id genus non pauca in fœdere veteri. Etiam in Maccabaicis n, *congrega diſperſionem noſtram, libera eos qui ſerviunt gentibus.* Joſephus item o de Pompeii victoria, quâ in ditionem Romanam primò redacti Judæi; πλὴν ἀλλ-

Θεῖαν

k *Gem. Bab. ad tit.* Gittin. *cap. 4. fol. 38.*

l *Cap. 14.*

m *Ezra cap. 9. 9.*

n *2. Maccab. 1. 27.*

o *Archæolog. lib. 14. cap 8.*

Digitized by Google

θερίαν ἀποβάλλομαι καὶ ὑπήκοοι Ῥωμαίων κατέστημεν Libertatem amisimus, facti jam ditionis Romanæ. Et de libertate & Servitute Judæorum plura ille p in oratione subinde illa sua prolixa ad Hierosolymitanos. Et censum in Tributorum solutionem, apertam Servitutem vocabat q Judas Gaulonites. Sed in hisce juxta mentem Talmudicorum. Libertas & Servitus non opponuntur, quà Servitus & Libertas personalis in statu seu conditione intrinseca hominis seu בגופו juxta disciplinam eorum, considerantur, id est respectu domini qui jure, Ebræorum moribus non dissimili, sive possideret sive manumitteret ipsam servi personam seu corpus; sed quá relatio sic innuitur inter ipsos & Principes qui jure belli eos ad Tributa & Ministeria quæ מעשה ידיהם *operam manuum eorum*, ut olim in Ægypto etiam, nuncupant, seu Servitutem Extrinsecam adegerant; non Intrinsecam seu Personæ inhærentem; quam nullibi reverà nisi in Gentilibus, quos in Servitutem ejusmodi sive ceperant sive emerant ipsi, locum habere, ut ostensum est, volebant. Singularem hujusmodi gentis suæ hac in re prærogativam ostentant. Ita ut nec alii, nedum ipsi (utcunque Ciceroni r natio ipsa Servituti nata dicatur) in qualemcunque Servitutis modum à principe aliquo Gentili quomodocunque redacti, aliûsmodi reverà fierent Servi, quàm quales simpliciter sunt subditi seu in deditionem munerumque ac ministeriornm præstationem civilem, pro morum & locorum discrimine, recepti; quemadmodum & scimus τὰς ἐλευθέρους seu *liberos* simpliciter in Evangelio dici qui præstationibus ejusmodi immunes. Quæ cum ita fuerint, annon lux hinc exceptioni illi Judæorum, quâ mirati sunt se à D. N. Jesu Christo in Libertatem ex disciplina invitatos; quasi antè illâ ipsi carerent. *Dicebat* t *Jesus ad eos, qui credidernnt ei, Judæos, si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatem & veritas liberabit vos*, scilicet ἐλευθερώσει ὑμᾶς. Ii verò æquo animo non sustinentes vocabulum illud *liberabit*, utpote quod Servitutem illam intrinsecam præeuntem in ipsis innuere suspicabantur, responderunt ei, *Semen Abrahæ sumus καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε & nemini servivimus unquam; quomodo tu dicis ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε, liberi eritis. Respondit eis Jesus, Amen Amen*

q *Halos. lib. 6 cap. 26. gr. in. lat.*
q *Idem lib. 18. cap. 2.*
r *Orat. De Provinciis consularibus.*
s *Matth. 17. 26.*
t *D. Joann. cap. 8. 31.*

Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum Servus eſt peccati. Servus autem non manet in domo in æternum. Filius autem manet in æternum. Si ergo vos filius liberaverit, vere liberi eritis. Patres aliquot vetuſti dictum illud Judæorum, velut hominis inflati ac arrogantis characterem eſſe judicant, etiam & mendacium manifeſtum. Cum toties Judæi ſervitutem ſerviiſſent, Ægyptiis, Babyloniis, Romanis, quibus & tunc ſerviebant. At vir ſummus [u] in exercitationibus nuperis, *Mihi vero non videtur*, inquit, *dubitandum eos qui hæc dicerent ad fœdus reſpexiſſe ac* Legem, *cui qui hærerent, uſitato paradoxo liberos dicebant, qualis* בן חורין *filius nobilium, ſeu liberorum, hoc eſt liber dicebatur, unde illud in capitulis, quæ vulgo patrum dicunt; nullus niſi qui in legis ſe exercet ſtudio, pro libero habetur. Tales autem minime eſſe poterant, qui extra fœdus eſſent, qui ἀλλόφυλοι δουλείαν quæ ab illis vulgo* עבודה זרה *dicitur, amplectebantur &c. Non ut ſerviiſſe unquam ſe negent, ſed ut ex prærogativa, quod jam dixi, fœderis ac legis liberos ſe eſſe oſtendant. Plane ut in Stoicorum ſcriptis, ſapientem eſſe liberum, Epictetum item nunquam ſerviiſſe, ad electionem ſive τὴν προαίρεσιν, refertur, ſicut ſapientem, etiam cum ſervit, ſervire negant Stoici.* Perpulchre ſane. Sed vero, cum manifeſtum ſit ſervitutis negationem, in Judæorum illo dicto, tam ad gentem ipſam attinere totam ſeu Abrahæ ſemen (quo nomine ſolos Iſraelitas, non Ismaelitas aut Edomitas contineri ex veteri traditione volunt [x]; utcunque tam hi quam illi revera ex Abrahæ poſteris) quam ad ipſos qui illo uterentur, nec eos gentis ſuæ partem aliquam, ſervitutem illam intrinſecam ſeu quæ ſtatum hominis perſonalem mutat, unquam ſerviiſſe ex diſciplina ſua admitterent, nec Gentilibus ſive Ægyptiis ſive Babyloniis ſive Romanis Servos omnino aliquos, nedum ſeipſos, fuiſſe qui hujusmodi ſervitutem ſervirent, (ut dictum eſt) nec aliam demum ſervitutem ſerviiſſe ſe unquam decernerent, præter illam quæ libertati intrinſecæ ſeu perſonæ inhærenti non opponi ſolet, ſed in operis & munerum præſtationibus ac obedientia civili tantum conſiſtit; nonne illam ſolum Servitutem

[u] *Daniel Heinſius in Ariſtarcho ſacro pag. 903. edit. 1639.*

[x] *Maimonid. halath. Nidarim cap. 9:*

intrinsecam serviisse se unquam heic negant, ex disciplina avitaedocti, non alteram illam seu Extrinsecam, quæ in populo sive devicto sive in deditionem recepto nullibi non agnovere? Et quod sequitur in eo quod monet Christus, *qui facit peccatum Servum esse peccati*, ostendit etiam, ni fallor, Servitutem & Libertatem ibi memoratam non aliam esse quam merè intrinsecam illam seu Personæ inhærentem. Conjecturæ venia detur. Jam vero de Captivis, ut jure apud suos fruerentur postliminii, redimendis ita statuebant y; אין פודין את השבוין יותר על כדי דמיהן מפני תיקון העולם ואין מברידין את השבוין מפני תקון העולם *non redimendos esse captivos pretio majori quam valerent nec in fugam pelliciendos; utrunque, ob commodum publicum*. Hoc, ne alicujus fuga irritati custodes in ceteros inde nimium sævirent; illud, ne, ob grandioris pretii spem, hostes frequentius capturæ assvescerent. Sed Captivitatis jus, seu Servitutis, qualem diximus, insequentis, satis ita agnoscebant. In decretis autem ac monitis suis de Charitatis ac Munificentiæ Officiis sive erga pauperes sive opera publica, veluti urbium muros, Synagogas, aut alia ejusmodi sive ertruenda sive reficienda, locum principem obtinebat Captivorum redemtio (quod obiter advertere liceat) aliis quibuscunque ejusmodi officiis longe anteponenda. Unde inquiunt z; פדיון שבוין קודם לפרנסת עניים ולכסותן ואין לך מצוה גדולה כפדיון שבוים *Redemtio captivorum anteponenda est officio pauperes sive victu sive vestitu sublevandi. Neque* (in rebus ejusmodi) *habetur præceptum æquale ei quod de redimendis est captivis.* Quin ad hosce inprimis attinere volunt præcepta a de munificentia, clementia, charitate erga inopes fratres tradita. Quorum in numero primarium hos habere aiunt locum, quoniam non modo victu egebant & vestitu, sed in horas, ex dominantium arbitrio, & vitæ & honestatis periculum subibant. Etiam & Servum qui Judaismum susceperat, captum pariter redimi volebant, nisi quid contra Legem (pro sui conditione] commisisset. Tunc enim etiam אסור לפרוטן *vetita est ejus redemptio.* Pro sexûs item Dignitatis, Natalium, qualitatum aliarum discrimine, alii ante alios, si omnes simul commode redimi nequirent, erant, redi-

y *Mischn. tit.* Gittin *cap.* 4.

z *Gem. Bab. ad tit.* Baba Bathra *cap.* 1. *f.* 8. & *Maimon. halach.* Mithnoth Aniim *c.* 8.

a *Deuter.* 15. 7. &c. *Lev.* 19. 16. & 25. 35.

redimendi. Anteponebatur plerunque fœmina viro; quod etiam in eleemosynis utcunque erogandis obtinuit. Ratio redditur de redemptione, מפני שהאשה רוכן לחזר לא האשה ובושתה מרובה *quoniam viro facilius est multo redire quam fœminæ, cujus etiam pudor major.* At verba Misnæ b sunt, בזמן ששניהן עומדין בקלקלה האיש קודם לאשה *ubi utrique, ne scelere inquinarentur, instaret adesset metus, vir fœminæ anteponendus.* Id est, ubi pariter utrique concubitus periculo apud hostes tentaretur. Quoniam gravius foret in masculo scelus c, ideo ipse potius, si uterque eodem tempore nequiret, redimendus. Et de Dignitatis heic atque Natalium discrimine Maimonides; חיו לפנינו עניים הרבה או שבוים הרבה ואין בכיס כדי לפרנס או כדי לכסות או כדי לפדות את כולן מקדימין את הכהן ללוי ולוי לישראל וישראל לחלל וחלל לשתוקי שתוקי לאסופי ואסופי לממזר וממזר לנתין ונתין לגר שהנתין גדול עמנו בקדושה וגר קודם לעבד משוחרר. לפי שהוא בכלל ארור בר"א כשהיו שניהן שוין בחכמה אברא אם היה כהן גדול עם הארץ וממזר תלמיד חכם תלמיד חכם קודם וכל הגדול בחכמה קודם את חברו ואם היה אחר מהן רבו או אביו אע"פ שיש שם גדול מהן בחכמה רבו או אביו שהוא תלמיד חכם קודם רוח שהוא גדול מהן בחכמה *Si plurimorum sive pauperum sive captivorum habeamus simul rationem, nec sufficiat sacculus, sive ut victu & vestitu pauperes, sive ut redemtionis pretio captivi sublaventur pariter universi, Sacerdos Levita est præferendus, Levitæ Israelita* (qualem Laicum dicimus) *Israelita profano* (nato ex coitu singulari Sacerdotibus jure d interdicto. Nam Israelitæ nomine eos, quibus optimi juris natales sine ullo defectu essent, quoties ad hunc modum loquuntur, denotant) *Profanus ei qui patre incerto sed certâ matre natus, hic vero ei qui, velut exposititius, casu reperiretur* (modo Ebræum esse satis constaret, tametsi parentum neuter dignosceretur) *ita repertus Mamzeri* (ex damnato nomine seu *turpitudinis* coitu, excepto mulieris mensibus laborantis coitu progenito) *Mamzer Nathinæo* e, *Nathinæus Proselyto. Nam Nathinæus magni apud nos habitus est ob Sanctitatem singularem.* (Ob ministeria scilicet circa templum, unde ceteris Proselytis antelonebatur) *Proselytus autem Libertino* seu servo manumisso, *quoniam hic fuerat* (servi nomine) *omnino* f *maledictus. Qua autem dixi-*

b *Tit.* Horaioth *cap.* 3.

c *Maimon. hal.* Mithnoth Aniim *c.* 8. *Gloss. Gemar. Babylon. ad tit.* Horaioth *cap.* 3. *fol.* 13. *atque Maimonides in* Pirush *ad eund. tit. fol.* 16.

d *Lebit. tit. f. De Profanis nos fusius t. de successione in Pontificatum Ebræorum.*

e *Ezra* 2. 50. & 7. 7.

f *Gen.* 9. 25.

diximus locum habent, ubi ſapientiâ non fuerint impares. Nam ſi Pontifex etiam maximus Sapientiæ eſſet ignarus, Mamzer vero Sapientis diſcipulus (id eſt; hic Legis gnarus, ille neſcius eſſet) *diſcipulus Sapientiâ præferendus erat. Et quisque alteri pro Sapientiæ dignitate præferendus, ita tamen ut, ſi inter eos reperiret quis patrem ſuum aut Magiſtrum Sapientiâ itidem diſcipulum, eorum uterque aliis quibuscunque Sap.* ...*ia etiam præcellentibus anteponi deberet.* Et totidem fere verbis idem (atque id genus plura quæ ſtatim damus) habes apud autorem g Misnæ & in Gemaris. Babylonii h vero; חנו רבנן היה הוא ואבוי ורבו בשבי הוא קודם לרבו ורבו קודם לאבוי אמו קדמי לכלם *Traduns Rabbini noſtri; ſi quis cum patre ſuo & Magiſtro ſuo captivus teneretur, ipſe Magiſtro præferendus & Magiſter Patri. Mater vero utrique anteponenda erat.* Tantundem etiam Hieroſolymitani i; quibus ratio item adjicitur Magiſtri heic prærogativæ, שאבוי הביאו לחיי העולם הזה ורבו שלימדו חכמה הביאו לחיי העולם הבא *quoniam pater ejus vitam ei dedit in hoc ſeculo, ſed Magiſter qui docet eum Sapientiam, ducit eum in vitam ſeculi futuri.* De Magiſtro loquuntur qui Misnas ſeu δευτερώσεις atque veterum Traditiones doceret, non qui Scripturas tantum. Diſerte ibi ורבו שלימדו משנה לא רבו שלימדו מקרא *De Magiſtro autem capiendum eſt, qui docuit eum Misnam ſeu Traditiones, non de eo qui Scripturas tantum docuit.* Si vero pari uſus fuerat tam patris quam magiſtri, in diſcendo, beneficio, pater magiſtro præferendus. Quod de Matre adjungitur, vertimus *eam utrique*, patri nempe & Magiſtro, præferendam, tamerſi לכלם, quod *utrique* heic reſpondet, *eorum omnibus* potius ſonet; quaſi & ipſam quisque ſibi deberet in hiſce anteponere. Ideo vero vocabulo illo tantum Patrem & Magiſtrum denotari k ſentiebamus, quia expreſſe ita Hieroſolymitani; ואמו ורבו ואבו עומדין בשבי הוא קודם לאמו ואמו לרבו ורבו לאבו *Si quis cum matre, & Magiſtro & patre, captivi ante teneatur, ipſe Matri ſe anteponat, hanc vero Magiſtro, & Magiſtrum Patri.* De redemtione & aliis quæ ad captivos attinent charitatis officiis, heic ſemper loquuntur. Ex utraque autem Gemara fuſiorem Dignitatum hac in re, uti & in aliis quibus præſcripta loci prærogativa, ob dignitatis varietatem, ut fieri amat, maxime erat neceſſaria, diſtinctionem exhibere liceat. In Hieroſolymitana legimus, חכם

g *Tit.* Horaioth *cap.* 3. *ubi videſis R. Obadiam Bartenoriū.*

h *Gem. Babylon. ad dict. tit. cap.* 3. *fol.* 13*a.*

i *Gemar ad eund.* Horaioth *c.* 3. *fol.* 48. *col.* 2.

k *Loco jam citato, & videſis Maimonid. tit.* Talmud. Thora *c.* 5*.*

Digitized by G

חכם קודם למלך מלך קודם לכהן גדול גדול קודם לנביא נביא קודם למשוח מלחמה משוח מלחמה קודם לראש משמר ראש משמר קודם לבית אב בית אב קודם למרכל והמרכל קודם לגיזבר גיזבר קודם לכהן הדיוט כהן הדיוט קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר ממזר לנתין נתין לגר וגר לעבד משוחרר אימתי בזמן שובלן שוין אבל אם היה ממזר תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ

Sapiens (id eſt juris eorum Divini atque Humani peritus) *præfertur Regi, Rex Pontifici Maximo, Pontifex Maximus Prophetæ.* (In Babylonia autem heic Gemara etiam Pontifex ſacro unctus oleo præfertur ei, qui veſtibus tantùm Sacerdotalibus inſignitus eſt, מרובה בגדים, quod idem ſonat, dictus; ita tamen ut qui unctus oleo Pontifex ob ſeminis pollutionem à functione ſemotus eſſet, id eſt משוח שעבר מחמת קרין ei poſtponeretur, antehabitus intereà Pontifici uncto ubi עבר מחמת מומו *Semotus eſſet à functione ob membrorum aliquem defectum*, qui tamen ipſe Sacerdoti l in bellum uncto præferendus) *Prophetæ Sacerdoti in bellum uncto* (Sic Hieroſolymitani ad quorum verſionem jam redimus; Babylonii verò heic interponunt, ut loco proximum Sacerdoti hujusmodi uncto, סגן id eſt *Pontificis maximi vicarium* m, qualis ferè eſt in eccleſia Orientali Syncellus) *Sacerdos in bellum unctus, Claſſis ſeu* ἐφημερίας *ſacræ præfecto, præfectus ejusmodi Patri* ſeu *Principi Cognationis* ſeu *Familiæ alicujus, Pater hujusmodi* ſeu *Princeps Marcali* (Marcales erant ſeptem, qui ſacri præfectis n ærarii tribus, quos nuncupabant גיזברין, præerant rationesque ab eis exigebant) *Marcalis Præfecto ærarii, ſacri* (ita ſcilicet Hieroſolymitani; ſed Babyſonii præfecto hujusmodi poſtponunt tàm præfectum ἐφημερίας ſacræ, quam Patrem Familiæ) *ſacri ærarii præfectus ſacerdoti gregario, ſacerdos gregarius Levitæ, Levita Iſraelitæ, Iſraelita Mamzeri, Mamzer Nathinæo, Nathinæus Proſelyto, Proſelytus Libertino; Id quod intelligendum eſt ubi alioquin non ſint impares. Etenim ſi Mamzer fuerit Sapientis diſcipulus, & Pontifex Maximus cum vulgo ignarus, etiam Mamzer hujusmodi Pontifici illiusmodi præferendus.* Sic autem Sapientem, ſeu juris Divini humanique callentem æſtimabant (eum etiam Sapientis Diſcipulum non rarò, ut in allatis, appellitant, quemadmodum Græci ac Latini Philoſopum ſeu Sapientiæ ſtudioſum

l *Deut. 20.* 2. *de quo plura in Misna tit. Sota cap. 7. & 8. & tit. Semicoth c. 4.*

m *Vide de Segene, lib. 1. de ſucceſſione in Pontificat. Ebræorum.*

n *Misna tit. Siklim cap. 5. & Sidrſis Rabbi Iehudam in Gemar. Hieroſolym. tit. Sabbath c. 10. fol. 12. hal. 3. col. 3.*

ſtudioſum σοφὸν ac ſapientem nominant) ut in ceteris dignitatibus קדימה במעשה *præcellentiam in facto*, uſu, autoritate, id eſt Civilem agnoſcerent, in hac vero קדימה באמונה *præcellentiam ex ipſa veritate*, ſeu *Moralem*. Nam ita heic de dignitatis prærogativa diſtingunt. Certè in veteris Romæ moribus gradus fuere, idque ex diſciplina, & ordo hujusmodi officiorum; veluti parentibus primò, fidei tutelæque noſtræ creditis ſecundò, dein hoſpitibus, clientibus, cognatis, affinibus præſtandorum; uti ex M. Catone, Maſſurio Sabino, aliis, monet Agellius o. Sed hæc obiter. Et ita demum ea quæ ad Interdictum de Furto, Dominium & Obligationem Permiſſionemque atque alia id genus circa illud (ſine cujus Modorum & Temperamentorum diligentiori animadverſione temere nimis & fruſtra de violatione ſeu obſervatione Interdicti hujus pronuntiatur) verſantia juxta doctrinam Talmudicorum attinent, idque tum ex Jure Naturali, tum ex Jure Gentium ſecundum eos, abſolvimus.

o *Noct. Attic. cap. 13.*

Libri Sexti F I N I S.

DE

DE JURE NATURALI ET GENTIUM

Juxta Disciplinam EBRÆORUM;

Liber Septimus.

Agit de *Noachidarum Juris* Illustrioris *capite Septimo*, quod est *de Membro animalis viventis*; item de *Carnis* & *Sanguinis esu*. De *Minoribus* insuper seu *Obscurioribus Juris Naturalis*, juxta Ebræos, *Capitibus*. De *Honore Parentum*. De *Capite* Juris Naturalis Illustrioris *Sexto*, seu *de Judiciis*. Tum quà ex jure simpliciter Naturali illud intelligendum, tum qua *Judicia* in *Proselytorum Domicilii regimine* apud Ebræos erant *exercenda*. Accedit de *Judicio Divino*, quà ex illo sive *Pœna* sive *Præmium Cœlitus* ex Ebræorum sententia *expectanda* fuerit, dissertatio. Et demum de sententia eorum qui volunt, non solùm *vestigia Præceptorum Septem* quæ tractavimus, inesse in sacra *Jobi historia*, verùm etiam in *Synodo* Apostolorum *Hierosolymitana*.

Cap. I.

Cap. L

De capite Juris *Noachidarum seu* Naturalis Septimo, *seu* Membri animalis viventis *esu. Et de* esu Sanguinis. *Discrimen inter* Pecorum, Ferarum, Volucrum Sanguinem, *atq;* Piscium, Locustarum *id genus aliorum; item* Humánum. Mahumedanorum, *de* Sanguinis esu, *scita.*

SExtum juris Noachidarum caput Illustrius, quod de Judiciis est, atque juxta enumerationem ex Talmudicis aliquot, sub libri primi extremum allatam, proximum interdicto de Furto deberet locum ordinis habere, septimum in tractatione nostra fore maluimus, id est, ultimum loco, sed dignitate civili supremum, & seorsim post omnia non solùm quæ itidem sunt Illustriora, sed etiam quæ sunt Minora atque obscuriora (pro divisione ibi etiam memoratâ) exhibendum Quippe quæ omnia veluti materies sunt in quam hujusce exercendum imperium; unde etiam primum locum, idque meritissimo pro dignitate civili habet in Gemara a Babylonia. Quod igitur in enumeratione illa Septimum est, heic sextum locum occupet, nempe אבר מן החי על *interdictum de membro animalis viventis*, quo crudelitas immanis in animalia cetera vetatur. Hoc verò ita scriptis memorat Moses; *Omne* b *quod se movet & vivit erit vobis in escam, Quasi virentem herbam dedi vobis omnia* אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו *at carnem in* seu *cum anima sua* (sic verbum verbo reddendum) *sanguine suo non comedetis.* Hellenistæ ibi, πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ Φάγεσθε *at carnem in sanguine anime non comedetis.* Aquila, πλὴν κρέας ἐν ψυχῇ αὐτοῦ αἷμα αὐτοῦ *sed carnem in anima sua sanguinem ejus* non comedetis. Symmachus, πλὴν κρέας ὃ σωὴ ψυχῇ αἷμα αὐτοῦ *sed carnem cujus sanguis cum vita est*, non comedetis. Vulgata *excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.* Onkelos & Judæi Mauritanienses premunt vestigia sermonis Ebraici uti alii fere ex recentioribus. Sed R. Saadias Gaon *carnem non comedes in sanguine suo*, فانه نفسه *cum is sit anima* seu *vita ejus.* Apud Josephum autem verborum de carnis omnimodæ esu Noachidis permisso sacrorum paraphrasis ejusmodi est c, ut eos διατίτας ἀπαίτων

a *Ad tit.* Sanhedrin *c.7. fol.56.4.*

b *Genes.9 3. & 4.*

c *Archæol.l. cap. 4.*

ἁπάντων *Dominos omnium* animalium feciſſe aiat Numen adjiciatque χωρὶς αἵματος. ἐν τούτῳ γὰρ ἐστὶν ἡ ψυχὴ *absque ſanguine. Nam in hoc inest anima*; ſeu vita. Nam & animam pro vita accipi non raro nemo neſcit; ut cum Juriſconſulti Cæſarei iubinde vocant ultimum ſupplicium animæ amiſſionem. Et ſimilia de Sangvine non ſemel in ſacris, quæ Ebræis propriæ, legibus [d] occurrunt, quibus eis in mactationibus omnimodis (præter Piſcium, Locuſtarum, id genus aliorum, quæ lege de ſangvinis effuſione contineri nolunt, ut ſtatim oſtendetur) effuſio ſanguinis præcipitur, ejusque eſus ita interdicitur, ut obſervent eisdem verbis firmari præceptum quo ſceleſtiſſimum illud idololatriæ genus Molocho filios immolandi, atque illud quo Eſus ſangvinis vetatur, nec in tertio aliquo præcepto ea verba reperiri. De comedente ſangvinem, inquit Maimonides [e] *dixit Deus: Ponam faciem meam in Comedentem ſangvinem eodem modo quo de illo qui filium ſuum Molocho immolat, ponam faciem meam in virum illum. Neque occurrit hæc ratio loquendi in tertio aliquo præcepto præter iſta duo de Idololatria & comeſtione ſangvinis, quia illius comeſtio ad ſpeciem aliquam Idololatriæ, Dæmonum videlicet cultum, anſam & occaſionem præbebat.* Et qualis ejusce olim in Zabiorum, id eſt, idolorum cultui deditorum, ritibus uſus eſſet, ipſe ibidem fuſius ex Orientalium libris explicat; unde & interdicti rationem petit. Jam vero de animalium Sanguine diſtinguunt Ebræi, mores ſuos avitos explicantes. Ejus genus heic triplex; Pecorum, Ferarum & volucrum mundorum. Primum eſt; Nam immundorum ſanguis, ut caro erat illicitus. Piſcium mundorum, Locuſtarum, id genus aliorum, Secundum; Hominis demum Tertium. Pœna item, in ſacris literis, Exciſionis (id eſt כרת [f]) eſui ſanguinis Spontaneo præſtituitur, ſed ita ut alias [g], ſine illa pœna, eſus ejusdem generatim interdicatur. Unde & de Pœna heic etiam diſtinguunt. Primi generis ſangvinem ex lege ſacrâ omnino vetitum volunt. Sed ita ut pœna Exciſionis non ſequeretur, niſi aut tunc comederet aut deglutiret quis Sangvinem, dum effunderetur aut fuſius exiliret, aut Sangvinem alium שהנפש יוצאה בו *quocum exiret anima* aut *vita*, Verba ſunt [h]; אין חייבין כרת אלא על דם היוצא בשעת שחיטה

[d] *Leſ. 17. 13. & 14. Deuter. 12. 23.*

[e] More Nebochim. *lib. 3. cap. 76.*

[f] *Leſ. 17. 14.*

[g] *Ibid. 3. ult. Deut 12. 23.*

[h] *Maimon. halach.* Macaloth Iſuroth *cap. 6. Moſes Mikotzi. Prac. Negat. 137. Talmud. tit.* Cerithoth. *cap. 5.*

שחיטה ונחירה או התזת הואש כל זמן שישבו ארמות ת
ועל הדם הכנוס בתוך הלב וערל דם הקורח כל זמן
שהוא מקלח ויוצא אבל הדם השותת בתחלת הקורח
קודם שיתחיל לקלח ודם השותת בסוף הקורח קודם
שיתחיל הדם לפסוק אין חייבין עליו ודרי הוא כדם האוכרים
שדם הקרוח הוא הדם שהנפש יוצאה בו *Pœna excisionis locum tantum habuit, ubi quis deglutiret sanguinem exsilientem in ipso mactationis tempore, & sanguinem narium & capitis amputati quamdiu rubedinem suam retineret, aut sanguinem qui interiora cordis occuparet, aut sanguinem emissum dum effusus est & uberius exibat. At vero si quis biberet in ipso initio emissionis aut destillationis, antequam incipiat fusiùs exilire, aut in emissionis fine tametsi priusquam effusio plane desineret, Pœna excisionis non secuta est. Nam sanguis hujusmodi, velut membrorum sanguis est. Sanguis autem in lege illa* (qua excisionis pœna continetur) *non alius intelligitur præter illum quocum ipsa anima* seu *vita exiret.* At vero inqui-

ודם התמצית ודם האיברין כגון דם הפחול
ודם הכליות ודם ביציים ודם המתנכס ללב בשעת
שחיטה ודם הנמצא בכבד אין חייבין עליו כרת אבל
האוכל ממנו כזית לוקה שנאמר וכל דם לא תאכלו
ובחיוב כרת הוא אומר כי נפש הבשר בדם הוא אינו חייב
כרת אלא על הדם שהנפש יוצאה בו *Ob sanguinem exsultum, aut Sanguinem membrorum qualia lien, renes, testiculi, aut sanguinem qui tempore ipso mactationis recurrisset ad cor, aut sanguinem jecore repertum, excisionis pœna non imminebat. At interea quisquis ex hujusmodi sanguine, quanta oliva est, comederet vapulabat. Idque ex lege sacra. Nam & scriptum est* Levit. 3 vlt. *simpliciter, Nullum sanguinem comedetis.* Nullum scilicet ejusmodi animalium. *At ubi* Lib. 17. 14. *pœna excisionis, adjicitur, quoniam vita carnis in sanguine est. Vnde fit ut non ob alium sanguinem præter eum quocum exiit anima* seu *vita, pœna excisionis debita.* Illud כזית seu *quanta oliva est*, velut mensura solennis adhiberi solet ubi de pœna ob comestionem illicitam (quæ apud Ebræos ipsos perquam multiplex) verba fiunt. Uti & שוה פרוטה nummuli seu protæ valor, ubi de furto, quod & libro superiori ostenditur.

Digitized by Google

ditur. Quorum neutrum ad Noachidas seu Gentiles attinere voluut. Unde & aiunt לא נתנו השיערין אלא לישראל *mensura l hujusmodi non dantur nisi Israelitis.* Genus sangvinis heic secundum, seu Piscium mundorum, locustarum, id genus aliorum, bibere aut comedere quacunque ratione ex lege ipsa fas habuere. Uti etiam & Humanum, quem tamen prohibuere Sapientes seu scribæ, id est quibus juris superinducendi permissa potestas. Sic enim aiunt; דם האדם אסור מדברי סופרים אם פרוש ופכין עליו מכת מרדות אבר דם השונים בולעו ואינו נמנע *Ex scribarum scitis vetitus est sangvis humanus, à corpore scilicet sepanitus; & ob violationem hujus scribarum interdicti, irroganda erat verberum contumàcia debitorum pœna.* *At vero sangvinem dentium* (è gingivis destillare solitum) *deglutire omnino fas.* Nondum enim pro separato ab homine, habitus. Ritus etiam שחיטה *mactationis* in esum & epulas eorumque apices subtiliores à m Mose deductos tradunt, juxta quos animalia illa quorum sangvis illicitus, in esum mactanda, sanguisque eorum emittendus, idque secundum præceptum n sacrum generatim de Mactatione traditum. Eandem autem esse carnis morticinæ, suffocati animalis, id genus aliorum, cum carne unde sangvis nondum est omnino emissus, rationem nemo non videt. Ita scilicet de ipsis Ebræis, obtinuit. Ceterum quod ad Noachidas heic seu gentes ceteres attinet, quibus proprium illud è Genesi jam allatum est interdictum, binæ fuere apud Ebræos o sententiæ. Altera, interdicto eo illis vetitum fuisse tantummodo sive membrum sive carnem ab animali vivente discerptam exsectamve, veluti agnorum, vitulorum, testiculos exsectos aliaque id genus qualiacunque. Atque membrorum hujusmodi esum כבר שהוא *quantulumcunque fuerit,* Noachidis interdictum. Neque enim olivæ aut alius cujusquam mensuræ temperamentum eis heic assignatur, ut Israelitis; quemadmodum dictum est. Atque hæc sane sententia, qua sanguinis esus Noachidis satis permissus seu qua מותר הוא הדם מן החי *fas esse decernitur eis esum sanguinis etiam animalis viventis,* plerunque prævaluit & receptissima est p. Interdicti autem sic intellecti rationem affert Maimonides q ex Orientalium libris, eamque ait fuisse (præter eam quæ de crudelita-

l Maimonid. halach. Melakim cap. 9.

m *Maimonides hal. Shecita c. 1. Mos. Mikotzi Præc. affirm. 63.*

n *Deut. 12. 21.*

o *Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 59. a. & Gemar. tit.* Zebachim *cap. 14. fol. 116a.*

p *Gem. Bab. ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 59. a. ad tit.* Cholin *cap. 7. fol. 18t. & 102. Maimonid. hal.* Melakim *c. 9. & Mikot. prac. affirm. 123.*

q More Nebochim, *part. 3. cap. 48.*

te nemini non obvia est; nisi ubi exsecantur, quorum exsectio animalibus alendis prosit) וגם מלכי הגוים עשים אז שכן הוי לעבורת זרת היו עושים כן רוצרת לומר שהיו הותכין כן הבהמרת אבר ידוע ואוכלים אותו *quoniam ita eo seculo facere solebant Reges Gentium; etiam Idololatriæ causâ, ita faciebant. Scilicet animali abscindebant membrum aliquod, atque illud comedebant.* Certe in Europæorum Omophagiis seu festis crudivoris, ejusmodi quid adhibitum esse, ni fallor, memoratur. *Bacchanalia*, inquit Arnobius [z], *prætermittamus immania, quibus nomen Omophagiis Græcum est. In quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atq; ut vos plenos Dei Numine ac Majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Qua de re vide etiam Clementem Alexandrinum in Protreptico, Sixtum Empiricum in Pyrrhoniis hypotyposibus [f], alios. Altera vero sententia, etiam Sangvinis (qualem jam diximus Israelitis ex lege sacra illicitum, non alius) esus cunctis hominibus interdictus habebatur [t]. Ita Rabbi Chanania Ben Gamaliel, seu Gamla, ita aliquot alii. Et tum de membro seu parte animalis viventis, tum de sangvine, qua eorum interdicta Noachidas seu universum genus humanum attinent, consulas caput integrum de אבר מן החי *Membro animalis viventis* in *Halacoth gedaloth* [u]. Prætereundem autem non est, haberi in lege sacra quod haud parum stare videtur pro sententia priori. Lex est [x], *Non comedetis* נבלרת *morticinium ullum, sed* לגר *peregrino* seu *Proselyto qui intra portas tuas est, dabis illud ut comedat ipsum* seu *& comedet ipsum, aut vendas ipsum alieno, quia tu populus es sanctus Domino Deotuo.* Quod intelligitur tum apud Magistros tum ab Onkelo in paraphrasi Chaldaica de Proselyto Domicilii seu incircumciso, quem & inde נבלות אוכל *morticinia comedentem*, seu *eum cui nefas non esset morticinia comedere* nuncupabant [y], uti ante etiam monuimus. Sangvinem igitur Morticinii seu suffocati, id est non effusum, ex Noachidarum jure permissum agnoscere videntur, nisi velis eos sensisse ipsum ex suffocato etiam seu morticinio sanguinem prius exprimendum fuisse quam sic comederetur. Certe & Mahumedes prohibuit [z] esum الدما والميتة ولحم الخنزير *& sangvinis & Morticinii*,

z Adversus Gentes lib. 5.

f Lib. 3. cap. 23.

t Gem. Bab. ad tit. Sanhed. cap. 7. fol. 56a. & 59a.

u Fol. 133b.

x Deut. 14. 21.

y Gloss. Talm. ad tit. Erakin *cap. 7. fol. 29 a.*

z Aleoran. Azoar 2. 5. & 6. Lat. Cod. 6. 12. & 16. & Abugiafar Historia Saracenic. lib. 1. cap. 1.

vicinii, uti & carnem porcinam. Uti etiam المخنقة والموقوذة والمتردية والنطيحة وما اكل السبع *suffocati, verberibus occisi* (ita interpretatur Mahumedes Ben Achmed paraphrastes, quod alii combustum vertunt) *item occisi casu seu cornu & ejus cujus partem aliquam devoraverat fera.* Extra scilicet causam necessitatis quà hæc comedere permisit; quemadmodum etiam ex receptis apud Ebræos a moribus cibi hujusmodi aliàs interdicti permittebantur militibus ubi licitos locus non suppeditaret. Et Jacobus Bleda de Mahumedanis qui olim in Hispania; *Morischi hujus regni*, inquit b, nimirum Valentiæ, *& reliqui Hispaniæ non comedunt sanguinem, carnes suffocatas, morticinas nec morsas ab aliquo animali, putantes id peccatu esse ob reverentiam suæ sectæ pessimæ quæ id vetat in Alcorano, & vocant eas carnes Arabicè Halgharabam* (الحرم) id est, *maledictas & prohibitas.* Avicenna c autem Medicus, superstitionis Mahumedicæ aliàs tenacissimus, haud pauca habet de sanguinis sive esu sive potu, morbis scilicet aliquot curandis, ubi nec prophetæ sui interdictum omninò memorat. Forsan in Medicinæ ratione vim suam interdictum non habere voluit. Advertendum autem, Talmudicos dum interdictum hoc de membro animalis viventis (seu, ut volunt aliqui, de sanguine) Noachidis ipsis velut primò datum memorant, Ada recentius intereà non omninò, si rem spectes, facere. Sed exceptionem tantùm faciunt adjectam indultui ejus quòd nec Adæ d nec posteris ante Noachum permissum est. Id est eius carnium. Nam ex eo quod habetur in Geneseos initio; *Et dixit Deus, ecce dedi vobis omnem herbam seminantem semen, quæ est in superficie universæ terræ, & omnem arborem in qua est fructus arboris & quæ semen seminet, in escam.* & ex illo quod de Noachidis postea e legitur, *Omne quod se movet & vivit, erit vobis in escam &c.* Excepto, ut ante dictum est, sanguine; ex his, inquam, ut & Christiani scriptores non pauci, docent carnium esum Adæ non permissum, nedum membri animalis viventis. Noachidis verò indultum seu permissum, ut ostensum est, esum carnium, excepto membro animalis viventis (seu, juxta sententiam illam alteram, sanguine) quod comedere, inquiunt, nunquam non illicitum. Josephus Albo f ad veterum Talmudicorum mentem; בתחילה נצטוה אדם הראשון

a *Maimonid halach.* Melakim *cap. 8.*
b *Defensio Fidei in causa Morischorũ cap. 8.*
c *Canon. lib. 2. tract. 2. cap. 602.*
d *Vide* Ajin Israel *part. 2. fol. 3. col 4.* & Bereshith Rabba *parash. 38. fol. 38. col 2.*
e *Genes. 9. 3*
f Sepherika rim *part. 3. p. 14.*

הראשון בקצת מצוות שנהגו בהן האנשים לפי קבלת ח"ל עד נח
ולנח חתר אכילת בעלי חיים שהיה אסור לאדם הראשון כי
בתחילה לא התיר להם אכילת בעלי חיים אלא אכילת
הצמחים בלבד וגו' ואחר כך התיר אכילת הבעלי חיים לנח

In principio Præcepta quædam data ſunt primis parentibus, quibus uſi ſunt homines uſq; ad Noachum, juxta Traditionem Rabbinorum noſtrorum piæ memoriæ. Noacho verò permiſſus eſt uſus animalium, qui Adæ interdictus eſt. Nam in initiis non permiſſus eſt homini eſus animalium, ſed tantùm eſus eorum quæ è terra germinant, ſeu fructuum è terra naſcentium tantùm &c. & poſteà Noacho permiſſus eſt eſus animalium, adeoque (ſic puto volunt) eorum quæ animalium ſunt fructus, veluti ovorum & lactis. Nam nec illa antè video, juxta ipſos, permiſſa, utpote quæ animalium propagationi inſervirent. Nec ſanè ſangvinem piſcis ullius immundi comedere ſibi fas fuiſſe docent g, quoniam inter ſanguinem eorum, ac carnem, quoad interdictum de immunditie, diſcrimen nullum. Rationes autem addunt illius Noachidis permiſſionis. Quoniam ajunt alii h, in rerum initiis fructus arborum, agrorum, ſatorum aliarumque rerum è terra creſcentium ex ipſa creatione uberes fuere, unde commodiſſimè nutriri poſſent homines. Nec aliter ſe res usque ad Diluvium habuit. Statim autem poſt Diluvium ob rerum ejusmodi inde inopiam, neceſſarium fuiſſe hoc indultum ne fame aliter hominis tunc periiſſent. Alii rationem petunt, ex eo quòd fructus terræ poſt Diluvium pejores multò quam antè. Alii aliter. Qua de re conſulas commentarios Rabbinicos ad Geneſin. Et Conſona jam dictis ſunt ea, quæ de abſtinentia animalium, in ſeculis vetuſtiſſimis, in ſcriptis occurrunt Gentilium. Quale eſt illud Pythagoræ apud Ovidium i.

g *Maimonid halach.* Macaloth Iſuroth *cap.* 6.

h *Aborbinel in* Pirush Tora *fol.* 46. *Col.* 1. 3.

i *Metamorph* 15.

At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,
Fœtibus arboreis & quas humus educat herbis
Fortunata fuit nec polluit ora cruore.

Conſu-

Conſulas, quæ habentur apud Porphyrium libris περὶ ἀποχῆς, & Plutarchum in Orationibus περὶ σαρκοφαγίας, præter Petri Caſtellani opuſculum de Eſu Carnium, & Theologos ad Geneſim obvios. Sed verò quantū ad membri animalis viventis attinet; non pariter omnimodò ſe heic volunt Hebræi obſtrictos, ut Noachidas ſeu Gentiles. In univerſum quidem pronuntiant כל שאסור על ישראל משום אבר מן החי אסור על בני נח *Quicquid nomine membri animalis viventis vetitum eſt ſeu illicitum Iſraelitæ, id pariter Noachidi illicitum.* Sed non è contrà. Nam ex ritibus illis Mactationis atque הלכות שחיטה *traditionibus de modo mactandi* in eſum promiſcuum & convivia (non enim de mactatione ſacra heic loquimur) à Moſe deductis, docent, aliquantulum ſic à Numine omnimodi ſemper Juris domino ſupremo) relaxatum fuiſſe ipſis interdictum hoc ut carnem ſeu membrum animalis rite jugulati, ſed adhuc ita motitantis ut in vivis moribundum cenſeretur, diſſectum, nefas interdum non eſſet antequam motitare deſineret, comedere. Moſes Mikotzi [k]; ויש שבני נח חייבין עליו ולא ישראל כגון אבר מן החי מן המאה וכגון בהמה שחוטה וכפרכסת אבר ובשר הפורשים ממנה אסורים לבני נח ולא לישראל מפני שאין השחיטה מתרת לבני נח כמו לישראל *At verò ſunt nonnulla quibus violat hoc interdictum Noachides, non item Iſraelita, veluti in membro animalis viventis quod immundum eſt* (nempè immunditiei nomine, non membri animalis viventis reum ibi volunt Iſraelitam) *& ubi pecoris jugulati, ſed adhuc motitantis, caro ſeu membrum aliquod ſeparatum comeditur. Nam Noachidi illud illicitum. Non item Iſraelitæ. Quoniam ſcilicet indultus ex ritu Mactationis ſeu jugulationis ad Noachidas non attinet quemadmodum ad Iſraelitas.* Hoc verò neceſſariò monendum, de membro & carne pecorum, Ferarum, Volucrū duntaxat (id eſt animalium, quorum tantùm ſanguinem ex lege ſacra illicitum habuere) non de Piſcium, Locuſtarum, aliorumve id genus animalium, interdictum hoc eos capere. Nam & ſibi ipſis pariter atque humano generi reliquo horum (modo non immunda, quantum ad Iſraelitas, intelligas) eſum ſine mactationis alicujus ritu aut effuſione, etiam planè vivorum, licitum fuiſſe volunt. Verba ſunt [m]; דגים וחגבים אינן צריכים שחיטה אלא אסיפתן היא המתרת איתן הרי הוא אומר הצאן ובקר ישחט להם ומצא להם אם את כל דגי הים יאסף להם אסיפת דגים

[k] *Maimonid. halach. Melakim cap. 9. Moſ. Mikot, præc. affirm. 112.*

[l] *Loco citato, ſed & ſide Maimonid. halach. Shecita cap. 4.*

[m] *Maimon. hal. Sheejta cap. 5.*

דגים כשחיטת בקר וצאן ובחגבים נאמר אסף החסיל באסיפת לברה לפיכך אם מתו מאיליהן בתוך המים מותרים ומותר לאכלן חיים *Non opus eſt ut adhibeantur ritus mactationis Piſcibus & Locuſtis.*

n *Num.* 11. 22. *Ceterùm collectio eorum tantùm licitos eos facit. Nam & dixit Moſes, Nunquid* n *oves & boves mactabuntur pro eis, qui ſufficiant eis? Vel omnes piſces Maris colligentur pro eis? Collectio* ſeu *congregatio*, ipſa captura, *piſcium, velut mactatio* (ad quam ritus attinuere, ut dictum eſt, perquàm ſingulares) *boum & pecorum. Alibi*

o *Iſaiæ* 33. 4. *item collectio locuſtarum memoratur, ut in Prophetis* o, *ut quæ ſola ſufficeret. Unde etiam, tametſi, ex ſe morerentur in aquis, liciti erant* (piſces) *quos etiam vivos comedere* (ut oſtrea ſolemus) *licuit.* Parilem autem heic volucrum & Pecorum rationem fuiſſe ex ipſis le-

p *Leviticæ* 17. 13. gis ſacræ p Verbis eliciunt.

Cap. II.

De Minoribus *ſeu* Obſcurioribus Juris Naturalis, *juxta Ebræos*, capitibus. *Et de* Parentum honore, *atq; ejusce interpretamentis quibus ei derogatum ibant. De loco illo Evangelii illuſtri*, Corban (quod eſt donum) quodcunque ex me tibi profuerit. *Mira* de Votis diſciplina.

Minorum ſeu Obſcuriorum juris Noachidarum ſeu Gentium capitum (quæ antequam ad Judiciorum Caput deveniamus, exhibere non immeritò viſum eſt) neque numerus certus eſt, neque adeò certæ ſemper de eis receptæ ſententiæ. Horum autem Genus eſt Duplex; alterum eorum quæ Majoribus atque Illuſtrioribus veluti ſive prævia atque antecedentia ſive neceſſariò conſequentia commiſcentur, quemadmodum Multiplicationis generis humani & Contractus matrimonialis jura cum præcepto de revelatione Turpitudinum, Dominii atque Obligationis Permiſſionisque circa illud verſantis jus in Furti Interdicto. Pœnarum modus in Judiciis (de quibus mox) & quæ ſunt ejusmodi cetera ſuperiùs plerunque ſuis locis explicata, & Talmudicis uno nomine אבוריתה q *appendices eorum*, id eſt, ſeptem illuſtriorum

q *Rabbi in Gem. Bab. ad tit.* Sanhed. *cap. 8. f. 74b. Sal. Jarch ibi &* Baal Aruch *in* אבור

Iustriorum seu כל מדי דשיף לאותן ד מצוה *quicquid necessario Septem illis præceptis insuper continetur*, quod Gallicè, pro suo more, exprimit Salomon Jarchius per לור אפרטנמנט *Leur apertenement.* Accedat etiam illud de Cultu à Noachide Numini exhibendo secundum ea quæ de eo diximus libro tertio, uti & consequens de Judicio divino persuasio, juxta ea quæ mox capite dicemus quarto. Nam tametsi nihil quidem præceptis seu obligationibus illis illustrius; quà sive objectum sive finem respicis; nihilominus quoniam neque in ipsâ Proselytorum Domicilii professione exigebantur, neque in Judiciis quibus in ditione Israelitica coercebantur Gentiles, eorum usus erat, inter Obscuriora locum non immerito sortiuntur.

Alterum genus eorum est quæ universis quidem observari volébant aliqui. In hisce est illud de Parentibus honorandis, quod cum pars Decalogi sit, inter Jura Naturalia enumeratur à Philone r Judæo. Et inter homines qui humanitate exutâ in ferinam migrarunt naturam, ferre ait ille τὰ δ' ἀγεώτητος πρώτην τὴν γονέων ἀλογοῦντας *primas ejusmodi feritatis, eos qui parentes negligunt*, atque ob inhumanitatem impietatemque tam Deo quam hominibus esse genus invisissimum. Atque inter ea quæ נתפרסמו בכל אומות *publicata sunt inter omnes gentes*, seu quæ jura sunt totius generis Humani, disertè enumerat Parentum Honorem Rabbi Aben s Tybbon. Quin ante Decalogum divinitus in Tabulis acceptum, hoc de parentibus honorandis cum aliis aliquot, præter septenarium Juris Noachidarum capitum numerum accepisse Ebræos, ex eorum commentariis supra t memoratur. Sibi nempe inprimis & modo tunc præscripto observandum. Nam ut observarent alii, non Pœnâ civili omnino adigebant sed tantum suadebant. Ex civili autem sibi seu sacra lege monent tum de כבוד *honore* tum de מורא *timore* seu reverentia u Parentum. Et de utroque ad hunc modum x; איזהו מורא ואיזהו כבוד מורא לא עומד במקלו ולא יושב במקומו ולא סותר את דבריו ולא מכריע את דבריו ולא יקרא אותו בשמו לא בחיו לא במיתו אלא אומר אבא מרי

r *Lib. de Decalog.*

s *In* Ruach hachen *cap. 3. & 6.*
t *Lib. 1. cap. ult. p. 123.*
u *Levit. 19. 3.*
x *Maimon. hal.* Memarim *c. 6. Mikotz. Prac. affirm. 113. Ita Gemar. Bab. ad tit.* Kidoschim *cap. 1. fol. 31 b. Gem Hierosolym. ad t.* Pea *cap. 1. f. 15. col. 4.*

Diſcrimen inter Honorem & Timorem ſeu *Reverentiam patris hujusmodi eſt, ut ex reverentia filius non ſtet in loco ejus* ſeu *locum ei aſſuetum ſtando occupet, nec in loco ei aſſueto ſedeat, nec ſententiæ ejus reſpingatur, nec eam refutet, nec eum nomine ſuo appellet, ſive ſuperſtitem ſive mortuum*[y], *ſed ad hunc modum loquatur, Abba* ſeu *Pater Dominus meus.* De Honore vero ſic; איזהו כבוד מאכיל ומשקה מלביש ומכסה משל אב ואם אין ממין לאב ויש ממין לבן כופין אותו ונותן אביו ואמו כפי מה שהוא יכול *Honor in eo conſiſtit ut cibum & potum ei ſubminiſtret filius uti & veſtitum, ex eo ſcilicet quod Patris eſt ſeu ex bonis paternis, quibus ſi careret, cogendus erat filius, ſi ipſi bona eſſent, ut utrunque aleret parentem, in quantum poſſet.* Nec fas habebant filio dicere patri, illum præceptum aliquod violaſſe, tametſi palam violaret; ſed modeſtius tantum de lege, quam violarat, interrogare. לא יאמר לו אבא עברתה על דברי תורה אלא יאמר לו אבא כתוב בתורתך כך וכך כאילו שואלו ממנו ולא כמזהירו *Non dicendum ei erat, Abba* ſeu *pater, transgrederis verba legis, ſed dicendum erat ei, ſcriptum eſt in lege ſic vel ſic, idque perinde ac ſi ea de re eum conſuleret ſeu interrogaret, non ac ſi commoneret.* In Honore autem exhibendo præferendus erat matri pater; in timore ſeu reverentia patri mater. Ratio additur, ללמד ששניהם שוים בין למורא בין לכבוד *ut inde parilis utriuſque dignitas cognoſceretur, dum tam Reverentiam quam Honorem intuemur.* At vero inſignes fuere Derogationes, quibus vim ſeu effectum præcepti hujus ita minuebant Ebræorum Magiſtri, ut mirum ſit eorum aliquos inter Naturalia jura id nihilominus ſic poſuiſſe. Derogationes ex fuere binæ. Altera qua Magiſtrum ſeu Præceptorem, à quo Legem ejusque Miſnam, διδάσκαλον ſeu *explicationem* quis didiciſſet, parentibus in honore exhibendo præferebant[z]. Cujus rei ſpecimen non obſcurum habetur, ubi de captivis redimendis ſuperius agitur. Et occurrunt ejusmodi alia, ubi de Magiſtro Honorando, ſublevando, obſervando præ patre, diſciplina ab eis traditur. Altera heic derogatio eſt illa à Domino Servatore in Evangeliis damnata. *Vos autem dicitis ſi dixerit homo patri aut matri* κορβᾶν, ὃ ἐστι δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς *Korban, quod eſt donum quodcunque ex me tibi profuerit; & ultra non permittitis eum quicquam facere patri ſuo aut matri ſuæ, reſcindentes verbum Dei per Traditionem veſtram quam tradidiſtis; & ſimilia*

[y] *Vide ſupra lib. 6. cap. 9. pag. 716.*

[z] *Gem. Hieroſolym. ad t. Horaioth cap. 3. fol. 48. col. 2. Maimonid. hal.* Talmud Thora *cap. 5.*

a Marc. 7. v. & D. Matth. 15. ſ.

& similia hujusmodi multa facitis. Quod quidem à Doctissimis viris quamplurimis tactum, à pauciſſimis satis explicatum aut intellectum satis videtur. Ad vovendi ritus rem pertinere, dubitandum non est. Ea autem ita se habuit. De Votis, ad hunc modum, Lex sacra [b]; *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere illud, alioquin requirendo requiret illud Dominus Deus tuus à te, & erit in peccatum. Quod egressum est de Labiis tuis observabis & facies, sicut vovisti Domino Deo tuo voluntarie, & sicut loquutus es ore tuo.* Atque aliæ sunt ea de re Leges [c], Vota autem aut in Oblationibus Numini dicandis sive victimarum, sive frugum sive opum qualiumcunque, aut in abstinentia seu actu aliquo alio futuro versabatur. Adeo ut ei, qui se alterutro genere obstrinxerat, id quod voverat cum religione esset, præstandum, usque dum ritè voto solveretur. Quod ex lege interdum, ubi filia aut uxor voverat à patre aut à Marito fiebat; atque à Magistris, quibuscum [d] de re ardua nimis, temerariâ seu infelici quæ in votum venerat, interdum consulebatur, simile fieri aliis ex more fas erat. Alioquin etiamsi quis voto ipsis legis sacræ præscriptis velut phylacteriorum usu, scenopegiorum ritibus, id genus aliis sibi interdixerat, ab eis omnino abstinendum fuisse volunt; Pœnâ insuper verberum violationi voti adjecta. Quod tamen in juramentis non obtinuit. Atque hoc docent inter Votum & Juramentum discrimen. Irritum fuisse Juramentum, si quis jurasset se non usurum phylacteriis, aut scenopegia, id genus alia, non observaturum. Quod si quis Voto hisce renuntiasset, tantum abfuisse ut irritum esset votum, ut etiam non impune violandum. Discriminis ratio redditur [e], שהנשבע אוסר עצמו ער"י דבר שנשבע עליו והנודר אוסר הדבר הנדוש עד"י עצמו *quoniam juramento obstrictus ipse sibi interdixit re uti de qua juravit, voti autem damnans ipsam rem, de qua votum concepit, sibi fecit illicitam.* Sensus est, juramento ejusmodi jurantem se obstringere quidem ipsum (quantum in se est) ne id faciat quod in præceptis accepit, Id quod ipsum obligare merito nolunt. Voventem autem, rei ipsius, quæ in votum venit, naturam ita commutare, ut ea imposterum, pro voti ratione, sit planè abstinendum, ne contra legem committatur, qua Vota cum religione solvenda præstandaque.

[b] Deut. 23. 23.

[c] Num. 30. 3. Sidefis Mos. Mikot. Prov. affirm. 144.

[d] Maimon. hal. Nidarim cap. 4.

[e] Mischna & Gem. Babil. Gloss. ad tit. Nidarim c. 4. fol. 16 a & Maimonid. hal. Nidarim cap. 3. Conf. Hieroſolym. ibid. fol. 37.

rem sanè ipsam palàm didicerat ex Ebræorum disciplina S. Hie-
o *Epist. 17. ad Agerachiã.* ronymus, cui o dicitur illud in Evangelio *inopiam parentum cassa adulatione frustrari. Et Corban*, inquit, *hoc est donum quod altari pollicitus sum & in Templi dona promisi, si tu à me acceperis cibos, vertetur in tuum refrigerium. Atq; ita fiebat ut egentibus patre & matre sacrificium offerent filii quod Sacerdotes scribaq; consumerent.* Alibique plu-
o *Ad D. Matth. cap. 15.* ra ille p eundem in sensum. Allatâ verò jam antè notione Corban, eos qui ex voto ad sacra ministeria se obligarant, ita Josepho q dictos nullus dubito. Ex voto scilicet Numini sacratos.
c *Archæolog. lib. 4. cap. 4. de quibus Levit. 27. 2. &.* Quoniam autem tanta vis erat formulæ, cui vocabulum illud adhiberi, uti & interdum alia quæ huc non spectant, solebat, ut obligatio quæ rescindi nequiret plerunque inde oriretur, ideo etiam videtur τὸ Κορβᾶν in Tyriorum legibus pro Judæorum Sacramento sumi, qua de re ex Theophrasto idem Josephus r. Et magnam
r *Contra Appionem lib. 1.* Voti ac Sacramenti esse cognationem nemini non manifestum est. Quod verò alitèr, idque ex Josephi, de obligatis ad sacra Ministeria Korban dictis, loco duntaxat atque ex eorum occupationibus vacationibusque traditionem de Honore parentibus minuendo à Christo damnatam interpretatur vir sanè eruditissi-
s *Samuel Petitus. Variar. Lection. lib. 1. cap. 4.* mus s, nec assensum præbere omninò queo nec rationem, quam adfert, heic admittere. Interpretationes illas, quibus Κορβᾶν de iis, quæ parentibus alendis impendi possent, sumitur, repugnare vult legibus παρὸ παραδόσεις Judæorum. *Quoniam nulla*, ut ait ipse, *si poterant exceptione tueri, quin alendi essent parentes. Cogebantur enim inviti. Hæc enim est regula juris Judæorum* הבן חון את האב *cogitur Filius alere parentem.* At verò ad scenopegiorum observationem, phylacteriorum, aliorum, cogebatur itidem qui præcepto esset inobsequens, quod tamen intelligendum, juxta ea quæ superiùs afferuntur, ubi ex voto præcedente res ipsa non haberetur voventi illicita. Nam tantum tunc aberat, ut cogerent, ut nec contra votum quid præstari per-
t *Cap. 7. 11.* mitterent. Unde & illud apud D. Marcum t καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, *& ultra non permittis eum quicquam facere patri suo aut matri suæ.* Perpetuò nempè voto (sic volebant) obstrictum, usque dum ejus nexu, ex moribus receptis atque circumstantiis insequentibus, interpretatione à Magistro aliquo seu legis perito adhibitâ, solveretur. Quæ verba et-

ba etiam D. Marci argumento ſunt, locum heic habere nequiiſſe, ſive vacationes ſive occupationes illa τῆς λειτυργίας ſeu *ſacri miniſterii*. Nam ita obſtrictus pro ſuo libitu, miniſterio ſaltem non occupatus, id parentibus præſtare Honoris nomine potuiſſet, quod nec impunè præſtari permittere, ob voti vim, volebant qui ſic Traditione ſua ſimplicem præcepti Divini ſenſum perperàm commutarant. Sed ad Noachidarum præcepta Minora ſeu Obſcuriora cetera redimus.

Cap. III.

De Heterogeneorum *uſu*, Fratriæ *ubi frater ſine prole obierat*, Connubio, Caſtratione, *aliis obſcurioribus, quæ, juxta nonnullos Ebræorum, ad Noachidas attinerent.*

QVod habet Philo contra rerum diverſarum ſpecierum commixtionem, veluti Naturæ adverſam, adeoque à nemine non evitandam, à Talmudicis, diſtinctione adhibitâ, fortè firmari videatur. Verba ejus ſunt u, τὰ μὲν ὁμογλῶ πίφυκεν εἰς κοινωνίαν ἐπεὶ καὶ ὅσα ἑτερογλῶ κεῖται τἀναντίον ἄμικτα καὶ ἀκοινώνητα ὅις μηχανώμενος ἀνθίστησι ὁμιλίας, ἄδικος ὁ νόμος φύσεως αἰσχρᾶς. *Quæ ſub eandem cadunt ſpeciem, in conſociationem nata ſunt; cum interea quæ diverſa invicem ſunt ſpecie, è contrà non miſta ſint nec communione conjuncta, quæ ſi quis conjunctione nefaria commiſceat, is ſane Naturæ jus contra juſtitiam* (quantum in ſe eſt) *è medio tollit.* Et Joſephus x, dum legem de Heterogeneis ſacram ſuo more tradit, rationem adjicit, ὁ γὰρ τῶν ἀνομοίων κοινωνίαν χαίρειν τοῖς θέσμοις *Naturam enim communionem diſſimilium abhorrere.* Heterogenea hujusmodi uno nomine כלאים dicuntur, ubi interdictum de eis ſacrum y occurrit. Eo autem quadruplicem heterogeneorum commixtionem vetari ajunt Talmudici. Lanæ & Lini in veſtibus, Seminum diverſi generis in eadem agri parte, Anima-

u *Lib. de creatione Principis.*

x *Archæolog. 4. cap. 4.*

y *Lev. 19. 19.*

Cap. I.

De capite Juris *Noachidarum seu* Naturalis Septimo, *seu* Membri animalis viventis *esu*. *Et de* esu Sanguinis. *Discrimen inter* Pecorum, Ferarum, Volucrum Sanguinem, *atq;* Piscium, Locustarum *id genus aliorum*; *item* Humanum. Mahumedanorum, *de* Sanguinis esu, *scitu*.

Extum juris Noachidarum caput Illustrius, quod de Judiciis est, atque juxta enumerationem ex Talmudicis aliquot, sub libri primi extremum allatam, proximum interdicto de Furto deberet locum ordinis habere, septimum in tractatione nostra fore maluimus, id est, ultimum loco, sed dignitate civili supremum, & seorsim post omnia non solùm quæ itidem sunt Illustriora, sed etiam quæ sunt Minora atque obscuriora (pro divisione ibi etiam memoratâ) exhibendum Quippe quæ omnia veluti materies sunt in quam hujusce exercendum imperium; unde etiam primum locum, idque meritissimo pro dignitate civili habet in Gemara a Babylonia. Quod igitur in enumeratione illa Septimum est, heic sextum locum occupet, nempe על אבר מן החי *interdictum de membro animalis viventis*, quo crudelitas immanis in animalia cetera vetatur. Hoc verò ita scriptis memorat Moses; *Omne* b *quod se movet & vivit erit vobis in escam, Quasi virentem herbam dedi vobis omnia* אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו *at carnem in* seu *cum anima sua* (sic verbum verbo reddendum) *sanguine suo non comedetis.* Helleniſtæ ibi, πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς ἀ Φάγεσθε *at carnem in sanguine anima non comedetis.* Aquila, πλὴν κρέας ἐν ψυχῇ αὐτοῦ αἷμα αὐτοῦ *sed carnem in anima sua sanguinem ejus* non comedetis. Symmachus, πλὴν κρέας ὃ σὼ ψυχῇ αἷμα αὐτοῦ *sed carnem cujus sanguis cum vita est*, non comedetis. Vulgata *excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.* Onkelos & Judæi Mauritanienses premunt vestigia sermonis Ebraici uti alii fere ex recentioribus. Sed R. Saadias Gaon *carnem non comedes in sanguine suo*, فانه لنفسه *cum is sit anima* seu *vita ejus.* Apud Josephum autem verborum de carnis omnimodæ esu Noachidis permisso sacrorum paraphrasis ejusmodi est c, ut eos διατίτας ἀπαίτων

a *Ad tit.* Sanhedrin *c.7. fol.56.4.*

b *Genes.9 3. & 4.*

c *Archaol. l. cap. 4.*

ἁπάντων *Dominos omnium* animalium feciſſe aiat Numen adjiciatque χωρὶς αἵματος. ἐν τούτῳ γὰρ ἐστὶν ἡ ψυχὴ *absque ſanguine. Nam in hoc inest anima*; ſeu vita. Nam & animam pro vita accipi non raro nemo neſcit; ut cum Juriſconſulti Cæſarei ſubinde vocant ultimum ſupplicium animæ amiſſionem. Et ſimilia de Sangvine non ſemel in ſacris, quæ Ebræis propriæ, legibus [d] occurrunt, quibus eis in mactationibus omnimodis (præter Piſcium, Locuſtarum, id genus aliorum, quæ lege de ſangvinis effuſione contineri nolunt, ut ſtatim oſtendetur) effuſio ſanguinis præcipitur, ejusque eſus ita interdicitur, ut obſervent eisdem verbis firmari præceptum quo ſceleſtiſſimum illud idololatriæ genus Molocho filios immolandi, atque illud quo Eſus ſangvinis vetatur, nec in tertio aliquo præcepto ea verba reperiri. De comedente ſangvinem, inquit Maimonides [e] *dixit Deus: Ponam faciem meam in Comedentem ſangvinem eodem modo quo de illo qui filium ſuum Molocho immolat, ponam faciem meam in virum illum. Neque occurrit hæc ratio loquendi in tertio aliquo præcepto præter iſta duo de Idololatria & comeſtione ſangvinis, quia illius comeſtio ad ſpeciem aliquam Idololatriæ, Dæmonum videlicet cultum, anſam & occaſionem præbebat.* Et qualis ejuſce olim in Zabiorum, id eſt, idolorum cultui deditorum, ritibus uſus eſſet, ipſe ibidem fuſius ex Orientalium libris explicat; unde & interdicti rationem petit. Jam vero de animalium Sanguine diſtinguunt Ebræi, mores ſuos avitos explicantes. Ejus genus heic triplex; Pecorum, Ferarum & volucrum mundorum. Primum eſt; Nam immundorum ſanguis, ut caro erat illicitus. Piſcium mundorum, Locuſtarum, id genus aliorum, Secundum; Hominis demum Tertium. Pœna item, in ſacris literis, Exciſionis (id eſt כרת [f]) eſui ſanguinis Spontaneo præſtituitur, ſed ita ut alias [g], ſine illa pœna, eſus ejusdem generatim interdicatur. Unde & de Pœna heic etiam diſtinguunt. Primi generis ſangvinem ex lege ſacrâ omnino vetitum volunt. Sed ita ut pœna Exciſionis non ſequeretur, niſi aut tunc comederet aut deglutiret quis Sangvinem, dum effunderetur aut fuſius exiliret, aut Sangvinem alium שהנפש יוצאה בו *quocum exiret anima* aut *vita*, Verba ſunt [h]; אין חייבין כרת אלא על דם היוצא בשעת שחיטה

[d] *Lev. 17. 13. & 14. Deuter. 12. 23.*

[e] More Nebochim. *lib. 3. cap. 76.*

[f] *Lev. 17. 14.*
[g] *Ibid. 30 ult. Deut 12. 23.*
[h] *Maimon. halach.* Maccaloth Iſuroth *cap. 6. Moſes Mikotzi. Prac. Negat. 137. Talmud. tit.* Cerithoth. *cap. 5.*

Digitized by Google

שחיטה ונחירה או ההורג הואש כל זמן שישבו ארמות ת
ועל הדם הכנוס בתוך הלב ועל דם הקורא כל זמן
שהוא מקלח ויוצא אבל הדם השותת בתולת הקורא
קודם שיתחיל לקלח ודם השותת בסוף הקורא קודם
שיתחיל הדם לפסוק אין חייבין עליו והרי הוא כדם האיברים
שדם הקרוח הוא הדם שהנפש יוצאה בו *Pœna excisionis locum tantum habuit, ubi quis deglutiret sanguinem exsilientem in ipso mactationis tempore, & sanguinem narium & capitis ampuratæ quamdiu rubedinem suam retineret, aut sanguinem qui interiora cordis occuparet, aut sanguinem emissum dum effusus est & uberius exibat. At vero si quis biberet in ipso initio emissionis aut destillationis, antequam incipiat fusiùs exilire, aut in emissionis fine tametsi prius quam effusio plane desineret, Pœna excisionis non secuta est. Nam sanguis hujusmodi, velut membrorum sanguis est. Sanguis autem in lege illa* (qua excisionis pœna continetur) *non alius intelligitur præter illum quocum ipsa anima* seu *vita exiret.* At vero inquiunt, דם התמצית ודם האיברין כגון דם הפחול
ודם הכליות ודם ביצים ודם המתנכס ללב בשעת
שחיטה ודם הנמצא בכבד אין חייבין עליו כרת אבל
האוכל ממנו כזית לוקה שנאמר וכל דם לא תאכלו
ובחוב כרת הוא אומר כי נפש הבשר בדם הוא אינו חייב
כרת אלא על הדם שהנפש יוצאה בו *Ob sanguinem exsuctum, aut Sanguinem membrorum qualia lien, renes, testiculi, aut sanguinem qui tempore ipso mactationis recurrisset ad cor, aut sanguinem jecore repertum, excisionis pœna non imminebat. At interea quisquis ex hujusmodi sanguine, quanta oliva est, comederet vapulabat. Idque ex lege sacra. Nam & scriptum est* i *simpliciter, Nullum sanguinem comedetis.* Nullum scilicet ejusmodi animalium. *At ubi* k *pœna excisionis, adjicitur, quoniam vita carnis in sanguine est. Vnde fit ut non ob alium sanguinem præter eum quocum exiit anima* seu *vita, pœna excisionis debita.* Illud כזית seu *quanta oliva est*, velut mensura solennis adhiberi solet ubi de pœna ob comestionem illicitam (quæ apud Ebræos ipsos perquam multiplex) verba fiunt. Uti & שוה פרוטה nummuli seu protæ valor, ubi de furto, quod & libro superiori ostenditur.

Levit. 3 vii.

Deut. 12. 23.

Lev. 17. 14.

ditur. Quorum neutrum ad Noachidas seu Gentiles attinere voluit. Unde & aiunt לא נתנו השיערין אלא לישראל *mensura l hujusmodi non dantur nisi Ismelitis.* Genus sangvinis heic secundum, seu Piscium mundorum, locustarum, id genus aliorum, bibere aut comedere quacunque ratione ex lege ipsa fas habuere. Uti etiam & Humanum, quem tamen prohibuere Sapientes seu scribæ, id est quibus juris superinducendi permissa potestas. Sic enim aiunt; רבים האדם אסור מדברי סופרים אם פרוש ומכין עליו מכת מרדות אבל דם השונים בולעו ואינו נמנע *Ex scribarum scitis vetitum est sangvis humanus, à corpore scilicet sepanitus; & ob violationem hujus scribarum interdicti, irroganda erat verberum contumácia debitorum pœna. At vero sangvinem dentium* (è gingivis destillare solitum) *deglutire omnino fas.* Nondum enim pro separato ab homine, habitus. Ritus etiam שחיטה *mactationis* in esum & epulas eorumque apices subtiliores à m Mose deductos tradunt, juxta quos animalia illa quorum sangvis illicitus, in esum mactanda, sanguisque eorum emittendus, idque secundum præceptum n sacrum generatim de Mactatione traditum. Eandem autem esse carnis morticinæ, suffocati animalis, id genus aliorum, cum carne unde sangvis nondum est omnino emissus, rationem nemo non videt. Ita scilicet de ipsis Ebræis, obtinuit. Ceterum quod ad Noachidas heic seu gentes ceteres attinet, quibus proprium illud è Genesi jam allatum est interdictum, binæ fuere apud Ebræos o sententiæ. Altera, interdicto eo illis vetitum fuisse tantummodo sive membrum sive carnem ab animali vivente discerptam exsectamve, veluti agnorum, vitulorum, testiculos exsectos aliaque id genus qualiacunque. Atque membrorum hujusmodi esum בכל שהוא *quantulumcunque fuerit,* Noachidis interdictum. Neque enim olivæ aut alius cujusquam mensuræ temperamentum eis heic assignatur, ut Israelitis; quemadmodum dictum est. Atque hæc sane sententia, qua sanguinis esus Noachidis satis permissus seu qua מותר הדם הוא מן החי *fas esse decernitur eis esum sangvinis etiam animalis viventis.* plerunque prævaluit & receptissima est p. Interdicti autem sic intellecti rationem affert Maimonides q ex Orientalium libris, eamque ait fuisse (præter eam quæ de crudelita-

l *Maimonid. halach. Melakim cap. 9.*

m *Maimonides hal. Shecira c. 1. Mosi Mikotzi Præ-affirm. 63.*

n *Deut. 12. 21.*

o *Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol 59. a. & Gemar. tit.* Zebachim *cap. 14. fol. 116a.*

p *Gem. Bab. ad tit.* Sanhedrin *cap. 7. fol. 59 a. ad tit.* Cholin *cap. 7. fol 161. & 102. Maimonid. hal. Melakim c. 9. & Mikot. prac. affirm. 112.*

q More Nebochim. *part. 3. cap. 48.*

te nemini non obvia est; nisi ubi exsecantur, quorum exsectio animalibus alendis prosit) וגם מלכי הגוים שכן הוי עשים אן לעבורת זרח היו עושים כן רוצח לומר שהיו חותכין מן הבהמח אבר ידוע ואוכלים אותו *quoniam ita eo seculo facere solebant Reges Gentium; etiam Idololatriæ causâ, ita faciebant. Scilicet animali abscindebant membrum aliquod, atque illud comedebant.* Certe in Europæorum Omophagiis seu festis crudivoris, ejusmodi quid adhibitum esse, ni fallor, memoratur. *Bacchanalia*, inquit Arnobius [r], *prætermittamus immania, quibus nomen Omophagiis Græcum est. In quibus furore mentito, & sequestratæ pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atq; ut vos plenos Dei Numine ac Majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Qua de re vide etiam Clementem Alexandrinum in Protreptico, Sixtum Empiricum in Pyrrhoniis hypotyposibus [s], alios. Altera vero sententia, etiam Sangvinis (qualem jam diximus Israelitis ex lege sacra illicitum, non alius) esus cunctis hominibus interdictus habebatur [t]. Ita Rabbi Chanania Ben Gamaliel, seu Gamla, ita aliquot alii. Et tum de membro seu parte animalis viventis, tum de sangvine, qua eorum interdicta Noachidas seu universum genus humanum attinent, consulas caput integrum de אבר מן החי *Membro animalis viventis* in *Halacoth gedaloth* [u]. Prætereundem autem non est, haberi in lege sacra quod haud parum stare videtur pro sententia priori. Lex est [x], *Non comedetis* נבלח כל *morticinium ullum, sed* לגר *peregrino* seu *Proselyto qui intra portas tuas est, dabis illud ut comedat ipsum* seu *& comedet ipsum, aut vendas ipsum alieno, quia tu populus es sanctus Domino Deo tuo.* Quod intelligitur tum apud Magistros tum ab Onkelo in paraphrasi Chaldaica de Proselyto Domicilii seu incircumciso, quem & inde נבילות אוכל *morticinia comedentem*, seu *eum cui nefas non esset morticinia comedere* nuncupabant [y], uti ante etiam monuimus. Sangvinem igitur Morticinii seu suffocati, id est non effusum, ex Noachidarum jure permissum agnoscere videntur, nisi velis eos sensisse ipsum ex suffocato etiam seu morticinio sanguinem prius exprimendum fuisse quam sic comederetur. Certe & Mahumedes prohibuit [z] esum والمتدية ولحم الخزير *& sangvinis & Morticinii*,

r Adversus Gentes lib. 5.

s Lib. 3. cap. 25.

t Gem. Bab. ad tit. Sanhed. cap. 7. fol. 56a. & 59a.

u Fol. 137b.

x Deut. 14. 21.

y Gloss. Talm. ad tit. Erakin cap. 7. fol. 29 a.

z Alcoran. Azoar 5. 5. & 6. Lat. Cod. 6. 12. & 16. & Abugiafar Historia Saracenic. lib. 1. cap. 1.

Digitized by Google

ſicinii, uti & carnem porcinam. Uti etiam المخنقة والموقوذة والمتردية والنطيحة وما لكل السبع *ſuffocati, verberibus occiſi* (ita interpretatur Mahumedes Ben Achmed paraphraſtes, quod alii combuſtum vertunt) *item occiſi caſu ſeu cornu & ejus cujus partem aliquam devoraverat fera.* Extra ſcilicet cauſam neceſsitatis quà hæc comedere permiſit; quemadmodum etiam ex receptis apud Ebræos [a] moribus cibi hujusmodi aliàs interdicti permittebantur militibus ubi licitos locus non ſuppeditaret. Et Jacobus Bleda de Mahumedanis qui olim in Hiſpania; *Moriſchi hujus regni*, inquit [b], nimirum Valentiæ, *& reliqui Hiſpaniæ non comedunt ſanguinem, carnes ſuffocatas, morticinas nec morſas ab aliquo animali, putantes id peccatii eſſe ob reverentiam ſuæ ſectæ peßimæ quæ id vetat in Alcorano, & vocant eas carnes Arabicè Halgharabam* (الحرم) id eſt, *maledictas & probibitas.* Avicenna [c] autem Medicus, ſuperſtitionis Mahumedicæ aliàs tenaciſſimus, haud pauca habet de ſanguinis ſive eſu ſive potu, morbis ſcilicet aliquot curandis, ubi nec prophetæ ſui interdictum omninò memorat. Forſan in Medicinæ ratione vim ſuam interdictum non habere voluit. Advertendum autem, Talmudicos dum interdictum hoc de membro animalis viventis (ſeu, ut volunt aliqui, de ſanguine) Noachidis ipſis velut primò datum memorant, Ada recentius intereà non omninò, ſi rem ſpectes, facere. Sed exceptionem tantùm faciunt adjectam indultui ejus quòd nec Adæ [d] nec poſteris ante Noachum permiſſum eſt. Id eſt eſus carnium. Nam ex eo quod habetur in Geneſis initio; *Et dixit Deus, ecce dedi vobis omnem herbam ſeminantem ſemen, quæ eſt in ſuperficie univerſæ terræ, & omnem arborem in qua eſt fructus arboris & quæ ſemen ſeminet, in eſcam*, & ex illo quod de Noachidis poſtea [e] legitur, *Omne quod ſe movet & vivit, erit vobis in eſcam &c.* Excepto, ut ante dictum eſt, ſanguine; ex his, inquam, ut & Chriſtiani ſcriptores non pauci, docent carnium eſum Adæ non permiſſum, nedum membri animalis viventis. Noachidis verò indultum ſeu permiſſum, ut oſtenſum eſt, eſum carnium, excepto membro animalis viventis (ſeu, juxta ſententiam illam alteram, ſanguine) quod comedere, inquiunt, nunquam non illicitum. Joſephus Albo [f] ad veterum Talmudicorum mentem; בתחילה נצטוה אדם הראשון

a *Maimonid halach.* Melakim *cap. 8.*
b *Defenſio Fidei in cauſa Moriſchorũ cap. 8.*
c *Canon. lib. 2. tract. 2. cap. 60.*
d *Vide* Ajin Iſrael *part. 2. fol. 3. col 4.* & Bereſith Rabba *parash. 38. fol. 38. col 2.*
e *Geneſ. 9. 3*
f Sepherika, rim *part. 3. p. 14.*

הראשון בקצת מצוות שנתנו בהן האנשים לפי קבלת ח"ל עד נח
ולנח חתיר אכילת בעלי חיים שהיה אסור לאדם הראשון כי
בתחילה לא התיר להם אכילת בעלי חיים אלא אכילת
הצמחים בלבד וגו' ואחר כך התיר אכילת הבעלי חיים לנח

In principio Precepta quedam data ſunt primis parentibus, quibus uſi ſunt homines uſq; ad Noachum, juxta Traditionem Rabbinorum noſtrorum pia memoriæ. Noacho verò permiſſus eſt uſus animalium, qui Adæ interdictus eſt. Nam in initiis non permiſſus eſt homini eſus animalium, ſed tantùm eſus eorum quæ è terra germinant, ſeu fructuum è terra naſcentium tantùm &c. & poſteà Noacho permiſſus eſt eſus animalium, adeoque (ſic puto volunt) eorum quæ animalium ſunt fructus, veluti ovorum & lactis. Nam nec illa antè video, juxta ipſos, permiſſa, utpote quæ animalium propagationi inſervirent. Nec ſanè ſangvinem piſcis ullius immundi comedere ſibi fas fuiſſe docent g, quoniam inter ſanguinem eorum, ac carnem, quoad interdictum de immunditie, diſcrimen nullum. Rationes autem addunt illius Noachidis permiſſionis. Quoniam ajunt alii h, in rerum initiis fructus arborum, agrorum, ſatorum aliarumque rerum è terra creſcentium ex ipſa creatione uberes fuere, unde commodiſſimè nutriri poſſent homines. Nec aliter ſe res usque ad Diluvium habuit. Statim autem poſt Diluvium ob rerum ejusmodi inde inopiam, neceſſarium fuiſſe hoc indultum ne fame aliter hominis tunc periiſſent. Alii rationem petunt, ex eo quòd fructus terræ poſt Diluvium pejores multò quam antè. Alii aliter. Qua de re conſulas commentarios Rabbinicos ad Geneſin. Et Conſona jam dictis ſunt ea, quæ de abſtinentia animalium, in ſeculis vetuſtiſſimis, in ſcriptis occurrunt Gentilium. Quale eſt illud Pythagoræ apud Ovidium i.

g *Maimonid halach.* Macaloth Iſuroth *cap.6.*

h *Abarbinel in* Pirush Tora *fol.48. Col. 2,3.*

i *Metamorph 15.*

At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,
Fœtibus arboreis & quas humus educat herbis
Fortunata fuit nec polluit ora cruore.

Conſu-

Conſulas, quæ habentur apud Porphyrium libris περὶ ἀποχῆς, & Plutarchum in Orationibus περὶ σαρκοφαγίας, præter Petri Caſtellani opuſculum de Eſu Carnium, & Theologos ad Geneſim obvios. Sed verò quantũ ad membri animalis viventis attinet; non pariter omnimodò ſe heic volunt Hebræi obſtrictos, ut Noachidas ſeu Gentiles. In univerſum quidem pronuntiant כל שאסור על ישראל משום אבר מן החי אסור על בני נח *Quicquid nomine membri animalis viventis vetitum eſt ſeu illicitum Iſraelitæ, id pariter Noachidi illicitum.* Sed non è contrà. Nam ex ritibus illis Mactationis atque הלכות שחיטה *traditionibus de modo mactandi* in eſum promiſcuum & convivia (non enim de mactatione ſacra heic loquimur) à Moſe deductis, docent, aliquantulum ſic à Numine omnimodi ſemper Juris domino ſupremo) relaxatum fuiſſe ipſis interdictum hoc ut carnem ſeu membrum animalis rite jugulati, ſed adhuc ita motitantis ut in vivis moribundum cenſeretur, diſſectum, nefas interdum non eſſet antequam motitare deſineret, comedere. Moſes Mikotzi [l]; וכ שבני נח חייבין על זה ולא ישראל כגון אבר מן החי מן המטמאה וכנון בחמה שחוטה וכפרכסת אבר ובשר הפורשים ממנה אסורים לבני נח ולא לישראל מפני שאין השחיטה מתרת לבני נח כמו לישראל *At verò ſunt nonnulla quibus violat hoc interdictum Noachides, non item Iſraelita, veluti in membro animalis viventis quod immundum eſt* (nempè immunditiei nomine, non membri animalis viventis reum ibi volunt Iſraelitam) *& ubi pecoris jugulati, ſed adhuc moritantis, caro ſeu membrum aliquod ſeparatum comeditur. Nam Noachidi illud illicitum. Non item Iſraelitæ. Quoniam ſcilicet indultus ex ritu Mactationis ſeu jugulationis ad Noachidas non attinet quemadmodum ad Iſraelitas.* Hoc verò neceſſariò monendum, de membro & carne Pecorum, Ferarum, Volucrũ duntaxat (id eſt animalium, quorum tantùm ſanguinem ex lege ſacra illicitum habuere) non de Piſcium, Locuſtarum, aliorumve id genus animalium, interdictum hoc eos capere. Nam & ſibi ipſis pariter atque humano generi reliquo horum (modo non immunda, quantum ad Iſraelitas, intelligas) eſum ſine mactationis alicujus ritu aut effuſione, etiam planè vivorum, licitum fuiſſe volunt. Verba ſunt [m]; דגים וחגבים אינן צריכים שחיטה אלא אסיפתן היא המתרת איתן הרי הוא אומר הצאן ובקר ישחט להם ומצא להם את כל דגי הים יאסף להם אכיפת דגים

[k] *Maimonid. halach. Melakim cap. 9. Moſ. Mikot, prec. affirm. 111.*

[l] *Loco citato, ſed & ſide Maimonid. halach. Shecita cap. 1.*

[m] *Maimon. hal. Sheejta cap. 3.*

דגים כשחיטת בקר וצאן ובחגבים נאמר אסף החסיל באסיפה
לכדה לפיכך אם סרו מאיליהן בתוך המים מותרים ומותר לאכלן
חיים *Non opus eſt ut adhibeantur ritus mactationis Piſcibus & Locuſtis.*
Ceterùm collectio eorum tantùm licitos eos facit. Nam & dixit
n Num.11.22. *Moſes, Nunquid* n *oves & boves mactabuntur pro eis, qui ſuffi-*
ciant eis? Vel omnes piſces Maris colligentur pro eis? Collectio ſeu *con-*
gregatio, ipſa captura, *piſcium, velut mactatio* (ad quam ritus attinuere, ut dictum eſt, perquàm ſingulares) *boum & pecorum. Alibi*
o Iſaiæ 33.4. *item collectio locuſtarum memoratur, ut in Prophetis* o, *ut quæ ſola ſuffice-*
ret. Unde etiam, tametſi, ex ſe morerentur in aquis, liciti erant (piſces) *quos etiam vivos comedere* (ut oſtrea ſolemus) *licuit.* Parilem autem heic volucrum & Pecorum rationem fuiſſe ex ipſis le-
p Leviticæ 17. 13. gis ſacræ p Verbis eliciunt.

Cap. II.

De Minoribus *ſeu* Obſcurioribus Juris Naturalis, *juxta Ebræos*, capitibus. *Et de* Parentum honore, *atq; ejusce interpretamentis quibus ei derogatum ibant. De loco illo Evangelii illuſtri*, Corban (quod eſt donum) quodcunque ex me tibi profuerit. *Mira* de Votis diſciplina.

Minorum ſeu Obſcuriorum juris Noachidarum ſeu Gentium capitum (quæ antequam ad Judiciorum Caput deveniamus, exhibere non immeritò viſum eſt) neque numerus certus eſt, neque adeò certæ ſemper de eis receptæ ſententiæ. Horum autem Genus eſt Duplex; alterum eorum quæ Majoribus atque Illuſtrioribus veluti ſive prævia atque antecedentia ſive neceſſariò conſequentia commiſcentur, quemadmodum Multiplicationis generis humani & Contractus matrimonialis jura cum præcepto de revelatione Turpitudinum, Dominii atque Obligationis Permiſſionisque circa illud verſantis jus in Furti Interdicto. Pœnarum modus in Judiciis (de quibus mox) & quæ ſunt ejusmodi cetera ſuperiùs plerunque ſuis locis explicata, & Talmudicis uno nomine אבוריתא q *appendices eorum*, id eſt, ſeptem illuſtriorum

q *Rabba in Gem. Bab. ad tit.* Sanhed. *cap. 8. f. 74b. Sal. Larchibi & Baal.* Aruch *in* אבר

luſtriorum ſeu כרת מיתי ושויך לאותן ז' מצורת *quicquid neceſſario Septem illis præceptis inſuper continetur*, quod Galliçè, pro ſuo more, exprimit Salomon Jarchius per לור אפרטנמנט *Leur apertenement*. Accedat etiam illud de Cultu à Noachide Numini exhibendo ſecundum ea quæ de eo diximus libro tertio, uti & conſequens de Judicio divino perſuaſio, juxta ea quæ mox capite dicemus quarto. Nam tametſi nihil quidem præceptis ſeu obligationibus illis illuſtrius; quà ſive objectum ſive finem reſpicis; nihilominus quoniam neque in ipſa Proſelytorum Domicilii profeſſione exigebantur, neque in Judiciis quibus in ditione Iſraelitica coercebantur Gentiles, eorum uſus erat, inter Obſcuriora locum non immerito ſortiuntur. Alterum genus eorum eſt quæ univerſis quidem obſervari volebant aliqui. In hiſce eſt illud de Parentibus honorandis, quod cum pars Decalogi ſit, inter Jura Naturalia enumeratur à Philone r Judæo. Et inter homines qui humanitate exutâ in ferinam migrarunt naturam, ferre ait ille τὰς τῶν ἀγενῶν πρωτοπείρους τῶν τοὺς γονέων ἀλογοῦντας *primas ejuſmodi feritatis, eos qui parentes negligunt*, atque ob inhumanitatem impietatemque tam Deo quam hominibus eſſe genus inviſiſſimum. Atque inter ea quæ נתפרכמו בכל אומות *publicata ſunt inter omnes gentes*, ſeu quæ jura ſunt totius generis Humani, diſertè enumerat Parentum Honorem Rabbi Aben s Tybbon. Quin ante Decalogum divinitus in Tabulis acceptum, hoc de parentibus honorandis cum aliis aliquot, præter ſeptenarium Juris Noachidarum capitum numerum accepiſſe Ebræos, ex eorum commentariis ſupra t memoratur. Sibi nempe inprimis & modo tunc præſcripto obſervandum. Nam ut obſervarent alii, non Pœnâ civili omnino adigebant ſed tantum ſuadebant. Ex civili autem ſibi ſeu ſacra lege monent tum de כבוד *honore* tum de מורא *timore* ſeu reverentia u Parentum. Et de utroque ad hunc modum x; איזהו מורא ואיזהו כבוד מורא לא עומד במקלו ולא יושב במקומו ולא סותר את דבריו ולא מכריע את דבריו ולא יקרא אותו בשמו לא בחוץ לא במיתו אלא אומר אבא מרי

r *Lib. de Decalog.*

s *In* Ruach hachen *cap. 3. & 6.*

t *Lib. 1. cap. ult. p. 123.*

u *Levit. 19. 3.*

x *Maimon. hal.* Memarim *c. 6. Mikoez. Prac. affirm. 113. Ita Gemar. Bab. ad tit.* Kidoſchim *cap. 1. fol. 31 b. Gem Hieroſolym. ad t.* Pea *cap. 1. f. 15. col. 4.*

Discrimen inter Honorem & Timorem seu *Reverentiam patris hujusmodi est, ut ex reverentia filius non stet in loco ejus* seu *locum ei assuetum stando occupet, nec in loco ei assueto sedeat, nec sententiæ ejus refragetur, nec eam refutet, nec eum nomine suo appellet, sive superstitem sive mortuum* y, *sed ad hunc modum loquatur, Abba* seu *Pater Dominus meus.* De Honore vero sic; איזהו כבוד מאכל ומשקה מלבוש ומכסה משל אב ואם אין מכין לראב ויש מכין לבן כופין אותו הן אביו ואמן כפי מה שהוא יכול *Honor in eo consistit ut cibum & potum ei subministret filius uti & vestitum, ex eo scilicet quod Patris est seu ex bonis paternis, quibus si careret, cogendus erat filius; si ipsi bona essent, ut utrunque aleret parentem, in quantum posset.* Nec fas habebant filio dicere patri, illum præceptum aliquod violasse, tametsi palam violaret; sed modestius tantum de lege, quam violarat, interrogare. לא יאמר לו אבא עברת על דברי תורה אלא יאמר לו אבא כתוב בתורה כך וכך כאילו שואל ממנו ולא כמזהירו *Non dicendum ei erat, Abba* seu *pater, transgrederis verba legis, sed dicendum erat ei, scriptum est in lege sic vel sic, idque perinde ac si ea de re eum consuleret seu interrogaret, non ac si commoneret.* In Honore autem exhibendo præferendus erat matri pater; in timore seu reverentia patri mater. Ratio additur, ללמד ששניהם שוים בין למורא בין לכבוד *ut inde parilis utriusque dignitas cognosceretur, dum tam Reverentiam quam Honorem intuemur.* At vero insignes fuere Derogationes, quibus vim seu effectum præcepti hujus ita minuebant Ebræorum Magistri, ut mirum sit eorum aliquos inter Naturalia jura id nihilominus sic posuisse. Derogationes ex fuere binæ. Altera qua Magistrum seu Præceptorem, à quo Legem ejusque Misnam, δόσιν seu *explicationem* quis didicisset, parentibus in honore exhibendo præferebant. Cujus rei specimen non obscurum habetur, ubi de captivis redimendis superius agitur. Et occurrunt ejusmodi alia, ubi de Magistro Honorando, sublevando, observando præ patre, disciplina ab eis traditur. Altera heic derogatio est illa à Domino Servatore in Evangeliis damnata. *Vos autem dicitis si dixeris homo patri aut matri* κορβᾶν, ὅ ἐστι δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς *Korban, quod est donum quodcunque ex me tibi profuerit; & ultra non permittetis eum quicquam facere patri suo aut matri suæ, rescindentes verbum Dei per Traditionem vestram quam tradidistis;*

y *Vide supra lib. 6. cap. 9. pag. 716.*

z *Gem. Hierosolym. ad t. Horaioth cap. 3. fol. 48. col. 2. Maimonid. hal. Talmud Thora cap. 5.*

a *Marc. 7. 11. & D. Matth. 15. 5.*

& similia

& similia hujusmodi multa facitis. Quod quidem à Doctissimis viris quamplurimis tactum, à pauciſſimis ſatis explicatum aut intellectum ſatis videtur. Ad vovendi ritus rem pertinere, dubitandum non eſt. Ea autem ita ſe habuit. De Votis, ad hunc modum, Lex ſacra [b]; *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere illud, alioquin requirendo requiret illud Dominus Deus tuus à te, & erit in peccatum. Quod egreſſum eſt de Labiis tuis obſervabis & facies, ſicut voviſti Domino Deo tuo voluntarie, & ſicut loquutus es ore tuo.* Atque aliæ ſunt ea de re Leges [c], Vota autem aut in Oblationibus Numini dicandis ſive victimarum, ſive frugum ſive opum qualiumcunque, aut in abſtinentia ſeu actu aliquo alio futuro verſabatur. Adeo ut ei, qui ſe alterutro genere obſtrinxerat, id quod voverat cum religione eſſet, præſtandum, usque dum ritè voto ſolveretur. Quod ex lege interdum, ubi filia aut uxor voverat à patre aut à Marito fiebat; atque à Magiſtris, quibuscum [d] de re ardua nimis, temeriâ ſeu infelici quæ in votum venerat, interdum conſulebatur, ſimile fieri aliis ex more fas erat. Alioquin etiamſi quis voto ipſis legis ſacræ præſcriptis velut phylacteriorum uſu, ſcenopegiorum ritibus, id genus aliis ſibi interdixerat, ab eis omnino abſtinendum fuiſſe volunt; Pœnâ inſuper verberum violationi voti adjecta. Quod tamen in juramentis non obtinuit. Atque hoc docent inter Votum & Juramentum diſcrimen. Irritum fuiſſe Juramentum, ſi quis juraſſet ſe non uſurum phylacteriis, aut ſcenopegia, id genus alia, non obſervaturum. Quod ſi quis Voto hiſce renuntiaſſet, tantum abfuiſſe ut irritum eſſet votum, ut etiam non impune violandum. Diſcriminis ratio redditur [e], שהנשבע אוסר עצמו על דבר שנשבע עליו והנודר אוסר הדבר הנדוש על עצמו *quoniam juramento obſtrictus ipſe ſibi interdixit re uti de qua juravit, voti autem damnans ipſam rem, de qua votum concepit, ſibi fecit illicitam.* Senſus eſt, juramento ejusmodi jurantem ſe obſtringere quidem ipſum (quantum in ſe eſt) ne id faciat quod in præceptis accepit, Id quod ipſum obligare merito nolunt. Voventem autem, rei ipſius, quæ in votum venit, naturam ita commutare, ut ea impoſterum, pro voti ratione, ſit plane abſtinendum, ne contra legem committatur, qua Vota cum religione ſolvenda præſtandaque.

[b] Deut. 23. 21.

[c] Num. 30. 3. & ſedeſis Moſ. Mikot. Prov. affirm. 146.

[d] Maimonid. hal. Nidarim cap. 4.

[e] Mišna & Gem. Babil. Gloß ad lit. Nidarim f. 2. fol. 16 a & Maimonid. hal. Nidarim cap. 3. Cett. Hieroſolym. ibid. fol. 37.

Verbi gratia, qui jurarat ſe nec Tabernaculum extructurum, in ſcenopegiis, nec frondes palmarum tunc adhibiturum, id quod ex præcepto [f] faciendum erat, plane jurarat ſe non facturum. Voti autem de ipſis rebus ut diximus expreſſim in votum venientibus, ratio ita ſe habuit, ut ipſæ, ex ipſâ voti vi, interdictæ, utpote res omnino conſecratæ, aliosque in uſus, juxta ſui æſtimationem, eſſent convertendæ. Etenim Formula fere erat; קרבן סוכה שאני עשה לולב שאני נוטל *Corban*, ſeu *Oblatio, ſeu res conſecrata ſit tabernaculum quod ego fecero, item ramus palmæ quem ego ſuſtulero.* Atque inde res ipſa (ſeu ejuſce atque operæ circa illam impendendæ pretium, ſi nondum à vovente poſſideretur, conficeretur vel) in naturam קרבן ſeu *voluntarii ſacrificii* ſeu *Oblationis* tranſiens, præcepto, ex eorum ſententia, velut exuebatur, voti rationi jam tantummodo obnoxia, quo nec exſolvere ſe fas voventi ipſi habebatur; ſeu אינו יכול להפר quod dicere ſolent, idem denotans. Quodcunque aliud ſive frugum ſive fundi, ſive operæ, ſimili formula devovebatur, ita Numini ſacrum ex voto poſtea habitum eſt, ut ex voti duntaxat legibus, non omnino ex aliqua alia, quantum ad ventem attineret, illud pendere exiſtimarent. Unde de Tabernaculo, in exemplo allato, aiunt [g] כן אדם מקדיש סוכתו לשמים *ſic tabernaculum ſuum ſacrum quis Numini facit.* Et ſimiliter de aliis. Jam vero ſi, quid Honoris parentum nomine intelligunt, obſervemus, res fiet manifeſta. Ex lege [k], de כבוד ſeu *Honore* loquuntur & de מורא ſeu *Timore* aut *Reverentia* ut dictum eſt. Et utrunque ita explicat etiam ex veterum mente Salomon Jarchius [i], עיזהו מורא לא ישב במקומו ולא ידבר במקומן ולא יסתור את דבריו ואיזהו כבוד מאביו ומשקין מלכיש ומנעילין מכנס ומוציא *Quinam eſt timor ſeu reverentia huic filii? Non ſedeat in loco Patris, non loquatur in loco ejus, nec verbis ejus contradicat. Et qualenam huic honor exhibendus? Præbeat parentibus cibos ac potum & veſtimenta, calceos induat, introducat atque educat.* De aſſidua obſervantia loquitur. Qui igitur, ad formulam jam dictam, voverat, de rebus quibus parentibus honor exhibendus erat (nimirum cibo, potu ceterisque præſtandis) eas à ſe *Corban* fieri, id eſt, Oblationem ſacram, ita eum obſtrictum volebant eſſe voto ut non ſolum præcepto parentes honorandi ſolveretur (ratione ſuperius allatâ)

[f] *Lev. 23. 40. & 42.*

[g] *Gem. Hieroſolym. ad cit.* Nidarim *cap. 3. fol. 37. col. 2. hal. 2.* Vide etiam *Minam. ib. eod. tit. cap. 6. in aliis codicibus c. 5.*

[k] *Decalog. & Levit. 19. 3.*

[i] *Ad Lev. 19. 3.* & videſis *Druſ. ad Levitici locum, cap. 63.*

allatâ) verùm etiam ut illud obſervare impoſterum fas ei, voto necdum ſoluto, non eſſet. Scilicet quicquid, ante votum, parentibus ex præcepto præſtandum fuiſſet, id univerſum, poſt votum, Numini ſacrum habebatur eique tantum, ſive in opera ac miniſteriis ſive in Oblationibus quæ Honoris Parentis, de quo votum conceptum eſt, æſtimationem æquaret, præſtandum. Si nempè expreſſim ſic voto dicaretur. Aliter, ſi votum tantùm eſſet, ſe nolle deinceps parentem omnino honorare, neque id licuit ex ſimplici ipſius abſtinentiæ futuræ voto, priusquam ſolveretur. Unde & Syrus Evangeliorum interpres, Magiſtrorum ſententiæ formularumque non ignarus, pro verbis illis in Græco ſermone non ita perſpicuis ſubſtituit ... & ... . Utrunq; ſignificat, *Corban meum*, ſeu *oblatio mea ſit quodcunque ex me tibi utile poſſit eſſe*, aut *poſſit prodeſſe*. Quod itidem Talmudicorum phraſi maximè conſonum. Atque hunc eſſe ſenſum loci illius tam veteres patres [k] Chriſtiani, quam recentiorum doctiſſimi [l] clariſſimique ſatis adſtipulantur. Fuſiorem ea de re doctiſſimamque pridem edidit diatribam Ludovicus Capellus, quam in primis conſule. Atque advertas etiam, voto ejusmodi ſimplici quo filius à patre interdiceretur bonis in quæ aliàs ipſe ex lege ſuccedere debuiſſet, exhæredationem adeo legitimam factam eſſe, ut ſucceſſionis jure omnino inde Filius caderet, atque ad nepotes ſive ad fratres (ut facti ſpecies exegit) bona, prætermiſſo filio ita voto damnato, transmitterentur. Sic diſertè Talmudici [m]. Jam dictis perquam ſunt conſona illa Philonis in legum Moſaicarum recenſione [n], *Quemlibet rerum ſuarum dominum niſi ſi eas Deo vel dicatas utcunque vel omninò ſacras eſſe voluerit*, εἰ μὴ λόγῳ μόνον ὑπέσχηται προσπίσει, ψεύσας καὶ θεὸν καὶ ἀνθρώπους, ἀλλ' ὡς ἀναίτιον ἀποπελεῖσθαι; *Nam ſi vel ore tenus ſponſionem ejusmodi aliquam nuncuparit, nihil eorum uti ſeu attingere poterit, ſed omnibus ei continuò interdictum erit.* Item ἐὰν ἀπὸ θυμίᾳ τροφὴν γυναικὸς αὐτὸν ἱερὰν εἶναι, *ſi vir uxoris ſuæ alimenta adeo ſacra eſſe voluerit, alimentis ei ſuis eſſe abſtinendum.* Scilicet conſecrare volentem εἰπόντα πάντων στέρεσθαι *ex ipſa verborum ſuorum vi dominio omnium* (quæ in conſecrationem venerint) *ſpoliari*. Et

[k] *D. Hieron. in D. Matth. c. 15. & Theophylact. ib.*

[l] *Videſis Hugonem Grotium de Iure Pacis & Belli lib. 2. c. 13. §. 7. Io. Cocium in Excerpt. ex Gemar. Sanhedrin pag. 273. m Mina tito Baba Kama cap. 9. Talm. Babylon fol. 109 a. Maimonid. hal. Nidarim c. 5. & ſide Conſtantin. L' Empereur ad Tit. Baba Kama cap. 9. §. 10. pag. 257*

[n] *Apud Euſeb. Præparat. Evangelic. lib. 8. c. 7.*

rem ſanè ipſam palàm didicerat ex Ebræorum diſciplina S. Hie-
o *Epiſt. 17. ad Ageruchiã.* ronymus, cui o dicitur illud in Evangelio *inopiam parentum caſſa adulatione fruſtrari. Et Corban*, inquit, *hoc eſt donum quod altari pollicitus ſum & in Templi dona promiſi, ſi tu à me acceperis cibos, vertetur in tuum refrigerium. Atq; ita fiebat ut egentibus patre & matre ſacrificium offerent filii quod Sacerdotes ſcribæ; conſumerent.* Alibique plura ille p eundem in ſenſum. Allatâ verò jam antè notione ꝙ Cor-
o *Ad D. Matth. cap. 15.* ban, eos qui ex voto ad ſacra miniſteria ſe obligarant, ita Joſe-
p *Archæolog. lib. 4. cap. 4. de quibus Lebit. 27. 2. &.* pho q dictos nullus dubito. Ex voto ſcilicet Numini ſacratos. Quoniam autem tanta vis erat formulæ, cui vocabulum illud adhiberi, uti & interdum alia quæ huc non ſpectant, ſolebat, ut obligatio quæ reſcindi nequiret plerunque inde oriretur, ideo etiam videtur τὸ Κορβᾶν in Tyriorum legibus pro Judæorum Sacramento ſumi, qua de re ex Theophraſto idem Joſephus r. Et magnam
r *Contra Apionem lib. 1.* Voti ac Sacramenti eſſe cognationem nemini non manifeſtum eſt. Quod verò alitèr, idque ex Joſephi, de obligatis ad ſacra Miniſteria Korban dictis, loco duntaxat atque ex eorum occupationibus vacationibusque traditionem de Honore parentibus minuendo à Chriſto damnatam interpretatur vir ſanè eruditiſſimus ſ, nec aſſenſum præbere omninò queo nec rationem, quam adfert, heic admittere. Interpretationes illas, quibus Κορβᾶν de
ſ *Samuel Petitus Variar. Lection. lib. 1. cap. 4.* iis, quæ parentibus alendis impendi poſſent, ſumitur, repugnare vult legibus πατροπαραδότοις Judæorum. *Quoniam nulla*, ut ait ipſe, *ſe poterant exceptione tueri, quin alendi eſſent parentes. Cogebantur enim inviti. Hæc enim eſt regula juris Judæorum* כופין את הבן לזון את אביו חאב *cogitur Filius alere parentem.* At verò ad ſcenopegiorum obſervationem, phylacteriorum, aliorum, cogebatur itidem qui præcepto eſſet inobſequens, quod tamen intelligendum, juxta ea quæ ſuperiùs afferuntur, ubi ex voto præcedente res ipſa non haberetur voventi illicita. Nam tantum tunc aberat, ut cogerent, ut nec contra votum quid præſtari per-
t *Cap. 7. 12.* mitterent. Unde & illud apud D. Marcum t καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, *& ultra non permittitis eum quicquam facere patri ſuo aut matri ſuæ.* Perpetuò nempè voto (ſic volebant) obſtrictum, uſque dum ejus nexu, ex moribus receptis atque circumſtantiis inſequentibus, interpretatione à Magiſtro aliquo ſeu legis perito adhibitâ, ſolveretur. Quæ ver-

ba et-

ba etiam D. Marci argumento sunt, locum heic habere nequiisse, sive vacationes sive occupationes illa τῆς λειτυργίας seu *sacri ministerii*. Nam ita obstrictus pro suo libitu, ministerio saltem non occupatus, id parentibus præstare Honoris nomine potuisset, quod nec impunè præstari permittere, ob voti vim, volebant qui sic Traditione sua simplicem præcepti Divini sensum perperàm commutarant. Sed ad Noachidarum præcepta Minora seu Obscuriora cetera redimus.

Cap. III.

De Heterogeneorum *usu*, Fratriæ *ubi frater sine prole obierat*, Connubio, Castratione, *aliis obscurioribus, quà, juxta nonnullos Ebræorum, ad Noachidas attinerent.*

QVod habet Philo contra rerum diversarum specierum commixtionem, veluti Naturæ adversam, adeoque à nemine non evitandam, à Talmudicis, distinctione adhibitâ, fortè firmari videatur. Verba ejus sunt κατὰ ὁμοχλῆ πίφυκεν εἰς κοινωνίαν ἀπεὶ καὶ ὅσα ἑτεροχλῆ καὶ ἀντίον ἄμικτα καὶ ἀκοινώνητα εἰς μηχανώμενος ἀθέσμους ὁμιλίας, ἄδικος νόμου φύσεως ἀίαιρεῖ. *Quæ sub eandem cadunt speciem, in consociationem nata sunt; cum interea quæ diversæ inviicem sunt speciei, è contrà non mista sint nec communione conjuncta, quæ si quis conjunctione nefaria commisceat, is sane Naturæ jus contra justitiam* (quantum in se est) *è medio tollit.* Et Josephus [x], dum legem de Heterogeneis sacram suo more tradit, rationem adjicit, ὡς γὰρ τὴν τῶν ἀνομοίων κοινωνίαν χαίρειν τῇ Φύσει *Naturam enim communionem dissimilium abhorrere.* Heterogenea hujusmodi uno nomine כלאים dicuntur, ubi interdictum de eis sacrum [y] occurrit. Eo autem quadruplicem heterogeneorum commixtionem vetari ajunt Talmudici. Lanæ & Lini in vestibus, Seminum diversi generis in eadem agri parte,

u *Lib. de creatione Principis.*

x *Archæolog. 4. cap. 4.*

y *Lev. 19. 19.*

Anima-

Animalium generis diversi ad coitum admissionem, & demum Arborum generis diversi insitionem. Posteriores interim binas à prioribus ita distinguunt, ut has Noachidis licitas esse ajant [a], illas seu posteriores binas non item; idque ex vetustissima Majorum Traditione esse acceptum. Unde & Maimonides [a], סבי הקבלה שבני נח אסורין בהרבעת בהמה וברכבת אילן בלבד

Ex traditione est quod Noachidæ interdicatur admissione animalium generis diversi, atque arborum diversi generis insitione tantùm. Sed utranque is alibi [b] ita cum cultu extraneo, veluti solennem olim ejusce sive partem sive appendicem, , ex Orientalium libris edoctus conjungit, ut eo nomine potius, idque puto in ditione tantùm Israelitica, metu ne in cultum remigraret extraneum, illicita haberetur. Quod si sic intelligas, non de Heterogeneris universo humano generi, sed Noachidis tantùm in ditione Israelitica seu Proselytis domicilii ex Jure superinducto interdictis res capienda. Quin uxoris Fratris sine liberis defuncti ducendæ jus apud Noachidas, ante legem scriptis mandatam, interdum obtinuisse, observant [c] ex illo de Onano Judæ filio [d], *Ingredere ad uxorem fratris tui & Leviri jure duces eam, ut suscites semen fratri tuo. Ille autem sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui semen fundebat in terram, ne daret semen fratri suo*, seu ut vulgata ibi, appositissimè ad mentem Ebræorum, *ne liberi fratris nomine nascerentur.* Sed in præceptorum sive Majorum sive Minorum numerum hoc non admittunt. neq; aliud quam [e] juris civilis seu Noachidarum juri caput, pro gubernantium placito, adjectum, hoc in exemplo illo Onani sumunt, ut disertè Abarbinel. Adjicit etiam Rabbi Chidka [f] הסירוס id est, *Castrationem* Noachidis vetitam. Certè Israelitis uno ore pronuntiant nullum animal ex lege castrare licuisse [g], aut qualiacunq; איברי זרע *membra seminis*, id est generationis præcidere aut infœcunda reddere. Verba legis sunt [h], *Quod est compressum aut contusum aut enervatum aut exectum* (quæ omnia vim generandi spectare volunt; uti & vulgatus & Hellenistæ) *non offeretis domino*, quibus proximè subjungitur ובארצכם לא תעשו *in terra vestra non facietis*, seu ut vulgata, & *in terra vestra*

[a] *R. Eliezer in Gem. Babyl. ad tit.* Sanhedrin, *c. 7. fol. 56 b.* a *Hal. Melakim cap. 10. Videsis R. Bechai in* Biur *fol. 37. col. 4. adde Cöstant L'Empereur sit.* BabaKama *cap. 4. §. 3. pag. 67.*

[b] More Nebochim. *lib. 3 cap. 37.*

[c] *Abarbinel in* Pirush, *f. 104. col. 2. & 3. & vide R. Menahem Recanat. in Parash.* וישב יעקב

[d] *Gen. 38. 8. de qua re, lex postea lata. Deut. 25. 5. Adde Maimon. in* MoreNebochim *lib. 3. cap. 3. & cap. 49.*

[e] *Abarbinel in* Pirush *fol. 104. col. 3. & 4.*

[f] *Gem. Babylon. ad tit.* Sanhedrin. *c 7. fol. 56 b Maimonid. hoc tit. Issurbia cap. 16.*

[g] *Gemar. Babylon. ad tit.* Chagiga *cap. 2. fol. 14 b. Mose Miketz præcept. Negatiu. 290.*

[h] *Leviticus, 22, 24.*

veſtra non omnino facietis, atque Helleniſtæ καὶ ἐν τῇ γῇ ὑμῶν οὐ ποιηθήσονται *etiam in terra veſtra non fiet.* Ubi τὴ *Terra veſtra* minimè volunt præceptum ſibi terræve ſuæ proprium reddere, ſed ita intelligunt ac ſi dictum fuiſſet non facietis omninò compreſſum, contuſum, enervatum, exectum; quin nec in terra veſtra ejusmodi quid patrabitis ſive in corpora veſtra ſive in aliorum quorumcunque hominum ſeu animalium ceterorum corpora. Nam de omnibus animalibus æquè interdictum capiunt. Quod & diſertè habetur apud Fl. Joſephum i. Atque præceptum hoc de Caſtratione uti & alterum illud de Heterogeneis ita ad Noachidas ſpectâſſe volebant Jurisconſulti ex familia Manaſſis, ut, ne in ſeptenarium Præceptorum illuſtriorum numerum non admitterentur, bina illa de Judiciis & Exſecratione Numinis divini ex illo numero, in recenſione, eximerent, atque hæc k loco eorum (quæ aliunde ſatis nota eſſe, puto, exiſtimabant) ſubſtituerent. Eousquè Valeſiorum hæreſi, quæ l omnes caſtrari voluit, adverſabantur Ebræi, idque lege ſacra ſubnixi. Tantum abeſt Ebræis ἐκτομὰς *exſectiones* pariter atque ἀκροποσθίας *Circumciſiones* fuiſſe in uſu, ut falsò tradit Strabo m. Sequitur in Gemara Babylonia n, רבי שמעון אומר אף ערל הכישוף רבי יוסי אומר כל האמור בפרשת כישוף בן נח מוזהר עליו לא ימצא בך מעביר בנו ובתו באש קסם קסמים מעונן ומנחש ומכשף וחובר חבר ושואל אוב וידעוני ודורש אל המתים כי תועבת יי כל עושה אלה ובגלל התועבות האלה יי אלהיך מוריש אותם מפניך וגו' ולא עגש אלא אם כן הזהיר *Noachidarum in interdictis, etiam illud locum habere vult R. Simeon, quod de Praſtigiis ſeu Magia eſt. Quin ex ſententia RabbiIoſe, quicquid in periocha illa de Praſtigiis* ſeu *Magia continetur, id totum Noachidis interdictum erat. Non* o *reperietur inter vos qui traduxerit filium ſuum aut filiam ſuam per ignem,* (de Molochi ſacrificiis verba fiunt) *qui ſortilegia exercet, qui tempora divinando obſervat, augur, aut magus, aut exercens incantationes, aut qui conſulat Ob aut Jjideoni, aut qui mortuos ſciſcitatur. Nam abominatur* Dominus *omnem qui iſta fecerit. Et propter abominationes iſtas extirpat eos Dominus Deus tuus à facie tua. Nec verò pœna irrogatur ſine interdicto.* Sed horum pleraque, ſi non omnia, ad caput primum, quod de Idololatria eſt, attinent; uti & libro

i *Lib. 2. ad. Verſ. Apionem.*

k *Gem. Babylon. ad tit.* Sanhedrin *c. 7. fol. 56 b.*

l *D. Auguſt. de Hareſ. c. 37.*

m *Georg. lib. 16.*

n *Gem. jam citata.*

o *Deut. 18. 10*

ſecundo ſatis monitum eſt. Hiſce, ſi placet, accedant quorum meminit Ula, ubi loquitur p de שלשים מצות שקבלו עליהם בני נח ואין מקיימין אלא שלשה אחת שאין כותבין כתובה לזכרים ואחת שאין שוקלין בשר המת במקולין ואחת שמכבדין את התורה *Triginta præceptis quæ Noachidæ in ſe ſuſceperunt, quorum tantùm tria obſervarunt. Primum quod pactis dotalibus ſibi Maſculos non conjungerent, ſecundum quod non afferrent in Macellum Mortui* (hominis) *carnem; Tertium quod legi ipſi honorem exhiberent.* Quæ ex Gemara Babylonia etiam citat R. Abraham Zacuthius q. Quid ſibi velit triginta præceptorum heic nomine, nondum didici. Sed veri eſt ſimillimum cetera viginti ſeptem ibi prætermiſſa ejusdem fuiſſe farinæ cum hiſce tribus. Quod ſi ita fuerit, certè non tam præcepta ibi memorata eſſe rectè dixerit quis, quam Gentium ſeu Noachidarum aliquot opprobria eo nomine deſignata. Quod de Maſculis habet manifeſtum eſt eo ſpectare, ut pæderaſtiæ eos incuſet, ita tamen ut eo impudentiæ nondum deveniſſe eos innueret, ut palam ſeu pactis dotalibus, id eſt non ſine flammeo, auſpicibus, geniali toro, facibus nuptialibus, maſculis (quemadmodum Pythagoræ illi flagitio r ſceleſtiſſimus Nero) denuberent. Neque aliter gloſſa adjecta interpretatur. De Mortui hominis carne (nam ita Mortuum explicat etiam ibi gloſſa) quod ſequitur, ad homicidiorum frequentiam, ni fallor, attinet. Ea adeo ſive vi ſive dolo in uſu fuiſſe, ut tantùm non macellis venditioni exponerent occiſorum carnes homicidæ. Hyperbole pro gentis indole haut ita inſolens. Atque demum ut graviora, quæ præmiſerat, redderentur ſcelera, ſubnectit hoſce nihilominus homines impuriſſimos legem, quæ hæc vetuerat, ejusque dignitatem agnoſcere, eique honorem, ut fieri amat, exhibere. Et de Obſcurioribus ſeu Minoribus Juris Noachidarum ſeu Naturalis, juxta Ebræos, capitibus hactenus. De quibus hoc ſummatim monendum; Prioris (juxta capitis ſuperius ſecundi diviſionem) Generis eorum capita in ipſo Illuſtriorum numero Septenario, ſatis, juxta ea, quæ explicata ſunt, ut eorum ſcilicet appendices, contineri. Capita autem poſterioris generis, ſententiarum incerto tantundem niti. Neutrius autem rationem juxta Magiſtros, in Regimine Proſelytorum Domicilii, habitam. Qua de re mox capite ſexto.

p *Gem. Babylon. ad tit.* Cholin *cap. 7 fol. 92. a.*

q *Sepher Iuchaſin f. 8 a.*

r *Tacitus Annal. lf. c. 37.*

CAP.

Digitized by Google

Cap. IV.

De Judiciis *seu* Capite Juris *Noachidarum seu* Naturalis Sexto. *Quidnam* Judiciorum nomine *Talmudicis veniat.* Domus Judicii *seu* Forum superius Divinum, *aut* Cœleste. Inferius *item seu* Humanum & Terrestre. *Periocha Chaldaica de* Caini & Abèlis *circa Judicia seculi futuri* altercatione. *De* Judicio Divino. Sensus *Capitis hujus Sexti* generatim indicatur. *Insequentium Ordo.*

IAm tandem ad Caput illud Juris Naturalis Illustrioris, quod, in enumeratione nostra Sextum est, seu דינים ע״י *de Iudiciis*, devenimus. Cujus velut messis & materies sanè sunt reliqua Sex. Et quis non videt frustrà omninò & incassum Præcepta & Interdicta fieri, nisi Judicia, quibus violatio coerceatur Pœnæque irrogentur, accedant. Qua de re satis libro primo diximus. Generali nomine דינין seu *Iudiciorum* continentur quidem apud Talmudicos tam Sanctiones, Constitutiones & mores qualescunque ritè superinducti, quam actiones, Litium decisiones ac sententiæ forenses quæ, in legum seu morum violationis vindicta versantur. Unde & בית דין *domus Iudicii* nunc pro Tribunali aut foro, qua lites atque actiones, juxta jus jam antè obtinens, id cognoscit dirimitque, sumitur; nunc pro loco aut cœtu quo sanciuntur constituunturque novæ leges quæ in posterum adhibendæ. Ut cum dicunt, Moses ובית דינו *& domus ejus Iudicii* seu consistorium ejus, id est septuaginta-uniusvirale, Josua ובית דינו *& domus Iudicii ejus*, alius quisquam insequentium (qui Synedrii seu consistorii princeps) & domus Judicii ejus, hoc vel illud constituerunt seu observandum superinduxerunt. Quale infrequens in eorum scriptis non est. Neque solum de Judiciis Humanis, sed de Divinis etiam vocabulo pariter hoc utuntur. Unde est quod habent בית דין של מעלן seu העליון *Domum Iudicii superiorem, cælestem*, seu *Divinam*, quam hoc nomine distinguunt *à domo Iudicii* של מטל seu התחתון *inferiori, Terrestri* seu *Humana*. Ut cum tradunt [f], שלשה דברים גזרו בית דין של מטן והסכים בית דין שלמעלן עמהן ואילו הן חרמה של יריחו ומגדלת אכתר ושאילת שלום בשם *Tria decrevit Domus Iudicii in-*

[f] *Gem. Hierosolymit. ad tit.* Berachoth *cap. 9. fol. 13. col. 3.*

Inferior, quibus etiam conſenſum prabuit Domus Iudicii ſuperior ſeu Cæleſtis. Quæ fuere Devotio Hierichuntis, Lectio voluminis Eſther, & ſalutatio in nomine Domini. Id quod de Devotione Hierichuntis heic habetur, ad Joſuæ, attinet hiſtoriam, ubi non ſolum ex ſententia Joſuæ ſed ex Dei nutu, id eſt tam ex Superioris quam Inferioris curiæ, conſiſtorii, ſeu Domus Judicii autoritate, Hierichuntem devotam eſſe [t] obſervant. Tantundem aiunt de Lectione voluminis Eſther [u] & celebratione feſti Purim in eodem memorata. Et ſalutationem in nomine Domini utriusque fori decreto ſubnixam à tempore quo Boaz meſſores ita ſalutavit. *Et ecce Boaz veniens de Bethlehem dixit ad meſſores Dominus vobiſcum* (יהוה עמכם) *& reſponderunt ei Benedicat tibi dominus.* Hinc etiam Tribunal illud ſeu Domum Judicii ſuperiorem denotari ſæpius volunt ubi ipſum ſanctiſſimi Numinis nomen in ſacro ſermone occurrit; perinde ac ſi diceretur [y], דוכא ובות דינו *ipſe & Domus Iudicii*, ſeu *conſiſtorium ejus.* Quo ſpectat etiam veruſtiſſima illa Caina & Abelis altercatio de Judicio Cœleſti & ſeculo futuro ואמר קין להבל אחוהי ליתי דין ולית דיין ולית עולם אוחרן ולית אגר טב לצדיקיא ולית פורענות לרשיעיא ואמר לקין אחוהי אית דין ואית דיין ואית עולם אוחרן אית אגר טב לצדקיא ואית פורענות לרשיעיא והא במהויהון בחקלא וקם קין על הבל אחוהי וקטליה *Et dixit Cain Abeli fratri ſuo ; Neque Iudicium eſt neque Iudex, neque ſeculum alterum, neque Præmium bonum Iuſtis, neque vindicta ſeu Pœna Impiis. Reſpondit autem Abel atque dixit Caino fratri ſuo, etiam eſt Iudicium & Iudex atque ſeculum alterum. Eſt inſuper Præmium bonum Iuſtis, atque vindicta ſeu Pœna Impiis. Atque evenit ut, dum erant ſimul in agro, involaret Cain in Abelem fratrem ſuum & occideret eum.* Altercatio hæc in nonnullis Pentateuchi editionibus, veluti in Conſtantinopolitana illa circa annos abhinc xc impreſſa, ſedem obtinet inter additiones ſeu Complementa illa, quibus, ex veterum traditione, loca nonnulla inſigniora Ebraici Codicis Chaldaice [z] explicantur. Unde & expreſſe ibi nuncupatur תוספתא של פסוק ויאמר קין אל הבל אחיו *Additio ſeu complementum verſus* ſeu *commatis, & dixit Cain Abeli fratri ſuo.* Indicatur ſcilicet comma VIII quarti Geneſeos capitis ubi in codi-

[t] *Videſis Joſue cap. 6. 17. & 7. 11.*

[u] *Eſther. 9. 26.*

[x] *Ruth. 2. 4.*

[y] Midbar Rabba *ſect. 3. Gem. Hieroſolym. ad tit.* Sanhed. *cap. 1. f. 18. col. 1. & Side R. Nehemiam in* Sepher Ashre Manroth *part. 2. §. 2.*

[z] *Videſis Sixtum Senenſem, Bibliothec. Sanct. lib. 5. Annot. 66.*

d by Google

in codicibus Ebraicis qui correctiùs exarantur, velutiBombergianis, Buxtorfianis, Garianis, ad hunc modum & legitur & ſcribitur.

ויאכר קין אל הבל אחיו
ויהי בהיותם בשרה ויקם קין אל הבל אחיו וירגהו

Et dixit Cain ad Abelem fratrem ſuum
Et cum eſſent in agro, ſurrexit Cain adverſus ſuum fratrem Abel & interfecit eum. Dixiſſe ſeu loquutum fuiſſe Cainum Abeli diſertè innuitur, nec tamen quid omninò dixerit adjectum eſt; ſed intervallum ſcripto vacuum in medio commatis relinquitur. Unde etiam, ex veterum monitu, in codicum nonnullorum, veluti Garaiani margine adnotatur ad intervallum illud כח" פסוקים פסקי' במצעית פסוק XXVIII *ſunt verſus qui deſunt in medio* a *verſus.* Nec ſolùm ex Additione illa quam ex editione Conſtantinopolitana jam exhibuimus, ad Ebræorum mentem, ſenſus eorum quæ intervallum illud volunt occupâſſe, dignoſcitur, verùm etiam ex ipſo vetuſtiſſimo Targum Hieroſolymitano ubi ad idem comma paulò fuſiùs eadem ipſa fratrum altercatio reperitur, unde etiam paraphraſis Uzielidi tributæ autor hauſit. Certè ſi Chaldaicam Onkeli paraphraſin obſervamus, vetuſtam illam & magni ſemper habitam, difficile non erit forſan anſam elicere, unde primò nata ſit ſententia altercationem ejusmodi ad locum illum ita attinuiſſe Nam pro eo quod in præcedenti commate Codicum Ebræorum habetur, paraphraſtes ille ſubſtituit הלא אם תיטיב וגו' *Nonne ſi emendaveris cultum tuum, remittetur tibi* (loquitur Numen ad Cainum) *quod ſi non emendaveris cultum tuum,* ליום דינא *ad diem judicii peccatum tuum conſervatur, quo futurum eſt, ut Pœna ſumatur à te, ſi non pœnitentiam egeris. Quod ſi pœnitentiam egeris, remittetur tibi.* Et dein ſequitur nuda illa adlocutionis mentio & Abelis cædes. Atque idem ſanè ſenſus, fermè eadem verba etiam præeunt tum in Hieroſolymitana tum in Uzielidis dicta paraphraſi, unde nemo non videt ſatis accommodè pendere altercationem illam de Judicio ac Pœnis qua Numen & ſeculum futurum ſpectant. Quam ſanè & innuiſſe videtur in Alcorano b Mahumedes. Nonnulli autem codices, veluti Samaritanus (quod & notavit olim S. Hieronymus) editio vulgata, Helleniſtarum, etiam vetuſtus Bibliorum codex Syrus Ms. Gabrielis

a *Videſis R. Nephtali Aſchenazi in* Sepher אמרי שפר *fol. 45 b. 56 c*

b *Azoar ſ. Arabice ib. Latine,*

brielis Sionitæ [c], in intervallo illo ſeu proximè poſt adlocutionis mentionem habent, *tranſeamus in campum* ſeu *egrediamur foras*, quaſi illa fuiſſent verba, quibus adloquendo uſus eſſet Cainus. Et verba ea capite ſingulari explicat S. Ambroſius [d]. Sed hoc obiter. Jam verò cum Judiciorum nomine ſic Talmudicis veniant tam Judicia Divina ſeu Tribunalis Cœleſtis quàm Humana; atque Humanorum nomine contineantur tam Decreta ex poteſtate Deliberativa atque Conſtitutiva nata, quàm ex ea quæ Judiciaria dici ſolet & Deciſiva; Judicia illa Divina in capite hoc Juris Naturalis de Judiciis neutiquam comprehenduntur, ſed tantùm Humana ſeu quæ ad obedientiam & regimen civile attinent, eaque tam ex Conſtitutiva quàm ex Judiciaria poteſtate orientia. Id eſt, in præcepto Noachidarum ſeu Naturali de Judiciis, hoc tantùm contineri volunt, ut qui Societates publicas inirent ſeu reſpublicas qualescunque conſtituerent rebusque præeſſent, Tribunalia, Conſiſtoria, ſeu Domos Judicii ordinarent, quibus tum ea quæ pro vario locorum, temporum, perſonarum diſcrimine, Juris Noachidarum capitum obſervationi eſſent neceſſaria ſeu conducibilia, ſancirentur ſuperinducerenturque, tum judicia de ipſis Juris Naturalis capitibus, ſimul & de ſancitis ejusmodi in litium & actionum deciſionem exercerentur; & demùm ut hujusmodi ſancitis & Deciſionibus parerent illi qui pro multiplici imperii diverſitate ac variantibus jurisdictionis præſtitutæ modis ſubeſſent, Pœniſque coercerentur contumaces & rebelles. Ita tamen ut de Divino etiam judicio præmioque ac Pœna in eo expectando, ſeu de eo quod eſt Deum Renumeratorem eſſe, Perſvaſionem univerſis hominibus neceſſariam eſſe quantum video, intereà exiſtimarent Ebræi. Quam nihilominus in præceptis Septem non expreſſim memorant. Uti nec illud de cultu Numini exhibendo. Sed verò quemadmodum ad cultum ejuſmodi obligari genus humanum palam autumabant, ut libro tertio fuſius demonſtravimus, ita proculdubiò ad Perſuaſionem quam diximus hominum neminem non volebant obſtrictum. Quorſum enim cultus ille & expiationes (de quibus ibi egimus) niſi tam obligatio ad Remuneratorem & judicia divina agnoſcenda accederet, quàm ea quæ eſt ad cultum exhibendum & ſacrificia, alia, in expiationem offerenda? Sed verò

[c] *Io. Morinus in Pentateuchum Samaritan. Exerc. 3. & 4.*

[d] *De Abel & Cain lib. 2. cap. 8.*

Digitized by Google

verò quemadmodum Pœnâ forensi neminem ad Cultum ejusmodi seu sacrificia cogebant, ut & ibi ostensum est, ita nec ad persvasionem seu professionem aliquam de judicio divino. Quicquid scilicet in præceptis quæ tractamus Septem expressim continetur, ad id tantùm, Juris Naturalis seu Noachidarum nempè nomine, Proselytos Domicilii in ditione Ebraica Pœnâ forensi adigi voluere. Ceteris vindictæ solùm Numinis relictis. Adeò ut revera Gentilium de Divino Judicio persvasio in illa de Cultu, Sacrificio, aliis ejusmodi, non sub Pœna apud illos forensi, exhibendis simul contineretur, nec omninò ad caput hoc de Judiciis, quà in numero præceptorum Naturalium septenario locum sortitur, spectaret. Nihilominùs quoniam Talmudici expressiùs de Pœna ac Præmio Gentilium Divino, adeoque de divino qua ad eos attinet Judicio subinde loquuntur, etiam in hunc librum, ob similitudinem, qualiscunque reperiatur, inter Judicia Divina & Humana, genus utrunque conjicere visum est. Primo igitur de Humanis Judiciis, quatenus in Præcepto hoc Naturali simplicitèr innuuntur, agetur; Dein, de eis quatenus etiam ex jure Gentium seu more Ebræorum ordinario quo apud ipsos Proselyti Domicili regerentur forensi, videbimus; adjectis etiam extraordinariis aliquot, & quæ ipsos Gentesque alias (si Talmudicis fides) integras intervenerunt Judiciis. Et demum quod habent de Judicio, quà Gentiles spectet, Divino accedet.

Cap. V.

Talmudicorum de Judiciis, *quà simpliciter Noachidis imperantur, Traditio. Eorum* de *Pœnis præstituendis sententia. De* Thamari, *nurûs Judæ,* delicto *ac* Judicio; *ac* de Dina *à Sichemo* violata.

UBi docent Talmudici, quisnam fuerit sensus Præcepti Naturalis de Judiciis. ad hunc modum rem explicant. e התניא כשם שנצטו ישראל להושיב בתי דינין בכל פלך

e *Gem. Bab: ad tit.* Sanhed. *cap.7. fol.56b.*

פלך ופלך ובכל עיר ועיר כך נצטוו בני נח להושיב בתי דינין בכל פלך ופלך ובכל עיר ועיר *Traditio est, quemadmodum in præceptis acceperè Hebræi, constituere tribunalia per omnes pagos & urbes* (quo referunt illud f, Judices & Magistros constitues in omnibus portis tuis) *ita præceptum est Noachidis constituere Tribunalia per omnes pagos & urbes.* Et Maimonides g, כיצד מצוין הן על הדינין חייבין להושיב דיינים ושופטים בכל פלך ופלך לחן בשש מצות אלו ולהזהיר את העם *Quomodo intelligendum est præceptum Noachidarum de Judiciis? Ex eo debent constituere Judices & Præfectos pagatim, qui tum judicent de Sex illis præceptis cæteris, tum populum* (de eorum observatione) *commoneant.* Sic alii h. Quod dum sic pronuntiant, tum Obedientiam civilem, tum Imperium juxta capite superiori dicta, simul innui volunt. Exerceri autem hujusmodi Judicia, aut facinora flagitiosa, sivè ex sententia Fori sive ex constitutione, coerceri nequire sine Pœnis manifestum est. Quemadmodum verò, tametsi Tribunalium constitutio generatim præcipiatur, Formulæ nihilominus, Tempora agendi, & quæ sunt cetera id genus ad rem forensem singularius attinentia, pro morum populorumque indole atque ratione diversâ & libitu, plurimùm, sive loca sive tempora spectes, semper variarunt; ita etiam, tametsi velut necessariam semper Pœnarum in Judiciis rationem, in ipso præcepto de Judicils contineri (quod alitèr fieri nequit) velint Ebræi, non tamen nolunt Pœnas, pro eorum qui rebus cum summa potestate præfuerint, pro varia sive ex loco, sive ex tempore, sive ex personis ratione, itidem varias easque sive graviores sive leviores, ritè præstitui. Ipsi quidem, ut capite proximo fusiùs ostenditur, ultimo supplicio seu Gladio regularitèr universa in juris Naturalis quod Illustrius est, seu septem præceptorum caput aliquod à Proselyto Domicilii seu Noachide in ditione Israelitica commissa puniebant. Ceteris intereà sui juris gentibus fas agnoscebant, sive ultimum supplicium sive Pœnas qualescunque leviores pro diversa regiminis atque imperii qualitate sancire, idque non solùm ubi in capitum quæ memorata sunt, septem aliquod, seu præcepta Majora quid commmitteretur, verùm etiam ubi sive in Minorum aliquod sive alitèr quis contra Reipublicæ aut imperii, cui subesset,

f *Deut. 16. 18.*

g *Hal. Melakim cap. 9.*

h *Moses Mikoz. præc. affirm. 122. & Edesius Alin Israel part. 2 fol. 111 col. 2.*

esset, jura singularia deliquisse. Neque sane doctrinæ Talmudicæ omninò consonum esse comperio id quod tradit Vir præstantissimus i *Inter ea quæ Noæ Deus edixit, hoc quoque* docere Judæos *fuisse, ut non Homicidia tantùm, sed & adulteria & concubitus incesti & item violenta rapina morte punirentur.* Non enim necessariò Pœnæ illud genus à Noachidis, velut ex præcepto, adhibendum volunt. Quam rem dum dispicimus, id quod habent ipsi de Pœna, quâ Thamar nurum suam velut stupri ream Juda, ante Legem Mosaicam (seu vigente tantùm Noachidarum Jure cum eo quod, pro vario hominum Imperio, velut Jus Civile, accessisset) dignam censuerat, prætermittere visum non est. Thamar, ut ex sacra historia k liquet, erat שמורת יבם id est, ea quæ, ex jure in Juda saltem familia ac regimine recepto, etiam ante legem Mosaicam post mortem mariti (tum Eri tum Onani filiorum) servata erat seu velut reposita, ut Selæ demortui mariti fratri, hactenus impuberi, postea, ad semen marito pristino suscitandum, matrimonio conjungeretur. Cum verò Selam virilem attigisse ætatem, nec sibi à Juda Socero conjungi animadverteret, meretricem habitu simulans atque in bivio, quo transiret Juda, sedens in coitum ab ipso pellicitur. *Factumque est* (ut sunt verba sacra) *quasi post tres menses, & nunciatum est Judæ à dicente. Fornicata est Thamar nurus tua & concepit per Fornicationes; & ait Juda, educite eam ut comburatur.* Undenam evenerit, ut pœna hujusmodi Thamaræ deberetur, non satis consentiunt Magistri. Commentum habent nonnulli eam Sacerdotis m fuisse filiam, (quemadmodum differte à Pseudozielide paraphraste nuncupatur) cui adulterii ream in Lege Mosaica n combustionis pœna præstituitur. Nam de Adulterio, minimè de stupro, legem illam intelligunt o Magistri. Et vocabulum in origine, tam de hoc quam illo non rarò usurpatur. Sed quid legi illi seculis aliquot posteà latæ cum Thamare per secula illa eam antevertente? Ceterum etiam adulteram eam intereà habebant qui hanc sententiam amplexabantur, cum nuptiæ nullæ nec sponsalia (quæ tamen sine nuptiis seu concubitu heic sufficere ex Jure Noachidarum nolunt) antecessissent; utcunque Leviri nuptias expectaret ipsa. Rationi p magis consonum est, quod scribunt

i *De Iure Belli ac Pacis l. 1. cap. 2. §. 5.*

k *Genes. 38. 11*

l *Ibid. comm. 24.*

m *Rabbi Meir in* Bereshith Rabba *parsh. 85. f. 96. col. 2. & apud Sal. Iarchium Genes. 38. 24. adde R. Bechai ad* Bereshith *fol. 51. col. 3.*

n *Lebit. 21. 9.*

o *Apud Sal. Iarch. ad Lebit. 21. 9.*

p *Abarbinel in* Pirush *f. 104. col. 30. 4. Vide etiam* Baal Haturim *ad Genes. 38. & R. Bechai in* Biur *ad* Bereshith *fol. 51. col. 2.*

bunt alii, quibus ex adjecto ſive à Juda Principe ſive aliter, ſecundum Imperii, ſub quo vivebatur, modum, jure, tum delicti heic tum pœnæ qualitatem pendere viſum eſt. Quod ad delictum ipſum attinet; ex iis quæ ſupra libro quinto occurrunt, ſatis liquet, innuptæ coitum (modo inceſtuoſus ob ſanguinis proximitatem abeſſet) ante legem Moſaicam Ebræis, in delictis non cenſeri, quam ad rem inprimis attinet illud Maimonidis de Juda, ac Thamara, atque pignore, nimirum annulo, pallio ac baculo, quæ mercedis vice ipſa acceperat. Sic enim Maimonides [q], ואפשר ללמוד ממעשה יהודה תמרה תשובה יושר משפט וזה מאמת תקח לה פן נהיה לבוז הנה שלחתי הגדי הזה ובאור זה שבעולם קדשה קודם מתן תורה חיה כבעולם האדם אשתו אחר מתן תורה ר"ל שהיה מעשה זמותר לא היה אדם מרחיק אותו כלל ונתינת שכר המונח עליו לקדשה או כנתינת כתובת אשה לה עתה בעת הגרושין ר"ל שהוא דין מדיני האשה שחייב עליו לתתו ומאמר יהודה תקח לה פן נהיה לבוז מלמד אותנו שעטני המשכן כולם ואפילו המותר מהם הוא בשם עליונו לדבר בו וראוי לשתוק מסנו ולהסתירו ואפילו אם יגרום הפסד ממון כמו שתראה יהודה עשה באמת טוב שמפסד ויסאר לה מה בידה משנתפרסם לבקש ונוסף בושת זאת היא מדה אשר למדנו מהענין ההוא ואמנם היושר אשר לדמנו ממנו הוא אמרו לנמרת עצמו מגולתה ושהוא לא שנה ולא בטל מה שהסכים עמה עליו הנה שלחתי הגדי הזה אין ספק שהגדי ההוא היה טובן במיגו מאד ומפני זה רמז עליו

q More Nebochim part. 3.

Quin diſcere licet ex Juda hiſtoria, tum exactiorem in Moribus virtutem, tum Iuris rectitudinem, in eo quod dicit, Accipiat r *ſibi* (de pignoribus apud Thamaram relictis verba fiunt) *ne fortè ſimus in contemptum. Ecce miſi hædum hunc. Quorum verborum declaratio eſt, quod coitus cum ſcorto ante datam Legem fuerit, ſicut coitus hominis cum uxore ſua; hoc eſt, quod fuerit licitus, nec homini* (velut delictum) *fugiendum; & quod merces, qua Scorto dabatur, fuerit ſicut dos, quæ hodie datur uxori, cum repudio dimittitur; nimirùm fuiſſe veluti jus uxorium ad quod reddendum obligabatur is qui coiverat. Quod autem ait, accipiat ſibi ne forte ſimus in contemptum; id docet nos, de rebus copulationis carnalis, etiamſi licitas eas fue-*

r Gen. 38. 23.

Digitized by Google

ea fuerit, non ſine pudore loquendum; quin & conſonum eſſe, ut illam, etiam cum facultatum noſtrarum jactura reticeamus, ſicut Judam heic feciſſe vides, dum cenſet melius eſſe, ut ipſe amitteret & ipſa ſibi retineret quod in ejus erat poteſtate, quàm ut ipſe illud repetendo negotium divulgaret atque pudorem augeret. Hæc eſt Virtus Mosis, quam ex hac re diſcere poſſumus. Æquitas autem ſeu Juris rectitudo, qua inde addiſcenda nobis eſt, conſpicitur in eo quod, ut procul abeſſet ab inferendo ei damno, id eſt, à rebus pignoris nomine relictis ei auferendis, atque ſe nihil mutare vel demere de eo quod cum ipſa pactus erat, velle oſtenderet, ſubjicit, ecce miſi iſtum hædum. Nam dubium non eſt, quin hædus ille ex grege ſuo fuerit optimus, qua de cauſa illum ita ſignantiùs indicat. Cum igitur in delictis juxta Ebræos, non haberetur, ex jure ſolo, quod diximus, Noachidarum, ſeu Naturali, innuptæ coitus non ex proximitate ſanguinis inceſtuoſus (neque enim nurus in eis habetur quæ jure Noachidarum vetitæ) manifeſtum eſt, ex eo jure, ad eorum placita, Thamaram heic minimè pro rea habitam. Neceſſario ideo ſequitur ex jure civili ſive à Juda Principe ſive aliter ſuperinducto coitum ſive ejusmodi innuptæ, ſive futuris nuptiis deſtinatæ ſive fœminæ ejusmodi dignitatis innuptæ (ad eorum placita ſemper loquimur) ante ibi interdictum fuiſſe. Adeoque pœnam adjectam [f] להיות כרת אשה מאפרת לשרפה *ut fœmina qualibet illiciti coitus rea combureretur.* Cum ſcilicet neque delicti ibi nomini, neque pœnæ, ad ſolam Noachidarum, ut jam tradita ſunt, jurium mentem, locus omninò reperiatur. Quin diſertè ad ſingulare ævi illius vetuſti ſeu בית דינו של שם *conſiſtorii Semi* ſeu poſterorum ejus decretum rem illam referunt aliqui [t]. Nec vero deſunt qui ultimum ſupplicium combuſtione ibi nolint intelligi, ſed [u] quod frons inureretur לסימן שחיא זונה *ſigno quo eam ſcortum eſſe indicaretur.* De Abſolutione autem Thamaræ ex Voce cœleſti, quam בת קול ſeu *filiam Vocis* appellitant, alia habet ad Judicium hoc ſpectantia paraphraſis Hieroſolymitana, atque ea quæ Uzielidi tribuitur, uti etiam Additiones editioni Geneſeos Conſtantinopolitanæ ſubjunctæ. Vox autem illa erat תרומת זכיאין מני ברא פתגמא *uterque veſtrum,*

[f] *R. Bechai in* Biur Bereſith *fol. 31, col. 2.*

[t] *R. Simeon Ben Iochai in Gem. Babylon. ad tit.* Abda zara *c. 2. fol. 36 b.*

[u] *R. Iehuda hachiſid apud* Baal Haturim *ad Geneſ. 38.*

ſtrum, quantùm ad hanc rem attinet, culpâ vacat. Vide quæ ſuperius libro quinto de Thamaris hoc concubitu ex Ebræorum commentariis habemus. Rem totam ſed ut jurisconſultus Cæſareus tantùm & Pontificius exequitur, atque perpendit Paulus de Abbatia Pollicinii Eremita Camaldolenſis in libello ante annos aliquot Florentiæ edito, quem Theorema geſtorum Thamar inſcripſit. Certè huc etiam ſpectat Hiſtoriola ſacra de Dina Jacobi filia à Sichemo Hivitarum juventutis principe violata[x]. Rem vi patratam eſſe intelligunt Magiſtri [y], adeoque quoniam Dina velut proſtibulum Hivitis habebatur, cum tamen ſe non omnino ſponte Sichemo permiſiſſet, ideo jure fratres ejus Simeonem & Levi tum Sichemum patremque ejus tum cunctos civitatis quam incolebant maſculos in vindictam interfeciſſe, atque cetera quæ in hiſtoria ſequuntur perpetraſſe. Bello ſcilicet res geſta eſt, non in foro acta. Sed tamen ad pœnam facinoris bello geſta; quoniam in principes, ut heic, ſupremos foro locus non erat. Jacobo autem filii; *Nunquid* = *uti debuit ſorore noſtra* זונה, ut *Zona*, ſeu ut *proſtibulo*? ubi rationem reddunt cædis Sichemi ac ceterorum. Quoniam ſic habuerant ſororem noſtram perinde ac ſi ipſa ſe proſtituiſſet aut ſe ipſi permiſiſſet. Nam ſi ita ipſa feciſſet, contra jus Noachidarum minimè (juxta magiſtrorum mentem) quid perpetraſſet Hivites; cum innuptæ concubitum ſponta-neum Noachidæ licitum admittant, niſi ubi jus aliquod civile adverſaretur. At vero ea neutiquam heic proſtibulum ſe fecerat, aut ſponte ſe Sichemo permiſerat, ſed vi oppreſſa velut proſtibulum tamen falsò habebatur. Quod minimè ferendum. Etenim vis univerſa inter præcepta Noachidarum de Homicidio ac Furto ſatis interdicebatur. Vi autem oppreſſam Dinam non ſolum ex hac Magiſtrorum interpretatione, verùm etiam è ſacris verbis ſatis elicitur. Ea ſunt [a] ויקח אותה וישכב אותה ויענה *cepit eam & concubuit cum ea & oppreſſit eam*, vulgata ibi *adamavit eam & dormivit cum ea vi opprimens virginem*. Conſonus ſatis eſt Onkelus. Sed expreſſius multò altera illa Uzielidi tributa paraphraſis ודבר יהוה באונסא וסגפה ושכיב עמה *& cepit eam violentiâ & concubuit cum ea & afflixit eam*. Et Judæi Hiſpanienſes, *tomo aella y yazio con ella y afli-*

[x] *Geneſ. 38.*
[y] *Gloſſ. ibid. & vide Abarbinel in Pirush fol. 99. col. 2.*
[z] *Ibid. comment. 1.*
[a] *Geneſ. 34. 2.*

Digitized by Google

affligiola. Arabs item Erpenianus pro תענה ſubſtituit ﻋﻨﺎﻫﺎ *afflixit, cruciavit eam*. Joſephus autem diſertè [b] φθείρει δι' ἁρπαγῆς *raptu violavit*. Malè autem Græci aliquot codices, *cepit eam & dormivit cum ea*, καὶ ἔπηξε καὶ ἐταπείνωσεν αὐτὴν *& peperit, & humiliavit eam*. Ad illud vero quod legitur in hiſtoria ſacra, *rem* [c] *fadam* Sichemum patraſſe in Iſrael וכן לא יעשה & *ita non fiet* aut *ita non fieri ſolet* ſeu *debet*, pro quo habet vulgata, *violatâ filiâ Iacob rem illicitam perpetravit*, Salomon Jarchius לענות את הבתולות שהאומות נזרו עצמן הערית ער ידי הכבור *Scilicet fieri non debuit nec in more receptum erat, ut impunè quis virgines ita violaret. Nam & ipſi Ethnici velut ſepem ſibi præſtituunt, ne Inceſta patrentur, idque ob diluvium.* De hoc enim cavere, eſt etiam inceſti interdictorum obſervationi ſollicitiùs proſpicere.

[b] *Orig. lib. 2 cap. 19.*

[c] *Comm. 7.*

Cap. VI.

Judicia *circa* Juris Naturalis capita Illuſtriora, *in Gentium ditionis Iſraelitica regimine, tantùm exerceri ſolita.* Judices *qui eis præeſſent* ſeorſim conſtituti; *etiam* Proſelyti Domicilii *ritè conſtitui potuêre.* Sexus *diſcrimen.* Pœna Gladii, Furto Gentilis *irrogata, aliis item delictis, quæ* mitiùs in Judæis *punita.* Nullam pœnam obſcurioris Juris Noachidarum *capitis alicujus violationi imminuiſſe.*

Sequitur ut de Judiciis videamus, quatenus in Proſelytorum Domicilii ſeu Gentilium ditionis Iſraeliticæ regimine, locum haberent. Eorum conſideratio duplex. Altera, quà circa Jura ſimpliciter Naturalia verſabantur; Altera, quà circa Jura Gentium ibi ſive Imperativa ſive Intervenientia. Quod ad priorem attinet; Ebræis ipſis & eis qui in eorum ritus tranſierant Tribunalia fuere ordinaria Triumvirorum & XXIII-virorum quamplurima per urbes, oppida ac pagatim diſpoſita præter Magnum illum LXXI-virorum Hieroſolymis Synedrium, in quibus jus ſecundum præcepta Moſaica, atque ea, quæ ex Majorum inſtitutis mo-

ribusque adjecta essent, tum Originariis tum Proselytis Justitiæ ac libertinis dicebatur. Neque sine התראה seu *Præmonitione*, nec sine binis minimum testibus, sententia ex eo jure in reum regularitèr ferri solita. Pœnarum item genera quatuor (præter verbera atque alia aliquot pro eorum qui rebus præessent autoritate introducta) Combustio scilicet, Lapidatio, Strangulatio & ea quæ Gladii dicitur, in eorum commentariis, quippe quorum usus ex civili jure apud ipsos obtinuit, passim occurrunt. Sed hæc ad Proselytos Domicilii seu Noachidas ditionis Israeliticæ, ex solo Juris Naturalis respectu, seu ut ex eo solo res agitaretur decidereturque, neutiquam attinuere. Neque in tribunalia Israelitica, neque ad Israeliticas formulas, Proselyti Domicilii seu Noachidæ ejusmodi, ex suo tantùm jure rei, in jus vocabantur. Sed sua erant hisce singularia jura Forensia, adeoque Tribunalia singularia; quemadmodum in Anglia nostra olim *Justitiarii ad Custodiam Judæorum assignati.* Sic enim & in ditione Israelitica Tribunalia Juditiis Proselytorum Domicilii seorsim sunt posita. Singulare enim apud veteres erat illud Judicandi genus, quod ξενικὸν appellarunt, ut scimus ex Aristotele d, id est, *ad peregrinos attinens.* Unde & apud Ebræos, singulares, qui ritè ex Noachidarum jure cognoscerent Judices, ut res postulabat, præficiebant ii qui Tribunalibus, quæ diximus, Israeliticis cum imperio præessent, eosque sive Ebræos sive Proselytos Domicilii aut fœdere receptos quales diximus. Nisi hi eousque sui juris post deditionem victoriamve, ex fœdere remanserant, ut, professione in jura Noachidarum factâ, integrum ipsis esset suo quod retinerent Territorio Judices præficere. Nam ejusmodi Dedititii non minus ad Judices præficiendos constituendaque Tribunalia, quæ de Juris Noachidarum capitibus ritè cognoscerent obligabantur, quam ipsi in Sancto Imperii sui Territorio Ebræi. Nec contra caput hoc de Judiciis committere tantùm eos existimabant, qui Tribunalium seu Judicum Constitutioni adversarentur, verùm etiam quicunque ita favendo aliorum flagitia in cetera juris hujus capita perpetrata reticerent ac celarent, ùt, cum commodè satis possent, in Judicium ea non deducerent. Atque hos בעלי שכם seu *Consentientes* appellant e, nec leviori quàm ipsos flagi-

d *Politic. 4. cap. 17.*

e *Maimonid halach Melakim cap. 9. Josephus Albo* Sepher Ikarim *lib. 3. cap. 14.*

flagitiorum autores pœnà dignos cenſuere f. De Tribunalium autem huic Juri ſingularium apud Ebræos ipſos conſtitutione, ita, ad veterum mentem Maimonides g, חייבין בית דין ישראל לעשות שופטים לאלו הגרים התושבים לדון להן על פי המשפטים אלו כדי שלא ישתרר העולם אם ראו בית דין שיעמידו שופטיהם מהן מעמידין ואם ראו שיעמידו להן מישראל מעמידין *Debent ii qui Tribunalibus Iſraeliticis præſunt præficere Iudices Proſelytis illis Domicilii; ut ſecundum jus illa Noachidarum jus eis dicatur, ne quid detrimenti capiat humana ſocietas. Pro eorum vero arbitrio, idem eſt, ſive Iudices hoſce conſtituant ex ipſis ejuſmodi Proſelytis, ſive ex Ebræis.* Sexus autem ita ratio heic habenda erat, ut fœmina in Judicem eis ritè apud Ebræos præfici nequiret; quod neque ex jure Ebræis civili regulariter h admiſſum. Idem Maimonides diſertè ולא תדון אשה להם *Fœmina eis jus dicere non licuit* i. Cum vero ex Ebræorum jure civili, tres minimum Judices ferè ſemper de cauſis cognoſcerent civilibus ſeu pecuniariis, de capitalibus verò nunquam pauciores viginti tribus (quod ex titulo Sanhedrin liquet) cumque omnia, ut ſtatim oſtenditur, judicia pœnalia, ob violatum à Noachide jus Naturale, Ebræis in uſu capitalia eſſent; pro libitu nihilominus præficientium, ita Judicum heic numerus variabat, atque ab eo, qui ex jure Ebræorum civili exigebatur, diverſus erat, ut etiam unicus ſufficeret. Quod itidem de Teſtibus dicendum; quorum tamen in admiſſione, ſexûs etiam ratio ita habita, ut fœmina, quemadmodum ex Jure Iſraelitico, excluderetur. Maimonides k, ובן נח נהרג בעד אחד ובדין אחד בלא התראה ועל פי קרובים אבל לא בעדות אשה *Noachides ultimo afficitur ſupplicio ex ſententia Iudicis unici atque ex unici teſtis teſtimonio, idque ſine Præmonitione atque teſtimonio propinquorum* (quod in Judiciis Iſraeliticis ſeu merè civilibus l non eſt admiſſum) *Minimè verò ex teſtimonio fœminæ.* Atque ex hoc Judiciorum, juxta jus Noachidarum, atque illud, quod Ebræorum civile eſt, diſcrimine interpretantur illud quod ex Gemara Babylonia ſuperiùs m affertur de Præcepto de Judiciis adjecto in Mara, præter illud Noachidarum. Scilicet בצאתו n, ישראל במורדת לדיורת דנין בסנהדרין של עשרים ושלשה *præceptum fuiſſe Iſraelitis in Mara, ut judicia* (capitalia) *exercerent in*

f *Videſis Hugonem Grotium de Iure Belli ac Pacis lib. 2. cap. 20. §. 40. &c.*

g *Ibid. cap. 10*

h *Videſis Sepher Shalsheleth fol. 14a. & Petri Fabrum Semeſtr. lib. 2. cap. 14.*

i *Gem. Bab. ad tit. Sanhedrin cap. 7. fol. 57b.*

k *Hal. Melakim cap. 9. Adde Gem. Hieroſolym. ad tit. Kidoſchim cap. 1. fol. 58. col. 3.*

l *Miſna tit. Sanhedrin cap. 3.*

m *Capite ultimo libri primi. pag. 123.*

n *Gloſſ. Talmud. ad tit. Sanhed. cap. 7. fol. 56b.*

in Tribunalibus XXIII *virorum &c.* quod legitur in Gloſſa Talmudica ubi etiam adjicitur Pluralitatem teſtium atque Præmonitionem tunc temporis, velut jura Iſraelitis ſingularia, acceſſiſſe; adeoque aliam Judiciorum formulam, aliaque judicia, præceptis anterioribus tunc, in Ebræorum tantum uſus, adjecta. Ut vero in Judicum & Teſtium ratione hujusmodi habebatur inter Noachidarum & Ebræorum jus diſcrimen, ita etiam in Pœnis diverſitas. Nam capitalem, quæ gladio infligebatur, ad Noachidas ex ſuo jure heic reos attinere o volunt. Neque quid à Noachide contra jus ſuum Naturale commiſſum non ultimo id genus ſupplicio, ex more, qui ibi receptus, puniendum. Sed quæ de Judiciis ac Pœna heic dicta ſunt, intelligenda tantùm de Septem præceptorum ſeu Juris Naturalis Illuſtrioris, non de Minorum ſeu Obſcuriorum capitis alicujus violatione. Neque enim de hiſce cognoſcebat Tribunalium aliquod. Sex igitur illa inceſtûs genera cunctis hominibus à rerum initiis (ut ſupra traditum eſt) interdicta, uti etiam Cultus Extraneus, Maledictio Numinis, Homicidium, Furtum, Eſus membri animalis viventis (nec diſparis juris voluere eſſe aliqui, ut oſtenſum eſt, eſum ſangvinis) & præceptum hoc de Judiciis (quà ſive obedientia civilis, ſive, ubi ex fedele ſeu indultu liceret, Judicum ſeu Magiſtratuum conſtitutio eo innueretur) Pœnam habebant Mortis ex recepto apud Ebræos juris Gentium uſu adjectam. Quæ etiam ex Tribunalium, quæ diximus, ſeorſim & Proſelytorum Judiciis per ſe præſtitutorum ſententia, gladio irroganda, qualis Pœna, ex jure Ebræorum ſibi civili atque ordinario non cuiquam, præter homicidam, ob horum aliquod commiſſum infligebatur. Sed aut Vivicrematio aut Strangulatio aut Lapidatio; idque tantùm in prioribus quatuor generibus. Sed Proſelytorum Domicilii ſupplicium heic in cunctis parile, id eſt ultimum. Adeoque tria etiam poſteriora, Furtum ſcilicet, Eſus membri animalis viventis, atque id quod contra præceptum de Judiciis committeretur, in Proſelyto Domicilii ſic puniebatur. Quæ intereâ ex Jure Iſraelitico & uſu ipſis civili aut compenſatione damni, dupli, quadrupli aut quintupli, aut verberibus tantùm plecti ſolita, Proprium ſcilicet ſibi & Proſelytis Juſtitiæ

o *Vide Gem. Babylon. ad* 8. Sanhed. c. 7. fol. 57 b. & c. 8. fol. 71 b. & *Maimon. halach.* Melakim c. 9.

Jus

Digitized by Google

Jus illud erat, etiam à Numine præscriptum. Juris autem Noachidarum capitum, Numen pariter autorem, ut supra ostensum est, esse voluere; qua scilicet in ipsis interdicta præceptave habentur. Pœnarum vero genera quibus coercerentur homines contra committentes sive graviora sive leviora, tum pro eorum qui jure illo uterentur consensu & indole tum pro variis, Personarum, Loci, Temporis circumstantiis præstitui potuisse. Idque ex mente Præcepti hujus universalis de Judiciis. Unde & ipsi ultimum adjecere supplicium Tribus illis Noachidarum juris Capitibus, ob quæ tamen violata ex Jure ipsorum civili seu Israelitis proprio nemo morte puniendus. Nimirum ne salutare sacis reipublicæ seu humanæ apud ipsos societati medicamen deesset, pro eorum arbitrio, quibus suprema in legibus superinducendis potestas erat, sive gravius quomodolibetcunque sive levius, ut rerum diversitas exigebat, Pœna genus sceleribus & delictis constitui fas existimabant. Quale quidem receptissimi Orbis Christiani etiam mores luculenter docent; tametsi nec defuerint in scholis nostris viri subtilissimi p, qui ne Furtum quidem simplex morte punire fas esse contenderint. Quorum sententiam tam Ebraicæ in Judiciis ex Jure Gentium exercendis Reipublicæ, quàm Christiani orbis consensus palam impugnat. Ideo autem mortem Proselytis Domicilii reis Gladio inferri volebant, puto, Ebræi, quia præ cæteris ultimi supplicii generibus, illud Turpius existimarent. Id colligo ex his Misnæ q verbis. מצות הנהרגין הוו מתחזין את ראשו בסייף כדרך שהמלכות עושה ר' יהודה אומר ניזול הוא זה אלא מנחזין את ראשו ער הכתן וקוצץ בקופיץ אומר לו אין מתו מנולרת מזו *Ex instituto de ultimo supplicio efficiendo* (nec tamen lapidatione, vivicremation e, aut strangulatione) *Caput damnati amputabatur gladio; quemadmodum jussu regio fieri solet. Sed turpe hoc esse ajebat R. Iehuda qui voluit potius ut caput stipiti impositum securi præsecaretur; cui responsum est, turpius hoc genere mortis esse nullum.* Atque ita demum se habuit usus, ex jure Gentium, forensis, quoties in Jus vocaretur Proselytus Domicilii aut Noachides in ditione Israelitica ob Juris aliquod Naturalis caput simpliciter violatum; nullâ juris Civilis seu quod Israelitis proprium esset, ratione commista. Id interea verum est, non defuisse qui Strangulationem

p *Scot. in sent. 4. dist. 15. q. 3 & Sidesius Alex. Alens. part. 3. quæst. 47. membr. 4.*

q *Tit. Sanhedrin cap. 9.*

nem, Pœnam Gentilium [r] in ditione Iſraelitica capitalem fuiſſe traderent. Sed refragatur Talmudicorum turba, niſi de Pœna coitus ex jure ut volunt illi ſingulari Iſraelitarum adeo illiciti, ut in adulterium juxta jus Iſraeliticum, non, ut illi docent, juxta Naturale ſeu Noachidarum, ibi migraret, dictum capias; qua de re capite proximo. De nefandi autem beſtiæ coitûs Noachide reo aiunt; eum tantum morte fuiſſe puniendum, non item beſtiam, tametſi jus Ebræis ipſis Civile aliud eſſet; qua de re ſupra [s] etiam monuimus, uti item de Noachide [t] in transgreſſionem ſui juris vi adacti. Alia ſubinde in ſuperioribus libris occurrunt, quæ huc ſpectare meminerit lector.

[r] *R. Manaſſe in Gen. Bab. ad tit. Sanhed. cap. 7. fol 56b. & cap. 8 fol 57 b. & vide ibi gloſſas.*

[s] *Lib. 1 cap. 4.*

[t] *Lib. 2. cap. 14.*

Cap. VII.

De Judiciis *quibus in ditione Iſraelitica ſubeunt Proſelyti Domicilii* ob Jus ibi Gentium, *ſeu quod* Naturale non habebãtur, *violatum.* Pœnæ Singulares *Proſelyto ejusmodi ob* Sponſæ Ebraicæ (*qualis in jure Noachidarum non agnita*) coitum, *irroganda.* Proſelytus Domicilii reus *& dein* Juſtitiæ Proſelytus *factus.* Minor, Surdus, mentis inops. Proſelytus Juſtitiæ *Judiciis pœnalibus*, ex Jure Iſraelitico *exercendis, praeſſe rite nequibat, nedum* Proſelytus Domicilii.

Conſideratio heic altera eſt, de Judiciis quibus ſuberat Proſelytus Domicilii aut Noachides in ditione Iſraelitica, ob juris alicujus Gentium ibi, ſive Imperativi ſive Intervenientis, capitis violationem. Ex eis quæ libro ſecundo & ſequentibus occurrunt palam fit, Proſelyti Domicilii conditionem fuiſſe ejusmodi, ut quamplurima ei non permiſſum ſit facere, quæ tamen Iſraelitis imperata; nec quidem ultro ritus aliquos, velut jure ſibi extra ſuiſeu Naturalis corpus ejusve Appendices, ſuperinducto obſervare. Sic nihilominus ut obligaretur interea jure Gentium tum Imperativo tum Intervenien-

veniente, id eſt tum ſacro quodcunque ad Proſelytorum Domicilii regimen attineret, tum eo quod ab Ebræis ipſis ejusmodi regimini ſuperinductum eſt. Quoties autem in eorum quempiam ob Juris aliquod, quale diximus, Gentium caput violatum, agi oportuit; etiam, pro libitu eorum qui rebus præeſſent, ſive in tribunal Proſelytorum Domicilii regimini ſeorſim poſitum, ſive, in Iſraeliticum aliquod ordinarium evocandus erat, ibique ſive abſolvendus ſive damnandus Pœna Iſraelitica, ſeu ex Jure ſolummodo Ebræorum ſeu civili (niſi dicas hoc ita in jus Gentium migraſſe) inſtitutâ. Sic tamen ut Judex etiam heic Unicus, Unicus item Teſtis ſufficeret, nec Præmohitionis ratio (ut in Judiciis mere Iſraeliticis) omnino haberetur. Quæ de Proſelyto Domicilii Imaginem faciente, Lucum plantante, Sabbatum obſervante, id genus reliquis, libris in ſuperioribus dicta ſunt, heic recolantur, utpote quæ modo jam memorato in judicium deducenda. Sed inſigne præ aliis eſt, ad hanc rem, id quod habent Talmudici de ſingulari ob illicitum concubitus unicum genus Proſelyti Domicilii Pœna quæ ex Juris Iſraelitici & Noachidarum diſcrimine orta eſt. Nimirum ex oſtenſis libro quinto liquet, Alienæ uxoris, poſt domum deductionem ſcilicet ac matrimonium coitu incœptum firmatumque, concubitus plane adulterium fuiſſe tam ex Jure Noachidarum quam ex Jure Iſraelitico. Unde evenit, ut adulterii ejusmodi reus, ſive in fœmina Gentili ſive in Iſraelitica, Proſelytus Domicilii, Pœnam ſubiret gladii ex ſententia fori id genus hominibus conſtituti, ut capite dictum eſt ſuperiori. Talmudici[u]; אם בא על אשת ישראל אחר שנבעלה הרי זה כמו שבא על אשת גוי חבירו ויהרג בסיף *Si Noachides concubuerat cum uxore Iſraelita poſtquam coitus matrimonium ſecutus eſſet, idem* (quantum ad adulterii interdictum ſpectat) *fecerat perinde ac ſi cum Gentilis uxore coiverat, & gladio puniendus erat.* Nempe in jus ſimpliciter Noachidarum ſic commiſerat. Non item, ſi id fecerat, antequam maritus cum ſponſa coiverat. Nam ex jure Noachidarum ſeu Naturali, citra coitum ne quidem uxor juxta Talmudicos, habebatur ea, quacum quis matrimonium contraxerat, ut fuſius libro oſtenditur quinto. Jure autem Iſraelitico etiam ex ſponſalibus citra deductionem, citra coitum, uxor fiebat[x]; qua de re plura nos in Vxore Ebraica. Et ſi quis cum

u *Maimon. halach.* Melakim *cap. 9.*

x *Deut. 22. 23, &c.*

sponsaejusmodi aliena concubuisset, utrique ex jure Israelitarum ci-
vili Lapidatione puniebantur [y], ante scilicet tam deductionem
quam coitum mariti; post deductionẽ vero & citra coitum, Stran-
gulatione, ut adulteri alii; excepto ubi sponsa esset filia Sacerdo-
tis, quæ ex disertis legis [z] sacræ verbis comburenda. Unde &
sponsam qualem diximus, scilicet נערה שאין נבעלה לחופה
uti vocant, id est *sponsam quæ nondum in thalamum deducta est*, volunt
Christiani scriptores aliqui fuisse adulteram illam, ad quam atti-
nere legem de lapidatione innuunt Scribæ & Pharisæi in Evange-
lio [a]. Si igitur Noachides seu Proselytus Domicilii id quod Adulte-
rium ex jure tantum Israelitico, non Noachidarum, censeretur, in
sponsa qualem diximus commisisset, ex jure simpliciter suo in jus
vocari nequibat. At vero ex jure cui ratione Domicilii, pro arbi-
trio eorum qui ibi rebus præerant, suberat, juxta exitum judicio-
rum Israeliticorum puniebatur, non gladio; sed si reus ante tam
deductionem quam coitum mariti, lapidatione; si post deductio-
nem & ante coitum, strangulatione. Nec raro aiunt מיתת האמורת
בתורה כולם הוא הנק *simplex mortis* seu *ultimi supplicii Pœna in le-
ge Strangulationem denotat.* Gemara Babylonia [c]; בן נח בא על
שניות ישראל נידון בדיני ישראל בא על ערוות בן נח נידון בדיני
בן נח ואנו אין לנו אלא נערה המאורסה ונחשב נמי נכנסה
לחופה ולא נבעלה. *Noachides* seu *Proselytus Domicilii reus Turpi-
tudinis* seu *Concubitus ex Iure Israelitico damnati judicatur Iudicio Israe-
litico, concubitus ex Iure Noachidarum, judicio Noachidis seorsim præsti-
tuto. Nec quidem hoc nobis proprium est quidquam præter speciem il-
lam de virgine desponsa, idque tametsi ea in thalamum deducta fuerit,
nondum cum sponso coiverit.* Huc spectat locus egregius in Gema-
ra Hierosolymitana [d], ubi Rabbi Jona; איש מהת"ל איש איש אלא
להביא את הגוים שבאו על ערות האומות שידונו בדיני האומות
ואם באו על ערות ישראל שידונו אותם בדיני ישראל אמר ר'
אלעזר מכולם אין לך אלא ארוכת שיראל בלבד שאם בא
ער ארוסת גוים פטור אם בא על ארוסת ישראל חייבין
במה הוא מתחייב בדיניהם בדיני ישראל אין חימר בדיני ישראל
בשני עדים ובעשרים ושלשה דיינים זו נהתוריה ובסקילה ואין
תימר בדיניהן בער אחר ובדיין אחר ושלא בהתריה ובסיף
bom na nomine denotatur? verba fiunt de loco illo sacro, ubi inter-
dictorum de illicito concubitu [e] habetur exordium) *sensus est, ut ite-
ratione*

[y] *Gem Bab. ad tit. Sanh. dicto cap. 7. fol. 57b. Maimonid. hal. Issuri Bia c. 1.*

[z] *Lebit. 21 9.*

[a] *D. Ioann. cap. 8.5.*

[b] *Vide Lebit. 20. 10.*

[c] *Ad tit. Sanhedrin cap 7. fol. 57b.*

[d] *Ad tit. Kidoschin cap. 1. fol. 58. col. 2. & 3.*

[e] *Lebit 18.6.*

ratione vocabuli hominis, etiam ipsi Gentiles immerentur; ita scilicet ut quotquot eorum commiserint in interdicta de illicito concubitu, quo generi humano interdictum est, judicia subeant quæ ad gentes seu *Noachidas seorsim attinent. Si verò commiserint in interdicta de concubitu Israelitis illicito, judicia subeant quæ attinent ad Israelitas, quorum innumerò monuit Rabbi Eliezer esse illud tantum quod est de sponsa Israelitæ, nondum nupta* (qualis illa fuerit jam diximus) *Adeò ut si concumbat cum ejusmodi sponsa, judicii sit reus, si verò cum sponsa Gentilis* (id est, ut antè ostenditur, ea quacum nondum concubitus perfecit sed consensus tantum inchoavit matrimonium, juxta jura Noachidarum seu simpliciter, ut volunt, Naturalia) *reus non omninò sit. Verum quidem est ob coitum sponsæ Israelitæ, damnandum esse. Ceterum an judicio Israelitico an judicio Noachidis proprio? si dicas judicio Israelitico, binis opus est testibus & XXIII viris qui judicent, etiam & præmonitione, & Pœna est Lapidatio. Si verò dixeris, judicio Noachidis proprio, unicus tantummodò sufficit testis, unicus Judex, idque absque præmonitione. Et Pœna est gladio irroganda.* Quin & Maimonides f; אין בן נח חייב עד אשת חבירו עד שיראו עליו כורכו אחר שנבעלה אבל מאורסה או שנכנסה לחופה ולא נבעלה אין חייבין עליה שנאמר והיא בעלת בעל בתולה ובועלים אותם בבן נח שבא על בת נח מבני גוי הבא על הישראלית בין כהכרה בין שלא כהכרה חייב ואם היתה נערה מאורסה נסקל עליה כדיני ישראל בא עליה אחר שנכנסה לחופה ולא נבעלה הרי זה בחנק כדיני ישראל *Noachides alterius Noachidis uxoris concubitûs nomine reus non erat, nisi more consueto cum ea concubuisset, idque etiam post Sponsi coitum. At verò ob sponsæ, aut domum* seu *in thalamum deductæ, quacum nondum sponsus coiverat, coitum rei non habiti sunt Noachidæ. Iuxta illud quod dictum est* g (de Sara Abrahæ uxore) *& cum ipsa maritus concubuit* (ubi uxorem ejus esse, Abimelecho cœlitûs sic innuitur) *Quæ sic dicta interim intelligenda sunt, ut de Noachide cum fœmina Gentili seu sui generis coeunte rem capias. Si verò cum Israelitide coiverat sive more consveto sive præposlero reus habebatur. Et si ea esset virgo desponsata* (necdum in thalamum deducta) *lapidabatur ille juxta judicii Israelitici exitum. Si in thalamum deducta, nec dum amplexibus Veneris excepta, Strangulatione puniebatur juxta etiam Judicii Israelitici exitum.*

f *Hal. Melakim cap. 9. & 10. Vide Mos. Mikot. prac. affirm. 122.*

g *Genes. 20.*

exitum. Ita ut inter se Noachidæ in ditione Israelitica sui planè seu juxta Ebræos Naturalis juris fruerentur circa contractus conjugales libertate; unde nec uxor ipsis erat quæpiam ante coitum. Qua de re consulas librum quintum. De Proselytis autem Domicilii reis ac postmodum in ritus Judaicos transeuntes ad hunc modum statuunt [h]. בן נח שבירך את השם או שעבד עבודה זרה או שבא על אשת חבירו או שהרג חבירו ונתגייר פטור הרג בן ישראל או שבא על אשת ישראל ונתגייר חויב והורגים אותו על בן ישראל והזנקין אותו על אשת ישראל שבעל שוגגי נשתנה דינו *Noachides qui nomen Domini sanctissimum blasphemasset aut idolum coluisset aut in Noachidis alterius uxore adulter fuisset & dein Proselytus justitiæ fuisset factus, in judicium vocandus non erat, sed liber.* (Nam ob hæc crimina in Gentilismo commissa, puniendus erat solùm juxta ordinem & exitum Judiciorum quæ Proselytis Domicilii seorsim propria fuere, nec in Proselytos Justitiæ magis atque in Originarios exercenda) *At verò si Israelitam occiderat, aut cum Israelitæ uxore concubuerat, dein Proselytus Justitiæ factus, Gladio quidem plectendus erat ob homicidium* (ut antè, nam & ea Pœna homicidii ex Jure Ebræis civili) *sed Strangulatione ob adulterium.* Scilicet non jam gladio quo ob adulterium jure Noachidarum interdictum, erat puniendus, dum Proselytus erat Domicilii, sed Pœnâ Israelitarum civili. Ita Proselytorum Justitiæ crimina ejusmodi ante Proselytismum, sive in compares seu Noachidas sive in Numen ipsum commissa, ex ipsa in ritus Judaicos transitione dilui voluêre. Non item quæ in Israelitas, tametsi velut denuò natos nec ante in lucem editos eos aliàs haberent, ut ostensum est libro secundo [i]. Ajunt [k] etiam Gentilem, qui percusserat Israelitam, morte fuisse meritò puniendum, nec tamen ita punitum. Adjiciunt item [l] שנשים מהן לא קטן ולא חרש ולא שוטה שאינן בני מצות *non puniebatur ex Gentilibus quisquam Minor, surdus, aut mentis inops, quoniam hi minimè fuere filii Præceptorum*, id est, ad quos præcepta satis attinerent. Prætereundum autem non est, tametsi Proselytis Domicilii, ut capite superiori dictum est, ritè potuêre fieri Judices qui sibi congeneres ex Jure Noachidarum solùm, judicare possent, adeoque tam Proselyti Justitiæ quàm Ebræi, nihilominus Judiciis Pœnalibus ex jure Israelitico seu Ebræorum civili exercendis rite præfici ne Prosely-

h *Maimon. hal.* Melakim *cap.* 10. & *Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhed. *cap.* 7. & *Hierosolym. ad tit.* Kidoschin. *cap.* 1. *fol.* 58. *col.* 3.

i *Cap.* 5.

k *Maimon. hal.* Chobal Wemazik *cap.* 1. & *hal.* Melakim *c.* 10.

l *Ibidem.*

Proſelytos quidem Juſtitiæ, nedum Domicilii, potuiſſe; qua de re item dictum eſt libro quinto [m].

[m] *Cap.* 20.

Cap. VIII.

De Judiciis Extraordinariis *ſive ubi* Ebræus *aut* Gentilibus binis *aut* Ebræo & Gentili arbiter *receptus eſſet, ſive ubi* Ebræis *orirentur cum aliis Gentibus actoribus, veluti* Africanis, Ægyptiis, Arabibus, *ſive* de Territoriis *ſive* de bonis aliis controverſiæ.

Quæ verò hactenus de Judiciis forenſibus apud Ebræos explicata ſunt, ad Judicia attinent, ſive juxta Jura Noachidarum ſive in Proſelytorum Domicilii regimine exercenda, Ordinaria. De aliis etiam, quæ Extraordinaria voco, leguntur nonnulla in Ebræorum commentariis, quæ, quoniam eorum ſententiam de Jure, cum Gentilibus etiam nondum in Proſelytorum Domicilii numerum nec in ſuam poteſtatem receptis, agendi aliquantulùm aperit, prætermittere heic viſum non eſt. Horum alia ſunt de Judiciis ubi ex Gentilium litigantium compromiſſo Ebræus arbiter ſeu Judex fieret. Alia de aliarum cum Ebræis Gentium litibus, ſub judice cui in utrosque poteſtas, agitatis. Ubi ex compromiſſo Ebræus arbiter fiebat, tam actore quàm reo Gentilibus, ex Jure Noachidarum omninò controverſiam fuiſſe ajunt dirimendam. At ſi pars altera eſſet Ebræus, ita ab arbitro ferendam ſententiam, ut ſecundum illud Jus ſive Iſraeliticum ſive Noachidarum, quod in cauſa Ebræo utilius eſſet, pronuntiaret. Maimonides [n], ישראל ונוי שבאו לפניך

[n] *Hal. Melakim cap.* 10,

לדון אם יש זכות ישראל בדיניהם דנין לו בדיניהם
ואומרים לו כך דיניכם ואם יש זכות לישראל בדיניהם
דנין

דין לו דין תורה אומרים לו כך דינינו ויראה לי שאין עושין כן לנר תושב אלא לעולם דין לו בדינה *Si Ebræus & Gentilis in te velut arbitrum compromittant, & commodius fuerit Ebræo, ut causa ex Noachidarum jure decidatur, eo jure utendum est, ac Gentili dicendum, sic exigit jus vestrum. Si commodius fuerit Ebræo, ut causa ex jure decidatur Israelitico, eo utendum est jure, atq; Gentili itidem dicendum, ita exigit Nostrum jus. Quod tamen, ut mihi videtur, minimè faciendum, ubi Gentilis ille fuerit Proselytus Domicilii, qui perpetuò* (nisi ubi in juris Israelitici capita illa aliquot, quæ superiùs memorantur, commiserit) *secundum jus Noachidarum judicandus est.* Litium autem sub Judice, cui tum in Ebræos tum in alias, quæ actione uterentur, Gentes potestas erat, agitatarum Historiolæ occurrunt in Talmude Babylonio, quarum ne vestigium, ni fallor, in vetustis Scriptoribus sive Græcis sive Latinis repertum. Reverentiam atque munificentiam singularem, quâ erga Jaddum Pontificem omnesque Hierosolymis Ebræos etiam & totam ubique Gentem usus est Alexander Magnus Ebræos in suam potestatem recipiens o, enarrat Flavius Josephus, uti & eum sequuti non pauci. Sed de Judiciis ejus seu litibus coram eo institutis, actoribus aliis gentibus, Ebræis verò reis, nihil memorant. Triplicem tamen in Ebræos, illo Judice, Litem institutam scribunt Talmudici atque disceptatione agitatam fuisse. Primam ab Africanis, Secundam ab Ægyptiis, Tertiam ab Ismaelitis seu Arabibus atque posteris Keturæ. Africani, ut posteri Cananæorum, qui sub Josuæ tempora è Terra Canaan bello pulsi in Africam migrarant (& ea de re certè expressum fuisse in veteri apud Africanos in Provincia Tingitana, inscriptione testimonium tradit Procopius p; & recole heic quod supra q de Josuæ belli in eos denuntiatione memoratur) hæreditatem avitam repetebant. Ex jure successionis in Abrahæ Bona seu Familiæ erciscundæ, agebant Ismaelitæ & Keturæ posteri. Et demum Ægyptii, veluti certi condictione petebant restitui sibi aurum & argentum quod Ebræis ex Ægypto profecturis ipsorum majores mutuò dederant. Advocati Ebræis munus præstitisse ajunt Gibeah Ben Pessa, dictum item ben Kosam Jurisconsultum celeberrimum atque ejusmodi exceptionibus sedente pro Tribunali Alexandro usum esse, ut actores replicationes quibus exceptionum vim refellerent

o *Archæolog. lib. 11. c. ult. & περὶ ἀλώσεως lib. 2. c. 21.*

p *De rebus Vandalicis lib. 2.*

q *Lib. 5. c. 13.*

r *Exod. 11. 2. & 12. 36.*

s *Abraham Zacuth. in Sepher Juchasin. fol. 136.*

rent fruſtrà quærentes cauſis planè caderent, & prædia atque vineas, quas, ex certa evictionis ſpe, vi occupaverant, derelinquentes pudefactique recederent. Verba Gemaræ Babyloniæ ſubjungo; כשבאו בני אפריקא לרון עם ישראל לפני אלכסנדרוס מוקדון אמרו לו ארץ כנען שלנו היא דכתיב ארץ כנען לגבולותיה וכנען אביהון דהנהו אינשי חורי אמר להו גביה בן פסיסא לחכמים תנו לי רשות ואלך ואדון עמהן לפני אלכסנדרוס מוקדון אם יצחוני אמרו הדיוט שבנו נצחתם ואם אני אנצח אותם אמרו להם תורת משה נצחתכם ויתנו לו רשות הלך ודן עמהם אמר להם מהיכן אתם מביאין ראיה אמרו לו מן התורה אמר להן אף אני לא אביא לכם ראיה אלא מן התורה שנאמר ויאמר ארור כנען עבד עבדים יהיה לאחיו עבד שקנה נכסים עבד למי ונכסים למי ולא עוד אלא שהרי כסח שנים שלא עברתונו אמר להם אלכסנדרוס מלכא החזירו לו תשובה אמרו לו תנה לנו זמן שלשה ימים נתן להם זמן ברקו ולא מצאו תשובה מיד ברחו והיניחו שרותיהן זרועות וכרסיהן כשהן נטועות ואותה שנה שביעית היתה שוב פעם אחת באו מצרים לרון עם ישראל לפני אלכסנדרוס מוקדון אמרו לו הרי הוא אומר וה' נתן את חן העם בעיני מצרים וישאילום תנו לנו כסף וזהב שנטלהם ממנו אמר גביהא בן פסיסא לחכמים תנו לי רשות ואלך ואדון עמהן לפני אלכסנדרוס אם יצחוני אמרו להם הדיוט שבנו נצחתם ואם אני אנצח אותם אמרו להם תורת משה רבינו נצחתכם נתנו לו רשות והלך ואמר להן מהיכן אתם מביאין ראיה אמרו לו מן התונה אמר להן אף אני לא אביא לכם ראיה אלא מן התורה שנאמר ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים שלשים שנה וארבע מאות שנה תנו לנו שכר עבודה של ששים ריבוא שיעבדתם במצרים שלשים שנה וארבע מאות שנה אמר להן אלכסנדרוס מוקדון החזירו לו תשובה אמרו לו תנו לנו זמן שלשה ימים נתן להם זמן ברקו ולא מצאו תשובה מיד הניחו שרותיהן זרועות וכרסיהן כשהן נטועות וברחו ואותה שביעית היתה ושוב פעם אחת באו בני ישמעאל ובני קטורה לרון עם ישראל לפני אלכסנדרוס מוקדון אמרו לו ארץ כנען שלנו ושלכם וכתיב אלה תולדות ישמעאל בן אברהם וכתיב אלה תולדות יצחק בן אברהם אמר להן גביהא בן פסיסא לחכמים תנו לי רשות ואלך

t *Ad tit.* Sanhedrin *cap.* II. *fol.* 91. a.

ואלך ואדין עמהן לפני אלכסנדרוס מוקדין אם ינצחוני אבוך
דדיוט שבנו נצחתם ואם אני אנצחו אותם אמרו לו
תורת משה רבינו נצחתכם נתנו לו רשות הלך ודן
עמהן אסר להם מהיכן אתם מביאין ראיות אמרו לו
מן התורה אמר להן אף אני לא אביא ראיות אלא
מן התורה שנא' ויתן אברהם את כל אשר לו ליצחק ולבני
הפלגשים אשר לאברהם נתן אברהם מתנות אב
שכתן אגטין לבניו בחייו ושיגר זה מעל זה כלום
יש לזה כלום על זה *Cum adeſſent Africani, ut litigarent cum Iſraelitis coram Alexandro Macedone, aſſerentes Terram*

u Num. 34. 2. *Canaan ſuam eſſe eo quòd etiam ſcriptum reperiatur* u *Terram eam ac Terminos ejus & Canaandici, qui fuerat eorum pater, rogavit Gibeah Ben Peſiſa poteſtatem à ſapientibus, ut Advocati munus patria præſtaret coram Alexandro Macedone. Quod ſi, inquit, ipſi viceriut, integrum erit vobis reſpondere, illos privatum ex Iſraelitis tantùm viciſſe. Si verò ego vicero, reſpondendum erit, Legem Moſis eos viciſſe. Datâ ei poteſtate abiit & litigavit cum eis. Rogavit eos undenam peterent Argumentum. Reſponderunt ex Lege. Quibus ille, etiam ego nentiu quam argumentum afferam contra vos aliunde quàm ex lege pere-*

x Geneſ. 9. 25. *tum. Scriptum illic eſt, inquit, Maledictus* x *Canaan, ſervus ſervorum erit ille Fratribus ſuis. Vbi ſervus res acquiſierit, cujuſnam eſt ipſe ſervus? cujuſnam res ejus? Quin vos inſuper quot annis jam nobis minimè ſerviiſtis? Alexander Rex jubet eos reſponſum dare. Cui illi, da quaſo nobis moram tridui; quâ indultâ fruſtra reſponſum quærebant. Vnde aufugère relinquentes agros ſuos ſeminatos & vineas plantatas. Id quod anno contigit Sabbatico. Rurſus aliquando venerunt Aegyptii, ut litigarent cum Iſraelitis coram Alexandro Macedone, cui oſtenderunt à Moſe dictum, Deum*

y Exod. 12. 36. *dediſſe* y *gratiam populo in oculis Aegyptiorum, ut poſtulata concederent eis, ſeu mutuo darent quæ ipſi peterent. Reddite igitur, inquiunt, argentum & aurum quod à nobis abſtuliſtis. Petit à ſapientibus poteſtatem Gibeah Ben Peſiſa, ut ipſe Advocati munus, in hoc iſtidem judicio, patria præſtaret coram Alexandro. Et inquit, ſi viceriut ipſi, integrum erit vobis reſpondere hominem è vobis privatum ab eis victum duntaxat eſſe. Si verò ego vicero, reſpondendum erit, ipſos à Lege Moſis Magiſtri noſtri victos. Poteſtate ei data abiit & cum eis in Judicio egit. Rogavit igitur eos, unde peterent Argumen-*

tum.

tum. Reſponderunt ex lege. Subjungit ille, etiam ego ex lege tantùm argumentum contra vos petam. Hinc ſcriptum reperitur [z], *Habitatio autem filiorum Iſrael, qua manſerunt in Aegypto, triginta fuerunt anni ſupra quadringentos annos. Reddite igitur nobis Mercedem Operæ ſexaginta a Myriadum, qui per annos* CCCCXXX *in Aegypto vobis ſerviebant.* (Scimus hunc annorum numerum non ab ingreſſu in Ægyptum, ſed à peregrinatione Abrahæ prædictâ [b] tum Chronologis [c] Ebræorum, tum aliis, putari; qua de re heic non eſt locus diſputandi) *Iuſſit Aegyptios Alexander reſponſum huic argumento dare, Illi verò tridui morâ impetratâ fruſtrà quarebant reſponſum, unde relictis agris ſeminatis atque vineis conſitis aufugerunt. Rurſus aliquando venerunt Filii Iſmael* ſeu *Iſmaelitæ & Ketura Poſteri, ut in judicio experirentur cum Iſraelitis coram Alexandro Macedone. Aſſerebant ei, Terram Canaan eſſe tam ipſorum quàm Iſraelitarum, velut coheredum; Etenim tam ſcriptum reperiri* [d], *Hæ ſunt Generationes Iſmael Filii Abraha, quam ha* [e] *ſunt generationes Iſaac filii Abrahæ. Petiit igitur à ſapientibus poteſtatem ſibi dari Gibeah Ben Peſiſa, ut Advocati munus patria heic etiam præſtaret. Adjectis quæ in cauſis binis prioribus ſubjungerat, poteſtas ei data eſt. Abiit & cum eis egit in Iudicio. Rogat igitur unde ſumerent argumentum. Dicentibus illis è lege, etiam & ego inquit è Lege tantùm augumentum afferam. In ea autem dictum eſt, Et dedit Abraham omne quod habuit Iſaaco, & filiis Concubinarum quæ fuere Abrahæ dedit Abraham Munera. Vbi Pater, tum vixerit, inſtrumenta filiis dederit, quibus nolle ſe teſtatur, ut Bona ſua inter ſe dividant, & alterum emiſerit altero ditiorem, Prærogativam alterius alter jure minuere nequit.* Quin in *Bereſith Rabba* [f], actiones totidem à populis illis coram Alexandro adverſus Ebræos inſtitutæ, ſed diverſimodè narrantur.

[z] *Exod. 12. 40.*

[a] *Ibid. comm. 37.*

[b] *Geneſ. 15. 13. & Fide Act. Apoſt. 7. 6. & Epiſt. ad Galat. 3. 17.*

[c] Seder Olam Rabba *& Abraham Ben Daſid in* Kabala *& Rabbi Eliezer in* Pirke *cap. 48.*

[d] *Gen. 25. 12.*

[e] *Ibid. comm. 19.*

[f] *Paraſh. 61, fol. 63. col. 2.*

Verba ſunt; ביומי אלכסנדרוס מקדון באו בני ישמעאל לעורר על ישראל על חבכורה ובאו עמהם שתי משפחות רעות כנענים ומצרים אמרו מי חולק ודן עמהן אמר גביעה בן קוסם אני הולך ודן עמהם אמרו לו הזהר שלא תחליט להם ארץ הארץ אשר אני הולך עמהם אם נצחתי אותם הרו מוטב ואם לאו אתם אומרים מה הגרוע תזרע שיער

שיער עלינו הלך ודן עמהם אמר להם אלכסנדרוס
סוקדון מי תובע מיד מי אמרו ישמעאלים אנו תובעים
מידן ומתורתן אנו באים עליהם כתיב כי את רבכור
בן השנואה יכיר ויושמעאל בדין שיטול פי שנים א"ל
גביעה בן קוסם ארוני המלך אין אדם עושה מה
שהוא רוצה לבניו אמר לו הין וא"ל והכתיב ויתן
אברהם את כל אשר לו ליצחק אמרו לו והיכן שטר
שילוח שחילק בין בניו א"ל ולבני הפילגשים אשר לאברהם
נתן אברהם מתנות ונסתלקו משם בבושת פנים
אמרו כנענים מתורתן אנו באים עליהם בכל מקום
כתיב ארצה כנען ארץ כנען יתנו לנו את ארצינו א"ל
גביעה בן קוסם ארוני המלך אין אדם עושה לעברו
מה שהוא רוצה א"ל הין אסר והכתיב ארור כנען
עבד עבדים וגו' חרי הארץ שלנו והם עבדים לארוני
המלך ונסתלקו משם בבושת פנים אמרו עבד
מצרים מתורתן אנו באים עליהם ששים ריבוא
יצאו מאליו טעונים כלי כסף וכלי זהב וכתיב וינצלו
את מצרים יתנו לנו את כספינו ואת זהבינו אמר
לו גביעה בן קוסם ארוני המלך מי ריבוא בני אדם עשו אצלם
g רד"ו שנים מהם כספים ומהם זהבים שנוטלים כשכרן דינר
ליום ישבו פילוספים וחשבו ולא הגיעה לק שנה ער
שנמצאת ארץ מצרים לטימן ונסתלקו משם בבושת פנים

Tempore Alexandri Macedonis, venerunt Iſmaelitæ, ut cum Iſraelitis litigarent de Primogenitura. Cum illis veniebant item binæ familiæ improba Cananæi & Aegyptii. Conſilio inito, quiſnam Advocati munus illis litibus præſtaret, dixit Gibeah Ben Koſam, ego ibo & in judicio agam cum illis. Ei reſponſum eſt, cave ne Terra eis velut eviEa cedat. Illevero, ibo & in judicio agam. Si ipſe vicero, bene ſe res habebit. Sin verò, integrum erit vobis dicere, quid nobis cum homuncione illo? Abiit & in judicio egit cum illis. Interrogante Alexandro undenam altoresbi? illi undenam vei? Nos, inquiunt Iſmaelitæ, petimus quod poſſident ipſi, idque juxta ipſorum legem. Proferimus in eos id quod ſcriptum h eſt; ſed filium odioſa agneſcet pro primogenito; unde Iſmaeli jus erat ut duplicem ſortiretur hereditatis partem. Ad hæc Gibeah Ben Koſam, Domine mi Rex, inquit, nonne fas eſt cuique pro libitu ſuo cum filiis ſeu Liberis ſuis agere? Annuenti Regi, at ſcriptum eſt i, inquit, & dedit Abraham totam

g *Tres exemplar meum Cracoſiæ editum. Sed legendo potius* ר' לן, *tum ob ſimilitudinem literarum* ל & ר *(ubi hujuspars ſuperior mancafuerit) tum quod* ר"ר *in Numerorum deſignatione pro nihilo pland, extremum, haberi poteſt.*

h Deut. 21. 17.

i Gen. 25 5 & 6 Adiſis lib. de Succeſſionibus ad leges Ebræorum cap. 37.

totam ſubſtantiam ſuam Iſaaco. Illi verò, at ubi, inquiunt, eſt Inſtrumentum editum quo diviſa eſt hæreditas filiis ejus. Reſpondit ille, Et filiis Concubinarum quæ fuere Abrahæ dedit Abrahām munera. Et pudoris causâ ulteriùs litigare nolebant. Cananæi verò; ex ipſorum lege contra eos oſtendimus Terram ipſam paſſim nuncupari Terram Canaan, unde Terram quæ noſtra eſt Nobis reddi petimus. Atqui iterùm Gibeah Ben Koſam, Domine mi Rex inquit, nonne fas eſt cuique pro libitu ſuo cum filiis ſeu Liberis ſuis agere? Annuenti Regi at ſcriptum eſt k, *inquit, Maledictus Canaan, ſervus ſervorum erit illæ fratribus ſuis. Ecce tibi Terra ipſa noſtra eſt, atque illi ſunt ſervi Domino meo Regi. Unde etiam & hi ob pudorem ulteriùs litigare nolebant. Ægyptii demùm ita agunt. Debent nobis* LX *myriadas. Egreſſi enim ſunt è regionibus noſtris vaſis argenteis & aureis onuſti, juxta quod ſcriptum eſt* l *& ſpoliaverunt Ægyptios. Reddant igitur nobis Argentum noſtrum & Aurum noſtrum. Reſpondit Gibeah Ben Koſam, Domine mi Rex, Sexaginta Myriades hominum* [ex Ebræis] *operas eis* CCXXXVI, *annos præſtabant, partim in auro partim in argento artificium exercendo. Pro Operarum igitur mercede aſtulerunt Nummum ſive Denarium* [ſeu ejuſce valorem] *in diem. Inito autem à Peritis qui adeſſent computo, conſtitit ne centum quidem annos præteriiſſe à tempore quo primùm Ærarii uſus in Ægypto comperiretur. Ob pudorem igitur ulteriùs nec hi litigare volebant.* Vocabulum טימון ſeu טמין (quod planiſſimè è Græco ſermone quo ταμιεῖον *ærarium* denotat in Orientem, ut fieri amat, m migravit) interpretatur heic Iſachar Ben Netphali n אוצר שכר העבדות *Theſaurum Mercedis ſervitii, ſervitutis*, ſeu operarum. Senſus videtur; pluſquam mille ac centum annos ab Exitu ex Ægypto tunc præteriiſſe, nec tamen centum annos à tempore quo Ægyptiis uſum fuiſſe conſtaret ærarii unde operarum merces præſtaretur; adeoque nihil illis probationis manſiſſe, unde ſe Ebræis mercedem aliter ſolviſſe aſſerere poſſent. Miræ ſunt hæ diſceptationes forenſes, ubi omiſsâ utrinque omninò tot annorum præſcriptionis ratione, ad argumenta tantùm ex lege, hiſtoria ſacra, ejuſque interpretamentis petita convolant. An verò res ipſæ fuerint, Alexandro Judice, ita geſtæ, an ingenii Rabbinici figmenta (quemadmodum ferè Rhetorum atque Sophiſtarum apud Græcos*

k *Genes.* 9. 25.

l *Exod.* 12. 3.

m *Sidefis Baal Aruch. in* טמין

n *In Commentariis ad citatum locum* Bereſith Rabba.

Græcos & Latinos controverſiæ fictæ) neutiquam decerno. Certe Tertullianus adverſus Marcionem juſtitiam nullam defuiſſe in variis, ex Numinis mandato, Ægyptiorum aſportandis adſtruens, *age*, inquit [o], *infeliciſſime hæretice; teipſum expoſtulo arbitrum; cognoſce in utramque gentem; priùs, & ita de auctore præcepti judicabis. Repoſcunt Aegyptii de Hebræis vaſa aurea & argentea; contrà Hebræi mutuas petitiones inſtituunt, allegantes ſibi quoque eorundem patrum nomine ex eodem ſcripturæ inſtrumento mercedes reſtitui oportere illius operariæ ſervitutis, pro laterinis deductis, pro civitatibus & villis ædificatis. Quid judicabis optimi dei electior? Hebræos fraudem agnoſcere debere an Aegyptios compenſationem. Nam & aiunt ita actum per legatos utrinque, Aegyptiorum quidem repetentium vaſa, Iudæorum verò repoſcentium operas ſuas. Et tamen hac juſtitiâ renuntiaverunt ſibi Aegyptii. Hodie adverſus Marcionitas amplius allegant Hebræi, negantes compenſationi ſatis eſſe, quantumvis illud auri & argenti, ſi ſexcentorum millium opera per tot annos vel ſingulis nummis diurnis æſtimentur. Qua autem pars major; repetentium vaſa an incolentium villas & urbes? Querela ergo maior Aegyptiorum, an gratia Hebræorum? ut ſolo iuſtitiarum Iudicio Hebræi Aegyptios repercuterent, liberi homines in ergaſtulum ſubacti: ut ſolas ſcapulas ſuas ſcribæ eorum apud ſubſellia ſua oſtenderent flagellorum contumelioſa atrocitate laceratas: non paucis lancibus & ſcyphis pauciorum utique divitum ubique ſed totis & ipſorum facultatibus, & popularium omnium collationibus ſatisfaciendum Hebræis pronuntiaſſet. Igitur ſi bona Hebræorum cauſa, bona jam & cauſa, id eſt mandatum creatoris qui & Aegyptios gratos fecit; neſcientes & ſuum populum in tempore expeditionis anguſto aliquo ſolatio tacitæ compenſationis expunxit. Planè minùs exigi juſſit. Hebræis enim etiam filios Aegyptii reſtituere debuerant.* Ita tam Pater hic, quam Talmudici, judicium ejuſmodi memorant.

[o] *Adverſus Marcionem lib. 2. cap. 20. De ratione etiam judicii hujus vide Epiphanium in Ancorato; ejuſque de Iuſtitia, Clementem Alexandr. ſtrom. 2. Iſidor. Peluſiot lib. 4. Epiſt. 87. Scot. in ſent. 3. diſt. 37. quæſt. unica.*

CAP.

CAP. IX.

De Judicio Divino, & Pœnâ Præmioque cœlitus, *juxta Ebræos*, expectando. Exciſionis Pœna, *juxta nonnullos*, triplex, *adeoque* de Immortalitate Animæ *Talmudicorum aliquot ſententia.*

Superest ut de Judicio Divino ſeu Fori ſuperioris, quod בית דין שלמעלן nuncupant, juxta inſtitutum tandem agatur. Qualenam ſive Pœnæ ſive Præmii genus Noachidæ, dum Remuneratorem Numen agnoſcerent, timere, expectare, ſperare obligarentur, nullibi, quantum didici, docent Talmudici. At interea Præmium ſperandum, & Pœnam, qualiſcunque ea fuerit, ex divino Judicio ſeu cœlitus eis timendam, expectandam, in eo ſatis tradunt quòd ad obſervanda quæ diximus ſeptem Præcepta ſic eos velint obligari, ſic item violatione teneri, ut ſacrificia expiatoria eos adhibere etiam oporteret, qua de re ſatis libro tertio. Ceterum qualenam genus tum Præmii tum Pœnæ ipſi ſentirent ad Noachidas ex judicio divino attinere, eliciendum fortè fuerit tum ex eo, quod de ejuſmodi Pœnâ ac Præmio, quà ſeipſos ſpectat, tradidere, tum ex eo, quod expreſſim habent de Noachidarum item Pœna & Præmio. Ex ſententia fori ſeu tribunalis ſuperioris in univerſum aiunt eſſe p טובה צפונה לצדיקים *Bonum Juſtis repoſitum*, id eſt שכר הצדיקים *præmium Juſtorum*, quod nuncupant חיי העולם הבא *vitam futuri ſeculi*. Eamque agnoſcunt fore æternam ſemperque beatam. Hanc item nominibus priſcis גן ערן *horti deliciarum*, *Paradiſi*, *Montis Domini*, *Templi Domini*, *Domus Domini*, *Porta Domini*, ſæpiùs ſignificari. Juſtũ autem definiunt eſſe eum cujus iniquitati præponderẽt juſtitiæ ſeu obſervationis merita. Sic enim aiunt q כל אחד ואחד מבני אדם ישלן זכיות ועונות מי שזכיותיו יתירות על עונותיו צדיק ומי שעוניתיו יתירות *Unicuique hominum ex Ada poſteris, ſunt juſtitiæ* ſeu *innocentiæ* aut *obſervationis merita*, *ſunt item peccata. Is verò, cujus merita peccatis ſuis præponderent, Juſtus eſto; uti & is, cujus peccata Juſtitiæ meritis præponderent, malus, ſeu impius dicendus. Quod ſi quis utrorunque æqualiter fuerit particeps, is intermedius eſt.* Primi generis vocant צדיקים גמורים

p *Gem. Bab. ad tit.* Chagiga *cap. 1. Maimon. halach.* Theſuba *cap. 8.*

q *Gem. Bab. ad tit.* Roſh haſhena *cap. 1. fol. 16. b. Maimon. halach.* Tſchuba *cap. 3.*

r *Gem. Bab. ad tit.* Roſh haſhen *cap. 1. f. 16. b.*

Juſtitiæ

Iustitia consummatos, secundi רשעים גמורים *consummatos impietate*, id est Justissimos & scelestissimos, ceteris, ut heic, intermediorum nomine tributo. Quemadmodum autem Justis ejusmodi, præmium statuêre vitam æternam beatamque; sic Malis seu impiis atque Intermediis, quales verbis jam allatis memorant, sive Pœnam *Excisionis* כרת dictam (Extinctionem dixisset Cicero) sive Gehennam[s] pro mercede manere aiunt ita, ut pro peccatorum pondere, damnentur. Nam velut in statera in foro superiori peccata ac merita cujusque appendi semper volunt, ut ferè Jovem aureâ lance fata Græcorum & Trojanorum librasse ait Homerus[t]. Vitam autem æternam חלק בעולם הבא *partem* seu *sortem in futuro seculo* appellitant, & pro eorum qui eo gaudeant, qualitate ac meritis, variam[u] esse aiunt. Justorum etiam dum vitam agunt præmia, uti & Impiorum Pœnas, cœlitùs accepta agnoscunt, ac utrisque pro multiplici Numinis sive gratia sive vindicta diversitatem esse non exiguam. Deleri autem Confessione ac perfectâ Penitentiâ, quam pluribus describunt, omnimoda peccata; quorum alia חמורות seu graviora id est quæ ex instituto divino tam Excisione quàm Morte ex sententia forensi plectuntur præter perjurium, alia קלות seu leviora, quibus nempè non adjicitur Excisionis pœna, nominant. Ex sacro autem sermone triginta sex enumerant[x], quorum scienter & ultrò commissorum nullum esse, quod non Excisione, nisi remissum fuerit, scortim & per se sit puniendum; ita tamen, ut, ubi eorum nullum reperiatur, peccata etiam alia sint in trutina non rarò adeo simùl gravia ut non minùs meritis justitiæ quàm illa, præponderent nec leviori Excisione itidem Pœnâ, punienda. Excisionis autem Pœna, ἐξολόθρευσις Helleniſtis id est *perditio* dicta, quæ lege occurrit, statuitur nonnullis Triplex. Neque enim satis de hac pœna consentiunt Magistri. Legitur apud R. Bechai[y], הכריתות שבתורה מצאנום על ג' חלקים יש כרת לגוף ולבדו ויש כרת לנפש לבדה ויש כרת לשניהם לגוף ולנפש *Excisiones quæ in lege occurrunt tripartito distribuuntur. Est genus Excisionis quæ exciditur Corpus tantùm. Est*

[s] *De Gehenna videsis Targum Hierosolymitanum (prater ea quæ magis obvia sunt) Genes. 3. 24.* uti etiam de Synonymis sive Gehennæ sive aliis quæ heic memorantur Pœnis, *Petrum Galatinum de Arcanis Catholicæ veritatis lib. 6. c. 7. & c. & Gem. Bab. ad tit.* Erubin *cap. 2. fol. 18 b. 19 a. Manasse Ben Israel. lib. de Creatione problem. 19 ex Zobar, Misna & Gem. utr. ag. tit.* Sanhed. *cap. 11. Maimonid. hal.* Theshuba *c. 8. & c. R. Samuel. de Ozida in præfat. ad comm. in* Pircke Aboth *& c. t Iliad. θ*

[u] *Videsis R. Isaiadam Ben Samuel. in* Sepher Cozri *part. 3. §. 1, 2 & c.*

[x] *Misn. tit.* Cerithoth *cap. 1.*

[y] *In* Biur hathorah *fol. 149. col. 1. Videsis quæ habet Maimonides* hal. Theshuba *cap. 8. & c. Mos. Mikot. præcept. Neg. 105. Nachmanid. in* Piruſh Tora *fol. 200 & 201. Abarbinel in* Piruſh Tora *fol. 297. col. 2.*

Digitized by Google

Eſt itidem Exciſionis genus qua ſola Anima exciditur. Et in Platonica philoſophia memorantur [2] ψυχαὶ καθαιρεμέναι *animæ ſublatæ* ſeu *extinctæ.* Et demum (ſic R. Bechai) *eſt genus Exciſionis, qua tam Anima quàm Corpus exciditur.* Quemadmodum in Valentinianorum dogmatis dicitur [a] τὸ τῶν ἀνθρώπων πάγυα ὑλικὸν ſeu *ordinem hominum materialem* ſeu *terreſtrem* ἀπόλλυσθαι ἅμα σὺν ψυχῇ καὶ σώματι *ſimul cum anima & corpore perire*. Primi generis aiunt Pœnam eſſe *præmaturæ mortis* ſeu quæ בחצי ימין *antequam dies*, ſeu *tempus vitæ aliàs expectandum* abſolvatur, accidit. Certè & in Pſalmis [b] legitur. *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Hanc autem pœnam volunt deſignari in ſacris literis ubi dicitur נכרת האיש ההוא מקרב עמו *excidetur homo ille è medio populi ſui*, aut phraſis de Exciſione ſimilis uſurpatur, qualis ſexies in Lege occurrit. Nam ii, quibus hujusmodi ſignantius præſcribitur pœna, Sex ſunt.

2 *Proclus in Theolog. Platonic. l. 6. cap. 10.*
a *Epiphanius hæreſ* 31.
b *Pſalm. 55. comm. ult.*

I. בעל אוב *qui conſuluerit Ob & Iideoni ;* Levit. xx. 6.
II שוחט בחוץ *qui mactaverit extra ;* Levit. xvii. 4.
III המעלה בחוץ *qui obtulerit extra*, Levit. xvii. 9.
IV המפטם את השמן *Qui oleum confecerit* contra Legem, Exod. xxx. 33.
V המפטם את הקטורת *Qui confecerit ſuffimentum*, contra Legem, Ib. 38.
VI הסך שמן המשחה *Qui Oleum unctionis effuderit*, contra Legem Ib. 33.

Generis ſecundi Exciſionis pœnam vigeſies ſepties (ad ſceleratum, quibus diſertè præſcribitur, numerum) haberi in lege obſervant. Quindecies, ubi concubitus inceſti prohibentur, adjecto ונכרתו הנפשות העשות מקרב עמם *& excidentur animæ ſic facientes de medio populi ſui.* Ubi populum ſuum pro ceteris, quæ futuro, non exciſæ, gaudent ſeculo, animabus ſumunt. Quales illi concubitus fuerint, libro quinto [d] fuſiùs enarratur. Ideo autem in eis quindecim *Gerirhoth* ſeu Exciſiones ponunt, non xxvi juxta concubituum ibi deſignatorum numerum, qua undecim in ipſa enumeratione veluti plane redundant. Nam quindecim, id eſt,

c *Levit. 18. 29.*
d *Cap. 1. & 10.*

priores ſeptem, & decimus ſextus cum ſequentibus (demtis decimo octavo.xxv & xxvi) omnes ſatis continent, ut ante monitum eſt. Qui reſtant duodecim huic pœnæ, ex diſertis legis verbis, obnoxii eis ſunt.

[e] *Exod.*31.4. I. המחלל את השבת *Qui profanat Sabbatum* [e].

[f] *Lebit.*7.20. 23.3. II. הטמא ט׳ אכל את הקודש *Immundus qui ſanctum comederit* [f].

[g] *Num.*19.13. III הבא למקדש טמא *Qui in Templum ingreditur immundus* [g].

[h] *Lebit.*7.25. IV. האוכל חלב *Qui comedit Adipem* [h].

[i] *Ibid.*27.& 17.10. & 14. V. האוכל דם *Qui comederit ſanguinem* [i].

[k] *Ibid.*19.6. VI. האוכל טותר *Qui comederit ſacrificii reſiduum, die tertio* [k].

[l] *Ibid.*7.& *Sidefis Obadiam Bartenor. ad tit.* Cerithoth *cap.*1. VII. האוכל פגול *Qui comederit reſiduum ſacrificii extra locum ſuum* [l].

VIII. האוכל חמץ בפסח *Qui comederit fermentum in Paſchate.*

[m] *Lebit.*23. 29. IX. האוכל ביום הכיפורים *Qui comederit quid in die Expiationum* [m].

[n] *Ibid.*23.30. X. העושה מלאכה ביום הכיפורים *Qui opus aliquod fecerit die expiationum* [n].

[o] *Num.*19.13. XI. *Qui Paſcha non obſervarit* [o].

[p] *Gen.*17.14. XII. *Maſculus, qui minimè fuerit circumciſus* [p].

Tres ceteri, quibus triginta ſex conficiuntur, & ad genus attinent tertium, ſunt.

[q] *Num.*15.30. & 31. I. המגדף *Blaſphemus* [q].

[r] *Ibid.* II. העובר עבודה זרה *Cultus extranei reus ſeu Idololatriæ* [r].

[ſ] *Lebit.*18.21. & 20.5. III. חנותן מזרעו למולך *Qui ex ſemine ſuo dederit Molocho* [ſ].

Altero enim heic in loco Anima, altero ipſe qui Molocho ſemen dederit, excidendus. Quomodo vero Blaſphemia & Cultus Extraneus, locis ad hoc tertium genus jam indicatis Ebræis intelligantur, ſupra oſtenſum eſt libro ſecundo. Id autem quod habetur memorati Numerorum capitis commate 31. תכרת תכרת הנפש ההיא עונה בה *Excidendo excidetur anima illa, iniquitas ejus ſuper eam*, & tam ad Blaſphemum quam ad extranei cultus reum, juxta Magiſtrorum ſcita, attinet. de כרת חמור ſeu *Exciſione graviori*, quæ tum Animæ eſt tum Corporis, ſumunt, quam itidem כרת כפול *Exciſionem Duplicem* nuncupant. Adeo ut ex ſecundo

cundo Exciſionis pœnæ genere, ipſam plane velint eſſe deſinere Animam, corpore ante tempus ſuum moriendi alias naturale, minime ſublato; ex genere vero tertio, tam Vitam ante tempus alias naturale cœlitus præripi, quam Animam amplius non omnino eſſe. Atque inde pro juſtitiæ ſeu iniquitatis modo ſive Immortalem ſive Mortalem Animam eſſe pronuntient. Sed pœnas etiam qualescunque, cum Immortalitate, leviores quam Animæ Exciſionem decernunt. Adeo ut interea etiam ipſas animas interdum mortales eſſe exiſtiment & perire. Et diſertè Magiſtris celeberrimis t aliis Exciſio animæ generatim dicitur pœna eſſe, qua impius נכרת ברשעו ואבד כבהמה *exciditur ob impietatem ſuam & deſtruitur veluti brutum.* At vero in feſto Expiationum univerſa peccata tam Graviora qualia diximus, quam leviora (modo præter confeſſionem ac pœnitentiam perfectam damni illati fieret compenſatio, ubi id intervenerat) quotannis per caprum apopompæum ſibi expiata fuiſſe u docent. Certè Exciſionis apud eos ejusmodi pœna Tacito olim videtur ſuboluiſſe. *Augenda*, inquit ille x de Ebræis, *multitudini conſulitur. Nam & necare quemquam ex agnatis* (*gnatis* legit Lipſius; & de liberis neci non exponendis intelligit ut ante monuimus) *nefas; Animasque prælio aut ſupplitiis peremtorum æternas putant. Hic generandi amor & moriendi contemptus.* Edidicerat igitur forſan eos exiſtimaſſe (nonnullos ſaltem eorum nec obſcuri nominis) animas, alias æternas, alias non item. Sed advertendum eſt inprimis heic quod habet D. Paulus de Phariſæorum id eſt ſectæ quam ipſe amplexus fuerat aliorumque ſui temporis Ebræorum ſententia; *confiteor* y *&c. ſpem habens in Deum, quam & hi ipſi expectant, reſurrectionem futuram juſtorum & iniquorum.* Nec ſane ita rarum eſt omnium, ſive juſtorum ſive injuſtorum, reſurrectionem & Judicium apud Magiſtros ſupponi juxta illud R. Eliæzeris Kapernaitæ z הולדים למות והמתים להחיות והחיים לדון *Qui nati ſunt morientur, qui mortui ſunt reviviſcent, qui reviviſcent judicabuntur.* Alia ſunt id genus perplurima, ut prætermittam quæ habet non ſemel Joſephus, Philo, Euſebius in Præparatione Evangelica, alii de Animarum Immortalitate ex diſciplina Ebræorum, uti etiam quæ nonnullis eorum de metempſychoſi tribuuntur a. Quod vero de Pœnis hactenus dictum, ita ſem-

Maimonid. hal. Theſuba *cap. 8. de Conſtantin. L' Empereur in Eschiadem in Dan. pag. 157.*

u *Ibid. cap. 1. & 1. Mina eit.* Iomac *8.*

x *Hiſtoriar. 5*

y *Act. Apoſt. 24. 15.*

z *Birke Aboth. cap. 4.*

a *Sixt. Senē. Bibl. Sanct. lib. 2. tit. T. Lipſ. Phyſiolog. Stoic. l. 3. diſſert. 12.*

per juxta eos est intelligendum, ut peccata fere omnimoda errore seu ignorantiâ commissa sacrificiis expiatoriis, in lege præstitutis, plane delerentur. Non defuit qui כרת quod *Excisio* nobis est, plane Talmudicis pœna cœlitus infligenda, vertit pridem nec semel, *excommunicatio*, ut videre est in versione Canonum de Pœnitentia [b] ex Maimonidis Juris corpore. Sed alieniſſima est illa Vocabuli significatio ab ea quam omnino admittunt Magistri. De Resurrectione autem mortuorum juxta Ebræos, consulas Menasse Ben Israel in libro ea de re nuperrime edito [c].

[b] *Cantabrigiæ*, 1631.

[c] *Amstelodami* 16,6.

Cap. X.

De Pœnis & Præmiis fori Superioris, *Cœlestis, seu Divini, qua ex Ebræorum sententia* ad Noachidas *seu* Universum genus humanum *attinerent.*

BReviter ostensis hactenus quæ de Præmiis ac Pœnis ex judicio Divino sibi debitis, tradunt Ebræi, sequitur ut quomodo etiam & in quantum ea ad Genus Humanum seu alias Gentes attinere velint, itidem dispiciamus. Tertio Excisionis genere, quod tam animæ quàm corporis appellant (ut jam dictum est) ex aliquorum sententia, puniri Cultum Extraneum, cujus species etiam est Molochi sacrificium, atque Blasphemiam seu Maledictionem Numinis Sanctissimi, palam est. Cum igitur horum Interdicta Naturalia etiam velint fuisse, atque ad genus humanum universum nunquam non attinuisse, iniquum non est existimare, ipsos Pœnam, quam cœlitus sibi horum violationis nomine irrogandam existimarent, voluisse pariter ad alios spectâsse. Secundo autem Excisionis genere, quod appellant illi solius Animæ, universos illos concubitus incestos Revelationis Turpitudinum nomine in Levitico denotatos puniri volunt. Unde & saltem sex illos ex Jure Naturali ab initiis rerum, juxta ostensa, interdictos Excisione etiam in Noachidis puniri eos statuisse vix est quod dubitemus; cum toties item animadvertant etiam Gentiles apud seipsos in legum Mosaicarum proœmio (ex vi vocabulorum illorum איש איש *homo homo*) contineri, saltem ratione Sex illorum universis pariter

riter vetitorum, ut libro quinto fuſiùs eſt narratum. Sed & diſertis verbis negant Gentilibus aliquot ſeculi futuri præmium, quo carere Pœna eſt. Nam de eis qui Diluvio periere ajunt [d], דור המבול אין להן חלק לעולם הבא ואין עומדין ברין *Qui Diluvio periere vitæ futuræ exſortes ſunt, neque ſiſtentur judicio.* Ultimo ſcilicet. De Sodomitis item, pronuntiant futuri ſeculi exſortes eos fore, attamen in judicio ultimo ſiſtendos quaſi Pœnas pro peccatis luerent uſque ad יומא דדינא רבא *diem judicii Magnum* & tunc planè exſcinderentur. Alia habent ejusmodi, quæ vide in capite undecimo tituli Sanhedrin & in Maimonidis [e] tractatu de Pœnitentia, atque commentariis adjectis. De Præmio autem quo dignantur qui, ex Gentibus, Septem quæ tractamus præcepta ritè obſervarint, Maimonides [f]; חסידי אומות העולם יש להם חלק לעולם הבא *Piis ex Gentibus Mundi pars* ſeu *ſors eſt in Futuro ſeculo.* Quod in annotationibus adjectis de eis, qui Præcepta Noachidarum obſervârint, explicatur. Atque ipſe alibi [g] כל המקבל שבע מצות ונזהר לעשותן הרי זה מחסידי אומות העולם ויש לו חלק לעולם הבא והוא שיקבל אותן ויעשה אותן מפני שצוה בהן הקב"ה בתורה והודיענו על ידי משה רבינו שבבני נח מקודם נצטוו בהן אבל אם עשאן מפני הכרע הדעת אין זה גר תושב ואינו מחסידי אומות העיכם ולא מחכמיהם *Quicunque ſuſceperit in ſe ſeptem Præcepta, atque monitus ea cautim obſervaverit* (de Proſelytis Domicilii recens factis loquitur) *ipſe eſt ex eis qui vocantur Pii ex Gentibus Mundi, atq; ei ſors eſt in ſeculo futuro. Eum verò intelligimus qui ea obſervaverit ideò quod præceperit Deus O. M. ut legislator. Nam & per Moſem Magiſtrum noſtrum nobis notum fecit, imperatam fuiſſe antiquitus Noachidis eorum obſervationem. Ceterùm ſi ſponte ſolùm,* ſeu *ex ſuo potiùs arbitratu* (non habitâ imperantis Numinis ſanctiſſimi ratione) *ea obſervaverit, nec pro Proſelyto Domicilii nec pro aliquo ex Piis ex Gentilibus Mundi habetur, neque in numero Sapientum eorum cenſendus eſt.* Atque ubi occurrit in corpore Talmudico [h] שאפילו גוי ועוסק בתורה הרי הוא ככהן גדול *etiam Paganum qui diligenter legem obſervaverit veluti Pontificem maximum habendum*, id eſt, inter primarios Ebræorum, quantum ad præmium attinet, cenſendum, adjicitur in Gloſſa פירוש בשבע מצות שלהם ראלו בעיאר מציות אמרינן בסנהדרין פרק ד' מיתות גוי העוסק בתורה חייב מיתה

d *Mun. tit. Sanhed. cap. 11. ſideſis Manaſſeben Iſrael de Reſurrectione lib. 2. cap. 8. & 9.*

e *Cap. 3. & 8.*

f *Ibid. cap. 8. Fide Manaſſ. Ben Iſrael loco jam ante citato, & ad Deut. queſt. 163. Hiſpanice, & Latine.*

g *Hal. Melakim c. 8. adde eundem Halachiſturi Bia cap. 14.*

h *Gem. Babylon. ad tit. Aboda Zara cap. 1. fol. 3.*

Intelligendum eſt de ſeptem præceptis Paganis propriis. Nam quod ad cætera attinet; docetur in Titulo Sanhedrin capite de quatuor pœnarum capitalium generibus i *Paganum qui obſervaverit legem* (qua Iſraeliticam, atque in ditione Iſraelitica) *mortis eſſe reum.* Qua de re etiam alibi diximus k. Tantum abeſt ut de lege ſua Talmudici admitterent id quod Tryphon l olim & Chriſtiani aliquot (maxime Fortunatus Scacchus m Apoſtolici ſacrarii præfectus) ſcilicet Legem Moſaicam neceſſario etiam Gentilibus obſervandam univerſis *qui unius Veri Dei notitiam habentes, Deum etiam Hebræorum, verum eſſe Deum cognoviſſent, vel ſaltem id probabiliter ſuſpicari potuiſſent*; quæ Scacchi verba ſunt. Sed verò de Pœnarum & Præmiorum, ex Judicio divino, quà ſpiritualium quà corporalium, aliter item, qualitate, ſatis inter ſe diſcrepant Magiſtri veteres, ut inprimis eſt elicere ex doctiſſimis Joſephi Albo n commentariis.

i *Talmud. Bab. eod. tit. fol. 59.*
k *Vide lib. 3. cap. 5.*
l *Apud Iuſtin. Martyr in dialogo & Gideſis Hugonem Grotium de Iure belli ac Pacis l. 1. §. 16.*
m *Sacror. Eleochryſmaton Myrothec. 2. c. 18.*
n *Sepher Ikarim lib. 4. c. 29. &c.*

Cap. XI.

Capitum illuſtriorum Juris Naturalis *ſeu Noachidarum* veſtigia *expreſſiſſima in* Jobi hiſtoria, ante legem Moſaicam, *ſaltem non ubi* Moſaica *lex, quà* Moſaica *ſeu Ebraica, obtinuit, conſcripta.*

Præter ea quæ ex ſacra Moſis Hiſtoria atque è Talmudicis, de Capitibus illis Juris Naturalis Gentium ſeu Noachidarum Septem, hactenus tradidimus, advertendum eſt etiam alibi in Utroque fedère ſupereſſe quidem, quæ pro expreſſiſſimis horum, qua Noachidarum ſunt, veſtigiis à viris doctis ſumuntur. Qua de re Corollarium adjicere viſum eſt. In Fedère Veteri Jobus homo ſimplex ac rectus, timens Deum & abſtinens à Malo, præter plurima pietatis atque humanitatis officia, de Cultu extraneo,

extraneo, de Blaſphemia ſeu Maledictione Numinis, de Homicidio, de Adulterio ac de Furto, ut ſuo ævo interdictis, nec non de Judiciis, apertè agit. De cultu Extraneo ita o, *ſi aſpexi Lucem* (aut Solem) *cum ſplendeſceret, aut Lunam nobiliter incedentem; & ſeductum eſt in abſcondito cor meum & applicata eſt manus mea ori meo &c. Etiam ſic denegaſſem Deum qui eſt deſuper*; Seu ut vulgata; *Quæ eſt iniquitas maxima & negatio contra Deum Altiſſimum.* Ubi Helleniſtis ſubſtituitur pro eo quod de Sole & Luna ex Ebræo attulimus ἢ εἶχ' ὁρῶμῳ Ἥλιον τ' ὀπφαύσκοντα (ר) p) ἐκλείποντα Σελλώλω δὲ φθίνουσαν. Οὐχὶ ἐπ' αὐτοῖς ἦν. Id eſt, *Nonne vidimus Solem qui lucebat, Eclipſim pati, & Lunam decreſcentem? Non enim in eis eſt.* Scilicet agnoſcunt etiam ipſi Creatorem, adeoque non in eis quid habetur adorandum. Quod ad Maledictionem Numinis ſeu Blaſphemiam attinet; abſolutâ ſem per quam ſervabant filii ejus convivandi periodo, *mittebat Iobus & q ſanctificabat eos, conſurgensque manè obtulit holocauſta juxta numerum omnium ipſorum. Dicebat enim Iob, ne fortè peccaverint filii mei* וברכו האלהים בלבבם *& benedixerint Deo* (ut legitur in vulgata) *in cord. bus ſuis. Sic faciebat Iobus ſingulis diebus.* Quomodo verò verbum ברך tam *maledicere* quàm *benedicere* ſignificet antea oſtendimus r. De Homicidio alibi; *Si gaviſus ſum*, inquit ſ, *ad ruinam ejus qui me oderat, & exultavi quod illum invenisſet malum! Non permiſi ut peccaret guttur meum, ut ſcilicet precarer animæ illius maledictionem. An non dixere viri tabernaculi mei, quis det de Carne ejus? non ſaturamur.* Alia item occurrunt in eodem libro de ea re. Et de Adulterio; *ſi deductum eſt cor meum* ait t, *ſuper muliere* (γυναικὶ αἰδρὸς ἑτέρου habent Helleniſtæ, id eſt, *uxore viri alterius* & paulò poſt ibi θυμὸς γὰρ ὀργὴ ἀκατάσχετος· τὸ μιᾶναι αἰδρὸς γυναῖκα *Furor enim iræ indomitus commaculare viri uxorem* quæ in Ebræo deſunt) *& ad oſtium proximi mei inſidias poſui.* תטחן לאחר אשתי *molat alteri uxor mea & ſuper ea incurvent ſe alii.* Ubi Ebræorum aliqui Molendi verbum ita adhibitum volunt, quoniam ſervitium in moletrina ſeu piſtrino nunc temporis erat מהעבודות המיוחדות אשר תעבד בהם האשה את בעלה u *ex miniſteriis ſingularibus quibus marito ſerviebat uxor.* Adeoque imprecatum Jobum ut ſi libidinosè pudicitiam uxoris vicini ambierat, nedum

o *Iob 31. 26. Ad dictum caput videſis Iacob. Boldueium & ad cap. 23. verſ. 12.*

p *Ita in Mr. Bibliothecæ Regiæ ad Dipi Iacobi.*

q *Cap. 1. 5.*

r *Lib. 1. cap. 10, 127. lib. 2. cap. 21. pag. 256.*

ſ *Cap. 31. 29. vide etiam cap. 24. 24.*

t *Cap. 31. 9. adde cap. 24. 15.*

u *Lebi Ben Gerſom. ad Iob. cap. 31. 9. & Sal. Iarchi ibidem.*

dum adulterii reus esset, sui ipsius alteri serviret uxor; idque etiam in concubitum. Nam & Chaldæus ibi diserte עם תשמיש חורן אנתתי [x] *Coeat cum alio uxor mea*; cui consonum est illud Vulgatæ, *sortem alterius sit uxor mea.* Quin Hellenistæ eo in loco, ἀρέσαι ἄρα. καὶ ἡ γλωή μου ἑτέρῳ *Placeat quoque uxor mea alteri:* Ubi scholion vetus, ac si vocabulum ἀρέσαι, id est placeat, ex sono alterius Græcè simili illùc migrasset Ebræa, inquit, ἀλέσαι, *Ebræus ibi habet, molat.* Id etiam quod initio capitis xxxi legitur *Fœdus pepigi cum oculis meis* ומה אתבונן על בתולה id est, *& quid cogitarem aut adverterem in Virgine?* live, ut Hellenistæ, *non cogitabo de Virgine,* seu ut vulgata, *ut ne cogitarem quidem de Virgine,* interpretantur Ebræi y acti dixisset Jobus adeo se alieni conjugii jus violare nolle, ut nec virginem quidem libidine intueretur, nempe scilicet ejusce posteà alteri nuptæ amore ductus adulterium forsan in ea committeret. Neque enim innuptæ concubitus ex Jure Noachidarum illicitus, ante legem Mosaicam, habebatur Ebræis ut ante ostensum est. Furtum autem, Rapinam, dolum atque omnimodam rerum alienarum illicitam contrectationem, quæ ad Furti caput in Noachidarum jure attinet, pluribus insectatur capite vigesimo quarto. Et postea [z], *Si in manibus meis hæsit macula* (seu manibus meis ἐψαύλιν δῶρον *munera tetigi*, ut Hellenistæ) *semina boego ut alius comedat & progenies mea eradicetur.* Judiciorum demum reis præstitutorum manifesta mentio, tam ubi de Adulterio quàm de cultu Extraneo verba facit. De illo, ait, כי הוא זמה והוא עון פלילים quod in vulgata vertitur *hoc enim nefas est & iniquitas maxima*; De hoc גם הוא עון פלילים *etiam hæc est iniquitas maxima*, uti etiam vulgata; seu καὶ τοῦτό μοι ἀρὰ ἀνομία ἡ μεγίστη λογισθείη, ut Hellenistæ (quibus comma illud prius de Adulterio jam dictum non repetitur) id est, *etiam & hoc ut iniquitas maxima mihi esset imputanda.* Neque aliter sanè paraphrastes ibi Chaldæus. Ceterum Ebræis עון פלילים sonat *Crimen Iudicum*, id est *Iudiciale, forense*, seu apud Judices in foro puniendum, seu [a] עון שמשפטי סורין ראוין לבוא על ידן *crimen Iudiciale, idoneo pœnarum genere castigandum.* Nam & apud Mosem פלילים usurpatur [b] pro *Judicibus*, atque ita ab Onkelo transfertur uti etiam in vulgata; tametsi id non omninò agnoscant

[x] *Videsis etiam R. Mosem Albheich in Biur Iob f. 74 b.*

Etiam de טחן *seu molendi vocabulo ad coitum (ut alienas permolere uxores fere Horatio) designandū adhibito, vide Vulgat. Thren. c. 5. 13. & cōparata cum Ebræo.*

[y] *Idem ibid. a; & Salom. Iarchi ad Iobi cap. 31. comm. 1.*

[z] *Cap. 31. comm. 7.*

[a] *Salom. Iarchi. ad Iob. 31. & Moses Alsheich. ibid. fol. 75 a. alii.*

[b] *Exod. 21. 22. Deut. 32. 31.*

agnoſcant Helleniſtæ, quibus pro eo quod eſt in Cantico Moſis אויבינו פלילים *inimici noſtri ſunt Judices*, ſubſtituitur οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἄδικοι *Inimici noſtri ſunt ſtulti.* Alia non ſolùm de Judicio Forenſi apud homines, verùm etiam de Cœleſti illa ſeu ſuperiori Judicii Domo (de qua antè) occurrunt [c] apud Sanctum illum autorem. Quin & ipſum ſe Judiciis præfuiſſe apertè [d] memorat. Jobum autem ſive ad ſecula legis Moſaicæ promulgatione anteriora, ſive ad Gentem ſaltem Moſaicis legibus, quà Moſaicis, neutiquam obſtrictam attinuiſſe, veteribus eſt ſatis in confeſſo. Obtinet ſanè apud Ebræos ferè ſententia, eum [e] floruiſſe ſub Iſaaci ac Jacobi tempora, id eſt diù ante Legem in Sinai promulgatam, atque ex Nachoris Abrahæ fratris nepotibus fuiſſe; tametſi non deſint etiam inter eos, qui eum ne extitiſſe quidem velint, ſed hiſtoriam ejus fuiſſe Parabolam [f], eamque à Moſe conſcriptam. Quam opinionem ex Ezechiele, ubi Noachus, Daniel & Jobus ſimul recenſentur [g], alii refellunt. Ex libro autem Syriaco ad calcem verſionis Helleniſticæ dicitur eum habitâſſe in Terra Huſitidi in finibus Idumææ & Arabiæ, nomenque ei fuiſſe Jobab, patrem Zarachum [h] ex filiis Eſau, adeoque eum quintum ab Abraha fuiſſe, atque ſecundum Idumææ regem. Joſephi ævo tribuitur à Saido Batricide Patriarcha Alexandrino, qui nec Zarachum ſed neſcio quem Amozum Zarachi filium ei patrem facit. Rebus Joſephi explicatis ſubjungit ille Batricides وفي بياضه كان ايوب الصديق وهو ايوب ابن اموص ابن رلرلخ ابن رالعويل بن لعيص ابن لسحق ابن ابرلهيم *Et in diebus ejus floruit Iobus ille Iuſtus, qui fuit filius Amozi filii Zarachi filii Revelii, Filii Eſau, filii Iſaac filii Abraham.* Quæ Chriſtiani Scriptores habent de Jobi ævo ac parentibus plurima, ut ſatis obvia [k], miſſa faciamus. Verùm ante legem datam floruiſſe ſatis inde videtur conſtare, quòd vir ob juſtitiam atque pietatem incomparabilem celeberrimus victimas, filiorum nomine, toties [l] obtulerit, nec omninò ſecundum legem Moſaicam [m] de ſacrificiis, quæ ad oſtium tabernaculi ſemper & mactanda &

[c] *Cap. 5. 4. & 15. 26. & ſeqq. cap. 19. 29.*
[d] *Cap. 29. 7. & ſeqq.*
[e] Bereſith Rabba *paraſh. 57. Aben Ezra ad Iob. 1. Gemar. Babyl. ad tit.* Baba Bathra *cap. 1. fol. 14.* Sepher Iuchaſin *fol. 96.*
[f] *Videſis Maimonid.* More Nebochim *part. 3. cap. 22. & comment. R. Sem. Tom. ibid.*
[g] *Ezechiel 14. 14. & 20.*
[h] *Geneſ. 36. 33.*
[i] *Geneſ. 36. 17.*
[k] *Adiſis Commentarium Pineda in Iobi caput. 1.*
[l] *Iob 1. 5.*
[m] *Leſit. 17. 4. & 5.*

offerenda erant. Atque Legis ejuſce violatio pœnâ Exciſionis plectebatur; ut ante monitum eſt. De Gente verò ejus Moſaicis legibus neutiquam obſtrictâ, ita diſertè, & apprimè ad firmanda ex eo Juris Noachidarum capita, D. Auguſtinus. *Homines*, inquit [n], *quoſlam non terrena ſed cœleſti ſocietate ad veros Iſraelitas, ſuperna cives patriæ, pertinentes etiam in aliis gentibus fuiſſe negare non poſſunt* [Ebræi] *quia ſi negant facillimè convincuntur de ſancto & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec Proſelytus, id eſt advena populi Iſrael fuit. Sed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem moritus eſt; qui divino ſic laudatur eloquio ut quod ad Iuſtitiam pietatemque attinet nullius ei homo ſuorum temporum æquetur. Quæ tempora ejus, quamvis non inveniamus in Chronicis, colligimus tamen ex libro ejus, quem pro ſui merito Iſraelitæ in autoritatem Canonicam receperunt, tertia generatione poſteriorem fuiſſe quam Iſrael. Divinitùs autem proviſum fuiſſe non dubito ut ex hoc uno ſciremus etiam per alias gentes eſſe potuiſſe, qui ſecundum Deum vixerunt eique placuerunt, pertinentes ad ſpiritualem Hieruſalem.* Hactenus ille.

n *De Civitate Dei lib. 18. cap. 47.*

CAP. XII.

Præceptorum *ſeu* Interdictorum Noachidarum *ſeu* Univerſalium, *quæ illuſtriora hactenus ex Ebræis oſtenſa ſunt*, veſtigia *in Canone* Synodi Hieroſolymitanæ *ab Apoſtolis celebratæ, juxta nonnullos, reperiri. Quæ de re diſquiritur.*

IN Novo demùm Fœdere inſitam Ebræis de Noachidarum ſeu Gentium jure nemini non obſervando ſententiam ſpectâſſe volunt aliqui ſacroſanctam Synodum illam Hieroſolymitanam ſub Chriſtianæ Eccleſiæ initiis habitam; ubi agitatâ quæſtione, utrùm etiam Gentes quæ Chriſtianiſmo nomina dederant, ſervare deberent Leges Moſaicas adeoque circumcidi, an ex libertate Chriſtiana eis forent ſoluti reſponſum miſerunt Apoſtoli & ſeniores Fratres, in epiſtola Synodica ad eos, qui fuere tunc in Antiochia, Syria & Cilicia fratres ex Gentibus eâ

eâ de re dubitantes, qua *viſum eſt*, inquiunt o, *Spiritui Sancto & nobis, nihil ultrà imponere vobis oneris quàm hac neceſſaria; ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & Sanguine & Suffocato, & Fornicatione, à quibus cuſtodientes vos benè agetis. Valete.* Atque D. Paulus de Circumciſione aliiſque aliquot Legis Moſaicæ ceremoniis poſtmodùm agens, *De his autem*, ait p, *qui crediderunt ex Gentibus nos ſcripſimus, judicantes ut abſtineant ſe ab idolis immolato, & Sanguine & Suffocato, & Fornicatione.* Ita Vulgata. Græca Epiſtolæ Synodicæ ſunt μηδὲν πλέον τίθεσθαι ὑμῖν βάρος πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων, ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας, ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς εὖ πράξετε. Ἔρρωσθε. *Nihil ultra vobis imponere oneris præter hac neceſſaria; ut abſtineatis ab Idolothytis & à Sanguine & à Suffocato & à Fornicatione; à quibus ſi vos ipſos contineatis, benè agetis. Valete.* Ita exemplaria puto omnia edita, præter Complutenſe, Montani Regium, & horum aliquot ſequacia. In his verò, uti etiam in vetuſtis q aliquot Mss. poſt καὶ πορνείας *à Fornicatione* ſequitur καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν, ἐξ ὧν &c. Id quod primùm codices Complutenſes typis exhibuêre. Adeò ut ſermonis contextus ita ſit *à Fornicatione; & quæ non vultis vobis fieri, aliis nec vos ea faciatis, à quibus ſi vos ipſos contineatis &c.* Nec ſine celeberrima hac æquitatis regula atque ingenti humanæ ſocietatis firmamento, D. Jacobi verba in Synodo habita in nonnullis autoritatis magnæ exemplaribus concluduntur; nec ſine ea, Synodicæ epiſtolæ locum illum legebant Patres antiquiſſimi, Irenæus & Cyprianus, quorum verba ubi epiſtolam citant, aliàs etiam à recepta lectione diſcrepant. Hic ad hunc modum r; *Item in actibus*, inquit, *Apoſtolorum, Viſum eſt Sancto Spiritui & nobis nullam imponere ſarcinam, quàm iſtam quæ ex neceſſitate eſt, abſtinere vos ab Idololatriis & Sanguinis effuſione & Fornicatione. Et quæcunque vobis fieri non vultis, aliis ne feceritis.* Irenæus ſverò, *Placuit enim Spiritui Sancto & nobis nullum amplius vobis pondus imponere quam hac quæ ſunt neceſſaria; ut abſtineatis ab Idolothytis, & Sanguine & Fornicatione; & quæcunque non vultis fieri vobis, aliis ne faciatis; à quibus cuſtodientes vos ipſos, bene agitis, ambulantes in Spiritu Sancto.* Utrique

o *Act. Apoſt. 15. 28.*

p *Ibid. cap. 21. 25.*

q *Robert. Stephan. in Margin. editionis ſuæ. Theodorus Beza, Franciſc. Lucas &c.*

r *Lib. 3. ad Quirinum ad calcem.*

s *Adverſus Hæreſes lib. 3 cap. 12.*

vides, regulam illam veluti partem haberi Synodicæ Epistolæ; ut etiam interpreti Æthiopico quod adnotavit V. CL. Ludovicus de Dieu. Certè & in Epistola illa velut ex Novo fœdere exscripta in præfationem Legum Aluredi Regis Angliæ ante annos DCCXL. aut circiter, habetur hæc regula ꝛ ꝥ ȝe ꝓillen ꝥoꝺꝛe men coꝛe ne ꝺon ne ꝺoꝺ ȝe ꝺ oꝺꝛum monnum, quod idem sonat Saxonicè. Certè & regula illa apud ipsos Judæos, extra Novum Testamentum, occurrit. Legitur in Tobiæ monitis [t] ad filium; ὁ μισεῖς μηδενὶ πήσῃς quod vertitur in vulgata *quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando facias*; Et Philo [u]; ὃ τις πάθοι ἂν ἐχθαίρων, μὴ ποιῶν αὐτὸς *qua quis molestè graviterque ipse fert, ea ne facito.* Quod inter ea recensetur quæ suæ genti receptiora fuere. Ex hisce & illud apud Ælium Lampridium de Alexandro Severo, *Si quis de via in alicujus possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subiiciebatur in conspectu ejus, aut virgis, aut condemnationi: aut, si hæc omnia transiret dignitas Domini, gravissimis contumeliis, quum diceret, visne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis? clamabatque sæpius quod à quibusdam sive Judæis sive Christianis audierat & tenebat; idque per præconem quum aliquem emendaret dici jubebat*, QUOD TIBI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. *Quam sententiam usque adeo dilexit, ut in Palatio & publicis Operibus præscribi juberet.* Patrum verò quos antè diximus neuter Suffocati meminit. Quod tamen legitur in omnibus quotquot utimur sive Græcis sive Latinis codicibus, uti etiam apud Syrum, Arabem & Æthiopem. Sed hac in re variâsse etiam olim codices scimus ex SS. Hieronymo [x], & Ambrosio [y], & Tertulliano [z]. Neque hic omninò Suffocatum in commate illo agnoscebat. Neque Ambrosius genuinam illud sed adjectitiam fuisse sacri sermonis partem autumat. Vetustissimo autem Bibliothecæ Serenissimi Regis nostri, ad D. Jacobi, Exemplari Ms. ex Oriente nuper allato, deest τάτων post τῶν ἐπάναγκες adeo ut ita, non *præter hæc necessaria* sed *præter necessaria* simpliciter vertendum sit. Jam verò non defuere ævi nostri viri perdocti qui in epistolæ jam dictæ canone ipsissima Juris Noachidarum, quæ tractavimus, Capita septem contineri voluerint.

[t] *Tobit. 4 16.*

[u] *Apud Euseb. Præparat. Evangelic. lib. 8 cap. 7.*

[x] *Comment. ad Epist. ad Galat. cap. 5.*

[y] *Ad Epist. ad Galatas cap. 2. & videsis Baron. in Annal. Ecclesiast. Ann. 51. num. 17. & seqq. & Franc. Suarez de Legibus lib. 9. c. 20. §. 8 & 9.*

[z] *Lib. de Monogamia c. 5. & de Pudicitia cap. 12.*

Guiliel-

Guilielmus Schickardus, enumeratis illis ſeptem, ſubjicit [a]; *Quæ eadem præcepta, Act. 15. gentibus converſis, loco Moſaicorum imponebantur.* Alibi [b] item, de eiſdem; *Quæ in primitiva etiam Eccleſia Chriſtianorum gentibus converſis, loco Moſaicæ legis rigidiſſimæ ex decreto Apoſtolorum & Synodi Hieroſolymitanæ impoſita fuerunt. Act. 15. 29.* Alii tantundem. Atque ipſe, fateor propenſior olim fui eam in ſententiam. Sed verò ut res penitiùs diſpiciatur, paulò altiùs eſt repetenda. Ex iis quæ libro ſecundo ſupra oſtenſa ſunt, liquet Judæos ſine Baptiſmo, Circumciſione, atque Oblatione neminem admiſiſſe, ut Proſelyti Juſtitiæ nomine, in eorum Eccleſiam cooptaretur. Nec cooptatum quempiam qui futuram Legis Moſaicæ obſervationem in ſe non reciperet, modo itidem ibi indicato. Quin nec in fœdus ſeu amicitiam, id eſt in Societatem Humanam, quempiam nomine Proſelyti Domicilii apud eos, dum planè ſui juris fuere, acceptum, niſi is, modo etiam ibi indicato, Juris Noachidarum ſeu Naturali, quod præ manibus eſt, capitum obſervationi nomen daret. Quod itidem fermè cernitur in eis quos Proſelytorum Domicilii inſtar diximus. Cum igitur ſub initiis Chriſtianiſmi, Judæi aliquot ex Phariſæorum ſecta, rituum ſuorum ac Moſaicæ legis tenaciores, Chriſto nomina dederant, atque intereà animadverterant Gentes non ſine Baptiſmo quidem, at ſine Circumciſione atque Oblatione, in Chriſtianiſmi ſecum ſocietatem ſeu Eccleſiam ſibi communem adſciſci, adeoque veluti Proſelytos Juſtitiæ (quâ Judæis conjungerentur, aut in Religionis unionem ab illis admitterentur) ex Regeneratione haberi; ne patrii atque vetuſtioris in Proſelytorum ejuſmodi Juſtitiæ admiſſione ritus, nunquam anteà ſibi majoribus ſuis non diligentiſſimè obſervati, negligentiores in Gentium ſocietatem hanc convenirent, etiam eas circumcidi [c] atque leges, quæ fuere ceteræ, Moſaicas obſervare volebant. Sed de Circumciſione maximè inſtabant; quippe ſine qua nec Sanctam illam ſocietatem omninò contrahi potuiſſe, morem ſemper majorum ſpectantes, exiſtimabant. Unde illud; *Et quidam deſcendentes de Judæa docebant fratres; quia niſi circumcidamini, ſecundum morem Moſis, non poteſtis ſalvari.* Ita tam vulgatus interpres, quàm codices qui-

[a] *In* Bechinath Happeruſchim *pag.* 84.

[b] *De Iure Regio c. 5. theor. 17. pag. 139. Vide item Valent. Schind. ler. in Lexic. Pentaglot. 1530.*

[c] *Act. Apoſt. 15. 1. & 5. & videſis Epiphan. hæreſ. 28. in Cerinthianis.*

bus utimur Græci, quos & ſequitur Syrus & Arabs. Sed vetuſtis nonnullis d Mss. legitur etiam *Et quidam deſcendentes de Judea* τῶν πεπιστευκότων ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων eorum ſcilicet *qui crediderant ex ſecta Phariſæorum*; Et dein *niſi circumcidamini* καὶ τῷ ἔθει Μωϋσέως περιπατῆτε *& in Moſis Inſtituto ambulaveritis*, *non poteſtis ſalvari*. Et certè ex eis quæ in eodem capite ſequuntur ſatis conſtat, tam Phariſæos fuiſſe, qui tunc pacem Eccleſiæ hac doctrinâ turbarent, quàm non ſolùm Circumciſionem ſed etiam ceteras, quæ fuêre, leges Moſaicas obſervari à Gentibus Baptiſmo ſuſceptis, eos voluiſſe. Hac de re autem Antiochiæ diſputatione habitâ, Paulus & Barnabas (qui argumentis in Phariſaicam illam ſententiam uſi, controverſiam tamen finire nequibant) cum aliis aliquot Hieroſolymam ablegantur, ut ibi ab Apoſtolis & Presbyteris res definiretur. In Synodo, ea agitatur. Apoſtolis & Presbyteris in ea Definitum eſt, Lege quidem Moſaica ſeu Ebræorum, quâ Moſaicâ atque Eccleſiæ ſeu Reipublicæ Judaicæ præſcriptâ, Gentes quæ Chriſto nomina dederant neutiquam teneri, ſed Chriſtianâ frui debere Libertate. Unde nec ritus, quibus Proſelyti Juſtitiæ fieri ſolerent, jam aut vim aut locum habere. Nam Proſelyti Juſtitiæ, ad morem majorum ſic dicti, ad Eccleſiam Judaicam, quà Judaica eſſet, quà ſingularis, & à ceteris hominum quibuſcunque cœtibus diſcreparet, tantùm attinebant. At verò advertendum eſt, minimè quæſtionem agitari de Juris quo Simpliciter tenerentur Gentiles capitibus, qualia ſunt illa Noachidarum Septem quæ tractavimus, ſed de Jure Moſaico ſeu eo, quod in fedère veteri Judæis præſcriptum eſt, è quo deſumuntur illa de Idolothytis, Sanguine, Suffocato, Fornicatione; ut quæ neceſſariò obſervanda, ex autoritate Synodi, ab eis qui Chriſtianiſmo nomina dantes cum Judæis ſua pariter Chriſtianiſmo dantibus nomina viverent, adeoque ſocietatem religionis cum eis inirent. Nec quidem de Proſelytorum Domicilii jure (quorum nec admiſſionis formula tunc temporis, nec diù antè, in uſu) ſed planè de eo, quod Proſelytorum Juſtitiæ admiſſionem haud parùm imitaretur, actum eſt. Scilicet de Gentilium in Societatem Judæorum Chriſtianiſmo, ex diſciplina in Judæa orta, imbutorum cooptatione. Neque

d *Robert. Stephan. in margin. Franc. Iunius. &c.*

que enim de Homicidii, Furti, aut Blasphemiæ interdictis aut de Judiciis civilibus (quæ ex septem Noachidarum Juris capitibus sunt quatuor) omninò in Synodo monetur. Nec in canone vocabulum occurrit quod ad horum aliquod spectare videatur, nisi Sanguinem de Homicidio seu ejusdem effusione ibi dictum cum veterum nonnullis e manifestò hallucinatis, admiseris. Nec sane opus erat, ut de eis ibi moneretur, uti nec de ipsa Idololatria, quatenus simpliciter actus est idola colendi; utpote quæ universa ex Evangelica disciplina, quam amplecterentur tam Gentiles quàm Judæi sic in societatem Christianismi simul ac vitæ cooptati, satis cognita. Annis enim aliquot ante non solùm prædicatum est Evangelium & doctrina Evangelica disseminata, verùm etiam edita sunt, saltem conscripta, Evangelia aliquot Christianis legenda ac proculdubio lecta. Synodus enim illa sub annum L. Christi seu Claudii Cæsaris IX. habita est. Jam verò D. Marcum suum conscripsisse circa quadriennium aut quinquennium antè docemur, tum ex recepta apud Chronologos vulgares sententia, tum ex Orientalium traditionibus ea de re in Scriptis aliquot Arabicis vetustis. In vitis Evangelistarum à Petro Kirstenio editis f expressim legitur D. Marcum scripsisse Evangelium suum

e *Tertul. de Pudititia c. 12. Cyprian. lib. 3. adverf Quirinum, sub extremum, alii aliquot.*

f *Brestæ 1608.*

في السنة الرابعة من ملك اغلوديوس قيصر

Anno quarto Claudii Cæsaris, quemadmodum item in subjunctis Evangelio ejusdem in editione Erpeniana g. De tempore autem D. Matthæi scriptione, non ita consentiunt Autores. Sunt quidem, qui Caii Cæsaris anno tertio eum scripsisse velint h, aliis i in tempora etiam Claudio posteriora scriptionem ejus rejicientibus. Sed sententia prior aut alia quæ ei satis proximat k, est & verisimilior & receptior. Atque ita annis compluribus Synodum etiam conscripsit ille. Certè & in Evangelio ejus Arabico editionis Erpeniæ subjungitur ex codice vetusto

كل تسجع بشارة متي الرسول وكان كتبها في اول سنة من ملك اغلوديوس

g *Et Gilde V. C. Ludovic. de Dieu in notis ad 4. Evangel. p. 240. & 151.*

h *Euseb. in Chronica.*

i *Irenæus lib. 3. cap. 1.*

k *Baron. Annal. an. Christi 41.*

لقلوديوس قيصر ملك الروم *Abſolutum eſt exemplar Matthæi Apoſtoli quod ſcripſit &c. primo anno regni Claudii Cæſaris Imperatoris Romani.* Qua de re videſis plura in vitis Evangeliſtarum Arabicis, editionis Kirſtenianæ. Saidus verò Batricides

في عصر قلوديوس قيصر كتب متاوس الخبـــاه

بالعبرانية في بيت المقدس *Tempore Claudii Cæſaris ſcripſit Evangelium ſuum Matthæus Ebraicè in Templo*, ſeu *civitate ſancta.* Nam ſic potiùs exiſtimo بيت المقدس ibi ſignificare. Ita

Capita illa Juris Univerſalis, cum aliis Evangelicis, erant ſatis nota, tum ex prædicatione tum ex Scriptis quæ Synodum ac Quæſtionem anteceſſerant. Unde etiam non eſt, quin credamus, ad Chriſtianos ja 1 ſive ex Judæis ſive ex Gentilibus factos idem attinuiſſe, quod de proximi temporis Chriſtianis memorat Plinius1 ad Trajanum Auguſtum. Eos ſcilicet ſacramento ſolenni ſe obſtringere ſolere, *ne Furta, ne latrocinia, ne Adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent.* Quæ cum ita ſint, ſuaderi nequeo, ut Jura Noachidarum ſimplicia aliqua in Synodo illa doceri aut imperari exiſtimem. Id quod ſanè apertius fiet, ſi ſingula perpendamus. Primùm, in Synodo inter Neceſſaria illa ponuntur Idolothyta ſeu Idolis immolata, quæ ipſa etiam ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων nuncupantur ſeu *inquinamenta idolorum.* Pro eodem à patribus nonnullis m ſubſtituitur *Sacrificia* & *Idololatria*, perinde ac ſi ipſe idola colendi actus ſimplex ſeu cultus extraneus ſimpliciter ſic prohibitus ibi eſſet. Et verum quidem eſt, res ipſas omnimodas quæ ex eo quod Idolis ſacratæ ſunt pro interdictis habebantur Judæis (ut libro ſecundo eſt oſtenſum) nomine עבודה זרה *cultus extranei* ſeu *Idololatria* indigetari ſolitas, uti ibi etiam liquet: ubi inſuper manifeſtum fit, nefas fuiſſe, immolata idolis ex diſciplina Judæorum comedere, aliave eis ſacrata in uſus promiſcuos adhibere. Nemo autem hominum autumabit, puto, opus fuiſſe ut ipſo idololatriæ actu magis interdiceretur Gentilibus, qui Chriſto nomina

l *Lib. 10 Epiſt. 97. & Tertul. Apologetic. cap. 2.*

m *S. Cyprian. & Tertul. locis citatis & Tertull. de Idololatria c. 24.*

nemina ritè dederant, quàm Judæis ipsis. Sed ut esu usuve promiscuo rerum idolis sacratarum abstinerent Gentiles, quemadmodum assolebant Judæi; rerum scilicet esu, quas, utcunque per se ipsas simpliciter illicitæ non essent, ideo interim illicitas esse voluit Synodus, ne *licentiâ* earum esûs *offendiculum fieret* n *infirmis*, qua de re fusius D. Paulus, & Theologi passim. Ita circumstantia quædam seu appendix Idololatriæ, per se ac simpliciter non illicita, prohibetur; non ipse Idola colendi seu cultûs extranei actus, quem tam Gentiles Christianissimo ritè imbutos quàm Judæos abhorruisse certum est. Adeo ut caput de Idololatria, quod Juris est Noachidarum & citra Legem Mosaicam observandum, heic neutiquam omninò reperiamus. Quod verò ad bina illa, Suffocatum & Sanguinem, attinet; ex eis quæ suprà ostensa sunt, constat nec Sanguinem juxta receptissimam Magistrorum sententiam, nec Suffocatum, Noachidis ex Jure suo interdictum; sed tantum אבר מן החי *membrum ab animali vivo discerptum*. Nam ad Gentiles seu Proselytos Domicilii aut Noachidas attinet lex Mosaica o; quâ expressim permittitur eis כל נבלה *omnimodi morticinii* esus, etiam inter Judæos. Morticinium ibi genus est; quo, quantum ad hanc rem, continetur planè Suffocatum, id est, cadaver seu corpus animalis cujus sanguis non effusus; sive vi sive ultrò spiritum exhalaverit. Abstinentia igitur à Suffocato ex Lege Mosaica Judæis datâ solùm pependit, nec in Noachidarum jure omninò reperta est. Et si quis contendat sanguinem fortè sumendum in Synodo, atque etiam in Genesi, ubi p interdicitur, pro ipso revera sanguine seorsim sumto, nec tantùm pro membro animalis viventis, næ id temerè is admittit quod receptissimæ doctrinæ Talmudicæ de Geneſis loco palàm adversatur; modò singularem q R. Chanina Ben Gamaliel sententiam, supra memoratam excipias. Quod denique Quartum occupat in Canone Synodi locum seu πορνεία aut *Fornicatio* ut vulgò redditur, & à nonnullis etiam pro Fornicatione, quam sic vocant, Simplici q ibi sumitur, quasi Gentiles citra Judæorum disciplinam Simplicem Fornicationem inter licita antè habuissent; Certè ita, planè caput Juris Noachidarum quod est de Revelatione Turpitudinis seu Incestu aut illicito Concubitu (juxta quod libro quinto explicatur) non continebit, Et viris doctis meritò displicuit

n *Epist. 1. ad Corinth. 8. 9. & cap. 10.*

o *Deut. 14. 21 citata antè p. 787.*

p *Cap. 9.*

q *S. Thomas 2. 2æ. quæst. 154. ad primum; alii.*

ſplicuit illa interpretatio, uti & alia illa quâ pro idololatria accipitur. Nuperrimè autem Vir doctrinâ & ingenio præcellens, πορνείαν ibi non pro ipſa ſive fornicatione ſive quacunque ſcortatione ejusve actu ſumi vult, ſed pro meretricia oblatione; ita ſcilicet ut, quemadmodum *ἀλισγήματα εἰδωλοθύτων, inquinamenta immolatitiorum* intelliguntur Idolothytorum nomine, ita etiam *ἀλισγήματα πορνείας inquinamenta ſortationis*, id eſt, *oblationes meretricis τῆ πορνείᾳ* deſignentur. Quod loco ex S. Athanaſio allato probare contendit. Ut vetetur ſcilicet, ne gentes cibis, qui idolis eſſent à meretricibus oblati vel mercede emti meretriciâ, ſe polluant. Quæ habent alii obvia præterimus. Sed verò (ſi conjecturæ noſtræ, non tam aſſerendo quam diſquirendo, locus admittatur) cum in linguâ Helleniſticâ illius ævi *πορνεία* ſignificaret omnimodum inceſtum ſeu illicitum concubitum, primùm libentiùs propendeo in illorum ſententiam, qui de ipſo Illicito Concubitu locum capiunt. Scilicet tum adulterium tum in cognatis ac affinibus inceſtum vocabulo eo denotari ex fœdere novo manifeſtum eſt; id eſt, idem ipſum quod nomine ערוה *Turpitudinis*, juxta ea quæ libro differuntur quinto, apud Talmudicos contineri ſolet; quemadmodum etiam notione generaliori ipſum Fornicationis nomen Patribus Latinis ſolet ſignificare. Legitur in fœdere Novo, *Omnis qui dimiſerit uxorem ſuam παρεκτὸς λόγου πορνείας extra causam fornicationis, facit eam mœchari*, & alibi ſ *μὴ ἐπὶ πορνείᾳ niſi ob Fornicationem.* Liquidius nihil eſt quàm in vocabuli vi Adulterium ibi contineri, unde & *præter cauſam Adulterii & præter ex cauſa adulterii* patribus vetuſtiſſimis t illa rectè ibi vertuntur. Sed de locutione illa, plura in Uxore Ebraica. Et demum Inceſtum omnimodum Apoſtolorum linguâ hoc nomine, velut genere denotatum non aliter atque τῇ ערוה Talmudicis, manifeſtum fit ex increpatione illa, qua ad Corinthios uſus eſt D. Paulus de impio illo Patris de matrimonio hærede ac *Fornicatore* ſeu *Inceſto fornicatore* uti eum vocat Tertullianus u, *Omninò*, inquit Apoſtolus x *auditur* inter vos πορνεία καὶ τοιαύτη πορνεία *fornicatio & talis fornicatio qualis nec inter gentes nominatur, ita ut uxorem patris ſui aliquis habeat.* Inceſtus cum Noverca Fornicatio heic ſeu πορνεία nuncupatur, quemadmodum etiam omnimoda ex coitu multiplici ſpurcities y Nicolaitarum. Unde etiam Gratianus

r *D. Matth. 23. 32.*
ſ *Idem 19. 9.*
t *Tertullian. adverſ. Marcionem l. 4. cap. 34.*
u *De Pudicitia ca. 13. 14. & 15.*
x *Ad Corinth epiſt. 15. 1.*
y *Apoc. 2. 14. & 15. ad quem locum videſis S. Auguſt. de Hæreſibus Epiph. in Hæreſ. 25. Tertullianum præſcript. adverſ. Hæretic. c. 46.*

tianus z, *videtur Fornicatio eſſe genus cujulibet illiciti coitûs*, inquit, *qui fit extra uxorem legitimam*; uti & de Adulterio S. Ambroſa; *Quicquid in eam quæ non ſit legitima uxor commiſſum fuerit, adulterii damnatur crimine.* Dein verò, cum Fornicationis ſeu πορνείας (id eſt זנות) genera fuerint ex Ebræorum diſciplina, alia Gentilibus ſeu omni generi humano, ut ſupra oſtenſum eſt libro quinto, ab ipſis rerum initiis interdicta (nec tamen ex recepto Gentilium more ab eis ſatis ubique abſtineretur) alia Lege Moſaicâ ſeu in Leviticо vetita, in quibus etiam continentur ipſa quæ univerſo humano generi, ab Adæ tempore, ſeu Noachidis illicita ſtatuebant; cum item de Legis Moſaicæ ſive obſervatione ſive ceſſatione quæſtio agitata ſit adeoq; deciſio in rem præſentem facta, quidni exiſtimemus omnigenis ערוות *turpitudinibus* atque conbubitus ex Lege Moſaica illicitis, id eſt tam ex jure Noachidarum illicitis, quàm ex Leviticо, abſtinendum voluiſſe Synodum. Abſtinendum ſcilicet Gentilibus in Chriſtianiſmum cum Judæis cooptatis. Etiam forſan & illud ſimùl complecti canonem voluit Synodus; jam nempè, cooptationis in Chriſtianiſmum, quæ Proſelytiſmi Juſtitiæ apud Judæos fere inſtar haberetur, rationem diſſimilem omnimodò eſſe rationi Proſelytiſmi antiquitùs receptæ qua, juxta Legis Moſaicæ & rituum Judaicorum interpretationem avitam, priſtina deſinebat cognatio atque omnimoda ſanguinis conjunctio inter Proſelytum primò factum & qui antè ei ſanguine conjuncti ſunt; ut & libro ſecundo & quinto fuſius eſt oſtenſum. Neque conſanguinitatis abolitionem ejusmodi deinceps apud Judæos Chriſtianos factos & Gentiles, qui Chriſtiani inter ipſos Proſelyti fuere, admittendam. Unde & abſtinendum à concubitu aliàs ratione Proſelytiſmi inter conjunctiſſimos antè apud Judæos permiſſo, juxta locis indicatis itidem dicta. Quæ res quidem ad conjugia Chriſtianorum ſive ex Judæis Proſelytis ſive ex Gentilibus invicem, futura haud parùm attinuit. Et ſanè, quum mutua conjugiorum neceſſitudo & communio epularis ac cibi ſimul capiendi mos vulgaris ingentem & perinſignem adeoque ſingularem in converſatione humana locum occupent; cum item ex ſuffocati adeoque ſanguiniſeſu inprimis diſcriminaretur tunc palàm Gentilis à Judæo (ut in ſuprâ

z Can. 36. q. 1. cap. 2.

a Lib. 1. de Abraham c. 4.

oſtenſis videre eſt) cum item ex more avito, Judæis fermè inoleviſſet illud quod per hyperbolen de eis dixit Juvenalis [b],

[b] Satyr. 14.

Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos;

Cum demum cetera Jura Moſaica, quà Moſaica, nollet jam Synodus ſacra Gentilibus converſis imponi; mirum non omninò eſt de capitibus illis ita tunc eam conſtituiſſe; ne ſcilicet absq; ejusmodi abſtinentia ibi ſancita (quæ circa primarias & maximè quotidianas converſationis mutuæ cauſas verſabantur) ſocietas Chriſtiana inter Judæos & Gentiles pariter in Chriſtianiſmum cooptatos cooptandoſque contrahenda, in ipſis Eccleſiæ velut incunabulis, difficilius iniretur. Sed ex jam dictis, ni fallor, non obſcurè liquet, in Synodo illa Jura Noachidarũ neutiquam innui. Neque omninò Regula illa æquitatis in exemplaribus nonnullis ſubjuncta, facit ad ſententiam eorum, qui aliter velint, firmandam. Qua autem ratione id quod de Idolothytis, ac Sanguine, ac Suffocato ibi habetur, temporale nec perpetuum (maximè in Eccleſia Occidentali) fuerit cenſitum, & ab eo quod de πορνείᾳ Fornicatione ſeu ſcortatione ac omnimodo Inceſtûs genere adjicitur, ſit ibi, quatenus hoc ad legem attineat Moralem, diſtinguendum, & quomodo τὰ ἐπάναγκες [c] ſeu Neceſſaria ibi ſit ſumendum, ſeu in quantum Remiſſibilia, ut dixit Tertullianus [d], Canonis ejusdem interdicta fuerint, locus hic non eſt diſceptandi. Nam ad aliud ſcribendi diſquirendique genus attinet.

[c] *Præter commentarios obvios, videſis P. Cloppenburgium in Scholaſacrificiorũ Problem. 5. pag. 182.*

[d] *Libro de Pudicitia, c. 5. & vide eũ lib. de Monogamia, c. 5.*

Libri Septimi & Poſtremi

FINIS.

DEO SERVATORI HONOR ET GLORIA.

Loca Scripturæ S. pleraque, quæ explicantur, ex mente Ebræorum, aut aliter.

IN GENESI.

Gen. 1, 16. Lib. III, cap. 11. pag. 446.
I, 28. V, 3, 565 &c. VI, 1, 693 & ſeq.
II, 24. V, 2, 562.
IV, 4. III, 8, 311.
IV, 8. VII, 4, 844 & 845.
V, 22. I, 8, 102.
VI, 2. V, 8, 601.
VI, 9. I, 8, 102.
VI, 12, & 13. V, 9, 612 & 613.
VIII, 20. III, 8, 311.
IX, 2, VI, 1, 693 & 694.
IX, 3 & 4. VII, 1, 804 &c, 819. III, 8, 313.
IX, 5. I, 5. 63 &c. IV, 1, 474.
XIV, 18. III, 2, 278.
XX, 3. V, 4, 573 &c.
XX, 12. V, 2, 564.
XXI, 33. I, 8, 103.
XXIV, 55 &c. V, 5, 579 &c.
XXVI, 5. III, 13, 356.
XXIX, 22. V, 5, 581.
XXXIII, 18. III, 13, 357.
XXXIV, 2 &c. VII, 5, 852 & 853.
XXXV, 14. II, 6, 181.
XXXVIII, 8. VII, 3, 840.
XXXVIII, 11 &c. VII, 5, 849 &c. V, 5, 581.
XLIX, 10. II, 4, 158.
XLIX, 15. VI, 15, 775.

IN EXODO.

Exod. XII, 43. III, 7, 307.
XVI, 1. III, 11, 337.
XVI, 4. III, 11, 336.
XX, 11. III, 17, 400.
XXI, 2, VI, 7, 738.
XXI, 3 & 7, VI, 7, 739 &c.
XXI, 12. IV, 1, 474.
XXI, 14. IV, 2, 490 & 494.
XXI, 26. VI, 8, 744.
XXI, 28. I, 4, 56. VI, 2, 699 & ſeq.
XXII, 3. VI, 7, 738.
XXII, 2 & 3. IV, 2, 495.
XXII, 17. II, 1, 134. & II, 7, 208.
XXII, 20. II, 4, 155. & II, 2, 137.
XXII, 28. II, 13, 267.
XXIII, 13. II, 13, 268 & 269. III, 12, 350 & 351.
XXIII, 32, 33, 34. II, 3, 152. V, 12, 640.
XXXI, 13. III, 10, 331.
XXXI, 15. III, 17, 400.

IN LEVITICO.

Levit. I, 4. III, 8, 312.
XVII, 4. III. 6, 299.
XVIII, tot. V, 1. V, 10 & 11.
XVIII, 4. I, 10, 119.
XVIII, 16. II, 4, 166.
XIX, 9. VI, 6, 724.
XIX, 16. IV, 3, 501.
XIX, 20. V, 12, 639.
XIX, 29. V, 4, 575.
XIX, 33. II, 4, 155.
XIX, 35. II. 2, 137.
XX, 15 & 16. I, 4, 53 &c.
XX, 26. II, 7, 208.
XX, 27. II, 1, 134.
XXII, 18. III, 4, 289.
XXII, 24. VII, 3, 840 &c.

XXII, 29. III, 7, 365.
XXII, 32. II, 10, 150.
XXIII, 15. III, 17, 400.
XXIV, 11. II, 12, 260.
XXIV, 13. II, 11, 253. II, 13, 271.
XXV, 14. VI, 5, 721 & 722.
XXV, 35. VI, 6, 727.
XXV, 36 & 37 cum parall. VI, 9, 748.
XXV, 39. VI, 7, 738.
XXV, 45 & 47. II, 3, 152 & 153.
XXV, 50. VI, 3, 708.

IN NUMERIS.

Numer. V, 8. VI, 4, 717.
IX, 14. III, 7, 307.
XV, 15. II, 1, 137.
XV, 16. III, 12, 35 & 351.
XV, 30. II, 11, 255.
XXXI, 7. VI, 13, 780.
XXXI, 19 IV, 11, 556.
XXXI, 27 &c. VI, 5, 784.
XXXIII, 13 & 14. III, 11, 337.
XXXV, 19. IV, 1, 474.
XXXV, 16. IV, 2, 485.

In DEUTERONOMIO.

Deut. V, 14 III, 12, 350.
V, 16. I, 10, 121.
VII, 2. V, 12, 640.
VII, 16. II, 7, 212.
XIV, 21. II, 3, 153. VII, 1, 828.
XIV, 28. VI, 6, 726.
XV, 3. VI, 10, 757.
XV, 7 VI, 6, 726.
XV, 12. VI, 7, 718.
XV, 14 & 17. VI, 7, 742.
XVI, 18. VII, 5, 848.
XVI, 21. II, 6, 81.
XVII, 15. V, 22, 688 &c.
XVIII, 10 & 11. II, 7, 208. VII, 3, 841.
XIX, 14. VI, 3, 710.
XX, 10. VI, 3, 709. VI, 12, 795 &c.
XXI, 10. V, 13, 643 &c.
XXII, 1. VI, 4, 714 & 715.
XXIII, 3 & 7. V, 14, 648 & 649.
XXIII, 2. V, 16, 606 &c.
XXIII, 15. VI, 8, 745 & 752. VI, 10, 755.
XXIII, 18. V, 4, 575.
XXIII, 24. VI, 2, 701 & 702.
XXIV, 19. VI, 6, 725.
XXV, 5. II, 4, 166.
XXVI, 1. II, 6, 180.
XXVII, 17. VI, 3, 710.
XXXII, 8. VI, 1, 694.

In libro JOSUÆ.

Jos. III, 4. III, 9, 319 & 320.
VI, 17. IV, 7, 521. VII, 4, 844.
VI, 23. II, 2, 144 & 145.
VI, 26. IV, 7, 523.
VII, 11. VII, 4, 844.
XVI, 10. & XVII, 13. VI, 14, 773.

JUDICUM.

Jud. XI, 30 & 39. IV, 11, 550 &c.
XXI, 5 & 10. IV, 7, 521. IV, 10, 549.

RUTH.

Ruth. I & II. II, 2, 145 &c.
I, 16. III, 9, 319.
II, 4. VII, 4, 844.
IV, 7. VI, 5, 719.

I. SAMUELIS.

1. Sam I, *alr.* IV, 11, 554.
XIV, 24 & 25. IV, 10, 549. IV, 7, 521.
XXX, 24 & 25. VI, 16, 784.

II. SAMUEL.

2. Sam. X, 3. VI, 13, 771.
III, 1. V, 18, 668.

I. REGUM.

1. Reg. V, 13. VI, 14, 773.
VIII, 41 & 42. I, 5, 4, 287. III, 6, 299.

IX, 15.

IX,15. VI,14,775.
XVIII,27. II,13,271.
XXI,10 & 13. II,11,253.

II. REG.

2.Reg.V,18. II,11,251.
VI,21. VI,16,782 &c.
VIII,30. II,11,253.

ESDRÆ.

1.Esdr.IX. 9. VI,19, 815.
IX & X. V,12, 640.
X,8.IV,7,522.IV,9,524.
3.Esdr.VIII,95. V,15,653.

NEHEMIÆ.

Nehem.XI,16. III,20,435.
XIII,25 & 26.IV,7,523,V,15,653.

ESTHER.

Esth.VIII,17. II,4,155 & 156.
IX,26 & 27. VII,4,844.

JOB.

Jobi liber quando & ubi ſcriptus, *I*, 8, 100. VII,11,881 &c.
Job.I, 4 & *5*. III,13,358.III, 14, 363.
II,11,254.
II,9. II, 14,254.
III,1. III, 13,356.
XXXI,13. VI,8,747.
XXX,26. I.5.XXXI,7,9,29. V, 4, XV. 26. XIX,29. XXIX, 7 &c. VII, 11, 879 &c.
XLII,8 & 9. III,8,311.

PSALM.

Pſal.XXXVI,9. I,9,108.
LXXXI,1. II,13,267.
XCII. III,13,550.

SYRAC.

Syr.XXXIV,6, II,6,197.

EZECH.

Ezech.XLIV,7.III,6,301.
XLV,6 & 7. VI,16,785.

DAN.

Dan.III,29. II,11,253.

MACC.

1.Macc.I,5. II,8,221.
I,66. II,10,248.
II,24. IV,4,505,
II,41. II,10,248.
2.Maccab.I,27. VI,19,815.
VI,11. III,15,366.
VI,18. II, 10,248.
XV,4. III,15,366.

MATTHÆI.

Matthæi Evangelium quando ſcriptum VII,12,887 & 888.
Matth. III, 10 cum parallelis VI, 15, 779.
V,46 & 47. II, 5,178 & 179.
VIII,29. VI,13,773.
IX, 11. *ibid.*
X,29.VI,2,702.
XI,19.II,5,178 & 179.
XIV,3 & 4 V,21, 685.
XVII,24.VI,18,805.
XVII,26.VI,19,816.
XVIII.17.II,5,178 &c.
XIX,5. V,2,563 &c.
XIX,9.VII,12, 890.
XIX,12.V,16, 658 &c.
XIX,21.VI,6,731.
XXI,12.IV,5, 507.
XXI,32.II,5,178. &c.
XXII,15 &c.VI,17,792 &c.
XXII,17.II,8,221.
XXII,16 cum parall.VI,17, 791.
XXIII,15. II,2, 143.
XXVI,63. II,12, 263 & 264.

MARCI.

Marci Evangelium quando ſcriptum VII,12,887.
Marc.II,15.II,5,178.
VII,11 cum parall.VII,2,834 &c.
X,12.V,7,592.
X,8.V,2.563 &c.

XI,11. IV,5,507.
XII,14. II 8,221.
XV,33. VI.18,807.
XVI,9. III,17,401.

LUCÆ.

Luc IV,25. VI,18,807.
VII,29. II,5,178.
XVIII,12. III.17,401.
XX,22. II,8,221.
XXIII,2. VI,18,805.

JOANNIS.

Jo,I,27, cum parall. VI,8,743.
II.14. IV,5,507.
III,7. II,4,159.
IV,8 &c. II,5,177.
VIII,31. VI.19,816.
IX,22. IV,9,540.
XII,20. III,4,287 III.7, 309.
XII,42. IV,9 540 & 543.
XVI, 2. IV,9,540.
XVIII,20. IV,9 542.
XVIII,22. IV,5,515.
XVIII.28. II,5,176.
XIX,15. VI,17, 803.
XX,1. III.17,401.

ACT. Apost.

Act.I,12. III,9. 317 & 318.
III.11, III, 6, 301.
V,12. Ibid.
V,35. VI, 17, 791.
VI,9.II,5,171.
VIII,27. III,4,287. II,3,154.
X,1 & 22. II,3, 154.
X 22. II,5, 174.
X,28. II,5,176.
XI, 3 *ibid.*
XV, 1 & 5. VII, 12, 885 &c.
XV,28. VII,12,882 &c.
XIX,37. II,13,268.
XXI, 28. III,6,301.
XXII,3 & 27. II,5,169.
XXII,25. V.19,671.
XXIII,3 IV,5,515.
XXIII,12,14,21. IV,7,523.

EP. ad ROM.

Rom.II, 24. II,10,250.
XIII,1. I,8,106.

I. ad CORINTH.

1.Cor.III,7. II, 6, 188.
V,1. VII,12, 890.
VI,16. V,2, 562 &c.
XVI,22,IV,9,544 &c.

PHIL.

Phil.III,5. II,4,164.

COLOSS.

Col.II,8. I,2,33.

I. ad TIMOTH.

1.Tim.VI,1. II,10, 250.

ad TIT.

Tit.II,5. II,10,250.

ad HEBR.

Hebr.IX,3. II,8,235.

INDEX

INDEX RERUM ET

VERBORUM.

ABENEZRA astrologus summus. Lib. II, cap. 6. pag. 196.
ABRAHÆ SEMEN de tolis Israëlitis VI, 19, 817.
ACHMETIDES Alcorani paraphrastes. V, 8, 599.
Acini decidui, in jure pauperum. VI, 6, 725.
Actus Boni, Mali, Adiaphori, unde I, 4, 50 &c.
ADAMI liberi V, 3, 567. filii & filiæ V, 8, 599 &c. eorum marrimonia 600. gemellorum tum quoque vetita. 601 &c.
ADAMI corpus ubi sepultum III, 2, 279 & 280.
ÆGYPTII, an Judæi intelligantur in l. 8 C. de Jud. V, 4, 574.
Sacros ritus, medicinam, astrologiam, simul & iisdem libris tradebant III, 22, 456 & 467.
eorum vasis ex mandatu Numinis asportandis nulla defuit justitia VII, 8, 870.
AGRIPPA junior, Rex, an fuerit Israëlita V, 22 *per tot.*
Alea. vide *Lud.*
ALEXANDER M. vere an ficta fabulâ, judex Ebræorum ab Africanis, Ægyptiis, Ismaëlitis acculatorum, prolixe. VII, 8, 864 &c.
AMALEKITÆ septem populis delendis pares habiti VI, 16, 781.
AMNON quomodo potuerit Thamari sorori jungi, ex mente Ebr.
ANACHARSIS de moribus Scytharum & Græcorum I, 1, 4.
Anathematis generalis formula IV, 7, 542 &c. v. *Cherem.*
Ancilla partiaria quæ V, 12, 639.
Angelorum cultus an Ebræis recte tribuatur *II*, 1, 132.
Angulus seu pars frugum sexagesima, in jure pauperum. VI, 6, 724.
ANIMA, Cabalistarum doctrina de ea *II*, 4, 159. Platonicæ similis *p.* 161. de metempsychosi 162.
animas quasdam mortales putabant magistri Ebr. VII, 9, 875.
ANIMANTIA an rationem habeant *I*, 5, 73 & 74. iis nonnulli honesti & turpitudinis intelligentiam tribuunt *l.* 5, 60. qui refutantur, explicatis exemplis, quæ afferuntur *p.* 67 *&c.*
Animantium actiones quatenus humanis similes *I*, 4, 51 & 53.
Animantia cur extincta in scelere Sodomitico vindicando. *ibid.* & 54 &c. cur bos cornupeta extinct. *p.* 56. &c.
Anticipationes communes *I*, 7, 85.
Apostatas licebat interficere IV, 1, 500.
Ἀποστυάγωγοι quid IV, 9, 540 &c.
APPIANUS explicatus VI, 18, 811 &c. *contra Lipsium.*
Ara Jovi consecrata consideratur *III*, 2, 280 &c.
ARBOR. ratio noscendi frugiferam VI, 15, 779.
frugiferas non licebat impune cæde-

cædere. *ibid.*
Architectura à templo Salomonis ad Græcos, inde ad Rom. peruenit I, 2, 26.
ARISTOBULUS Judæus Ægyptiensis philos. peripat. sectator I, 2, 14.
ARISTOTELES, à Judæo didicit multa I, 2, 23. Judæos testimonio prosequitur *p.* 24.
aliorum philosophorum sententias non semper sincere refert I, 1, 9.
ejus Νόμιμα Βαρβαρικά. *Respublica.* Δικαιώματα πόλεων. I, 1, 3 & 4.
ejus Physica & Metaphysica qui damnarint I, 2, 35.
de eo moribundo Ebræorum figmentum I, 2, 14 & 15.
Ἀσπάζεσθαι quid VI, 2, 702.
Assyrius pro Judæo ap. Græcos usurp. I, 2. 18.
Astrologicæ superstitiones seculo Josephi vetustiores III, 22, 455 & 457.
ASYLUM sive urbes refugii duplicis generis IV, 2, 488. &c.
Asyli jus etiam habebat altare Templi IV, 2, 490. cum exceptionibus *p.* 491.
qui de Asylis egerint *p.* 490.
Aurum, Hierosolymam quotannis missum II, 8, 226.

Baptismus Proselytorum describitur II, 2, 138, 141 &c.
Barach benedicere, & maledicere II, 11, 203.
Batricides Saidus Patriarcha Alexandrinus, Chronici Arab. Scriptor. I, 2, 22. III. 2. 177 & 278.
BELLUM. duplex: *Præcepti*, in septem populos, ex oraculo gestum; & *Utroneum*, finium proferendorum gratia, absque præcedente injuria. VI, 12, 765 &c. quam sententiam de bellis, imperii causâ licitis, *Orientales* fere gentes sequebantur *p.* 767. *&c. Christianis* abnuentibus *p.* 770. &c.
Leges belli sacræ 765 *&c.*
belli *indictio* quid Ebræis, & quando usitata VI, 13, 771.
bello *capti* servitutem inter Gentiles extrinsecam, apud Ebræos intrinsecam contrahere putabantur VI, 19, 815 &c. VI, 16, 788, de captivis redimendis VI, 19, 818 &c. bellica *Præda* ita se habebat: Thesauri regum Regi cedebant; de ceteris altera pars eidem, altera singulis militibus, & impedimentorum custodibus VI, 16, 784 &c. in rebus captis, de agris, urbibus, regionibus, decimatertia pars Regis, interdum totæ regiones ei acquisitæ *p.* 785 & 787. *Tempenumenta juris bellici*: in obsidione & castrorum metatione *arboribus frugiferis* parcendum, & *locus fugæ* hostibus relinquendus VI, 15, 778. cum *except. ibid. pueris & mulieribus* parcendum VI, 16, 781 &c. etiam *ceteris*, quomodo liceret parcere p. 782 &c. cædes internecina septem populorum & Amalekitarum, an simpliciter præcepta, aut exceptionem admitteret, VI, 16, 781 &c. posterius verius putat. *ibid.* absque *fœdere* bellico pax non inibatur VI, 14, 773 &c.
bellicum jus aliarum gentium in se agnoscebant Judæi VI, 17, 788 &c.

Digitized by Google

BEROALDUS refellitur III,19, 423.
BLASPHEMIA nominis proprii II, 12, 261. cognominis 262. & quomodo puniretur. *ibid.*
Rabſacis quæ, II, 11, 253 &c.
Bouldueiu notatur I,10,123 & 124.
Bruta, vid. *Animant.*

Cabaliſtarum ſomnia, ex literis, qua numerales ſunt, deduci ſolita III, 9,327.
CÆDES humana permiſſa ſub ratione pœnæ aut reatus, vel quaſi, ex ſententia fori, aut ſingularum perſonarum arbitrio IV,2,495.
in hoſtiis immolandis licita credita IV, 6, 517.
& foris nocturni IV, 2, 495.
de cæde ſui ſive αὐτοχειρίᾳ IV, 1, 475.
Cali aurei II,8,234 & 235.
Calirole lecta Judaica II,1, 132.
CÆSAR, Auguſtus, Βασιλεὺς, Hieroſolymitanis Synonyma VI,17, 802 & 803. *Cæſarum imagini* in numis honos civilis per adulationem habitus II,8,123. leges & ſententiæ ea de re *p.* 224.
Cæſarum imagines in proſeuchis Judæorum coli, Romani cupiebant II, 8,217.
Calceamentum ſolvere VI,8, 743.
Calendarium, Julii Cæſaris dictum examinatur III,18. 411 & 412.
Captivie duri Ebræi, quoad ſtatuta; mites, quoad monita de officiis humanitatis erga pauperes, VI, 19, 818.
eorum redemtio, & redemtionis ordo gradusque. *ibid* &c.
CARNIS eſus an ante diluvium, ſive ante Noachum permiſſus I, 10 117. III, 8. 313. VII, 1, 829. &c.
Caſtratio an jure Noachidarum illicita VII,3. 840 &c.
Cetura & Hagar an diverſæ V,7, 593.
Cherem, Devoti, Anathematis, homonymia IV,7, 520 &c.
Cheret, Exciſio II,11,256 & 258.
Cherubinorum forma II,6,183.
CHRISTUS. quo anno & die Natus Paſſusque, errores unde II,6, 197.
ejus factum numularios ejicientis expenditur IV,5 *per tot.*
Chriſtiani, à Scriptoribus Rom. interdum *Judæi* appellantur III, 15, 370.
Chronicum Ebræorum Seder Olam Rabba quando ſcriptum & quo auctore III,9, 328.
Chronologorum de annis, menſibus, diebus Ebræorum, Julianis accommodandis diverſitas II, 11,338 &c.
CICERO explicatus II, 8,226.
Civitate donatorum jura, ab originariis civibus non una ratione ſæpe diverſa V,19,672.
Clarigatio Ebræorum VI,13, 771.
CLAUDIANUS poëta an Comes Orientis II,9,242.
ejus locus explicatus II, 9, 238. &c. add. *Nicol. Heinſ.* qui corrigit.
Clavi, annis dinumerandis pangi quando cœperint III,9,419.
Clearchus Solenſis, Ariſtoteles diſcipulus I,2,23.
COLUMBÆ condocefactæ IV, 5,512 & 512.
eas docere, emittere, illicere, captare, in genere furti habitum VI,11,761 &c.

eas

eas inter volucres naturæ feræ quomodo habebant *p.* 763.
de *columbariis* extruendis leges *ibid.* *&c.*
Cœtus. numerus denarius in cœtibus definiendis frequens II, 10, 248.
CONCUBINA, quid differat ab uxore V, 7, 592 & 591.
concubinæ ante legem & post legem, *ibid.*
de concubinis leges Rom. V, 7, 595.
Concubitus illiciti ante leges Levit. 18. ubi recenſentur. V, 1, 558 &c. cauſæ V, 2. *tot.*
CONNANUS refutatur I, 4, 50.
Conſcientia quomodo conjungat Deum hominemque I, 8, 96
Conſecratarum rerum poſſeſſio ac redemtio IV, 9, 537.
CONSENSUS *Expreſſus* naturalisque, & *Tacitus* ſeu civilis explicatus VI, 1, 695 &c.
conſenſus & fidei ſervandæ præceptum interdicto furti includitur, & imperio Numinis obligationem parit VI, 1, 697.
Conſuetudo naturam mentitur I, 6, 81.
Contractus conſenſu nituntur vel expreſſo vel tacito, cui Fides adjungitur VI, 1, 695.
Controverſia Judæis motæ VII, 8, 864. &c.
Contubernia ſervorum V, 17, 662 & 663, v. *Serv.*
CORBAN, quid VII, 2, 835. &c.
Corona Hieronis examinata I, 3, 39.
CREATIO Ebræis ceterorum articulorum fidei ſumma III, 10, 331 & 313.
in cultu Sabbati agnoſcen I, *ibid.*
CULTUS interior & exterior III, 7, 310.
cultus divinus antiquiſſimus ante L. Moſ. per oblationes & ſacrificia III, 2, 276. tum preces, Benedictiones, Adorationes, Vota *p.* 277.
cultus divini Ebræis uſitati genera, ritus, loca, tempora III, 3, 282.
cultus extraneus in creaturis pro Numine aut Numinibus intermediis habendis II, 1, 128. interdictum ejus fundamentum omnium præceptorum *p.* 133. paraphraſis ejus præcepti. *ibid.* cultus extranei interdictum partim ex jure Noachidarum, partim Gentium imperativo ac interveniente II, 2, 135 & 136. ad cultum extraneum non per interdicta tantum negativa ſed appendicem affirmativam obligatos Gentiles fuiſſe, tradunt Ebræi III, 8, 309 &c.
Gentiles ſacrificia Hieroſolymis præſtant & alias oblationes, quatenus III, 4, 290 &c.
cultus extranei pœna in Noachidis, II, 1, 119, quot modis fieret. *ibid.*
Proſelytis domicilii holocauſta, ſpontaneæ oblationes, vota, Hieroſolymis permiſſa, cum exemplis III, 4, 287 &c.
Proſelytis domicilii feſtorum obſervatio interdicta III, 5, 295, & quæ pœna *p.* 296.
Proſelyti domicilii, quibus locis arcerentur aut admitterentur in cultu divino III, 6, 298 &c.

Decalogus continet juris naturalis capita excepto præcepto Sabbati I, 8, 99.

Deci mapauperis VI, 6, 726.
Dedititii (Libertini) II, 5, 169.
Denarius apud Evangeliſtam VI, 17, 92 & 796.
deperditæ res, vel *ſignatæ*, vel *non ſignatæ* erant VI, 4, 715. præconii in requirendis mos 716. reſtitutionem earum pendere volebant Ebræi non ex lege naturali, ſed ſua civili. *ibid.*
DEUS indicando imperat Rationi humanæ jus naturale I, 8, 96.
Dei filii, homines & angeli II, 12. 263.
deorum & Jovis filii. *ibid.*
Deum remuneratorem ethnici credebant I, 4, 49 & 50.
Dii pro Principibus II, 13, 267.
Diis gentium non maledicendum, quomodo capiatur II, 13, 267.
Didrachmum apud Evangeliſtam, an ad capitationem ſacram, aut Tributum Cæſarianum pertineat VI, 18, 806 &c.
poſterius affirm. *Seldenus.*
DIES. Dies unde III, 17, 397. diei ſeptimi aſtrologica & Chronologica obſervatio antiqua III, 19, 415 &c. dies poſtriduani III, 17, 392.
dies à veſpera ad veſperam numerandi ratio III, 11, 345.
Diebus Planetarum nomina quando indita III, 19, 417 &c. quo ordine III, 20.
Dies *feriarum* nomine, & ſine Planetarum nominibus ap. Chriſtian. III, 22, 457 &c.
dies Gentilibus ἱερήσιμοι, ἐργάσιμοι, ἀποφράδες III, 17, 390 &c. 403 &c.
Dinæ pudicitia vindicata conſideratur VII, 5, 852 & 853.
Dimetiendi intervallum cubitorum in *Itinere Sabbati* modus III, 9, 320. *usq; ad* 325. qui præterea ea de re agant. *ibid.*
DIVORTIA licita ex jure naturali, tradunt Ebræi V, 7, 590.
Divortii libellus apud Græc. & Rom. V, 7, 591.
Divortia etiam in novo orbe uſitata *p.* 592.
de divortiis Ebræorum, aliarumq; gentium diffuſiſſima eſt tractatio *Seldeni in Uxore Ebraica lib. 3. à cap. 18 usque ad finem libri.*
DOMINIUM. Dominii acquiſitionis jus originarium à conceſſione Numinis VI, 1, 693 & 694.
Dominium ſupremus Dominus invitis dominis transfert VI, 1, 697.
Dominium divinitus conceſſum ante & poſt diluvium, includit permiſſionem varias Acquiſitionum & Translationum Dominii formulas & modos vel apud univerſos vel apud ſingulos introducendi VI, 1, 694.
huic permiſſioni actu reniti, & fidem ſocietati datam violare, eſt furtum facere *p.* 695.
Dominii & obligationis permiſſionisque quæ circa dominium verſatur, eſt Fides & Conſenſus VI, 1, 695.
Dominium occupatione quæſitum VI, 4, 712.
Dominium ex ſucceſſione VI, 5, 723.
Dominium hominis in cetera animalia III, 8, 314.
Dominii acquiſiti ſymbola, calceus

ceus, Sudarium, chirotheca VI, 5, 719.
Dominium *prædiorum* transferebatur datis numis, syngrapha, corporali possessione; alias irrita erat venditio VI, 5, 720. *rerum mobilium* prehensione, tractu, abactu, ductu, traditione *ibid.* ita in permutatione, & donatione.
Dominii *Temperamentum* ex *necessitate* extrema indigentium VI, 6, 724.
tum, ex *jure civili Ebr.* & Traditionibus majorum, quibus permittitur, quod alias jure naturali furtum esset VI, 2, 701. &c. additis exemplis.

Ἐδομαγέτης Sol seu Apollo cur dictus III, 21, 447.
EBRÆI præter V. T. habuèrunt disciplinam Juris Naturalis, & ipsis aliisque gentibus Imperativi, sive ex pacto intervenientis I, 1, 10 & 11. sapientiæ nomine Græcis æstimati celebratique I, 2, 24 & 25. eorum celebritas in philosophia unde I, 2, 14.
ab Ebræis Philosophi sua hausere, non tamen pura puta, I, 2, 24 &c.
Ebræorum Philosophorum tria genera, Pharisæi, Sadducæi, Esseni I, 2, 28.
Ebræorum disciplina quatenus probanda I, 2, 33. disciplina moralis & civilis etiam in rebus Christianis discutiendis prodest, I, 2, 12, ejus studium *ibid.*
de iis *Lactantii* judicium I, 2, 13.
Ebrææ linguæ character Samaritanus & Assyrius II, 6, 194.
Ebraicas res qui Græce contexuerint I, 2, 27.
Egenorum jus singulare. vid. *Pauper.*
EGESIPPI locus à Scaligero reprehensus, à Petavio defensus III, 5, 297.
Ἐλλεκτικὴ philosophia laudata I, 1, 6. quis primus eâ usus *ibid.*
ELEEMOSYNA, ex *debito*, aut ex *caritatis* abundantia VI, 6, 726 & 734. ejus *quantitas* & *qualitas p.* 727. &c. *exactio* & exactores *p.* 729. *erogatio ibid.*
Emti agri non fiebat dominus absque syngraphâ VI, 4, 717.
ENOCHI, Aidris dictus Arabibus V, 9, 609.
ἔνοχη, ἔνοχος I, 4, 46.
Essenorum secta altera nuptiis adversa V, 3, 740 &c.
de *Essæis*, qui olim & hodie scripsere I, 2, 29.
Errores quoque ad indagationem veri prosunt I, 1, 8.
errores per errorem tradentium & accipientium propagati I, 1, 9.
Ethnici Scriptores non citra Christianismi morumque receptorum amussim legendi I, 2, 36.
Eunuchorum de matrimonio V, 16, 657.
EXCISIO à cœlesti vindicta expectatur II, 11, 256 & 258.
triplex ex sacris literis singillatim reperitur VII, 9, 872 &c.
EXCOMMUNICATIONIS apud Ebræos causæ, formula, effectus, solutio IV, 8 *per tot.*
Pharisæi cur Christo nunquam excommunicationem intentârint IV, 9, 543.

FEDUS

Digitized by Google

FEDUS. Federa Ebræis licebat inire cum quibuscunque populis, exceptis septem & Amalekitis VI, 15, 778.
Federa Judæorum cum Gentilibus VI, 17 789.
Federis conditiones, ubi hostes se dederent VI. 14, 773 &c.
Femina à judicandi officio, & testimonii dictione exclusa VII, 6, 855.
FERIÆ. de feriis & festis Rom. qui scripserint III, 18, 410.
Feriis, quæ facere licuerit Gentilibus III, 17, 390 & 391.
Ferreum pecus quid, & qua licitum, aut illicitum VI, 10, 756.
Figuras prominentes, aut planas facere an licitum II, 6, 193 &c. v. *Imag.*
Filia impuberis & puberis descriptio VI, 7, 741.
Filesacus notatur I, 10, 123.
Florus explicatur II, 8, 232 &c.
Fœnus. v. *Usura.*
FORMULA. cessionis vetustissima VI, 5, 719.
formulæ vim contractui dabant *ibid.* &c.
Fraus verborum in contractibus non adhibenda VI, 3, 708. v. *mendac.*
Freheri dissertatio de Numismate census II, 8. 228.
FURTUM. *Furis nocturni* cædes permissa IV, 2, 495.
Furti & rapinæ descriptio VI, 1. 693.
Furtum & rerum & hominum: clam palam factum: significat damnum à personis datum: comprehendit dolum malum in ponderibus & mensuris VI, 2, 699.
furti species, vicini agri terminos submovere VI, 3, 710.
furtum non minus in Gentilis, quàm in Judæi bonis committebatur VI, 3, 707 & 708.
furti pœna capitalis VII, 6, 857. de furto justnaturale cum jure Gentium Ebræis aliisque interveniente commiscetur VI, 2, 698. Furari an liceat propter necessitatem VI, 6, 714. de furti crimine, sine Modorum & Temperamentorum, quæ dominio adjici solent, ceu Lydio lapide, frustra sæpe decernunt Casistæ VI, 2, 703.
furta quædam licita apud quasdam gentes, non omnino furta, sed temperamenta dominii *ibid.*
Furti interdictum non obstat acquisitionibus bellicis VI, 3, 709.

GEminus quando vixerit III, 21, 450.
Generatio decima, tempus infinitum V, 14, 648. V, 16, 657.
GENTES. quot modis accipiantur: difficultas rei: numerus, I, 6, 77 & 78.
quomodo Ebræis distinguantur I, 10, 117.
Gentium complurium Moratiorum atque Illustriorum scita ac rationes quid valeant in indagando Jure naturali Permissivo & Obligativo I, 7, 87 & 88.
Gentes totæ jura naturalia violaverunt I, 6, 80 &c.
è Gentibus, aliis ob Judaismi professionem, aliis citra eandem sedes licitæ in imperio Israel II, 2, 13. Gentibus inter Judæos agere, quando & quomodo permissum II, 3, 153 & 154. Gentili idololatræ nullus in solo Israëlitico locus II, 3, 151. quoties sui juris essent

Judæi 152 &c. Gentiles conditionis liberæ, quomodo Judaismo initiarentur II,2,&3 *per tot.* quo effectu c. 4.
Gentiles Judæis semper immundi II, 5, 176.
Gentilium rituum callentissimi inter Patres Latinos Tertullianus, inter GræcosClemens III,18,406. Gentium Jus. v. *Jus*.
Gergesæi non prorsus deleti VI, 13, 773.
Grotii libri de jure belli laudantur, I, 2, 35. I, 10, 123.

H*æresis*. de Hæresibus qui scripsere I, 1, 5.
HEBDOMAS quid significet III, 15, 366.
Hebdomadis triplex ratio III, 19. 413.
Hebdomas Arabum, Turcarum, Persarum III, 22, 462.
Hecatæi opus de Ægyptiorum philosophia I, 1, 4.
Hegira seu fugæ Mahumedis, quis dies assignatus III, 20, 437.
HELLENISTÆ Judæi Græcienses III, 4, 287.
Helleniſtæ, de Græcis interpretibus Bibliorum II, 4. 156. & *sæpissime*. & Helleniſtarum versio II, 11, 256 *&c.* Helleniſtarum versionis codex summæ antiquitatis in Anglia V, 8, 602. Helleniſtica versio II, 5. 179.
Helleniſtica lingua II, 1, 132. IV, 9, 542. III, 17, 399 & 400. Helleniſticus sermo II, 5, 170. Helleniſtico sermone (de N.T.) II, 10, 250.
Heraclidis Pontici πολιτεία I, 1, 4.
HERODEM Magnum, Alienigenam non Judæum fuisse, contra Scaligerum & alios defenditur V, 3. 19. 20. 21. *capp*.
ejus stemma *p.* 670.
nec Proselytus justitiæ integer fuit *c.* 21.
Herodiadis cum Herode Antipa matrimonium, unde illicitum V, 21, 685 &c.
Heredes feneratoris an & quatenus redderent usuram VI, 9, 751.
Hermippus, vitæ Pythagoræ Scriptor I, 2, 17.
HESIODUS explicatur III, 17, 395 396.
HETEROGENEORUM commixtio (e. g. lanæ & lini in veste, seminum diversi generis in eadem agri parte, animalium diversi generis ad coitum admissio, arborum diversi generis insitio) quatenus & cui illicita VII, 3, 339 *&c.*
Holocausta III, 8, 311 *&c.*
HOMINES. Hominum consideratio, vel ut universi natura æquales, vel ut unius civilis societatis ex pacto I, 7, 91 & 92. eorum vitam segregem fingunt aliqui. *ibid.*
Homines in Imperio Rom. vel Pagani, vel Christiani, vel Judæi II, 9, 243.
HOMICIDIUM. Ultroneum nullum, extra rationem pœnæ vel quasi, ex Ebr. interpretatione legis permissum, ex materia de anathemate prolixe ostenditur IV, 10, 550.
Involuntarii, species tres IV, 2. 486. *&c.*
de fœtu in utero non necando IV, 1, 478 *&c.*
Homicidii genera, privatis, quasi mini-

Digitized by Google

miniſtris ſummæ poteſtatis, ſub ratione pœnæ aut quaſi, citra judicium forenſe permiſſa, intra cautiones certas, IV, 3. *per tot.*
ubi de, *Tuentibus ſe*, & *Zelotis.*
Homicidii interdictum explicatur IV, 1. ubi de *Vindice Sanguinis*. Homicidii pœna ne irrogaretur, exceptiones Ebræorum IV, 1, 481 *&c.*
HONESTORUM & Turpium diſcrimen & notitia, à Deo inſita, cum reſpectu Imperii Divini I, 8, 94.
HORARUM vetuſtas quæ III, 21, 442 *&c.*
Hoſpinianus refellitur III, 21, 405.

IDOLOLATRIA. v. *Cult. extran.* Ebræis frequens II, 1, 130. & varia *p.* 131. non æque poſt primi templi excidium. *ibid.* & 132. ejus occaſio prorſus ſublata II, 2, 136 & 137.
Res mere naturales, etſi coli ſolitæ ab idololatris, liciti uſus & poſſeſſionis I, 7, 215.
Idumæi, Judæi facti II, 4, 155.
Jejunia ſabbato celebrari ſolita, unde & quo ſenſu Gentiles tradiderint III, 15, 369 & 370.
JESUS. de Jeſu Talmudicorum fabula IV, 9, 544.
Jethro, πολυώνυμος II, 2, 144.
IMAGO. Imagines facere illicitum II, 6, 182 & 204.
Imagines diſtinguuntur II, 7, 109 & 110. ubi præſumtio, de cultu extraneo, &c.
Imagines diſcendi & docendi cauſa facere licitum II, 6, 185 *&c.* 196 & 203.
Imagines conſecratæ, non conſecratæ II, 8, 221.
Imagines animalium an & quas facere liceat II, 6, 192 *&c.*
Joſephi de imaginibus ſententia Talmudicæ diſciplinæ diſſona II, 8, 216 *&c.*
Imagines Cæſarum & Tiberii quomodo cultæ II, 8, 218 & 219.
Imagines Cæſaris averſati Judæi cur II, 6, 184. Judæorum de imaginibus Cæſarum reſponſa apud Joſephum quo temperamento intelligenda II, 8, 220 & 221.
JEPHTHÆ votum IV, 11 *per tot.*
Imperare ſibi, nemo poteſt; neque par pari I, 7, 92.
Imperatorum Conſtitutiones explicantur III, 19, 417.
INCESTUS. Interdictis de inceſtu an Gentiles obligarentur V, 11, 619 *&c.*
Affirmativa diverſimode explicatur. Add. *Seldeni Uxor Ebraica lib. 1. c. 3. 4. 5. 6.*
Inceſtæ Gentium conjunctiones V, 11, 623 *&c.*
India portentoſorum animalium fœcunda, II, 9, 239.
Inſcriptio vetus corrigitur III, 18, 407.
INTELLECTUS AGENS quid Ebræis I, 9, 108 & 109. quid aliis 110 & 111. quid Chriſtianis 112 *&c.*
Intervallum inter Legem & primordia rerum III, 8, 312.
JOSEPHUS cum Philone comparatur I, 2, 30.
Talmudicis ſæpe adverſus III, 15, 366.
explicatur III, 15, 369 & 367. III, 23, 468 *&c.*
ejus verſio Geleniana reprehenditur II, 8, 231.

JOSVÆ decreta in Terræ divisione; ubi temperamenta & modi dominii VI,2,704 *&c.*

ISRAELITAM Gentili tradere, capitale, cum casibus exceptis IV, 3, 498 &c.
Israelitæ nolunt Noachidæ videri, sed Abrahamidæ I, 10, 118.

Jubilæorum celebratio quando cessârit II, 3, 150.

JUDÆUS. Judæum nomen II, 4, 156. lingva. *ibid.* & 157. Judæi nomen natalibus acquisitum peregrinitatem non statim abolebat V, 20, 675. Semijudæi proselyti V, 21, 683 *&c.* Judæus ex Judæis, Judæus ex Peregrinis II, 4, 164. Judæi potuerunt esse cives Romani II, 5, 169. Judaismo quomodo ingenui initiabantur II, 2 *per tot.* quomodo servi II, 3, 149. Judæis ritus Judaici indultu Principum permisi III, 14, 364.
Judæi in Ægypto Ptolemæorum temporibus I, 2, 17.
Romanis tributarii VI, 17, 789 *&c.*
Europæi monarchiam universalem affectabant VI, 12, 767 *&c.*
Judæi Alexandro militant citra curam causæ belli aut religionis disparis VI, 17, 789.
Judæorum Academiæ, Soriana, Pombedithana, Nehardaiensis tempore Theodosii, Arcadii & Honorii Impp. II, 9, 244. & Synagogæ frequentes. *ibid.* Immunitas *ibid.* & 242. privilegia. *ibid.* quibus post exuti *p.* 243.
Judæi Mauritanienses, interpretes Biblior. II, 12, 260. & *sepe.*
Judæorum biga Josephus & Philo laudati I, 2, 28.
Judæi Anglienses occisi II, 6, 189. Anglia pulsi *p.* 190.
Judæi porcinum numen colere falso dicti; ut & Asinum, & Cœlum. unde. II, 1, 132.

JUDAS & Thamar, an matrimonio conjuncti V, 9, 608 *&c.*
Judæ in Thamaram judicium examinatur VII, 5, 849 *&c.*

JUDICIUM. Judicium superius & cœleste, tum inferius & humanum VII, 43, 843 &c. de Judicio divino, seu præmio & pœna cælitus expectandis VII, 9 *per tot.*
Judicia notant potestatem *deliberativam atq; constitutivam*, tum *judiciariam ac decisivam*, caputque Juris Naturalis sextum constituunt: judicii divini persvasione subintellecta VII, 8, 846.
Judiciorum jure, obedientiam civilem & imperium comprehendunt, ut & pœnas: relicto tamen summis potestatibus arbitrio augendi minuendique VII, 5, 848 *&c.*
Tribunalia *Ebræa*, III virorum, XXIII vir. per urbes, oppida, pagatim, præter LXXI vir. in quibus jus dicebatur secundum legem Mosaicam & instituta ac mores, tum originariis, tum Proselytis VII, 6, 854.
Tribunalia singularia Proselytis Domicilii & Noachidis in ditione Israel. & Judices vel Ebræi vel Proselyti, sed ab Judicibus Isr. constituti: cum exceptione in Dedititiis VII, 6, 854 &c.
Judicia in Proselytis Domicilii ob violatum jus Gentium imperativum aut interveniens VII, 7, 858 *&c.*

Judicia

Digitized by Google

Judicia extraordinaria. I. ubi ex Gentilium litigantium compromisso Ebræus arbiter captus. 2. ubi aliarum Gentium lites cum Ebræis, sub judice, cui in utrosque potestas, agitantur VII, 8, 863. Mos útrorumqȝ. *ibid. &c.*

JUS. *Jus*, quid. I, 4, 45. Jus hominibus proprium est. I, 4 & 5, *late.*

Jus proprie dictum omnimodum est aut

Divinum, idque vel
- *Naturale*, idqve vel
  - Obligativum
  - Permissivum
- *Positivum*, vel
  - Obligativum
  - Permissivum

Humanum I, 8, 103.

Jus *Obligativum*, jussis & interdictis constat I, 4, 46.

Juris *Permissivi* actus distingvuntur I, 8, 104 & 105.

Jus *Divinum* duplex *Naturale* & *Positivum* I, 8, 100.

Naturale negant aliqui alastores I, 3, 38. impugnavit Carneades I, 6, 80. I, 7, 88.

JurisNaturalis *Definitio* quorundam I, 5, 73. *Aristotelica* & aliorum explicatur I, 7, 85 & 86.

JuriNaturali, prima naturæ τὰ πρῶτα κατὰ Φύσιν principium præstant, jurisque naturalis nomen induunt I, 1, 2.

Juris Naturalis obligativi capita, Pactis standum, Fidem servandam I, 8, 105.

Juris Naturalis violationi divinitus pœnam imminere, etiam Ethnici agnoverunt I, 8, 97.

Jura Naturalia ante legem Mosaicam obtinuisse, mentibus inscripta, Patres docent I, 8, 97 *&c.*

Jus Naturale ex legibus civilibus secernere, ardui operis I, 3, 40 & 41.

Jus Naturale quomodo immutabile, adversus Tholosanum I, 8, 97 & 104.

Jus Naturæ *vox Dei, vestigia, via, mandata, verba Dei*, I, 8. 100 & 101. quatenus est jus divinum, consensu Theolog. Jurisconf. Philos. Jura Naturalia Ebræi vocant *Judicia, Jura, Præcepta seu Mores*; reliqua à Numine imperata, appellant *Ritus, Statuta* I, 10, 119. Jus Naturæ vocatur Ebræis, *Præcepta Noachidarum* I, 8, 102.

Jus hominum commune, per excellentiam *Noachidarum* dici solet II, 7, 206.

Jus Noachidarum Adamo imperatum dicunt Ebræi I, 9, 107. id quomodo intelligendum *p.* 108.

Jura Noachidarum Ebræis quæ I, 3, 41. capita ejus juris vel *Majora*, vel *Obscuriora p.* 42 & 43. capita Obscuriora distingvuntur VII, 2, 832 & 833. adde cap. 3. Juri Noachidarum quædam à magistris tributa, non vere, sed in opprobrium Gentium seu Noachidarum VII, 3, 842. Jura Noachidarum simplicia, an in *Synodo Hierosolymitana Apostolorum* doceantur prolixe disquisitum VII, 12 *per tot.* Vestigia hujus juris in *Jobo*, colliguntur VII, 11 *per tot.*

Juris Naturalis ex Ebræorum disciplina *generalis designatio* I, 3, 37.

Jus Naturale Ebræi non metiun-

tur

tur *Gentium moribus, opinionibus, constitutionibus* I,6 per tot. neque ex *aliorum animantium actibus* eliciunt, cum quibus nullum hominum commune jus agnoscunt I, 4, 43 &c. neque ex *Rationis humanæ usu solo I, 7 tot.* sed indagant & designant *Numinis imperio, auctoritate atq; indicatione* I, 8 *tot.*
Juris Naturalis *capita majora septem* enumerantur I, 10, 116 *&c.* instaurata ubi & quando *p.* 120. Jure naturæ an Sabbati seu septimi diei observatio festa necessaria ex mente Ebr. III, 8, 315. Juris naturalis præceptis negativis quid affirmativi insit III, 1, 273 &c.
De officiis erga Numen ratio duplex: prior, qua Proselyti domicilii puniendi; altera, qua genus humanum citra pœnam forensem Deo obligaretur *p.* 274.
Jus Ebræorum alterum, ipsis aliisque Gentibus sive Imperativum, sive Interveniens, ex ipsorum libris sumendum I, 1, 11. II, 2, 135 *&c.*
Jus Gentium interveniens accedit Naturali I, 1, 2. Jus Gentium ad regendos Proselytos civili superinductum i. e. *Interveniens Gentium* II, 8, 205. *Jus interveniens* seu Ebræis atque Inquilinis, sive in eorum ditione vitam transigentibus singulare II, 7, 206. *Jure* interveniente à sapientibus introducto, Judæi quatenus Gentes respiciebant, inter se atque ad Judaismum ejusque ritus sartos tectos conservandos regendi erant II, 5, 175.
Jus Gentium universè, quid I, 6, 74 & 75. quot modis accipiatur *p.* 76. quomodo inde argumentandum sit aut non. *ibid.* Gentes ipsæ quot modis accipiantur *p.* 77.
Jura Pacis & leges quomodo ex consensu VI, 1, 695 &c.
Jus belli, quomodo ex consensu *p.* 696.
Jus ante Mosis tempora non traditum literis I, 9, 107.
Jusjurandum per sanguinem Abelis V, 8, 601.
Justus quis, ex mente Ebr. VII, 9, 871.
JUVENALIS explicatus II, 9, 239.

Kollybus numulariorum IV, 5, 510.
Κοσμοεξηγητορες III, 17, 397.

LACTANTIUS refellitur I, 2, 16.
LAERTIUS explicatur I, 2, 15.
Lapidationis pœnæ ritus IV, 8, 534.
Lares oppignorati, venditi II, 8, 224.
Latini (libertinorum genus) II, 5, 169.
LEX quid I, 7, 89.
LEX NATURÆ à Deo, Philosophis agnoscentibus I, 8, 94 & 95. mentibus inscripta *p.* 98 & 99.
Legis Naturalis *partes* ex Ambrosio I, 10, 15.
Lex *Mosaica* cippis inscripta, & 70 linguis descripta, ex traditione Rabbinorum III, 3, 284.
Legum civilium ex permissione Deilatarum obligatio I, 8, 106 & 107.
Lex mere pœnalis an detur I, 4, 58 & 59.
l. 5. de stat. hom. explicatur I, 4, 45.
Legislatores antiqui non nisi Numinis alicujus obtentu suis legibus auctoritatem quæri existimarunt I, 8, 97.
LIBERTAS naturalis à Numine hominibus

Digitized by Google

minibus permiſſa, jure varie ſuperinducto temperata VI, 1, 694.
Abſoluta & ſimplex, quid I, 4, 44, *Reſtricta & Temperata* quid. *ibid.*
LIBERTINI diverſi ex jure Cæſareo II, 5, 169.
Libertini, Proſelytis comparati II, 5, 167 &c.
Libertini Judæorum II, 5, 170 & 171.
Libertini in Actis VI, 9. qui II, 5, 170 171.
Liciti ac Illiciti naturalis diſterminatio I, 7, 91.
Λόγος quomodo interdum ſumatur à Patribus in materia JurisNaturalis I, 8, 99 & 100.
LUCUS, *Lucum plantare*, nec Noachidi licitum II, 6, 181.
Luci ad Idol. plantati *umbra, tranſitus, volucres, ligna, pretium cinis*, illiciti uſus II, 7, 214,
Ludo aleæ, talorum &c, quæſita, furti nomine cenſebantur, ex dominii obligationisque temperamento VI, 11, 760 &c. cauſæ add. *ibid.* licebat tamen Gentilibus, aut Judæo cum Gentilibus p. 761.
LUNÆ *phaſis*, ejusque diſciplina II, 6, 197 & 198 cum *ſchemate* duplici 199 & 202.
aëris temperies quid in ea poſſit p. 200.
præſagia ibid. &c.

MAGUS. Magi, *Hoſtiæ* dicti III, 19, 421. Eorum inceſtæ conjunctiones V, 11, 624 &c.
Magus, omnis idololatra II, 1, 134.
Magia infamis morte punita II, 7, 208.
Mahumedis fœdus cum Chriſtianis initum VI, 12, 769,
Mahumedanis cauſa belli dilatatio finium habetur VI. 12, 769, Mahumedani Hiſtorici quidam I, 2, 22.
MALCHUS eſt Porphyrius I, 2, 18.
Majoris partis jus VI, 1, 696.
MAMZERES Manifeſti & Dubii, iiq; duplicis generis, eorum matrimonia, liberi V, 16, 655 &c.
Mamzeri permiſſum ancillæ conjugium V, 12, 639.
Mamzerum proles retinebat labem, niſi quod per matrimonium cum ancilla ſervilis conditionis, & hinc in libertatem venire poterat V, 16, 659, & 660.
Maranatha, quid IV, 9, 544 &c.
Martianus Capella veterum rituum calentiſſimus III, 15, 371.
MATRIMONIUM, vide & *Nuptiæ* & *Polygamiam.*
Matrimonii *definitio* ex jure Ebr. diverſa à Chriſtian. V, 7, 589.
Matrimonialis juris origo apud Ebræos V, 3, 565. Matrimonii *neceſſitas p. 566, & 568.* Matrimonium non conſenſu tantum ſed concubitu perficiebatur V, 4, 572 &c.
Matrimonium Fratris, an jurisNoachidarum, aut illi adiectum caput VII, 3, 840. Videatur *Seldeni Uxor Ebraica libr. I. cap. 12. usque ad 16.*
Matrimonium *cum fratris filia* V, 11, 631.
De *cognationis ratione habitâ* inter Initia rerum & Leg. Moſ. V, 9, 607.
Conſanguinitatis & Affinitatis gradus, quatenus matrimonii impedimenta ſunt, explicantur, cum cauſis, V, 10, 614 &c.
Matrimonia *inter Judæos & ſervos ac ancillas, & enter.* V, 12, *tot.*

Matrimonia *Servorum & Ancillarum originis exterae*, inter ſe invicem V, *17 per tot.* de matrimonio & concubitu, *cum captiva Gentili*, jure ſingulari V, 13 *per tot.* Proſelytorum V, 14.

Matrimonia *Proſelytorum inter ſe invicem aut cum Gentilibus*; & cognationis ratio inter fratres & parentes V, 18. *tot.*

MELCHISEDECI oblatio panis & vini an ſacrificium III, 2, 278.

MEMBRUM. de *Membro animalis viventis* interdictum, vetat immanem crudelitatem in cetera VII, 1, *per tot.*

MENDACIUM. Mentiri in alterius, etiam Gentilis, damnum, nefas. VI, 3, 708. Mendacio quando locus, ex diſcipl. Ebr. IV, 3, 500 & 501. adde VI, 3, 709.

Mendicantes Judæi VI, 6, 735.

MENSIS. Menſium ratio apud Ebræos II, 6, 196 & 197.

Menſis Græcorum trifariam diviſus III, 15, 372.

MERETRIX. de *vocabulo* meretricis *Ebraico* V, 4, 576 &c.

interdictum de Meretrice conſideratur. *ibid.* Adde *Uxorem Hebraicam Lib. 1. cap. 11. ſub fin.*

Metathemni Βαπτισμὸς III, 1, 4.

MINIMUM. Ubi de pœna ob comeſtionem illiciam ſermo eſt, adhibetur apud Ebr illa menſura, *quanta oliva eſt*: ubi de furto, *Prota* ſeu numuli VII, 1, 826.

MOCHUS Tyrius *Hiſtoricus* I, 1, 22. Alius, *Medicus* 5. 24. Latinis, *Moſchus.*

MONETA. *ejus cudendæ jus* quando ablatum Judæis II, 8, 225.

Monetarius ab uno judice abſolutus, ab altero damnatus I, 3, 39.

MORIAH monti, nomen *Templi* tributum III, 6, 298.

MORS. ad mortem vitandam, quid liceret Ebræis II, 10, 247 &c.

MOSES. an bigamus V, 6, 586.

Mundus patet, quid. III, 17, 392.

Muſica ſtationes in cœlo ex Pythagor. ſententia III, 22, 441.

Mutuum. v. *Uſura.*

NATALIS. Ex *Natalibus* ut dignoſcantur Servi, Gentiles, Pagani, Exteri, Regula eſt: quod *Proles Matris non Patris conditionem ſequatur* V, 12, 643. V, 15, 654.

Natalitium thema Urbis Conſtantinopolitanæ III, 20, 418.

NATURA. *Natum Parens* ſive Deus I, 8, 94. *Naturæ parere*, & Deo parere, ἐκ παραλλήλου ſæpe Veteribus uſurpata I, 8, 95 & 96.

Prima Natura, ut ſe habeant ad jus naturale I, 1, 2.

NEOMENIÆ, præter Neomeniam Tiſri, non feriatæ II, 15, 369.

NEPOTES & NEPTES. filiorum & filiarum locum ſupplent V, 3, 568.

Nethinæi ſeu Dediticii V, 14, 647.

Nicolaus Damaſcenus, aſſentator Herodis V, 19, 671.

Nicolaitarum Hæreſis, quomodo ex dicti errore orta I, 1, 9.

NOACHIDÆ. vid. *Gentiles.*

Noachidæ *genus humanum univerſum* I, 9, 107. I, 10, 117. excipientibus ſe *Ebræis. ibid.* & 118.

Noachidarum præcepta de jure naturali I, 8, 101. I, 10, 117.

NOACHUS heres orbis constitutus, Filiis dispertit VI,1,698. de uxore Noachi traditio, & filiorum uxoribus V, 9, 609 &c. cum eo, quot homines in Arca fuerint V,9, 613 &c.
NOMEN, *absolute* pro sanctiss. Numinis nomine II,10,247. Nomen *Tetragrammaton* II, 12, 261. Nomen Dei *proprium & cognomina. ibid.* Nomen Divinum quot modis profanetur. II.10,247 &c.
NOTITIÆ *communes*, hominibus innatæ I,7,85 & 86.
NUMA, non fuit Pythagoréus I, 2, 15. de libris, qui ejus nomine ferebantur *p.*16.
Numenii de Platone judicium I,2,23.
NUMISMA. Quibus usi Judæi II,8,225, 226,228 &c. recensentur quædam II, 6,192 & 193.
Numismata, quæ ferantur ex illis, quibus Christus venditus II, 8, 227.
Numismæ census apud Evangelistam VI,17,796 &c. cum imagine Tiberii, exhibetur II, 8,122.
NUMUS habuit duplicem *inscriptionem, obversam & aversam* VI,17,800, 801.
Numus *Schickardi*, cum *capite Mosis & inscriptione*, examinatur II, 6,186.
Seldeni, ejus generis, itidem examinatur *p.* 187.
Numi Rhodiorum II,8,227. quos Seldenus habuit *p.* 228.
consecratio in Numis Cæsar. II, 8, 225.
NUMULARII in Templo, qui fuerint, eorum Arcæ: quæstus,IV,5,509. &c.
Nundinæ Romanorum III, 15, 377 &c.
NUPTIÆ. *Nubere, nupta verba* V, 2, 573.
Nuptiales ritus ante L. Mosis. V, 5 *per tot.*
de Nuptiis patruelium, amitinorum seu consobrinorum *ll. Rom.* V, 11, 631.
Nuptias aversatur Essenorum secta altera V,3, 570 &c.
Nuptiarum necessitas apud Gentiles V,3,570.
Nymphodori Νόμιμα τῆς Ἀσίας,I,1,4.
OBLIGATIO, *quid*, I, 4, 46. prima inter personas & jus relatio. *ibid.*
Ejus *origo & natura* I, 7, 91 & 92.
Ejus origo *in jure permissivo* I,8,105.
Obligatio naturalis non inducit pœnam, secundum Jurisconsultos, quorum sententia explicatur & cum Philosophiâ conciliatur, I,4,47 &c.
Obligatio inest legibus civilibus *naturalis & civilis* I,8,106 & 107.
Obligatio inter deos unde I,7,93.
OCCUPANTIS fiunt bona nondum occupata, cum exemplis VI, 4, 718 &c. v. *Dominium*.
Occupationis titulus pacto & consensu per genus humanum propagato admittendus, alios demum excludit VI. 4,718.
Occupatio fundi, qui ante nullius in bonis, non dabat dominium occupanti VI, 4, 713. usque dum fundum coleret, *ibid.* &c. jure Ebr. & Gent. al. Ita de rebus plane derelictis *p.* 714.
Bona Gentilium deperdita, occupanti Judæo cedebant. *ibid.* aliter de Judæorum bonis. *p.* 715. Proselyti

elyti Juſtitiæ bona, ſine herede morientis occupanti ced. *p*, 716.
OCELLUS Lucanus explicatus V, 11, 628.
OFFICIA. de *officiis hominum univerſalibus*, Philoſophi & Legislatores egerunt I, 2, 13.
Officia *Neceſſaria* & *Acceßiones* I, 1, 8.
Officia univerſalia & naturalia *ex corpore Moſaico* colligere, arduum. I, 3, 38 & 39.
Omophagia Gentilium VII, 1, 828.
Orientalium rerum & ſcriptorum quanta copia perierit I, 2, 27.
Oracula Apollinis I, 2, 2.
ORPHEUS *corrigitur* III, 19, 420.
OVIDIUS *explicatur* III, 15, 368, III, 17, 404.

PAlæſtinus, Græcis & Rom. dicebatur Judæus III, 15, 368.
Pallaca, παλλακὴ, *pellex* V, 7, 594.
PARENTES. de Parentibus honorandis jus *naturale*: ejus *explicatio*: *derogatio* duplex apud Ebræos VII, 2, 833 &c. in Mara addit. præcept. I, 10, 120 & 121.
PATRIARCHARUM Generationes, & tempora earum V, 3, 566 &c.
PAUPER, quis, ſecundum Ebræos VI, 6, 730 &c.
Pauperum jus apud Ebræum Tempe-ramento VI, 6. 724 &c. eo jure an Gentiles gauderent *p.* 734.
Pauperies, non continetur interdicto furti. VI. 2, 690.
PENTATEUCHI verſio Græca à LXX. Interpretibus, jejunio celebrata III, 3, 284. & 285.
PENTECOSTE quid Veteribus Chriſtianis III, 18, 409.
PEREGRINI nomine ſeu Proſelyti quis intelligatur in II. Pauperum, VI, 6, 733.
Peregrinitas retenta in Proſelytis II, 4, 164. alia etiam exempla *p.* 165, ejus effectus V, 10. 675.
PERMISSIO & Jus permiſſivum ſpectat ad actus adiaphoros, ex ratione obligationis nondum præſtitutæ & pœnæ abſentis I, 4, 52.
Perſici Imperii chronologia nova, ex Batricide I, 2, 19, & 20, ex Mahumedanis *p.* 22.
PHARISÆORUM (cum Scribis) ἐξοχὴ I, 2, 30 & 31. cur à Joſepho Stoicis comparentur. *ibid.*
Pherecydes Syrus Barbaricæ Philoſ: diſcipulus I, 2, 24.
PHILO *explicatur* III, 4, 364. ejus *verſio corrigitur*, *p.* 364 & 365.
Philo philoſophiam generalem ſubinde tractat I, 2, 29 & 30.
Philoponus quando floruerit III, 19, 416.
PHILOSOPHI, quid & quomodo *ab Ebræis* hauſerint I, 2, 24 &c. Philoſophis quibusdam ante Chriſtianiſmum, qui Patres *ſalutem* attribuant I. 2, 32. Philoſophorum quot *ſectæ* ex mente Varronis, & *diſſidia* & *errores* I, 7, 88 &c.
Philoſophia vel ut ſectarum eſt, *vel* ut generale ſapientiæ pietatisqve ſtudium eſt, accipitur I, 2. 29.
Philoſophia *civilis*, circa officia *vel* Deo ab hominibus, *vel* his inter ſe debita verſatur I, 1, 2, variæ in ea & diverſæ ſententiæ, & cur *p.* 8 & 9.
Philoſophiæ *Barbaricæ* pars optima, *Ebræorum*, ſola ſuperſtes I, 2, 28.

Philoſophiæ *Græcæ* & *Latinæ* ſcita Patres collegerunt, & qui I, 1, 5. quomodo philoſophiâ veterum utendum. *ibid.*
Picturam laudat Philo II, 8, 235.
picturæ & imaginum varietas II, 9, 245.
Piſcandi jus, quatenus exſpirat VI, 4, 713.
PLANETARUM nomina in diverſis linguis III, 22, 461. in cœlo ordo & loca diverſimodè tradebantur III, 21, 449.
eorum nomina quando *diebus indita*; quo ordine, & ordinis ratione III, 19, 417 &c.
PLATO multa ex diſciplina Ebræorum & Moſe hauſit I, 1, 14 & 16 & 17 & 23. quando floruerit. *ibid.*
POENA. vox *impropriè* accepta I, 4, 57 & 58. *definitio* proprie dictæ. *ibid.* pœnam inducit naturaliter obligatio I, 4, 46. Pœnæ formalis cauſa eſt vindicta, ſive quod ſit retributiva, quia peccatum eſt. I, 4, 51. Pœnæ non præfiniuntur ſpecialiter ex jure naturali, ſecundum Ebræos II, 1, 130.
Pœnis adnumerantur actiones & coërcitiones forenſes I, 4, 47, pœnas quæ perimantaur differant. *ibid.* Sententia Ethnicorum *pag.* 49 & 50. in pœnæ ratione etiam cædes bellica continetur IV, 11, 555. *Pœna Divina* Noachidas manens, *Exciſio corporis & animæ*, ob cultum extraneum (cujus ſpecies Molochi ſacrificium) & blaſphemiam: exciſio animæ, ob ſex inceſtos concubitus VI, 10, 876.
Pœna divinitus manens Ebræos *Exciſio ſeu Gehenna*, cujus tria genera ſingillatim recenſentur VII, 9, 872.
Pœne apud inferos Ethnicis creditæ, ad juris naturæ violationem relatæ I, 8, 97.
Pœna violationis ſeptem præceptorum Illuſtriorum Juris Naturalis, Noachidis & Proſelytis Domicilii, capitale ſupplicium ſeu gladius: Ebræis autem, gladius tantùm in homicidio, in nonnullis præcept, minor pœna VII, 6, 856.
Pœnarum genera Ebræis *combuſtio, lapidatio, ſtrangulatio, gladius* VII, 6, 854.
POLYBIUS *explicatur* II, 8, 235.
POLYGAMIA in *oriente* uſitata, non item in *occidente*: repetuntur gentes & leges V, 6, 587.
de *Polygamia Patrum* diverſæ ſententiæ. V, 6. *per tot.* ex jure naturali, ante Leg. Moſ. licita Ebræis habetur *p.* 585, vid. *Uxor Ebraica, lib.* 1. *c.* 9.
Πορνεία de inceſtu VII, 12. 890 & 891.
POTAMO Alexandrinus auctor Philoſophiæ eclecticæ I, 1, 6.
Præda. v. Bell.
PRÆMIUM DIVINUM, *bonum Juſtis repoſitum, præmium juſtorum, vita futuri ſeculi, hortus deliciarum, Paradiſus, Mons Domini, Templum Domini, Domus Domini, porta Domini*, VII, 9, 871.
Præmium divinum in altero ſeculo Noachidis ob ſeptem Præceptorum cuſtodiam decernunt Ebræi VII, 10, 877 & 878.
Prærogativæ ſeu præcedentiæ *Regulæ* VI, 19, 819 &c.
PRETIUM majus minuſve in emtione, ſeu

ne, seu damnum ex impari pretio VI, 5, 721 &c.
Principia practica & prima, I, 7, 86.
Proles, apud Gentiles sequitur Matrem. sensus regulæ VI, 8, 746.
PROPINQUITATUM gradus *jure Civili* V, 11, 632 &c. jure *Pontificio* 633. *Orientali & Ecclesiast.* 634. *Mahumedano* 635 & 636.
PROSELYTUS. de *Proselytis* alibi agit Auctor; nempe *de Successione c.* 26. *Proselytos facere*, quid tempore Abrahami fuerit I, 8, 103. *Proselyti* quomodo Davidis & Salomonis tempore *non admissi* dicantur II, 2, 145 &c. de iis L. in Cod. Theodos. explicatur *p.* 147. Proselyti *ex timore* II, 2, 147. eos faciendi mos recens *p.* 148. Proselytis quæ non tribuebantur II, 4, 162 &c. Proselyti partiarii V, 17, 661.
Proselytus Justitiæ seu justus fiebat Gentilis, *Circumcisione, Baptismo, Sacrificio*, II, 2, 138 &c. ubi describuntur ritus, personæ, tempora, exempla. Proselytus Justitiæ quid consequeretur *Initiatione* II, 4, 155.
Proselyto Justitiæ, nomen *Judæi, Ebræi, Israëlitæ* tribuebatur *p.* 156 & 157. *posterorum* conditio *ibid.* Proselyti Justitiæ in aliis, paris conditiones erant cum *originario*, *in re matrimoniali* disparis V, 14, 646. &c. Proselyti just. alii *perfectæ*, alii *imperfectæ* conditionis V, 21, 681 &c. *Proselyti Domicilii*, qui VII Præcepta Noachidarum receperant II, 3, 150 & 151. quomodo initiabantur *p.* 152. quando cessaverit mos 153. cum jam cessasset admissio, *instar Proselytorum* domicilii II, 5, 174.
Proselytorum Domicilii quæ conditio *p.* 173. iis interdicti *ex jure interveniente*, actus omnimodi, qui vicinorum gentium Idololatriam ejusque ritus omnino saperent, aut imitari viderentur; Israelitis ex *civili jure* vetiti II, 7, 208. Proselytis domicilii, *preces & adorationes in templo Hierosolymitano* permissæ III, 4, 286 & 287. Iidem tamen *observatione Sabbati* exclusi III, 12, 349.
Proselyti intra portas nomen; modo pro justitiæ, modo pro Domicilii Proselyto accipitur III, 12, 352. de *Proselyta prole* II, 4, 166.
Pseudogorionides Scriptor satis futilis II, 8, 232.
Publicani, cur Judæis invisi II, 5, 178.
Puerpera servandæ causa, an fœtum liceat occidere IV, 3, 502 & 503.
PYTHAGORAS quando floruerit I, 2, 17 &c. longævitas ejus unde *p.* 22. celebritas *p.* 23.
ex disciplina Ebræorum multa transtulit I, 2, 14 &c.

QUasi pœna, *quasi* vis, quid. IV, 3, 502.

RAbbi *Jose Ben Chilpeta* describitur III, 9, 328 & 329.
Rabbinorum *cognomina encomiastica*, ut Magistrorum Theologiæ Scholasticæ *p.* 329.
Racematio, in jure egenorum VI, 6, 725.
RAHAB proselyta II, 2, 145. Josuæ nupta ex traditione V, 15, 651 & 652.
RATIO cur non habeatur norma Juris Naturalis ap. Ebræos I, 7, *per tot.* Rationis usus *simplex & nudus*, tum *auctori-*

auctoritate superiori directus, I,7,88. ille prior incertus, & in contrarium tendens *p.* 89. suadet non jubet *p.* 91.
Regeneratio, in Jure II, 4, 158 & 159.
REGES TERRÆ, qui VI,18.806 & 811.
Regum filii, omnes Israëlitæ dicti 809. *Diverbium.*
Relictum per oblivionem, in jure Pauperum VI, 6, 725.
Resecrandi Idolum & vasa ejus, *mos*, apud Gentiles II,7,213 & 214. *Resecratio* vendendarum Imaginum divin. apud Rom. II,8,224.

SABBATUM. Ejus *celebratio solemnis* in quibus consistat III,9, 316. *Tempus & Locus Institutionis* in statione Isr. Mara ponitur à Talmudicis *ibid.* & 317. fusissime usque ad 331. & I,10, 120. Sabbati instituti *causa & ratio* III,10. *per tot.*
Sabbati observatio *Ebræis propria* III. 10, 334. Hinc *sponsa* dicitur Ebræis, *ibid.* Sabbati Hebdomadici observatione *Proselyti Domicilii excluſi* III, 12, 349. &c.
Sabbati *Benedictio & Sanctificatio* quàm variè exponatur III, 13, 355. &c. *observationis prima* Locus & Tempus III, 11, 345. *per tot.*
Sabbati præceptum, *à cæteris in decalogo diversum* I,8,99. Sabbati seu septimi diei festa observatio an ex *Jure naturæ necessaria* III,8, 315. quomodo hæc quæstio tractanda. *ibid.* Sabbati præceptum *Mahumedani quidam* Naturale faciunt III, 13, 359. de cultu Sabbati seu septimi diei, quid profani scripserint, & quomodo *Judæis proprium* fecerint III, 15, 367 &c. quæ apud ipsos Gentiles cultum significare videntur, afferuntur & explicantur III,16 & 17. *tot.*
Sabbatarii, Judæi vocantur Martiali III, 15, 369.
Sabbata, omnia festa Judæorum & jejunia. *ibid.*
Sabbati iter, *Majus & Minus*, quod III,9,317 &c. modus *dimetiendi p.* 320 *recentiorum* sententia 325. &c. *Feriæ* dicuntur prima, secunda, tertia Sabbati III,17, 401.
Sabbaticus fluvius commentum III, 13, 359.
SACRA *peregrina*, Romanis quæ III, 17, 403.
Sacratissimus Imperator, & cætera ejus, *sacra*, II,8,225.
SACRIFICIUM, *Abelis & Cainis* explicatur à Rabinis III. 8, 314.
Sacrificia quæ & cur *spontanea* III, 8, 310. *Expiatoria, Propitiatoria, Pacifica p.* 311.
Sacrificia *à Gentilibus accipere*, an ullo licuerit III,7,304, &c.
Sacrificia *Gentilium cruenta & incruenta* II,2,280 & 281.
Sacrilegium latiore significatu ap. Romanos II,8,225.
SADDUCÆI *Traditiones majorum* damnabant I,2,51.
SALMASII opera de *usuris* laudantur VI,10,759.
SALOMONIS cum *filia Pharaonis* matrimonium, & *exteris aliis* V,14,649, V,15,652.
Samaritani Judæis inviſi cur II, 5, 177.
SAMSONIS matrimonium cum Timnathæa & Dalila proselytis factis V. 15,652.

SANGUIS

SANGUIS, *de esu sanguinis triplicis*, vetito Israëlitis & Noachidi. VII, 1, 825. &c. cum *temperamento p.* 829.
de *esu & potu sanguinis* Avicenna Mahumedanus, sæpè *in re medicâ* egit, præter edictum Mahumedis VII, 1, 829.
Sarandib mons, quis III, 11, 347.
SATURNI dies, quatenus *ater* III, 7, 405. III. 8, 406.
SCALIGER (*Josephus*) refellitur III, 19, 420 & 433.
Scillini aceti beneficio longævus Pythagoras I, 2, 22.
Scriptor Græcus nondum editus III, 19, 420.
Septies. Soli singulare III, 19, 422.
Septizonium Romæ III, 20, 433,
Sepultura hostium VI, 16, 783,
SERVUS & SERVITUS. *Servitus* in *fœdere* cultum & deditionem notat VI, 14, 774.
Servitus, in pace, unde apud Ebræos VI, 7, 737. *cum* quis *se in servitutem mancipabat* aut ex *Fori addictione*, aut ex *Patris addictione. ibid. &c.* Servi à Gentilibus acquirebantur *venditione, permutatione, syngraphâ*, addita *corporali possessione, regis voluntate*, VI, 8, 743. illi quomodo *haberentur, servitute solverentur* 744. *&c.* Lex de *auro perfodiendâ*, ad addictum ex sententia fori pertin. VI, 7, 740. Servitutis *finiendæ* modi VI, 7, 739. Servi Judaismo initiati *retenta servitute* II, 5, 172. eorum conditio diversa à servis Ebræis *originariis. ib. Servi & libertini* quomodo Judaismo initiarentur II, 3, 149, & 150. Servi addicti, *uxor & liberi* non serviebant, & tamen alebantur, VI, 7. 739, &c.
Servitus ea *sexennio* perimebatur: omnis *Jubilæo. ibid.*
in *servos emtos* non licitum dominari cum duritia VI, 7, 739.
servitutem *ex jure captivitatis* Ebræi admisere ita, ut *apud Gentiles* servitus mere personalis non esset; *apud se* autem, in bello captis aut emtis servis Gentilibus esset VI, 19, 815,
Servo quomodo & cui, poterat dominus *ancillam conjungere* VI, 7, 740. servorum *contubernia* ex *Domini* arbitrio valebant aut solvebantur V, 17, 663.
Feminarum jus singulare, quæ nec ipsæ se in servitutem addicere, nec servos emere poterant VI, 7, 738, & 739.
Servilis cognatio pro nulla V. 17. 662 & 663. jure civ. Rom. quatenus attendatur. *ibid.* Servo non erat *jus agnationis* VI, 8, 746. Servo *familia, cognatio, prosapia* non est V, 3, 568.
Sibyllini libri tres ex novem, I, 2, 28.
SICLI Ebræorum exhibentur II, 6, 193.
SIMON *Zelotes*. unde dictus IV, 4, 505.
SIMPLICIUS veterum Philosophorum sententias conservavit I, 1, 9.
Sinensium Constellationes & Fasti III, 22, 464 & 465.
Signis militaribus Rom. divinus cultus exhibebatur II, 8, 219.
SOLONIS *Elegia*, de annis climactericis agebant III, 17, 398. & *p.* 402.
SORORUM cum fratribus matrimonia V, 8, 605 &c. *inter Adami & Evæ liberos* per indulgentiam licita V, 1, 558. V, 8, *per tot.* apud *Persas* V, 11, 625. apud *Græcos* probata, improbata *p.* 619. *&c.*

Spicilegium, in jure Egenorum VI, 6, 725.
Statuarum erectio Proselyto Domicilii etiam prohibita II,6, 180 & 181.
STOICORUM *dogmata* cum Pharisaicis seu Talmudicis collata I,2,31 & 32.
SVETONIUS explicatus III, 15, 369. & III,17,399.401 &c.
SYNAGOGA,quid,IV,0,540 & 541.
Syngrapha in emtione agri necessaria VI,4,747.

TACITUS *explicatus* II, 4, 165. II, 3, 168.III,6,103.III,11,342.III,15, 367. III, 17, 403. III,22,460. IV,1, 480 & 481. V,11, 631. V, 12, 642. VII, 9, 875. *reprehensus* II,8, 220.
TALMUD. De Talmude *Babylonio* & *Hierosolymitano* II, 5,179.
Talmudicum corpus in studiis Ebraicis, quodin Rom. Pandectæ & Codex I,2,18.
Talmudicum corpus Cardinales Inquisitores *igni damnarunt*: Pontifices nonnulli quatenus *tolerarint*, aut *interdixerint*, I, 2, 33 & 34. *Utilitas ejus* ab aliis agnita enumeratur. *ibid.* & 35.
de Talmudicis scriptis *qui egerint* I, 2,36 & 37. *in marg.* qui & quando inter Christianos uti iis cœperint I, 10, 122.
TEMPLUM. *Vocis* significatio apud Ebræos & Gentiles III, 6, 301 & 302.
Templum *Herodianum*, imitabatur *Zerobabelianum*; hoc autem imitabatur *Salomonicum* III, 6, 299 & 300.
Qui de *Templi fabrica* scripserunt, laudantur nominatim III, 6, 300 301.
TERRA, pro Terra Israëlitica VI, 18, 807. *Terra Israël* quæ VI, 16, 787 &c.
TERTULLIANUS explicatus III, 18 405 &c.
TESTAMENTUM. alienatio per testamentum VI,5,713.de *Testamento Proselyti ibid.*
THEOPHILUS Antiochenus quando floruerit III,19,416.
THEOPHRASTI πολιτικὰ Mul.I,1,4.
THEOPHYLACTUS *corrigitur* III,9, 318.
TIBULLUS *explicatur* III,17,405.
Tituli erecti à Jacobo & Mose II,6,181.
TRIBUTUM. in Federe, & obligationem *ad pecunias, & ad operas* significat VI, 14, 774 &c. varie indicitur *p.* 777.
Tributa *Romanis pendunt Judæi*, frustra reclamantibus nonnullis, ex jure victoriæ & deditionis imposita VI, 17,790 &c.
de *Tributo Cæsari solvendo* apud Evangelistam, *Freberi* sententia VI,17, 793 &c. & *Aliorum* 769 &c.
quale Tributum *Christus solverit* VI, 18,806 &c.
TROGUS Pompejus, sive Justinus *explicatur* III,11,342. III,15, 567.
TUTELÆ *sui*, & *Aliorum*, ad depellendam vim illatam causâ necis, aut adulterii, aut incestus, aut pæderastiæ, moderamen legitimum IV, 3, 498.

VARRO *explicatur* V,3, 570.
VELUM πρόναος *Herodiani* II, 6, 195. *Tabernaculi Mosaici.* ibid.
Velum, pro *flameo sponsarum* V, 5, 58. v. *Uxor.Ebraic.lib.2.c.15.*

Vela, pro *aulæis* II, 9, 238. *Vela Judaica*, an dicta, & quæ II, 9, 245 & 246.
Vendere se, nisi ultima necessitate, nemo poterat VI, 7, 738. & tum, an *Proselyto* & *Gentili p. 739.*
Vestimenta lacerandi mos, II, 12, 264 & 265. interdictus *Sacerdotibus*, quatenus. *ibid.* &c.
VETTIUS Valens Astrologus, priscus MSC. II. 20, 425 & 426. quis *p.* 428.
Vetustiora suo sæculo, *tradentibus* fides adstruitur I, 2, 37.
Via Dei, quid VI, 17, 791.
Victima vitiosa III, 7, 306.
Vindex Sanguinis, quis IV, 1, 474 &c. 483 &c.
Visus obstacula I, 1, 6 & 7.
Vitis aurea Pompeio donata, quid II, 8, 23 &c. *Altera*, supra portam Templi Herodiani. *ibid.* &c.
Umbilicus Telluris, & Maris, quis Ebræis locus III, 11, 346. & Aliis *p.* 347.
VOTUM. *Voti & rei in votum venientis* consideratio VII, 2, 835 &c.
Votum Jephthæ IV, 6, 517-IV, 11 *tot.*
Vota æstimationum IV, 7, 519.
Urbes à Salomone Hiramo donatæ VI, 16, 788.
USURA *determinata* seu in Sacris prohibita; *Pulvis usuræ*, dicitur, quatenus ex fœtis majorum superinductis vetito usura. VI, 9, 749.
Usuram non *plagii* lucrabat, sed *usuram* tanquam rem furto subreptam, *reddere* cogebatur *p.* 750. an, & quomodo *hæredes* 751. L. de Usuris *Tempemmenta* VI, 9, 753 &c. Usuræ jus circa *Proselytum Justitiæ*, ante Proselytismum & post contractæ VI, 10, 758.
Usura adversus *Gentilem* & *Proselytum Domicilii* licita, quatenus VI, 10, 756 &c. adversus Judæum Apostatam *p.* 758.
VULCATIUS Gallicanus explicatus III, 17, 401.
Uxor. Etymon ejus V, 7, 596. quot modis fieret apud Rom. *ibid.* adde *Uxor. Ebr. lib. 2. c. 20 & 21.* Hæc vox sæpe *sexum* tantum notat V, 7, 597.

Wodan & Woden, quid. III, 22, 460.

Zabii qui, eorumque ritus II, 7, 207 & 208.
Zabutus, quis I, 2, 18.
ZELOTARUM *jus*, ex traditione IV, 4, 503 & 504. an *Christi factum Matth.* 21, 12 huc referendum, IV, 5.
ZIN describitur geographicè III, 18, 345.
Zona pro cujuslibet Planetæ sede, orbe, spatio circulari III, 20, 431 & 432.
Zonæ θεοὶ ἀζωνοι *p.* 432.
ZOROASTRÆ ætas III, 19, 420. vocatur etiam *Zaradshath* II, 7, 207.

Cum forte Hebraica quædam sint transpositâ, B. L. sic redigat in ordinem.

P. 14. l. 33, 34. בכל מה שהיתה כברתו הולקה
על הורתם ונהכך לאיש אחר

p. 102. l. 17. נצטוו בני נח

p. 103. l. 5, 6. ש זמן רהוה מגיר יתהון ומליף יהיון
אורחא דעלמא

p. 173. l. 8, 9. אין נתנין בתוכה מקום לגר תושב

ad pag. 296.

N.1.

Vestigium primum Templi Hierosolymitani et universarum illius porticuum à Salomone constructa. rum ex sacra Historiæ monumentis, Ezechielisq; descriptio.



N.o 2.

ISABIMIS

ORn Templi aream VHebraos

:ae.



Prospectus testudinis murorum et pavimenti Sancti Sanctorum atq; arcæ Testamenti cum Cherubinis.

N°. 7.

ad pag 298.



Altitudo Turris Vestibuli centum viginti cubitorum.

Longitudo ædificij aculi aulæ sanctæ, ostendens faciem S.S.

Sex cubit.

altitudo ambulationum cub 20

Aspectus Latitudinis

Cubit. 30

altitudo cub 30

Cub: 7½

Altitudo antæ cubitorum 40. cub. 30. altitudo triginta cubitorum.

Digitized by Google

Nº 3. ad pag: 298.

Cubiti 5 10 20 30 40 50

Orientalis facies [illegible]ctuarij cænaculi & turris supeminentis.



Tertius ordo Columnarum cubitorum 24.

Secundus ordo Columnarum cubitorum 30.

Primus ordo Columnarum cubitorum 40.

Dorsum Domus Domini & Coenaculi altum Cubitos nonaginta.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google